This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Delph. 30

2941 e. 176

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

OPERA.

VOL. XV.

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS
OPERA PHILOSOPHICA

EX EDITIONE JO. AUG. ERNESTI

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITA.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A.M.

1830.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE NATURA DEORUM

AD M. BRUTUM[a]

LIBER I.

ARGUMENTUM.

In his libris C. Velleius, Lucilius Balbus, et C. Cotta inducuntur disputantes de Natura Deorum, audiente Cicerone: Velleius Epicuream rationem explicat, Balbus Stoicam, et contra utramque disserit Academicus Cotta, sub cujus persona, quanquam dissimulat, et Stoici se rationem probare simulat, tamen latet Cicero. Quis enim credat, v. c. Ciceronem prædictionibus, apparitionibus Deorum, ostentis, aliquid tribuisse? In primo ergo libro Velleius et Cotta disputant. Initium disputandi facit Velleius, et quidem a reprehensione Platonicæ ac Stoicæ rationis; quarum illa mundum a Deo tanquam opifice atque ædificatore profectum pugnabat; altera πρόνοιαν, providentiam, inducebat, a qua mundus effectus esset et administraretur; utraque autem mundum animo et sensibus præditum, rotundum, ardentem, volubilemque faciebat. cap. 8–10. Reliquorum deinde omnium philosophorum, inde a Thalete, de Deo sententiis breviter commemoratis et reprehensis, cap. 10–15. ad ipsam Epicuream de Diis rationem explicandam accedit, quam unam veram existimat. Solus Epicurus vidit, primum esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressit natura, et sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Id ex eo intelligitur; quod omnium hominum in eo est mira consensio, ut

NOTÆ

[a] *Ad M. Brutum*] Qui Cæsarem occidit, ad quem libros de Finibus et Tusc. Quæst. inscripsit.

Digitized by Google

Deos esse statuant. Sed etiam hanc anticipationem habemus, sive prænotionem Deorum, ut beatos, immortales, putemus: ex quo consequitur, ut nihil negotii nec ipsi habeant, nec aliis exhibeant, neque ira neque gratia teneantur, quod, quæ talia sunt, imbecilla sunt omnia. Id si ita est, pie colendi sunt Dii propter præstantem naturam, nullo autem modo timendi; quo uno omnis superstitio evertitur. cap. 16. 17. Sed ad hanc opinionem confirmandam anquirit animus formam, vitam, et actionem mentis atque agitationem in Deo. Et figura quidem nulla alia esse nisi humana potest; primum, quod natura speciem aliam Deorum non habemus; deinde, quod humana forma est pulcherrima; tertio, quod nulla in alia figura domicilium mentis esse potest. Neque tamen ea species corpus est, sed quasi corpus; eaque non sensu, sed mente cernitur; nec soliditate quadam, nec ad numerum, sed imaginibus, similitudine, ac transitione perceptis. Vita autem Deorum est beatissima, et omnibus bonis affluens: nihil enim agunt, sua virtute et sapientia gaudent, et habent exploratum, fore se semper in maximis voluptatibus. cap. 18–20. His expositis, contra disputat Cotta; non ut aliquid ipse decernat, sed ut Epicurea dissolvat; neque quod neget, esse Deos, sed, quod rationem, quæ afferatur, firmam non putet: nam argumentum, quod ab omnium hominum consensu petatur, cum leve per se, tum etiam falsum esse. cap. 23. Sed, Deos esse, concedi posse. Illud doceri se velle, unde sint, ubi sint, quales sint: ad quæ omnia atomis abutantur Epicurei; quæ primo nullæ sint, quod nullus sit corporibus vacuus locus; deinde, si sint, effici, ut æterni Dii non sint, et interire possint; quo constituto, beatitudo Deorum tollatur. Ad hanc reprehensionem effugiendam quasi corpus et quasi sanguinem excogitatum esse, quod quid sit, nemo intelligere possit. cap. 24–26. Quibus autem rationibus humana forma Diis asseratur, eas nullam vim habere: nam quod omnes fere homines, præter Ægyptios, et paucas forte alias gentes, eam Diis cogitatione affingant; id non a natura esse, sed consilio humano, aut superstitioni, a pictoribus, poëtis, artificibus, confirmatæ, deberi. Neque ex eo, quod hominibus nil homine pulchrius videatur, consequi, nihil esse eo pulchrius: non enim dubium esse, quin et bovi nihil bove, cani nil cane pulchrius videatur. Denique, incertum illud esse, quod nusquam, nisi in figura humana, ratio, virtus, atque adeo beatitudo, locum habere videatur: neque enim, quod in nulla alia figura rationem vidimus, propterea in nulla esse potest. Quod sensus non docet, ratio docebit: nam, si nullum Diis negotium, quod membra corporis humani requirat, nil membris opus erit. cap. 27–37. Jam in ceteris etiam quæstionibus, de domicilio, de vita et beatitudine Deorum, laborare Epicuream rationem: nullam in Diis soliditatem esse, nec ad numerum permanere, dicunt; sed imaginum similitudine ac transitione percipi. Jam si nulla Deorum est soliditas et eminentia, nihil interest, utrum de Deo an de hippocentauro disputetur, meritoque Dii ad eas conformationes animi referuntur, quos motus inanes appellant. Quod si imaginibus Deorum pulsantur animi, quanquam tota res nugatoria est; tamen species duntaxat objiciuntur animis, non autem cur eæ beatæ sint, aut æternæ, etsi vel maxime continenter ferantur: nam illam *ἰσονομίαν*, h. e. æquilibritatem

Digitized by Google

Epicuri, quæ, quia natura mortalis sit, ut etiam immortalis sit, effici putat, perabsurda est; quod, ea sumta, eodem modo colligi potest, quia homines in terra nascuntur, etiam in aqua nasci, et hujusmodi absurda plura. Beatus autem cum sine virtute nemo esse possit, nulla autem sine actione virtus; nec otiosi illi Dii esse possunt beati. Neque vero voluptate corporea uti possunt, in qua summum bonum Epicurus ponit; neque una doloris vacuitas aut assidua felicitatis suæ cogitatio beatos eos efficere potest. Et, cum semper pulsentur incursione atomorum, et imagines ex ipsis semper effluant, non possunt non interitum timere, quod beatitudini plane repugnat. cap. 37-41. Quoniam vero otiosos Deos introducunt Epicurei, nullam rerum humanarum curam habentes, nihil homines juvantes; omnem sanctitatem, et adversus Deos pietatem, quanquam verbis ponunt, tamen re tollunt. cap. 42. sqq.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 2.] CUM multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sint,[1] tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras) et perobscura quæstio est de natura Deorum: quæ et ad agnitionem animi pulcherrima est, et ad moderandam religionem necessaria. De qua[2] tam variæ sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes, sententiæ; ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium, philosophiæ, esse inscientiam,[b] prudenterque Academicos[c] a rebus incertis assensionem

CAP. I. 1 Glog. Junt. Manut. Schutz. *sunt.* Mox, *quod tu quidem minime ignoras* Paris. *ad cognitionem* duo codd. probantibus Turneb. Advers. XIV. 14. Lamb. et Wolf. *ad agitationem* conj. Muret. probante Heindorf.—2 *De qua quidem* Glog. Heindorf. *quia tam variæ* E. *quod tam variæ* O U ψ. *ut* ante *magno* omittunt E O U. *magno id* conj. Ernesti. Mox, *esse scientiam* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Lall. *causam esse inscientiam* de Wyttenb. conj. Hein-

NOTÆ

[b] *Esse inscientiam* [*scientiam*] Locum esse mendosum plerique omnes cum consentiant, quid supplendum sit, dissentiunt. Manutius *inscientiam;* alii *sententiam;* alii totum locum expungunt, leguntque, *ut magno argumento esse debeat prudenter Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.*

[c] *Academicos*] Ita dicti discipuli Platonis ab Academia, gymnasio Atheniensi, ubi docuit. Triplex autem Athenis gymnasium; Academia, Lycæum, Cynosarges. Academia, mille ferme ab urbe passus distans, locus nemorosus. Horat. 'Atque inter sylvas Academi quærere verum.' Hecademia primum, a loci domino; mox Academia dicta ab Academo, qui gymnasium ibidem exstructum Musis consecravit; unde gymnasio nomen, mox et toti suburbio. Lycæum a Lycurgo Plut. a Pisistrato Theopompus; Philochorus a Pericle; a Lycæo, Pandionis filio, Pausanias, constructum docet. Cynosarges, dictus

Digitized by Google

cohibuisse. Quid est enim[3] temeritate turpius?[d] aut quid tam temerarium, tamque indignum sapientis gravitate atque constantia, quam aut falsum sentire, aut, quod non satis explorate perceptum sit et cognitum, sine ulla dubitatione defendere? 2. Velut in hac quæstione, plerique (quod maxime verisimile est, et quo omnes, duce natura, vehimur[4]) Deos esse dixerunt; dubitare se Protagoras;[e] nullos esse omnino Diagoras[f] Melius et Theodorus[g] Cyrenai-

dorf. Schutz. *causam philosophiæ esse inscientiam* suspic. Astius.—3 *Quid enim* Red. margo Venet. 1507. Junt. probante Beiero. Pro *turpius* codd. plerique, Victor. Manut. habent *fortius;* Lamb. de Manutii conj. *fœdius.*—4 Red. Glog.

NOTÆ

vel ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ, *cane albo,* aut *veloce,* (nam Græcis ἀργὸς utrumque significat) vel ἀπὸ κυνὸς καὶ σαρκὸς, *canis et caro.* Nominis causa hæc fuit. Cum Dyomus quidam, aut Didymus, ut vult Suidas, sacrificaret Herculi, canis albus, vel, ut alii, aquila velox, victimæ partem abreptam in locum quendam transtulit; quo prodigio territus, consulto oraculo, jussus est sacellum Herculi exstruere eo in loco, in quem victima fuerat deportata. Quoniam vero Hercules nothus fuerat, visum est, ut qui spurii essent, et neque patris neque matris nomine cives, ibi armorum tirocinium ponerent. Hinc contumeliæ genus εἰς κυνόσαργες, quasi dicas 'in malam crucem.' Huc Themistocles, et ipse nothus, missus militaris exercitationis causa, ingenuos aliquot adolescentes callide eo quoque deduxit; atque ita discrimen nothorum et legitimorum subdole sublatum. Liv. lib. XXXI. Plut. in Themist. Suid. Pausan. lib. I.

[d] *Turpius* [*fortius*] Malim *turpius.*

[e] *Protagoras*] Patria Teius, ut Eupolis; Abderites, ut plerique omnes volunt: filius Artemonis, ut Laërtio et Suidæ placet; ut Philostrato, Mæandri illius qui Xerxem domo et muneribus excepit. At qui fieri potest ut Mæandri ditissimi filius fuerit homo quem bajulum fuisse docent Gellius et Suidas? Primus quæstu docuit. Ejus opera ab Atheniensibus combusta, ipse in exilium actus est, quod artem doceret, qua causa inferior dicendo fieri posset superior. Laërt. in ejus Vita.

[f] *Diagoras*] Atheus cognominatus. Capta Melo, una e Cycladibus, patria sua, vixit Athenis, et sacra Atheniensium ita contemsit, ut multos a religione averteret: quare ab Atheniensibus proscriptus est, proscriptione palam æreæ columnæ inscripta, additoque præmii loco, si quis hominem occidisset, talento uno; si quis vivum adduceret, duobus. Hic aliquando cum ligna deessent, quibus cibos coqueret, statuam Herculis assulatim comminutam in focum conjecit, et 'Age, Hercules,' inquit, 'tibi tertius decimus labor est subeundus; macte, et mihi cœnam probe coque.' D. Epiphan.

[g] *Theodorus*] Aristippi discipulus, Atheus vulgo dictus. Ab eo secta Theodoræa. *Cyrenaicus,* vel a secta Cyrenaica, vel, ut verosimilius, a Cyrene (nunc *Cairoan*), urbe præ-

Digitized by Google

cus[5] putaverunt. Qui vero Deos esse dixerunt, tanta sunt in varietate ac dissensione,[6] ut eorum molestum sit dinumerare sententias. Nam et de figuris Deorum, et de locis atque sedibus, et actione[7] vitæ, multa dicuntur; deque his summa philosophorum dissensione certatur. Quod vero maxime rem causamque continet, utrum nihil agant,[h] nihil moliantur, omni curatione et administratione rerum vacent, an contra ab his[8] et a principio omnia facta et constituta sint, et ad infinitum tempus regantur atque moveantur, inprimisque magna dissensio est: eaque nisi dijudicetur, in summo errore necesse est homines, atque in maximarum rerum ignoratione, versari. II. 3. Sunt enim philosophi,[i] et fuerunt, qui omnino nullam habere censerent humanarum rerum[1] procurationem Deos. Quorum si vera sententia est, quæ potest esse pietas? quæ sanctitas? quæ religio? Hæc enim omnia pure ac caste[2][k] tribuenda

Heindorf. Schutz. *venimus*; Guelf. *novimus*.—5 *Cyrenæus* Glog. Bouh.—6 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *ac dissensione constituti.* Statim, *enumerare* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. probante Wolf. *annumerare* plurimi codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *ut molestum sit eorum annumerare* Lamb.—7 Lamb. cum uno cod. *et de actione*. Verba, *deque h. s. p. d. certatur* desunt in cod. Gulielm. unde uncis inclusit Grut. Mox, *est*, *utrum* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Tum, *ab omni curatione* Lamb. Garat. Orell. *omnique cur.* conj. Heindorf. *an ab omni cur.* margo Venet. 1507. Victor. Manut. *ac ab omni cur.* e uno cod. Dav. Deinde, *rerum vacantes* conj. Ernesti: *r. vacant* Grut.—8 Junt. et Orell. *ab iis*. Statim, *omnia facta sint et constituta* Red. probante Beier. Offic. tom. I. p. 260. *inprimis magna* Manut. Heindorf. Schutz. Orell. probantibus Wyttenb. et Wolf. *in primis quoque magna* Dav. *de quo in primis magna* Lamb. Deinde, *dijudicatur* codd. multi, etiam E U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav.

CAP. II. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *rerum humanarum*.—2 E, aliique codd. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. *atque caste*;

NOTÆ

cipua Pentapoleos in Africa, in regno Bariæ, versus Syrtim Magnam. Præter istos multi alii Deos esse negaverunt. Vide Euseb. de Præp. Evang. XIV. 6. et Sext. Empyr. Pyrrh. Hyp. III. 24.

[h] *Nihil agant*] Ut docent Epicurei; qua de re lib. III. copiose.

[i] *Sunt enim philosophi*] Epicurei.

[k] *Ac caste*] Rerum sacrarum propria est castitas. Hinc Virg. Æn. VII. 'castis adolet dum altaria tædis.' Castitatem inter et pudicitiam id interest, inquit Non. Marcellus, quod pudicitia turpi libidini contraria sit, castitas religiosam insuper munditiam complectatur.

Digitized by Google

Deorum numini ita sunt, si animadvertuntur ab his, et si est aliquid a Diis immortalibus hominum generi tributum. Sin autem Dii neque [3] possunt nos juvare, neque volunt; nec omnino curant; nec, quid agamus, animadvertunt; nec est, quod ab his ad hominum vitam permanare possit; quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus? In specie autem fictæ [4] simulationis, sicut reliquæ virtutes, ita pietas inesse non potest, cum qua simul et sanctitatem et religionem tolli necesse est; quibus sublatis, perturbatio vitæ sequitur, et magna confusio. 4. Atque [5] haud scio, an, pietate adversus Deos sublata, fides etiam et societas generis humani, et una excellentissima virtus, justitia, tollatur. Sunt autem alii [1] philosophi, et hi quidem magni atque nobiles, qui Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi censeant: [6] neque vero id solum, sed etiam ab iisdem vitæ hominum consuli et provideri: nam et fruges, et reliqua, quæ terra pariat, et tempestates, ac temporum varietates, cœlique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, [*p.* 3.] maturata pubescant, [a] a Diis immortalibus tribui generi humano putant: [m] multaque, quæ dicentur in his libris, colligunt, quæ

[a] *Vigeant fructusque ferant.*

Lamb. *et caste.* Mox, *ab iis* Manut. Wolf. Moser.—3 Lamb. *nec.* Mox, *nec volunt* Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *neque omnino* Heindorf. tacite; *nec curant omnino* Manut. Lamb. Tum, *quod ab iis* Wolf. Moser. Orell. *quod ullos Deis* Junt. Victor.—4 *In specie autem ficta* de Heindorfii conjectura Schutz. *et* ante *sanctitatem* omittunt Red. Glog. probante Heindorf.—5 *Atqui* E. Mox, *humani generis* codd. aliquot, Manut. Lamb.—6 Codex unus Oxon. *censent.* Statim, *ab eisdem* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *hominum vitæ* multi codd. Victor. Heindorf. Orell. probante Beier. Paulo post, *maturata pu-*

NOTÆ

[1] *Sunt autem alii*] Stoici, cognominati a *στοὰ, porticu* Athenarum celeberrima, in quam convenire consueverant, dicta quoque Pœcile, a varietate picturæ; *ποίκιλον* enim *pictura* est. Hanc pinxit gratis Polygnotus. Horum princeps Zeno; discipuli, Diogenes Babylonius, Chrysippus Solensis, et alii, qui quid in singulis philosophiæ partibus præstiterint, vide apud Lipsium, Manuduct. ad Phil. Stoic. Dissert. I. 16.

[m] *Humano putant*] Doctrinæ Stoicorum affinis est Christiana; atque ea forte de causa, nonnulli e sanctis patribus inter Stoicos recensentur

Digitized by Google

talia sunt, ut ea ipsa Dii[7] immortales ad usum hominum fabricati pæne videantur. Contra quos Carneades[n] ita multa[8] disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. 5. Res enim nulla est, de qua tantopere[9] non solum indocti, sed etiam docti, dissentiant. Quorum opiniones cum tam variæ sint, tamque inter se dissidentes; alterum[10] fieri profecto potest, ut earum nulla; alterum certe non potest, ut plus una, vera sit. III. Qua quidem in causa et benevolos objurgatores placare, et invidos vituperatores confutare, possumus, ut alteros reprehendisse pœniteat, alteri didicisse se gaudeant.[1] Nam, qui admonent amice, docendi sunt; qui inimice insectantur, repellendi.[2] 6. Multum autem[3] fluxisse video de libris nostris (quos complures brevi tempore[o] edidimus) variumque sermonem, partim admirantium, unde hoc philosophandi nobis subito studium extitisset; partim, quid quaque de re certi haberemus, scire cupientium. Multis etiam sensi[4] mirabile videri, eam nobis potissimum[p]

bescunt E.—7 De Bouhierii conjectura Heindorf. et Schutz. *ipsi Dii*, probante Ernesti.—8 *Carneades vi multa* E O U. *disserit*, *ut excitares h. non secordes* E. —9 Codex unus Oxon. Wolf. Dav. Moser. Orell. *tanto opere*. Actutum, *non solum docti, sed etiam indocti* codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Junt.—10 E *alterum nemo;* et in margine *alterum vero*. Statim, *profecto fieri* codd. aliquot, Victor. Dav.

CAP. III. 1 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *se didicisse gaudeant*. —2 Lamb. conj. *refellendi*, improbante Orell.—3 *Multum quoque* O. Mox, *varioque sermone* E ψ. Deinde, *partim quidem quaque*, &c. E.—4 *Multis etiam censui* in eodem cod. Mox, *rebus offenderet* E. Pro *relictæ*, quod servant

NOTÆ

puta Arnobius, Tertullian. Clem. Alexandrinus. Vid. J. Lips. Manud. ad Phil. Stoic. diss. 7.

[n] *Carneades*] Novæ (nam triplex fuit) auctor Academiæ: veteris dux fuit aut Socrates, aut Plato, mediæ Arcesilaus. Carneades vir fuit summæ in disputando modestiæ: cum multa ex Chrysippi libris hausisset, dicere solebat, 'Nisi Chrysippus fuisset, ego non essem:' tanta insuper eloquentia, ut in celebri illa Atheniensium legatione, audito Carneade, Cato Censorius dimittendos quamprimum legatos dixerit, eo enim loquente, quid verum, quid falsum esset, discerni non posse. Plin. III. 30.

[o] *Complures brevi tempore*] Ex quo potiri rerum cœpit J. Cæsar.

[p] *Eam nobis potissimum*] Academicam. Huic Cicero, quamvis desertæ, ideo nomen dedit, quod eloquentiæ, quam semper ipse amavit, scho-

Digitized by Google

probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet,[q] et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertæque disciplinæ, et jampridem relictæ, patrocinium necopinatum a nobis esse susceptum. Nos autem nec subito cœpimus philosophari; nec mediocrem a primo tempore ætatis in eo studio[5] operam curamque consumsimus: et, cum minime videbamur, tum maxime philosophabamur: quod et orationes declarant, refertæ philosophorum sententiis, et doctissimorum hominum familiaritates, quibus semper domus nostra floruit; et principes illi, Diodotus,[r] Philo,[s] Antiochus,[t] Posidonius,[u] a quibus instituti sumus. 7. Et, si omnia philosophiæ præcepta[6] referuntur ad vitam, arbitramur nos et publicis et privatis in rebus ea præstitisse, quæ ratio et doctrina præscripserit. IV. Sin autem quis requirit, quæ causa nos impulerit, ut hæc tam sero[x] literis mandaremus, nihil est, quod expedire tam facile possimus. Nam, cum otio[1] langueremus, et is esset reipublicæ status,

plurimi codd. et edd. vett. *relicto* habet O. *derelictæ* conj. Heindorf.—5 D *ætatis in eo studii;* E *ætatis meæ studii.* Statim, *tamen maxime* E. Tum, *quod et orationes nostræ* Lamb. *refertæ p. sententiæ* al. Pro *floruit* Scheller. conj. *patuit.*—6 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *præcepta philosophiæ.*

CAP. IV. 1 *Nam cum oratione* E. Mox, *unius consilio regi atque gubernari*

NOTÆ

la illa faveret. Ex mediis Academiæ spatiis oratorem extitisse se ait, in Orat.

[q] *Lucem eriperet*] Negabat enim ullam esse scientiam.

[r] *Diodotus* [*Diodorus*] Vel, ut alii legunt, *Diodotus*, Stoicus, Ciceronis a pueris magister: apud eum mansit, apud eum mortuus est. De illo Tusc. lib. v. et in Bruto; Epist. ad Att. II. 20. Famil. IX. 4. et XIII. 17. Acad. Quæst. lib. IV.

[s] *Philo*] Princeps Academiæ. Huic, cum Athenis, bello Mithridatico, profugisset, Romamque venisset, totum se tradidit Cicero. Cic. in Bruto.

[t] *Antiochus*] Ascalonites, qui deinde ab Academia ad Stoicos se contulit. Hunc Cicero Athenis per sex menses audivit: Attico etiam et Lucullo admodum familiaris fuit.

[u] *Posidonius*] Apamensis Syriæ; Stoicus, Rhodi docuit, cognominatus 'Αληθής. Scripsit quoque de Natura Deorum. Ejus studiosissimus fuit Pompeius; ad eum, confecto bello Mithridatico, cum se conferret, fores a lictore, qui mos erat, pulsari vetuit, et fasces lictorios philosophi januæ submisit is, cui Oriens Occidensque se submiserant. Plin. VII. 30.

[x] *Ut hæc tam sero*] Affert has iterum rationes Epist. Famil. IV. 3. ad Serv. Sulpic.

Digitized by Google

ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset; primum, ipsius reipublicæ causa, philosophiam nostris hominibus explicandam putavi, magni existimans interesse ad decus et ad laudem[2] civitatis, res tam graves tamque præclaras Latinis etiam literis contineri. 8. Eoque me minus instituti mei pœnitet, quod facile sentio,[3] quam multorum non modo discendi, sed etiam scribendi, studia commoverim. Complures enim, Græcis institutionibus eruditi, ea, quæ didicerant,[4] cum civibus suis communicare non poterant, quod illa, quæ a Græcis accepissent, Latine dici posse diffiderent. Quo in genere tantum profecisse videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur.[5] 9. Hortata etiam est,[6] ut me ad hæc conferrem, animi ægritudo, fortunæ magna et gravi commota injuria: cujus si majorem aliquam levationem[y] reperire potuissem, non ad hanc potissimum confugissem. Ea vero ipsa nulla ratione melius frui potui, quam si me non modo ad legendos libros, sed etiam ad totam philosophiam pertractandam, dedissem.[7] [*p.* 4.] Omnes autem ejus partes, atque omnia membra,[z] tum facillime noscuntur, cum totæ quæ-

Glog. unde Heindorf. conj. *unius consilio atque cura regi et gubernari.*—2 E, Manut. *ad decus et laudem*; U *ad decus et ad salutem.* E *atque præclaras.*—3 Heindorf. e cod. Glog. *quod jam facile sentio.*—4 E *didicerunt.*—5 Dav. conj. *vincamur*, improbantibus Wolf. Jentzen. et Orell.—6 *Hortata est etiam* cum codd. aliquot Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Mox, *hæc conferam* E O. *cui si majorem* Glog. alii codd. et margo Venet. 1507. pro-

NOTÆ

[y] *Majorem aliquam levationem*] Quantum ad sedandas animi ægritudines studium valeat, docuit Osymanduas, rex Ægypti, qui bibliothecam primus inter reges habuit, eamque inscripsit ψυχῆς ἰατρεῖον, *animi medica officina.* Idem emblema sibi ascivit bibliotheca Claromontana Soc. J. Parisiis.

[z] *Omnia membra*] Videor mihi operæ pretium facturus, si philosophiam veterem in partes suas ac membra distribuam. Triplex fuit philosophiæ genus: primum a modo philosophandi profectum; alterum a magistris; tertium a rebus ipsis. 1. A modo philosophandi, alii dicti δογματικοὶ, qui de rebus disserebant, quasi comprehendi et intelligi certo possent: alii ἐφεκτικοὶ, qui de rebus disserebant, quasi humanum captum superantibus. 2. A magistris aliud philosophiæ genus dictum Italicum, aliud Ionicum; Italicum a Pythagora, quod in Italia, seu Magna Græcia, philosophatus sit; Ionicum ab Anaximandro, nato Mileti, quæ urbs est Ioniæ clarissima. 3. A rebus

Digitized by Google

stiones scribendo explicantur. Est enim admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, ut alia ex alia nexa,[8] et omnes inter se aptæ colligatæque videantur. v. 10. Qui autem requirunt, quid quaque de re ipsi sentiamus, curiosius id faciunt, quam necesse est. Non enim tam auctoritatis[1] in disputando, quam rationis, momenta quærenda sunt. Quinetiam obest plerumque iis,[2] qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suum judicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant, judicatum vident. Nec vero probare soleo id, quod de Pythagoreis[3] accepimus; quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quæreretur, quare ita esset, respondere solitos, 'Ipse dixit:'[a] 'ipse' autem erat Pythagoras.[b] Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam sine ratione valeret auctoritas. 11. Qui autem mirantur,[4] nos hanc potissimum disciplinam secutos, his, quatuor Academicis[c] libris, satis responsum videtur. Nec vero

bante Wolf.—7 Jentzen. conj. *dedidissem*.—8 Victor. *alia ex alia annexa;* codd. aliquot, etiam E ψ, Dav. Lall. Heindorf. Schutz. *aliæ ex aliis nexæ;* U *alia ex alia nexa ratione*. Tum, *colligatæ videntur* E.

CAP. V. 1 Ita codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. Moser. Orell. *auctoritates* conj. Heindorf. recepit Schutz. *auctores* plurimi codd. etiam ψ, margo Venet. 1507. Manut. Nobb.—2 E *his*.—3 *Pythagoricis* U, margo Venet. 1507. Lamb. Mox, *cum ex his* E. *cum ex eis* Victor. Tum, *ipse dixit*, *αὐτὸς ἔφα* Junt. Verba, *ipse autem erat Pythagoras* suspecta sunt Walkero.—4 *Qui au-*

NOTÆ

ipsis; alii in organo solo, seu methodo tradenda versati, et illi dialectici; alii in rerum natura indaganda, et illi physici; alii in voluntate hominis moderanda, et illi ethici. Dialecticorum princeps Zeno Eleates; physicorum Anaximenes; ethicorum Socrates; unde decem sectæ ethicorum.

[a] *Ipse dixit*] Vox usurpari solita ab ipso Pythagora, inquit Suidas, quo plus sibi auctoritatis conciliaret: Laërt. a Pythagora quodam Zacyntho profectam tradit.

[b] *Pythagoras*] Vir incertis parentibus et patria, sicut Homerus, quia suum plures esse volunt; quanquam plerique Samium fuisse tradunt. Sunt qui magum fuisse scripserint, quod Deorum consuetudine uti solitum referat Suidas ex Philostrato. Salian.

[c] *Quatuor Academicis*] Duos primum Academicorum libros scripserat, quorum sermonem Catulo, Lucullo, et Hortensio tribuerat, hominibus nobilibus illis quidem, sed non iis qui λογικώτερα illa sustinerent. Attici consilio negotium retractavit, et duobus e libris quatuor effecit. De iis plura diximus suo loco.

Digitized by Google

desertarum relictarumque[5] rerum patrocinium suscepimus. Non enim, hominum interitu, sententiæ quoque occidunt: sed lucem auctoris fortasse desiderant: ut hæc in philosophia ratio contra omnia disserendi, nullamque rem aperte judicandi, profecta a Socrate, repetita ab Arcesila,[d] confirmata a Carneade, usque ad nostram viguit ætatem; quam nunc propemodum orbam[e] esse in ipsa Græcia intelligo: quod non Academiæ vitio, sed tarditate hominum, arbitror contigisse. Nam, si singulas[6] disciplinas percipere magnum est, quanto majus omnes! quod facere iis[7] necesse est, quibus propositum est, veri reperiendi causa, et contra omnes philosophos, et pro omnibus, dicere. 12. Cujus rei tantæ tamque difficilis facultatem consecutum esse me non profiteor; secutum esse, præ me fero. Nec tamen fieri potest, ut, qui hac ratione philosophentur, ii[8] nihil habeant, quod sequantur. Dictum est omnino[9] hac de re alio loco[f] diligentius: sed, quia nimis indociles quidam tardique sunt, admonendi videntur sæpius. Non enim sumus ii,[10] quibus nihil verum esse videatur, sed ii, qui omnibus veris falsa quædam adjuncta esse dicamus, tanta similitudine, ut in iis nulla insit certa judicandi et assentiendi nota. Ex quo existit et illud,[11] multa esse probabilia; quæ quan-

tem admirantur E O U, aliique codd. ap. Orell.—5 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *derelictarumque*. Statim, *interitu scientiæ* codd. aliquot, et margo Venet. 1507. Pro *auctoris* codex unus ap. Orell. margo Venet. 1507. et Junt. habent *a ceteris*. Deinde, *ut hæc philosophiæ ratio* E.—6 *Nam singulas* O. Statim, *quanto magis* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt.—7 *Quod facere his* codd. aliquot ap. Orell. etiam E. et Schutz.—8 E, Victor. Dav. Heindorf. *hi*.—9 *Dictum est enim* U et margo Venet. 1507. *Dictum est autem* Glog. *omnino* omittunt Manut. et Lamb. *de hac re* Victor.—10 *Non enim sumus*, omisso *ii*, codex unus Oxon. Mox, *sed qui omnibus* in eodem cod. Tum, *ut in his* E. *insit certe* Victor. *certa* deest in Junt.—11 *Ex quo extitit illud* E. *Ex quo existit illud* ψ, alii codd. Schutz. Nobb. Orell. *et illud* desunt in U. ' Sine

NOTÆ

[d] *Ab Arcesila*] Discipulo Crantoris, Mediæ Academiæ auctore.

[e] *Propemodum orbam*] Apud Græcos defecit Academia in Clitomacho, quo tempore florere cœpit apud Romanos opera Philonis ejus discipuli. Hic præstantes auditores habuit, Ciceronem, Lucullum, Varronem, Cottam, cujus in domo hæc de Nat. Deorum disputatio habita fingitur.

[f] *Alio loco*] Acad. Quæst. lib. IV.

Digitized by Google

quam non perciperentur, tamen, quia visum haberent quendam insignem et illustrem, his sapientis vita regeretur.

VI. 13. Sed jam, ut omni me invidia liberem, ponam in medio sententias philosophorum de natura Deorum: quo quidem loco convocandi omnes videntur, qui, quæ sit earum vera,[1] judicent. Tum demum mihi[2] procax Academia videbitur, si aut consenserint omnes, aut erit inventus aliquis, qui, quid verum sit, invenerit. Itaque mihi libet exclamare, ut ille[g] in Synephebis:[3]

Pro Deum, popularium omnium,[h] omnium[4] adolescentium
Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro,[5] atque imploro fidem;

non levissima de re, ut queritur ille,[6]

Fieri in civitate facinora capitalia:
Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult:[7]

14. sed ut adsint, cognoscant, animadvertant, quid de reli-

---

causa locus hic Heindorfio interpolatus videbatur.' *Orell.* *multa etiam esse* E. Statim, *quia visum habent quendam* idem cod. *quia visum quendam haberent* alii codd. ap. Orell. et Victor. *quia visionem, &c.* conj. Schutz.

CAP. VI. 1 Cod. U *quæque sit natura eorum*, et in marg. *qui quæ sint vera;* E *qui, quæ sint, &c.*—2 *Tum mihi* idem codex. Mox, *si autem cons.* U. Pro *erit* Dav. conj. *fuerit.*—3 Ita de conjectura Ursini Lall. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *ut Statius in Syn.* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Grut. Oliv. *ut Plautus in Syn.* codd. aliquot, et Junt. *ut jus in ephebis* E. *ut in Sinefebis* O. *ut in fine phebis* U. *ut in Synephebis* ψ, Dav. Heindorf. *ut Terentius in Syn.* al.—4 Ita codd. plerique Oxon. Manut. Dav. seqq. *omnium* alterum omittunt multi codd. etiam ψ, Junt. Victor. Lamb. Grut. —5 E omittit *ploro.*—6 Red. Glog. Heindorf. omittunt *ille.* Mox, *In civitate fieri* codd. aliquot, Victor. Dav.—7 Nobb. et Orell. *nevolt;* Moser. conj. *Abs amico a. accipere ehem meretrix nevolt;* Jentzen. *fieri jam in civitate faci-*

NOTÆ

g *Ut ille* [*Statius*] Cæcilius Statius, comœdiarum scriptor insignis, contubernalis Ennii. Statius servile nomen fuit, servisque dari solitum. Habuit et illud Cæcilius, sed postea in cognomen versum est, et Cæcilius Statius appellari cœpit. Gell. IV. 20. Gyrald. de Poët.

h *Popularium omnium*] Geminari illud *omnium* volunt aliqui, rhythmi, ut aiunt, supplendi causa. Duo primi versus, inquiunt, sunt trochaici octonarii catalectici; tertium quale sit, ignoratur. Carminis comici leges, si quæ sunt, docebunt te Erasmus, Scaliger, Joan. Camerarius, et Alciat. de Metro.

Digitized by Google

gione, pietate, sanctitate,[8] cærimoniis, fide, jurejurando, quid de templis, delubris,[i] sacrificiisque solennibus, quid de ipsis auspiciis,[k] quibus nos præsumus, existimandum sit. Hæc enim omnia ad hanc de Diis immortalibus quæstionem referenda sunt. [*p.* 5.] Profecto eos ipsos, qui se aliquid certi habere arbitrantur, addubitare coget doctissimorum hominum de maxima re tanta dissensio. 15. Quod[9] cum sæpe alias, tum maxime animadverti, cum, apud C. Cottam,[l] familiarem meum, accurate sane et diligenter, de Diis immortalibus disputatum sit. Nam, cum feriis Latinis,[m] ad eum, ipsius rogatu arcessituque,[10] venis-

tora capitalia: Accipere abs amante amico argentum meretrix nevoll.—8 E *pietate et sanctitate.* Mox, *nos* deest in eodem codice.—9 *Quam* codex unus ap. Orell. *B. Cottam* E O U. Deinde, *disputatum est* e codd. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *disputatum fuit* E. *disputatumst* alii codd. *disputatum esset* conj. Ernesti.—10 Junt. Manut. *accersituque.* Statim, *G. Velleio* E U. *sena-*

NOTÆ

[i] *Templis, delubris*] 'Templum' erat locus augurii vel auspicii causa, quibusdam conceptis verbis finitus et designatus. Varro de Ling. Lat. lib. VI. 'Delubrum' locus erat in quo ædi sacræ addita erat area. Varro ibid. Vel, ut tradit Isidorus, Orig. XV. 4. 'delubra' dicebantur templa fontes habentia, quibus ante ingressum diluebantur; et a diluendo, 'delubra.'

[k] *Ipsis auspiciis*] Auspiciorum quinque genera: 1. ex cœlo; 2. ex avibus; 3. ex tripudiis; 4. ex quadrupedibus; 5. ex diris. Plura infra.

[l] *C. Cottam*] C. Aurelius Cotta, munere pontifex, secta Academicus, belli pacisque artibus clarus: rebus feliciter in Gallia gestis, post consulatum an. 679. triumphus illi decretus est; sed mors triumphum prævertit. Duos habuit fratres, Marcum et Lucullum. Ille, L. Luculli in consulatu collega, a Mithridate ad Chalcedonem turpiter victus est: hic, consul an. 688. mox censor, usque ad bellum Mutinense vixit.

[m] *Feriis Latinis*] Quadruplex feriarum, seu festorum, genus apud Romanos; stativæ, conceptivæ, imperativæ, nundinæ. Stativæ, seu statæ, ut Festus Pompeius loquitur, quæ certo statutoque die celebratæ, ut Lupercalia, Saturnalia: conceptivæ, quæ incertis diebus, ut Compitalitiæ, sementinæ: imperativæ, quas consul prætorve, aut pontifex maximus pro arbitrio indiceret: nundinæ, quibus rustici mercandi causa in urbem confluere soliti. Latinæ stativæ erant, nempe die ultima Martii; qua Jovi Latiali in monte Albano sacrum fiebat, quod Latium dicebatur. Has Tarquinius unius diei esse voluit. Post exactos reges, alter adjici cœptus. Reconciliata plebe cum Patribus per Menenium Agrippam, tertius accessit; quartus, reconciliata rursus plebe cum Patribus per Camillum. Interjecto deinde tempore, sex alii dies adjecti; ultra quos, post Latinas ferias, duo

Digitized by Google

sem, offendi eum sedentem in exhedra,[n] et cum C. Velleio[o] senatore disputantem: ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. Aderat etiam Q. Lucilius Balbus,[p] qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur. Tum, ut me [11] Cotta vidit, Peropportune, inquit, venis: oritur enim mihi magna de re altercatio cum Velleio; cui, pro tuo studio, non est alienum te interesse. VII. 16. Atqui[1] mihi quoque videor, inquam, venisse, ut dicis, opportune. Tres enim trium[q] disciplinarum principes convenistis. M. Piso[2 r] si adesset, nullius philosophiæ, earum quidem quæ in honore sunt, vacaret locus. Tum Cotta, Si, inquit, liber Antiochi nostri, qui ab eo nuper ad hunc Balbum missus est, vera loquitur; nihil est, quod Pisonem, familiarem tuum, desideres. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re con-

tore omittunt ψ et Grut.—11 *Tum me ut* codd. aliquot. *contra vidit* U: et in marg. *cocta*.

CAP. VII. 1 *Atque* codd. aliquot, probantibus Walk. et Moser.—2 *M. enim Piso* codd. plerique, et edd. ante Dav. item Orell. *M. etiam Piso* conj. Hein-

NOTÆ

etiam religiosi dies habiti, quo tempore solenne ludicrum in Capitolio fieri solitum. Tiraquel. in Dies Genial.

[n] *In exhedra*] Exhedram aliis placet esse fenestræ genus quoddam; aliis pensiles pergulas, *balcons;* melius aliis cubiculum columnis fultum et epistyliis pluribus, excisis spatiis, quibus prospectus in viam sit, aliquando sub divo, nonnunquam sub tecto. Vitruv. v. 11.

[o] *Cum C. Velleio*] Secta Epicureo, et L. Crasso familiari. Quas in rep. dignitates gesserit, obscurum est, si tribunatum plebis an. 663. excipias. Avus fuit P. Velleii Paterculi, cujus extat Historia ad M. Vinicium consulem.

[p] *Q. Lucilius Balbus*] Hunc Lucium Lucilium Balbum Pigh. et Corradus commentario in Brutum Ciceronis vocant. Celebris jurisconsultus, e schola Q. Mucii Scævolæ, pontificis maximi. Ad hunc Antiochus librum scripsit, de quo infra. Pater L. Lucilii, qui in Ciliciam legatus cum Appio Claudio, Ciceroni in provinciam venienti obviam missus est. Cic. Famil. III. 5. Diversa gens a Lucilio poëta, qui et ipse prætor fuit an. 686.

[q] *Tres enim trium*] Academicæ, Stoicæ, Epicureæ: Academicæ Cotta; Stoicæ Balbus; Epicureæ Velleius.

[r] *M. Piso*] Is ipse de quo Cic. in Bruto: 'Piso quicquid habuit, habuit ex disciplina.' Quis pater, quis avus, quid ipse in repub. gesserit, obscurum est.

Digitized by Google

cinere[3] videntur, verbis discrepare: quo de libro velim scire, Balbe,[4] quid sentias. Egone? inquit ille. Miror, Antiochum, hominem inprimis acutum, non vidisse, interesse plurimum inter Stoicos, qui honesta a commodis,[s] non nomine, sed genere toto, disjungerent;[5] et Peripateticos, qui honesta commiscerent cum commodis, ut ea inter se magnitudine, et quasi gradibus, non genere, differrent. Hæc enim est[6] non verborum parva, sed rerum permagna, dissensio. 17. Verum hæc alias:[7] nunc, quod cœpimus, si videtur. Mihi vero, inquit Cotta, videtur. Sed ut hic, qui intervenit, (me intuens) ne ignoret, quæ res[8] agatur, de natura agebamus Deorum: quæ cum mihi videretur perobscura, ut semper videri solet, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. Quamobrem, inquit,[9] Vellei, nisi molestum est, repete quæ cœperas. Repetam vero: quanquam non mihi, sed tibi, hic venit adjutor: ambo enim, inquit arridens, ab eodem Philone nihil scire[t] didicistis. Tum ego, Quid didicerimus, Cotta viderit: tu autem nolo existimes, me adjutorem huic venisse,[10] sed auditorem, et quidem æquum, libero judicio, nulla ejusmodi astrictum necessitate, ut mihi (velim, nolim) sit certa quædam tuenda sententia.

VIII. 18. Tum Velleius, fidenter sane, ut solent isti, (nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur; tanquam modo ex Deorum concilio, et ex Epicuri inter-

dorf. *Cn. Piso &c.* Tum, *nullus phil.* E.—3 Ita cum codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Dav. seqq. *consentire* codd. aliquot, etiam U, et Lamb. ipse tamen postea improbavit.—4 *Balbe, velim scire* Victor. Dav. *velim, Balbe, scire* margo Venet. 1507. Junt.—5 Victor. *dijungerent.* Mox, *qui sic honesta* Glog. Heindorf. Schutz. *miscerent* U, margo Venet. 1507. Junt. *commiscent* E. *cum* omittunt Manut. Lamb.—6 *Hæc est enim* de Heindorfii conjectura Schutz. Moser. Statim, *magna dissensio* E.—7 *Sed hæc alias* U, margo Venet. 1507. Junt. *Verum hoc alias* E O, Victor. Dav. *nunc quod accepimus* E.—8 U, Lamb. *qua de re.*—9 Red. omittit *inquit.*—10 Duo codd. *nolo me existimes adjutorem huic venisse*, probante Moser. *huc venisse* E. Mox, E *et equidem, &c.* U *et quam, &c.*

NOTÆ

[s] *Honesta a commodis*] Utrorumque discrimen vide copiose de Fin. lib. III.

[t] *Nihil scire*] De omnibus dubitaverunt Academici.

mundiis,[1] [u] descendisset) Audite, inquit, non futiles commenticiasque sententias, non opificem ædificatoremque mundi, Platonis de Timæo [x] Deum: nec anum fatidicam [a] Stoicorum Πρόνοιαν, quam Latine licet 'providentiam' dicere; neque vero mundum ipsum, animo et sensibus [y] præditum, rotundum, ardentem, volubilem [2] Deum, portenta et miracula non disserentium philosophorum, sed somniantium. 19. Quibus enim oculis animi [3] intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua construi a Deo atque ædificari mundum facit? quæ molitio? quæ ferramenta? qui vectes? quæ machinæ? qui ministri tanti muneris fuerunt? Quemadmodum autem obedire et parere voluntati architecti aër, ignis, aqua, terra, potuerunt? Unde vero ortæ illæ quinque formæ [z] ex quibus [4] reliqua formantur, apte cadentes ad animum efficiendum pariendosque sensus? Longum est omnia: [5] [a] quæ talia sunt, ut

[a] *Fatorum decreta exponentem.*

CAP. VIII. 1 E *intermediis;* U *internumidiis*, et in marg. *intermundus.* Actutum, *descendens sed* ψ. Mox, *non commenticias futilesque* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Deinde, *in Timæo* Heindorf. de Walkeri sententia, sieque volebat Schutz. probante Moser. *de Timæo* gloss. videbatur Wolfio.—2 Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *volubilem, ardentem.*—3 Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. omittunt *animi;* uncis inclusit Orell. Mox, *potuit noster* E. *poterit utrum* U. *fabricam illam tanti operis* desunt in E. Paulo post, *quemadmodum obedire* E U. *quemadmodum enim obedire* U in marg.—4 Codd. aliquot et Victor. *e quibus;* U omittit *ex.* Actutum *reliquæ* U, alii codd. ap. Orell. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 *Longum est ad omnia* multi codd. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. *Longum est iter*

NOTÆ

[u] *Intermundiis*] Intervalla erant, quæ fingebat inania. De quibus dictum de Fin. lib. II.

[x] *De Timæo*] Eo libro quem 'Timæum' inscripsit, quod in eo loquentem inducat Timæum quendam, secta Pythagoricum. Ita Cicero librum de Amicitia 'Lælium,' librum de Senectute 'Catonem' inscripsit.

[y] *Animo et sensibus*] Mundum quia perfectissimum Plato putavit, mente præditum esse oportere docuit; rotundum, quod ea figura omnium perfectissima sit.

[z] *Quinque formæ*] 1. Essentia; 2. Idem; 3. alterum; 4. status; 5. motus. I. 'Essentiam' Plato vocat, quod Peripatetici rationem cujusque rei formalem; 2. 'idem,' id quo quid et secum et cum aliis convenit; 3. 'alterum,' quo differt ceteris; 4. 'statum,' quo unitatem aliquamdiu suam conservat; 5. 'motum,' quo ad agendum fertur.

[a] *[Iter ad] omnia*] Legunt alii *iterare omnia.*

Digitized by Google

optata magis, quam inventa, videantur. 20. Sed illa palmaris [b] quidem, quod,[6] qui non modo natum [c] mundum introduxerit, sed etiam manu pæne factum, is eum dixerit fore sempiternum. Hunc censes primis, ut dicitur, labris [7] gustasse physiologiam,[a] qui quicquam, quod ortum sit, putet æternum esse posse? [*p.* 6.] Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis? aut quid est, cujus [8] principium aliquod sit, nihil sit extremum? Pronœa [9] vero si vestra est, Lucili, eadem; requiro (quæ paulo ante) ministros, machinas, omnem totius operis designationem, atque apparatum: sin alia est, cur mortalem fecerit mundum, non, quemadmodum Platonicus Deus, sempiternum? IX. 21. Ab utroque autem sciscitor, cur mundi ædificatores repente extiterint; innumerabilia sæcula dormierint.[1] Non enim, si mundus nullus erat, sæcula non erant. Sæcula nunc dico, non ea,[2] quæ dierum noctiumque numero annuis cursibus conficiuntur: nam fateor, ea, sine mundi conversione, effici non

[a] *Eam scientiarum partem, qua rerum naturam investigat.*

ad omnia codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb.—6 Ita margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Dav. Moser. Orell. *Sed illa palmaris, quod* codd. aliquot, etiam E O U ψ, Junt. Heindorf. *Sed illud palmare, quod* Schutz. Wolf. uti volebat Dav. Mox, *introduxit . . . dixit* Red. Ascens. Schutz. Pro *is* Glog. et Schutz. habent *idem.*—7 Codd. aliquot, et Junt. *labiis.* Statim, *physiologiam, id est, naturæ rationem, qui, &c.* omnes codd. edd. antiquiss. margo Venet. 1507. Junt. Victor.—8 Heindorf. conj. *cujus cum.*—9 Πρόνοια Manut. *Provoces* E. *Pronoë* O. Mox, *Lucili; eadem requiro* Victor. Manut. *Pronœa vero vestra si eadem est, Lucili, eadem requiro* conj. Lamb. probante Wolf. *P. vero si vestra est, Lucili, eadem; eadem requiro* conj. Heindorf. Statim, *ministras* codd. aliquot, probante Crenz. Pro *operis* Manut. et Lamb. habent *orbis.*

CAP. IX. 1 Ita codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Schutz. Moser. Orell. *sæcula ante dormierint* codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. *sæcula ante dormierint* alii codd. margo Venet. 1507. probante Wolf.—2 *Sæcula non dico*

NOTÆ

[b] *Illa palmaris*] Sic Terent. in Eunuch. 'Id vero est quod mihi puto palmarium.' Cic. Phil. VI. 'Sed illa statua palmaris,' &c. id est, præcipua, et quasi digna palma.

[c] *Non modo natum*] Mundumne æternum senserit Plato, necne, incertum est. Severus, Atticus, et Plut. aiunt negasse; Crantor, Plotinus, Porphyrius, Iamblichus, Proculus, aiunt sensisse ita esse æternum, ut a Deo semper fuerit; adeoque quod initio temporis caruerit, ingenitum dici; genitum, quod a Deo semper fluxerit.

Digitized by Google

potuisse. Sed fuit quædam ab infinito tempore[3] æternitas, quam nulla temporum circumscriptio metiebatur: spatio tamen, qualis ea fuerit, intelligi potest; quod ne in cogitationem quidem cadit, ut fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus esset. 22. Isto igitur tam immenso spatio, quæro, Balbe, cur Pronœa[4] vestra cessaverit. Laboremne fugiebat?[d] At iste nec attingit Deum; nec erat ullus, cum omnes naturæ numini divino, cœlum, ignes, terræ, maria, parerent. Quid autem erat, quod concupisceret Deus mundum signis et luminibus,[5] tanquam ædilis,[e] ornare? Si, ut [Deus] ipse melius habitaret; antea videlicet, tempore infinito, in tenebris, tanquam in gurgustio,[c] habitaverat. Post autem varietatene eum delectari putamus, qua cœlum et terras exornatas videmus? Quæ ista potest esse oblectatio Deo? quæ si esset, non ea tamdiu carere potuisset. 23. An hæc, ut fere[6] dicitis, hominum causa a Deo constituta sunt? Sapientumne? propter paucos ergo tanta est[7] facta rerum molitio. An stultorum? At primum causa non fuit, cur de improbis bene mereretur. Deinde, quid

[c] *Habitatione tenui, obscura, inculta.*

nunc ea conj. Heindorf.—3 Voc. *tempore* suspectum est Schutzio in ed. maj. Mox, *circumscriptio temporum* codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Heindorf. *circumscriptio temporis* margo Venet. 1507. *emetiebatur* Red. probante Heindorf. Tum, *intelligi non potest* codd. aliquot, margo Venet. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Verba, *quod ne . . . tempus esset*, Wyttenb. collocanda censuit post v. *effici non potuisse*, probante Moser. improbante Orell.—4 Πρόνοια Manut.—5 Verba *et luminibus* suspecta sunt Ernestio. *tanquam ædes* conj. Schneider. et Heindorf. improbante Orell. *si* delendum censebat Walker. *Deus* de Ernestii sententia delevit Schutz. Deinde, *ante videlicet* Junt. Victor. Dav.—6 *An hæc fere ut* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Dav.—7 *Ergo est tanta* Junt. Victor. *Igitur tanta est* Manut.

NOTÆ

[d] *Laboremne fugiebat*] Eodem argumento utitur Lucret. lib. v. 'Quidve novi potuit tanto post ante quietos Illicere, ut cuperent vitam mutare priorem.'

[e] *Tanquam ædilis*] Quod Lacedæmoniis ephori, Ætolis agoranomi, hoc ferme Romanis a principio ædiles fuere. Duo primum instituti; mox, dissentiente a nobilibus plebe, quatuor; denique, potito rerum Cæsare, sex; plebeii duo, Cereales totidem, totidem curules. Cerealium munus fuit, præesse annonæ forensi; plebeiorum, inhibere popinas, matronas insimulare probri, fœneratores coërcere; curulium, ludos sacros et solennes instituere, urbem omni ex parte reficere et ornare.

Digitized by Google

est assecutus, cum omnes stulti sint sine dubio miserrimi; maxime quod stulti sunt: (miserius enim stultitia quid possumus dicere?) deinde, quod [8] ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia. X. Qui vero mundum ipsum animantem sapientemque esse dixerunt, nullo modo viderunt [f] animi naturam, intelligentes [1] in quam figuram cadere posset: de quo dicam equidem paulo post. 24. Nunc autem hactenus admirabor eorum tarditatem, qui animantem, immortalem, et eundem beatum, rotundum [2] esse velint, quod ea forma ullam neget esse pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri,[g] vel quadrati, vel coni,[h] vel pyramidis,[i] videtur esse formosior. Quæ vero tribuitur vita [3] isti rotundo Deo? Nempe ut ea celeritate contorqueatur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. In qua non video, ubinam mens constans, et vita beata, possit insistere. Quodque in nostro corpore, si mi-

Lamb. Nobb. Heindorf. Schutz. *Igitur est tanta* Dav.—8 Dav. conj. *cum*, probante Ernesti, qui præterea *quod* deleri posse censebat. Actutum, *ita* omittunt Reg. margo Venet. 1507. Lall. Paulo post, pro *possunt*, quod servant nonnulli codd. Junt. Victor. Dav. Lall. Moser. *possint* habent alii codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. probante Wolf.

CAP. X. 1 C, Schutz. Orell. *animi natura intelligentis*, ut volebat Ernesti, probantibus Wyttenb. et Creuz. *animi naturam intelligentis* Grut. Lall. prob. Beier. *vide[runt] animi naturam*, * * *intelligentes* Nobb. propter *videntur* codicis Ursin. *animi naturam non intelligentes* margo Venet. 1507. uti volebat Lamb. *nullo modo non viderunt animi naturam, in quam* ed. 1566. *animi natura et intelligentia in quam* conj. Eichstad. probantibus Wolf. et Moser. *intelligentes* omittit ed. quædam vet. ap. Wolf. Mox, *equidem* omittunt Venet. 1507. Manut. Lamb.—2 Schutz. conj. *et beatum, eundem rotundum;* Heindorf. suspic. *beatum, et eundem rotundum;* Junt. Manut. Lamb. *et eundem beatum, et rotundum.* Mox, *neget ullum* Junt. Victor. *qua forma neget ullam* e cod. Reg. Lall.—3 Ita Grut. Moser. *Quæ vero vita tribuitur* codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. *Quæ vero vita attribuitur* A. B. Paris. 1. 2. Gud. 2. E U, alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut.—

NOTÆ

f *Viderunt*] Forte *videntur*.

g *Vel cylindri*] Cylindrus, figura teres, a geometris definitur, figura circularis per circulos æquales et parallelos in longum ducta.

h *Vel coni*] Figura est ex plano rotunda in acumen desinens.

i *Vel pyramidis*] A cono differt in eo, quod pyramis latera et angulos habeat, conus non habeat.

Digitized by Google

nima ex parte significetur,[k] molestum sit;[d] cur hoc idem non habeatur molestum in Deo? [*p.* 7.] Terra enim profecto, quoniam pars mundi est,[4] pars est etiam Dei. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atque incultas videmus, quod pars earum appulsu[5] solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque, longinquo solis abscessu: quæ, si mundus est Deus, quoniam partes mundi sunt, Dei membra partim ardentia, partim refrigerata, dicenda sunt.

25. Atque hæc quidem vestra, Lucili. Qualia vero sint, ab ultimo repetam[l] superiorum.[6] Thales enim[m] Milesius,[n] qui primus de talibus rebus quæsivit, aquam dixit esse initium rerum; Deum autem,[o] eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.[7] Si Dii possunt[p] esse sine sensu et motu,[8]

[d] *In qua mundi celeritate, non video in qua ejus parte residere possit mens constans et vita beata; quodque in nostro corpore, si minima ex parte reperiatur, molestum sit, &c.*

4 Ita margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *mundi pars est* alii et Orell. Post hæc collocanda censet v. seqq. *si mundus est Deus* Beier. ad Offic. tom. I. p. 37.—5 E U *impulsu.* Mox, *a longinquo* Red. Heindorf. *longinquoque* codd. aliquot, probante Moser. Tum, *mundi partes* Eliens. alii codd. ap. Creuzer. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Orell.—6 Dœderl. conj. *qualia vero sint superiorum, ab ultimo repetam;* Jentzen. suspic. *vestra, Lucili: vestra qualia sint, ab u. r. s.* e codd. aliquot Dav. Lall. Schutz. *qualia vero alia sint, &c.* Red. Glog. al. ap. Creuzer. *qualia vero sunt;* A B C *qualia vero est.*—7 Codd. aliquot, et Junt. *gigneret;* Ernesti conj. *finxerit*, improbante Heindorf.—8 Ita e conjectura Ernestii Moser. et Nobb. *Si . . . sensu, cur aquæ mentem, &c.* de Heindorfii suspicione Schutz. *Sic Dii possunt esse sine sensu:*

NOTÆ

[k] *Significetur*] Suspicor vocem esse depravatam.

[l] *Ab ultimo repetam*] Hunc locum male Manutius explicat de elementis; neque enim ultimum in enumeratione elementorum aquam posuit Cicero, sed terram. Sic igitur locum explica: A primis repetam principiis.

[m] *Thales enim*] Primus inter septem Græciæ sapientes; patre Examyo, matre Cleobulina. Floruit capessente regnum Anco Martio. Mortuus est cum certamini gymnico interesset, qua æstu, qua siti, qua senio oppressus.

[n] *Milesius*] Miletus, urbs Ioniæ, in ora maris Ægæi: olim Apollinis oraculo clara; nunc tenuis, Turcarum imperio subjacet, *Melasso.* Altera Miletus est Calabria ulteriore, *Melito.*

[o] *Deum autem*] Ergo duplex principium rerum admisit; cum tamen Anaxagoras ab omnibus veteribus et a Tullio ipso laudetur, quod primus materiæ artificem adjunxerit.

[p] *Si Dii possunt*] Locus obscurus, sive mutilus sit, sive non satis intellexerit Velleius opinionem Thaletis. Sic ferme legi oporteret, *Si Dii possunt cum aqua conjungi, possunt esse*

Digitized by Google

cur aquæ adjunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore? Anaximandri[q] autem opinio est, nativos esse Deos,[e] longis intervallis orientes, occidentesque, eosque innumerabiles[r] esse mundos.[9] Sed nos Deum, nisi sempiternum,[10] intelligere qui possumus? 26. Post Anaximenes[s] aëra Deum[t] statuit, eumque gigni, esseque immensum et infinitum, et semper in motu; quasi aut aër[11] sine ulla forma Deus esse possit, cum præsertim Deum non modo aliqua, sed pulcherrima, specie esse deceat; aut non omne, quod ortum sit, mortalitas consequatur. XI. Inde Anaxagoras, qui accepit ab Anaximene disciplinam, primus omnium rerum descriptionem et modum,[1] mentis infinitæ vi ac ratione, designari et confici voluit: in quo non vidit, neque motum, sensui junctum et continentem, in infinito ullum esse posse; neque sensum omnino, quo non ipsa natura pulsa sentiret.[f] Deinde, si mentem istam quasi

[e] *Nasci posse Deos.*
[f] *Primus omnium voluit totius mundi motum et ordinem fieri et ordinari vi et*

et menti cur aquam adj. conj. Beier. *Qui, si Dii...sine sensu? Et mentem cur aquæ adj.* de Bouh. conjectura Lall. *cur mentem aquæ* Lamb.—9 Codd. aliquot omittunt *mundos*, probante Ursin. *idemque i. e. mundos* conj. Lamb. *eosque innumerabiles esse et ipsos esse mundos* suspic. Heindorf.—10 Victor. *Deum sempiternum, nisi sempiternum.*—11 Glog. *quasi vero aër;* unde Heindorf. et Schutz. *quasi vero aut aër.* Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 214. Mox, *deceat esse* decem codd. Creuzeri, Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell.

CAP. XI. 1 Dav. de Rigaltii conjectura *et motum*, probantibus Lall. et Beier. Mox, *sensui conjunctum* G, alii codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

NOTÆ

sine sensu et sine mente: sin ipsa mens constare potest vacans corpore, cur aquæ adjunxit?

[q] *Anaximandri*] Anaximander cognatus discipulusque Thaletis, artis gnomonicæ et horoscopii inventor, astrologiæ peritissimus, unde sidera Deos esse docuit, quæ, cum nascantur occidantque, 'Deos nativos' per jocum Velleius appellat. Floruit sub Polycrate, Samiorum tyranno.

[r] *Eosque innumerabiles*] Astra non solum Deos, sed mundos esse, somniavit.

[s] *Anaximenes*] Discipulus Anaximandri, mortuus quo anno Sardis a Cyro capta est: alius ab Anaximene Lampsaceno, præceptore Alexandri Macedonis, qui Lampsacum, felici dolo, excidio subduxit.

[t] *Aëra Deum*] Non quem spirando ducimus, sed spiritum et mentem. Quare cum Thalete consentit. Id tamen discriminis, quod geminum Thales, unum Anaximenes principium agnoscat.

Digitized by Google

animal aliquod esse voluit,[a] erit aliquid interius, ex quo illud animal nominetur. Quid autem interius mente? Cingatur igitur corpore externo. 27. Quod quoniam non placet, aperta simplexque mens, nulla re adjuncta, quæ[3] sentire possit, fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur.[g] Crotoniates[u] autem Alcmæo,[x] qui soli et lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea, divinitatem dedit, non sensit, sese[4] mortalibus rebus immortalitatem dare. Nam Pythagoras, qui censuit, animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem,[h] ex quo nostri animi carperentur,[5] non vidit, distractione humanorum animorum, discerpi et lacerari Deum; et, cum miseri animi essent, quod plerisque contingeret, tum Dei partem esse miseram: quod fieri non potest. 28. Cur autem quicquam ignoraret animus hominis, si esset Deus? quomodo porro Deus iste, si nihil esset nisi animus,[y] aut infixus aut infusus esset in mundo? Tum Xenophanes,[z] qui, mente adjuncta, omne præterea, quod esset infinitum, Deum voluit esse, de ipsa mente item[6] reprehenditur, ut ceteri; de

ratione mentis infinitæ. Qua quidem in re non vidit neque motum in infinito ullum esse posse conjunctum sensui, id est, cognitioni; et continentem, id est, continuum; neque cognitionem esse posse cum mundo conjunctam, quin mundus ipse, si percuteretur, sentiret.

[g] *Cingatur igitur mens illa corpore externo; quod, quoniam non placet Anaxagoræ, aperta simplexque mens, nulla re adjuncta qua sentire possit, ut tradit ipse Anaxagoras, et fugere intelligentiæ nostræ vim et notionem videtur.*

[h] *Infixum et immistum.*

—2 Eliens. Lincoln. Med. Reg. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *voluit esse.* Mox, *cingitur* Manut. Lamb. *cingatur igitur oportet* conj. Heindorf.—3 Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *qua.* Actutum, *consentire* Paris. 1. *quæ sentire* O. *vim atque notionem* Red. *vim et rationem* O.—4 Codd. Heindorfii et G *non sensit se.*—5 Eliens. 1. 2. alii codd. et Manut. *caperentur.* Mox, *dilacerari* N, margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—6 Codd.

NOTÆ

[u] *Crotoniates*] Crotona, urbs olim amplissima; hinc nobiles athletæ. Sita in Calabria, quæ olim Magna Græcia.

[x] *Alcmæo*] Auditor Pythagoræ, plurimum in medicina versatus.

[y] *Si nihil esset nisi animus*] Superfluam esse puto particulam *nihil*. Legi velim, *quomodo porro Deus iste, si animus est aut infixus, aut infusus, &c.*

[z] *Xenophanes*] Eleaticæ (auctore Eusebio) sectæ inventor, ab anno ætatis 25. ad 92. peregrinatus est, atque hinc forte Xenophanes dictus. Philosophiam carminibus tractavit. Ita Gyrald.

Digitized by Google

infinitate autem vehementius, in qua nihil neque sentiens neque conjunctum potest esse. Nam Parmenides[7] commenticium quiddam coronæ similitudine efficit: Stephanen[a] appellat, continentem ardore lucis orbem, qui cingit cœlum; quem appellat Deum: in quo neque figuram divinam, neque sensum, quisquam suspicari potest. Multa ejusdem[8] monstra; quippe qui bellum, qui discordiam, qui cupiditatem, ceteraque generis ejusdem, ad Deum revocat; quæ vel morbo, vel somno, vel oblivione, vel vetustate, delentur. Eademque de sideribus; quæ, reprehensa jam in alio[b] loco,[9] in hoc omittantur. XII. 29. [*p.* 8.] Empedocles autem, multa alia peccans, in Deorum opinione turpissime labitur. Quatuor enim naturas, ex quibus omnia constare vult, divinas esse censet,[1] quas et nasci et exstingui perspicuum est, et sensu omni carere. Nec vero Protagoras, qui sese negat omnino de Diis habere quod liqueat, sint,[2] non sint, qualesve sint, quicquam videtur de natura Deorum suspicari. Quid Democritus, qui tum ima-

aliquot, Manut. Lamb. Dav. *ita*. Actutum, *reprehenderetur* tres codd. Moseri. Deinde, *esse potest* Junt. Manut. Lamb.—7 *Nam P. quidem* codd. aliquot, Victor. Heindorf. Orell. Statim, *converticium quiddam* codd. probantibus Moser. et Creuz. *coronæ simile* e codd. Dav. et Nobb. *effecit* Junt. Victor. *στεφάνην appellat* Werfer. Tum, *continente ardore* de Davisii conjectura Moser. et Orell. *continentem ardorem* cum codd. aliquot Heindorf. Schutz. Moser. *qui cingat* de Ernestii conjectura Heindorf. Schutz. Moser. *coronæ similem efficit orbem: Stephanen eum appellat, continentem ardorem lucis, qui cingat, &c.* suspic. Heindorf. *similem* et *eum* sunt e codd.—8 Edd. vett. et Orell. *multaque ejusdem;* Red. *multaque ejuscemodi;* Heindorf. de conj. et Schutz. *mutaque ejusdem modi.* Mox, *ejusdem generis* Red, Glog. Heindorf. Pro *revocat* Orell. legit *revocet.*—9 Ita Dav. *loco* omittunt Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *jam* omittunt Junt. Victor. scribentes *in alio loco;* margo Venet. 1507. *in alio jam,* omisso *loco.*

Cap. XII. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *constare censet, divinas esse vult.*—2 Codd. aliquot, Junt. et Dav. *negat o. de Diis, quod liqueat, scire sint;* codex unus Moseri *negat o. de Diis habere quod liqueat scire sint*, ipso probante; *quid liqueat scire* Reg. unus Eliens. Bonon. 1494. *de Diis scire quid liqueat* alter Eliens. *videatur* B. *de natura rerum* Paris. *de na-*

NOTÆ

[a] *Stephanen*] Στέφανος et στεφάνη *coronam* significat, et universim quicquid coronæ formam habet. Sic στεφάνη nominatur orbiculus quem mulieres onera gestantes capiti imponere solent. Sic et orbis ille quem imi capilli circa caput describunt; sic circulus inter album oculi et pupillam medius, &c.

[b] *Jam in alio*] In Alcmæone.

Digitized by Google

gines,[c] earumque circuitus, in Deorum numero [3] refert, tum illam naturam, quæ imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram, nonne in maximo errore versatur?[a] Cum idem [4] omnino, quia nihil semper suo statu maneat, neget esse quicquam sempiternum; nonne Deum omnino ita tollit, ut nullam opinionem ejus reliquam faciat? Quid? aër, quo Diogenes[d] Apolloniates[e] utitur Deo, quem sensum habere potest, aut quam formam Dei?
30. Jam de Platonis [5] inconstantia longum est dicere; qui, in Timæo, patrem hujus mundi nominari neget posse; in Legum autem libris, quid sit omnino Deus, anquiri oportere non censeat. Quod vero sine corpore ullo Deum vult esse, (ut Græci dicunt, ἀσώματον)[6] id quale esse possit, intelligi non potest: careat enim sensu, necesse est, careat etiam prudentia, careat voluptate; quæ omnia una cum Deorum notione comprehendimus. Idem et in Timæo dicit, et in Legibus, et mundum Deum[f] esse, et cœlum, et

[a] *Quid Democritus? Nonne maximo in errore versatur, cum modo imagines nescio quas, et earum circuitus; modo illam naturam quæ imagines fundat ac mittat; modo (nam parum sibi constans est Democritus) intelligentiam nostram in Deorum numerum ponit?*

tura rerum ei suspicari M.—3 Lamb. et Heindorf. *numerum.* Mox, *mutat tamen sententiam* codex unus Oxon. et G. *sententiam* habent etiam septem codd. Moseri et Paris. 3. *nostram* de Walkeri sententia delevit Lall.—4 *Cumque idem* Paris. Victor. Dav. Paulo post, *ita tollit omnino* Junt. Manut. Lamb. *omnino* omittunt Red. Glog. Paris. 3. probantibus Moser. et Beiero.—5 Eliens. Medic. Dav. *Nam de Pl.* Mox, *partem hujus* Ernesti et Schutz. errore typogr. *negat posse* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Tum, *inquiri oportere* codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. Lamb. probantibus Moser. et Beiero ad Offic. tom. I. p. 219. *non censet* margo Venet. 1507.—6 Verba, *ut Græci dicunt, ἀσώματον*, suspecta sunt Heindorfio; *et ut Gr. d. ἀσώματον* conj. Walker. Mox, *qui caret enim* Paris. 2. *etiam* ante *prudentia* omittunt codd. aliquot, Manut.

NOTÆ

[c] *Tum imagines*] Sive ideas, quas Laërt. εἴδωλα, Democritus ipse ἰνδάλματα vocat. Vide libros sequentes.

[d] *Diogenes*] A Cynico diversus: hic Apolloniates, ille Sinopæus; hic Anaximenis, ille Antisthenis discipulus. Diversus quoque a Diogene Stoico, qui Carneadi suppar. Apolloniates autem Anaxagoræ æqualis fuit. Plura Clem. Alex. in Προτρεπτ. et Strom. lib. I. Suid. Voss. de Hist. Græcis, Laërt.

[e] *Apolloniates*] Multiplex Apollonia: quarum, quæ Diogenis patria fuerit, incertum.

[f] *Mundum Deum*] Marsilius Fici-

Digitized by Google

astra, et terram, et animos, et eos, quos majorum institutis accepimus;[7] quæ et per se sunt falsa perspicue, et inter sese vehementer repugnantia. 31. Atque etiam Xenophon[g] paucioribus verbis eadem fere peccat: facit enim, in iis quæ a Socrate[h] dicta retulit, Socratem disputantem, formam Dei quæri non oportere; eundemque et solem[8][i] et animum Deum dicere; et modo unum, tum autem plures Deos: quæ sunt iisdem in erratis fere, quibus ea, quæ de Platone dicimus. XIII. 32. Atque etiam Antisthenes[k] in eo libro, qui Physicus inscribitur, populares Deos multos, naturalem unum,[1] esse dicens, tollit vim et naturam Deorum. Nec multo secus Speusippus, Platonem avunculum[2] subsequens, et vim quandam dicens, qua omnia regantur, eamque animalem, evellere ex animis conatur cognitionem Deorum. 33. Aristoteles quoque,[3] in tertio[l] de Philoso-

Lamb. *caret voluntate* E U et duo codd. Moseri: *quæ omnia una Deorum, &c.* conj. Ernesti.—7 Idem Ernesti conj. *acceperimus*. Mox, *inter se* E O, codd. Heindorfii et octo Moseri. *vehementer* deest in U.—8 M *eundem et solem*. Mox, *plures Deos quæsivit* quatuor codd. Moseri. Tum, *in quibus* Lamb. *de P. diximus* ex uno codice Heindorf. Schutz. Moser. Orell.

CAP. XIII. 1 Codd. aliquot, etiam Glog. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *unum naturalem*; Paris. 2. 3. E *natura unum*; M *unum naturalem unum*. Mox, *tollit enim vim* G. *vim ac naturam* Red.—2 Glog. *avunculum Platonem*. Mox, *regantur* tres codd. Moseri. *evellere conatur ex animis* Glog.—3 *Aristotelesque* septem codd. Moseri, et U, probantibus Gœrenz. et Moser. *Inde Aristoteles* E. *quoque* omittunt nonnulli codd. Moseri, et edd. vett. item margo Venet. 1507. *libro* deest in Gud. 2. *a magistro suo* Red. Heindorf. Pro *uno*, quod servant octo codd. Moseri, ψ, margo Venet. 1507. et Moser. *non* de Manutii sententia exhibent Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *a magistro uno Plat. diss.* Victor. *a magistro Platone diss.* G, uti voluit Wyttenb. *tri-*

NOTÆ

nus, in Platonis doctrina versatissimus, ait Platonem cum hæc omnia Deos nominat, non tam Deos, quam divina quædam, intelligere. Mars. Ficin. in Cratyli argumento.

g *Xenophon*] Socratis discipulus; apis Attica, propter orationis elegantiam, dictus. Mortuus est Corinthi quo anno Macedonibus imperare Philippus cœpit.

h *Quæ a Socrate*] In libris quatuor, qui inscribuntur, 'De dictis et factis a Socrate memoratu dignis.'

i *Et solem*] Ait ibi quidem ut Deos, ita solem conspiciendum se mortalibus non præbere; Deum tamen nec ibi dicit esse, nec ullibi dixisse, comperi.

k *Antisthenes*] Gorgiam audivit, ex oratore philosophus, Peripateticus primum, mox princeps familiæ Cynicæ, sic dictæ quod in Cynosarge doceret.

l *In tertio*] Tres illos libros, quo-

Digitized by Google

phia libro, multa turbat, a magistro Platone uno dissentiens: modo enim menti tribuit omnem divinitatem; modo mundum ipsum Deum dicit esse; modo quendam alium [4] [m] præficit mundo; eique eas partes tribuit, ut replicatione [b] quadam mundi motum regat, atque tueatur: tum cœli ardorem Deum dicit esse, non intelligens, cœlum mundi esse partem, quem alio loco ipse designarit Deum. Quomodo autem cœli divinus ille sensus in celeritate tanta conservari potest? Ubi deinde illi [n] tot Dii,[5] si numeramus etiam cœlum Deum? Cum autem sine corpore idem vult esse Deum, omni illum sensu privat, etiam prudentia.[6] Quo porro modo [7] mundum movere carens corpore; aut quomodo semper se movens, esse quietus et beatus, potest? 34. Nec vero ejus condiscipulus [o] Xenocrates in hoc genere prudentior; [8] in cujus libris, qui sunt de Natura Deorum,[p] nulla species divina describitur: Deos enim octo esse

[b] *Revolutione.*

buit menti Gud. 2.—4 Glog. cum undecim codd. Moseri, Junt. Victor. *alium quendam.* Mox, *mundi quadam* G. *motus regat* Paris. 3. *dicit esse Deum* M. *partem esse* Glog. *esse partem mundi* Paris. 1. *quam a. l. i. designarat* M. *quam . . . designaverit* Thuan. *designavit* E.—5 Excidisse hic quædam censet Beier, veluti, *qui majorum institutis accepti, eidem habentur Dii.*—6 Margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. *et prudentia.*—7 *Quo modo porro* Red. Glog. Heindorf. Actutum, *mundum movere* est de conj. Ernestii, receperunt Moser. Nobb. Creuzer. Orell. probantibus Beiero et Elvenich. *mundus moveri* codd. aliquot, Victor. Grut. *mundus moveri potest* alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. Dav. Heindorf. *Deus moveri* de conj. sua Schutz. Tum, *se* suspectum est Wyttenb.—8 Codex unus Moseri, et Victor. *prudentior est.* Actutum, *cujus in libris* quatuor codd. Moseri, Junt. Victor. *libris in cujus* H. *cum in libris his* Red. Gud. 2. *unde cujus in libris iis, qui, &c.* Heindorf. *in natura Deorum* tres codd. Moseri. Paulo post, *in stellis vagi* Mannt. Pro *nominantur*, Lamb. et Dav. conj. *numerantur.* Tum, *quæ infixa quasi cælo sunt* Red. *quæ infixa cælo sint* duo codd. Moseri. *solem adjunxit* Paris. 1. 3. Deinde *octavam, Lunam* Victor. *octavumque, Lunam* Paris. 3. G, Eliens. Med. Bonon. 1494. margo Venet. 1407. Junt. Dav.

NOTÆ

rum meminit etiam Laërt. Petrus Marsus ait eum esse qui 'De cœlo' inscribitur; sed ille, ut opinor, male.

[m] *Modo quendam alium*] Ἐντελέχειαν vocavit Tusc. lib. I. animum illum, sive quintam naturam. Vide locum.

[n] *Ubi deinde illi*] Si cœlum Deus est, Dii Deum incolent.

[o] *Ejus condiscipulus*] De utroque est illa vox Platonis in Laërt. 'Cui equo quem asinum jungo? hic calcaribus, ille fræno indiget?'

[p] *De Natura Deorum*] Indicem ejus operum copiosissimum habet Laërt. in ejus Vita.

Digitized by Google

dicit; quinque eos, qui in stellis vagis nominantur; unum, qui ex omnibus sideribus, quæ infixa cœlo sunt, ex dispersis quasi membris, simplex sit putandus Deus: septimum Solem adjungit; octavamque, Lunam; qui quo sensu beati esse possint, intelligi non potest. Ex eadem Platonis schola Ponticus Heraclides[q] puerilibus fabulis refersit libros:[r] [*p.* 9.] et tamen modo mundum,[9] tum mentem divinam, esse putat: errantibus etiam stellis divinitatem tribuit; sensuque Deum privat; et ejus formam mutabilem esse vult: eodemque in libro[s] rursus terram et cœlum refert in Deos. 35. Nec vero Theophrasti[t] inconstantia ferenda est:[10] modo enim menti divinum tribuit principatum; modo cœlo; tum autem signis sideribusque cœlestibus. Nec audiendus ejus auditor[11] Strato,[u] is qui Physicus appellatur; qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi, minuendi, habeat, sed careat omni sensu et figura. XIV. 36. Zeno

Heindorf. Moser.—9 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. Lall. Nobb. *et tum mundum;* Schutz. de conj. Heindorf. *Deum modo mundum;* Dav. voluit, *et Deum modo mundum;* Jentzen. suspic. *etenim modo mundum* probante Moser. *tamen* uncis inclusit Orell. *tum mentem Deum esse* e Maffei cod. Lamb. *tum mentem divinam Deum esse* Heindorf. *putans* G. Mox, *vult esse mutabilem* in eodem cod. *eodemque libro* Red. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *eodem in libro* Paris. 2. *cœlum et terram* quatuor codd. Moseri. *fert in Deos* U. —10 Eliens. *inconstantior sententia est;* unde Walk. conj. *constantior sententia est,* recepit Heindorf. *menti divinæ* Glog. Heindorf. ut conj. Walk. Mox, *que cœlestibus* omittunt duo codd. Moseri.—11 *Nec a. ejusdem auditor* Red. U, Bonon. 1494. Heindorf. *Nec a. ejus dein auditor* Eliens. 1. *Nec a. est auditor* tres codd. Moseri: *ejus adjutor* Paris. 3. *is q. p. appellabatur* E. Statim, *minuendi, immutandique* Ascens. Heindorf. Schutz. Orell. *minuendi immittendique* codd. aliquot: *minuendi immiscendique* de Bouh. conj. Lall. *minuendive* margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

NOTÆ

[q] *Heraclides*] Speusippi auditor, mox Aristotelis. De illo supra. Diversos ab hoc Heraclidas tredecim recenset Laërt. in ejus Vita.

[r] *Refersit libros*] Horum indicem habet Laërt. in ejus Vita.

[s] *Eodemque in libro*] Quo? nullius enim facta mentio superius.

[t] *Theophrasti*] Qui Tyrtamus primum, deinde, propter eloquentiam, Theophrastus cognominatus est ab Aristotele, cujus et auditor, et in schola, eo in Chalcidem profecto, successor fuit.

[u] *Strato*] Præceptor Ptolemæi Philadelphi, a quo talentis 80. donatus. Scholam tenuit annos 18.

Digitized by Google

autem (ut jam ad vestros,[1] Balbe, veniam) naturalem legem divinam esse censet, eamque vim obtinere recta imperantem, prohibentemque contraria:[c] quam legem quomodo efficiat animantem, intelligere non possumus.[x] Deum autem animantem certe volumus esse. Atque hic idem alio loco æthera Deum[y] dicit,[2] si intelligi potest nihil sentiens Deus, qui nunquam nobis occurrit neque in precibus, neque in optatis, neque in votis. Aliis autem libris rationem quandam,[3] per omnem naturam rerum pertinentem, ut divinam esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumque mutationibus. Cum vero Hesiodi[z] Theogoniam[4] interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones Deorum: neque enim Jovem,[a]

[c] *Zeno autem (ut ad eos veniam philosophos, qui tecum, Balbe, sentiunt) censet, legem naturalem esse Deum, et eam habere vim quandam quæ recta imperet, et prohibeat quæ recta non sunt.*

CAP. XIV. 1 Paris. 3. Thuan. *nostros;* Paris. 1. *ut ad vestros jam.* Mox, *Deum esse censet* Glog. Heindorf. Nobb. *vim divinam esse censet* Junt. Tum, *prohibentem contraria* codex unus Moseri, probante Beiero ad Offic. tom. I. p. 25.—2 Ita plurimi codd. ap. Moser. et Dav. *dicit esse* codd. aliquot, Junt. Lamb. Orell. *sed intelligi qui potest* Red. Heindorf. Schutz. *si intelligit nihil* E.—3 Victor. *quandam rationem.* Actutum, *per omnium* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Grut. *per omnem pertinentem naturam* Ascens. Manut. Lamb. Thuan. *per o. n. r. permeantem* Glog. La. *per . . . pertingentem* A ψ. *ut divina esse a. putat* Glog. Manut. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *ut divina sit a. putat* margo Venet. 1507. *ut divina sit effecta putat* codd. aliquot; *ut divina sit, effectum putat* conj. Beier. *mundi igneam esse artificem putat* suspic. Jentzen.—4 *Theogoniam, id est, originem Deorum* codd. plerique, margo Venet. 1507. Junt. Victor. *insitas perceptasque* codd. aliquot. *insitas præceptasque* Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. *præceptas insitasque* Dav. Tum, *nec Junonem* Gud. 2. *ita appellatur* e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *rebus inanimatis* codd. aliquot, Junt.

NOTÆ

[x] *Intelligere non possumus*] Intelligi tamen potest; cum enim lex naturalis apud Stoicos sit ratio summi Jovis, hæc autem animans sit, consequitur legem eam animantem esse.

[y] *Æthera Deum*] Plut. in Placitis Philos. ait, Stoicos docere supremum omnium Deorum esse, non æthera, sed Deum in æthere.

[z] *Hesiodi*] Homeri consanguineus fuit, cui et illum supparem alii, alii centum annis juniorem faciunt. Hospitio exceptus ab Antipho et Ctimeno, ab iis interfectus est, cum sororis suæ stupratorem interficere putarent. Sexdecim volumina scripsit, quæ recenset Lil. Gyraldus.

[a] *Neque enim Jovem*] Hos, si Laërtio credimus, non exemit Deorum numero, sed uni Deo, pro variis facultatibus, varias illas appellationes tribuit: interdum, *Jovem*, Δία, quasi δι'

neque Junonem, neque Vestam, neque quenquam qui ita appelletur, in Deorum habet numero: sed rebus inanimis atque mutis, per quandam significationem, hæc docet tributa nomina. 37. Cujus discipuli Aristonis[b] non minus magno in errore sententia est; qui neque formam Dei intelligi posse censeat, neque in Diis sensum esse dicat, dubitetque omnino, Deus animans, necne, sit. Cleanthes autem, qui Zenonem audivit una cum eo quem proxime nominavi, tum ipsum mundum Deum[5] dicit esse; tum totius naturæ menti atque animo tribuit hoc nomen: tum ultimum, et altissimum, atque undique circumfusum, et extremum, omnia cingentem atque complexum, ardorem, qui æther nominetur, certissimum Deum judicat. Idemque,[6] quasi delirans, in iis libris, quos scripsit contra voluptatem,[c] tum fingit formam quandam et speciem Deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius. Ita fit, ut Deus ille, quem mente noscimus, atque in animi[7] notione, tanquam in vestigio,[d] volumus reponere, nusquam prorsus appareat. XV. 38. At Persæus,[1] [e] ejus-

Manut.—5 Decem codd. Moseri, ψ, Ascens. Thuan. *ipsum Deum mundum.* Statim; *hoc nomen tribuit* Manut. Lamb. *tum ultimum, et extremum, et altissimum* Heindorf. *atque altissimum* E, Thuan. *atque undecumque* G. Deinde *æther nominatur* Lamb. in marg. ed. 1584. Heindorf. Schutz.—6 *Idem*, omisso *que*, Manut. Lamb. *in his libris* Junt. Victor. Mox, *contra voluntatem* quatuor codd. Moseri, O ψ. *cum fingit* Junt. *cum confingit* E, Ascens. Junt. Thuan. Tum, *omnem* omittit Ernesti errore typogr. *attribuit astris* E, Red. *tum nihil idem censet esse divinum* Glog. unde *nihil idem ratione, &c.* Heindorf.—7 B *ad quem in animi.* Pro *nusquam* Paris. 3 habet *nunquam.*

CAP. XV. 1 Ita tres codd. Moseri, Dav. Lall. seqq. *Perseus* Junt. Vic-

NOTÆ

ὃν πάντα, per quem omnia; interdum *Ζῆνα*, quod sit auctor vitæ omnium; interdum *'Αθηνᾶν*, quod imperium ejus esset *εἰς αἰθέρα, in cælum, &c.*

[b] *Aristonis*] Aristonicorum, seu Scepticorum, principis, qui de rebus omnibus dubitabant. Laërt.

[c] *Contra voluptatem*] Meminit Laërt. eorum librorum in indice ejus operum.

[d] *Tanquam in vestigio*] Manutius interpretatur 'tanquam in circulo ambiente:' Muretus mendum esse putat, legitque, *tanquam in vestiano.* Veterum lectionem ego conservatam velim, et sic explicari: Ita fit, ut Deus ille, quem mente noscimus, et cujus vestigium aliquod in animi notione habemus, nusquam prorsus appareat. Atque hoc sensu passim Zenonici docere dicuntur, impressas esse Deorum notiones in animis nostris.

[e] *Persæus* [*Perseus*] *Persæus* apud

Digitized by Google

dem Zenonis auditor, eos dicit esse habitos Deos, a quibus magna utilitas ad vitæ cultum esset inventa; ipsasque res utiles [f] et salutares Deorum esse vocabulis nuncupatas: ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse Deorum, sed ipsa divina. Quo quid [2] absurdius, quam aut res sordidas atque deformes Deorum honore afficere, aut homines jam morte deletos reponere in Deos, quorum omnis cultus esset futurus in luctu? 39. Jam vero Chrysippus,[g] qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres, magnam turbam congregat ignotorum Deorum, atque ita ignotorum,[3] ut eos ne conjectura quidem informare possimus, cum mens nostra quidvis videatur cogitatione posse depingere. Ait enim, vim divinam in ratione esse positam, et universæ naturæ animo atque mente: [*p.* 10.] ipsumque mundum Deum dicit esse, et ejus animi fusionem [h] universam; tum ejus ipsius principatum,[i] qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam universam [4] atque

tor. Manut. Lamb. Statim, *dicit* deest in Glog. et octo codd. Moseri; *eos sic esse* Gud. 2. *dicit eos esse* G. *aliqua magna* B D. *atque salutares* Thuan. *vocabulis esse nuncupatas* .... *inventa illa* D. *ille diceret* E.—2 *Quæso quid* conj. Lamb. *Quo quid est* Gud. 2. Dav. Heindorf. Mox, *ut res* ... *delectos* G, Paris. 3. H, Thuan. *omnis cultus sit futurus* Gud.—3 B D *ignoratorum Deorum;* Thuan. omittit *atque ita ignotorum.* Actutum, *ut eos quidem neque conjectura* G D, Paris. 3. E. *mens* omittit A. Tum, *at enim* M. *et in univ.* Glog. D H, Gud. 2. alii codd. Heindorf. Schutz. Nobb. *tum ipsum mundum* Glog. Heindorf. *ejus quidem animi* Red.—4 Ita codd. aliquot, Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. Moser. *universa* edd. vett. Manut. Lamb. Dav. probante Beiero; *immensum* conj. Dav. *universitatemque omnia, &c.* conj. Heindorf. *universam* delendum censet Elvenich. Statim, *fatalem umbram* edd. vett. *fatalem veritatem* conj. Heindorf. *fatalem libram* suspic. Creuzer. *fatalem μοῖραν* Censor Hal. *vim* Eliens. 2. a m. sec. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. *ignem præterea eum, quem, &c.* Dav. *quem ante dixi* Eliens. Med. Reg. septem codd. Moseri, Junt. Victor. Dav. Moser. Thuan. Orell. *quem audivistis æthera* E. Mox, *ut aquam* Manut. Lamb. *ut aquam et aëra; tum solem, lunam, sidera, terram univ.*

NOTÆ

Suidam; patria Cittiens, secta Stoicus, cognomento Dorotheus.

[f] *Res utiles*] Ita Ceres pro pane, Bacchus pro vino.

[g] *Chrysippus*] Propter laqueos quibus adversarios impediebat, celeberrimus: ejus captiunculas describit eleganter Lucian. in Mercatore.

[h] *Animi fusionem*] Seu fusum per totum mundum spiritum quendam. Plut. Placit. Philos.

[i] *Ipsius principatum*] 'Principatus' apud Chrysippum est id, quo nihil in quoque genere, nec potest, nec debet esse, præstantius.

Digitized by Google

omnia continentem; tum fatalem vim,[a] [k] et necessitatem rerum futurarum; ignem præterea, et eum, quem antea dixi, æthera; tum ea, quæ natura fluerent atque manarent,[l] ut et aquam, et terram, et aëra; solem, lunam, sidera, universitatemque rerum, qua omnia continerentur; atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti. 40. Idemque disputat, æthera esse eum,[5] quem homines Jovem appellarent; quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum; terramque eam esse, quæ Ceres diceretur: similique ratione persequitur vocabula reliquorum Deorum. Idemque etiam legis perpetuæ et æternæ vim, quæ quasi dux vitæ et magistra officiorum sit, Jovem dicit[6] esse; eandemque fatalem necessitatem appellat, sempiternam rerum futurarum veritatem: quorum nihil tale est, ut in eo vis divina inesse videatur. 41. Et hæc quidem[7] in primo libro[m] de Natura Deorum: in secundo autem vult Orphei,[n] Musæi,[o] Hesiodi, Homerique fabellas accommo-

[a] *Ait enim modo, vim divinam positam esse in ratione, atque animo, et mente, quæ per universam naturam diffusa sit, ipsumque mundum Deum esse; et ipsam mentis illius diffusionem in tota rerum natura Deum esse; modo, ejus mundi vim, seu principatum, qui in mente et ratione versetur, Deum esse; modo, fatalem vim, &c.*

de suspicione Heindorfii Schutz.—5 Schutz. de conj. Heindorf. *esse Deum eum;* G, et Ascens. *esse Deum, quem, &c.* G E ψ *appellant.* Mox, *aërem, Junonem, quique per maria manaret* conj. Jentzen. Deinde, *terramque eam, quæ* margo Venet. 1509. Junt. *terram eam, quæ* Manut. Lamb.—6 *Jovem dixit* M, *et appellat* conj. Heindorf. et Beier. *quorum nihil tale* M. *esse videatur* I. *videatur inesse* N.—7 *Et hoc quidem* Red. Glog. E U, Ascens. Thuan. *in libro*

NOTÆ

[k] *Fatalem vim* [umbram] Ironice sic fatum vocat, cui Chrysippus plurimum tribuebat. Melius forte legeretur *fatalem vim.*

[l] *Atque manarent*] Forte *manerent:* quid enim? manatne terra? nisi 'fluere' ac 'manare,' dilabi mutarique interpreteris.

[m] *In primo libro*] De his Chrysippi libris nihil habet Laërtius, qui tamen ejus opera diligenter recenset.

[n] *Orphei*] Poëtæ haud obscuri; de quo quicquid memoratur, Ælianus fabulosum esse sit. Illi patriam Libethram, oppidum Bœotiæ, alii, alii Sitonem, montem Thraciæ, fuisse scribunt. Musæi patrem Diodorus, et Justinus; Eurydices maritum Pausanias; Lini fratrem Apollodorus; Æagri filium ipse se appellat. Addit Pausanias, magnum fuisse, quod testantur arbores et saxa loco mota, et genus ipsum mortis, quod varii varie referunt. Diversus ab Orpheo Crotoniata, cujus extant Argonautica.

[o] *Musæi*] Is Orphei, aut filius, ut

Digitized by Google

dare ad ea, quæ ipse primo libro de Diis immortalibus dixerit; ut etiam veterrimi poëtæ, qui hæc ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. Quem Diogenes Babylonius [p] consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Jovis,[q] ortumque [8] virginis, ad physiologiam traducens, dijungit a fabula.[r]

XVI. 42. Exposui fere, non philosophorum judicia, sed delirantium somnia.[1] Nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ, poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt; qui et ira inflammatos et libidine furentes induxerunt Deos, feceruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia,[2] vulnera, videremus; odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatos. 43. Cum poëtarum autem errore conjungere [3] licet portenta magorum, Ægyp-

primo Glog. Mox, *fabulas* Glog. La. N. *quæ ipse in libro primo* Heindorf. Schutz. *dixerat* G, Heindorf. Schutz. Moser, uti conj. Ernesti. Deinde, *suspicati qui eos sunt* de Ernestii conj. Schutz.—8 Quatuor codd. Moseri *partu J. ortuque*. Pro *dijungit*, quod de conj. dedit Ernesti, *dejungit* habent plerique codd. Moseri, Victor. Dav. *dejunget* Paris. 3. *demergit* D. *revergit* La. *devergit* Glog. *disjungit* Bas. Ascens. Manut. Lamb. Thuan.

Cap. xvi. 1 *Exposuit f. n. philosophorum, sed delirantium somn* K.—2 Plurimi codd. Moseri, Glog. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *prælia, pugnas*. Paulo post, *mortalesque ex immortalibus* Red. Reg. a m. sec. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. *mortalisque et immortalis procreator* A.—3 Glog. *jungere*. Mox, *quæ maxima inconstantia in veritatis ignoratione versantur* Glog. Heindorf. *in maxima inconst. veritatisque i. versantur* G, et Ascens. *opinionem, quæ*

NOTÆ

diximus, aut discipulus fuit, carminum heroïcorum scriptor, quos Eumolpo filio ad quatuor millia scripsit. Floruit sub Cecrope, secundo Atheniensium rege. Superest adhuc carmen de Amoribus Leandri et Herus, quod Musæo tribuit Scaliger. in Poëtica; sed a Scaligero dissentit Vossius. De Musæo Virg. Æn. vi.

p *Babylonius*] Seleuciæ natus, sed Babylonius, auctore Laërtio, propter vicinitatem cognominatus.

q *Partum Jovis*] Nota est fabula qua prodiisse Jovis e cerebro Minervam armatam ferunt. Fabulæ primus auctor Stesichorus creditur. Hanc Lucian. festive narrat in Dialog. Deorum.

r *Dijungit a fabula*] Sic enim fabulam illam interpretatur: Jovem esse vult animum divinum; Minervam, ex Jovis cerebro emergentem, esse sapientiam, quæ in mente divina lateat, et qua omnia regantur.

Digitized by Google

tiorumque in eodem genere dementiam; tum etiam vulgi opiniones, quæ in maxima inconstantia, veritatis ignoratione, versantur. Ea, qui consideret, quam inconsulte ac temere dicantur, venerari Epicurum, et in eorum ipsorum[b] numero, de quibus hæc quæstio est, habere debeat. Solus enim vidit, primum, esse Deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset ipsa natura. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat, sine doctrina, anticipationem quandam Deorum? quam appellat πρόληψιν[4][a] Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari, potest. Cujus rationis vim atque utilitatem[5] ex illo cœlesti Epicuri, de Regula[t] et Judicio, volumine accepimus. XVII. 44. Quod igitur fundamentum hujus quæstionis est, id præclare jactum[1] videtis. Cum enim,[2] non instituto aliquo, aut more, aut lege, sit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensio; intelligi necesse est, esse Deos, quoniam insitas eorum, vel potius innatas, cognitiones habemus. De quo autem omnium[3] natura consentit, id verum esse necesse est. Esse igitur Deos,[4] confitendum est. Quod quoniam fere constat inter omnes, non philosophos solum, sed etiam indoctos; fateamur,[5] constare illud etiam, hanc nos habere, sive an-

[b] *Deorum.*

.... *versatur* M.—4 *Prolempsin* B M. *Prolemsin* E C H. *Problepsin* A. *Prolepsim* G. Mox, *disputari possit* cod. Moseri, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. probante Moser.—5 Junt. Victor. *vim ac utilitatem*. Pro *cœlesti* Paris. 2. 3. habent *cæli*; Red. *ex illa cœlesti Epicuri regula*; Glog. *ex illo cœlesti E. de regula accepimus et judicio volumine*; G *accepimus volumine*, probantibus Moser. et Beiero.

CAP. XVII. 1 G *actum*; E ψ *tactum*.—2 *Cum igitur* Red. Mox, *lege ea sit opinio* conj. Heindorf. *firma omnium cons.* K. *firma cons. omnium* D. Deinde, *innatas cogitationes* I. *natas cog.* M.—3 *De quo enim omnium* G K. *De quo ante omnia* I. *De quo autem omnia* M. *De quo autem omnis* Red. E. Statim, *consensit et id verum necesse est esse* Glog. *necesse esse est* Paris. 3.—4 *Esse ergo Deos* M. *est* omittit I.—5 Sex codd. Moseri, E U ψ *fatemur*; Gud. 2. *fa-*

NOTÆ

[a] Πρόληψιν] De illa hæc Plut. et Laërt. 'Quod eminus cernis, equusne sit, an bos, non cognosces, nisi, per prolepsim, et anticipatam cognitionem, bovem et equum cognoveris.'

[t] *De Regula*] Hanc sic inscripsit: 'De Judicio seu Regula.' Illius meminerunt Seneca et Laërt.

Digitized by Google

ticipationem, ut ante dixi, sive prænotionem Deorum: sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat. 45. [*p.* 11.] Hanc igitur habemus,[6] ut Deos beatos et immortales putemus. Quæ enim nobis natura[7] informationem Deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus, ut eos æternos et beatos haberemus. Quod si ita est, vere exposita[8] illa sententia est ab Epicuro, 'Quod æternum beatumque sit, id nec habere ipsum negotii quicquam, nec exhibere alteri:[u] itaque neque ira neque gratia teneri, quod, quæ talia essent, imbecilla essent omnia.' Si nihil aliud quæreremus,[9] nisi ut Deos pie coleremus, et ut superstitione[x] liberaremur, satis erat dictum: nam et præstans Deorum natura hominum pietate coleretur, cum et æterna esset, et beatissima. Habet enim venerationem justam, quicquid excellit; et metus omnis a vi atque ira Deorum pulsus esset. Intelligitur enim, a beata immortalique natura et iram et gratiam segregari; quibus remotis, nullos a superis impendere metus.[10] Sed, ad hanc confirmandam opinionem, anquirit[11] animus et formam, et

tene; A G *indoctos fatemur, illud etiam, &c.* Gud. 2. *constare tibi etiam.* Tum, *hoc non habere* M. *nos hanc habere* I. *constare illud hanc habere* K. *anticipatione ψ. novis rebus ponenda* M.—6 *H. i. haberemus* Paris. 2. *immortales beatosque* Glog. *beatos esse et immortales* Red. *putemus et immortales et beatos* D. *beatosque immortales* Paris. 3. *putaremus* I. *et immortales videmus* Gud. 2.—7 Red. Heindorf. Schutz. *natura nobis;* M omittit *nobis.* Tum, *ipsorum Deorum* quatuor codd. Moseri. *sculpsit* Glog. Red. H.—8 Red. *posita;* G *vere illa sententia exposita est;* Glog. *est illa sententia;* E *vera exposita.* Statim, *Quod beatum æternumque* duodecim codd. Moseri, Victor. Dav. Heindorf. Schutz, Moser. Nobb. Orell.—9 Sex codd. Moseri, et Ascens. *quærimus.* G et Thuan. omittunt *et* post *coleremus.* Tum, *satis esset dictum* Paris. 2. 3. La. Paulo post, pro *cum* Red. habet *tamen;* unde Heindorf. *tamen, cum.* Deinde, *et motus omnis a vi atque ira Deorum pulsus est* Paris. 3. *expulsus esset* G. *depulsus esset* H. *depulsus est* I.—10 Codex Moseri *nullus . . . impenderet metus;* I *nullos . . impenderet metus;* Red. *nullus est superis metus.*—11 Codd. aliquot,

NOTÆ

[u] *Nec exhibere alteri*] Fundamentum est illud doctrinæ Epicureæ, ab iisque κυρία δόξα, *magistra sententia*, seu *palmaris*, vocatur.

[x] *Superstitione*] Superstitio nomen sumsit, teste Cicerone, ab iis, qui pro superstite prole Deos precibus fatigarent; vel, ut Lactantio placet, ab iis, qui superstitem memoriam hominum defunctorum, tanquam Deorum, colerent.

Digitized by Google

vitam, et actionem mentis, atque agitationem, in Deo.

XVIII. 46. Ac de forma quidem partim[1] natura nos admonet, partim ratio docet: nam a natura habemus omnes omnium gentium speciem nullam aliam, nisi humanam,[y] Deorum. Quæ enim alia forma occurrit unquam aut vigilanti cuiquam, aut dormienti?[z] Sed, ne omnia revocentur ad primas notiones,[2] ratio hoc idem ipsa declarat. 47. Nam, cum præstantissimam naturam,[3] vel quia beata est, vel quia sempiterna, convenire videatur eandem esse pulcherrimam; quæ compositio membrorum, quæ conformatio lineamentorum, quæ figura, quæ species, humana potest esse pulchrior? Vos quidem, Lucili, soletis,[4] (nam Cotta meus modo hoc, modo illud) cum artificium effingitis, fabricamque divinam, quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta, describere. 48. Quod si omnium animantium formam[5] vincit hominis figura, Deus autem animans est; ea figura profecto est, quæ pulcherrima sit omnium: quoniamque Deos beatissimos esse constat, beatus autem esse sine virtute

margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *inquirit.* Mox, *et vitam et actionem atque mentis ag.* de Schneideri sententia Schutz. *et vitam et actionem mentisque ag.* suspic. Elvenich. *et vitæ actionem mentisque ag.* conj. Beier. ad Offic. I. 6. 17.

CAP. XVIII. 1 *Ac de forma quarum partem* Paris. 3. *partem* etiam Paris. 2. *ratio nos docet* G. *nos ratio docet* I. Mox, *species nullamque aliam* G. *quo enim forma alia* septem codd. Moseri.—2 D G *nationes.* Actutum, *ratio hæc ipsa declarat* Glog. *ratio hoc ipsa* Paris. 3. *ratio hoc idem ipsa* Paris. 2.—3 D *præstantissimæ naturæ.* Mox, *videantur* M. Tum, *confirmatio liniamentorum* C G H I, Paris. 3. E. *esse potest pulchrior* Red.—4 D *soletis, Lucili.* Gud. 2 omittit *soletis.* Statim, *Cotta sentit* M. *modo illud* desunt in Gud. 2. *artificium effugitis* G. *hominum figura* Thuan.—5 Heindorf. e Glog. *animantium formas*, et sic Schutz. *animantium figuram* K M. *vincit hominum figura* margo Venet. 1507. Ascens. Manut. *ea profecto figura est* Paris. 2. *ea profecto est* K. *quoniam Deos* multi codd. Deinde, *usquam esse sine hominis figura* Paris. 2. Glog. M E. *ratio inquam sine hom.* Thuan.

NOTÆ

[y] *Nisi humanam*] Atqui Persæ, cum solem, Ægyptii, cum bestias pro Diis habent, humanam illis speciem non affingunt.

[z] *Aut dormienti*] Tradit Sext. Empiricus, hanc Epicuri opinionem ex somniorum visis profectam: 'Magnis,' inquit, 'et humana forma imaginibus per somnum incurrentibus, existimavit esse revera aliquos ejusmodi Deos humana forma præditos.' Ἀνθρωποειδεῖς Plutarcho, ἀνθρωπομόρφους Galeno et Laërt.

Digitized by Google

nemo potest, nec virtus sine ratione constare, nec ratio usquam inesse, nisi in hominis figura; hominis esse specie Deos, confitendum est. 49. Nec tamen ea species corpus est; sed quasi corpus: nec habet sanguinem, sed quasi sanguinem. XIX. Hæc quanquam et inventa[1] sunt acutius, et dicta subtilius ab Epicuro, quam ut quivis ea possit agnoscere; tamen, fretus intelligentia vestra, dissero brevius, quam causa desiderat. Epicurus autem,[2] qui res occultas et penitus abditas non modo viderat animo, sed etiam sic tractat, ut manu, docet eam esse vim et naturam Deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur: nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quæ ille propter firmitatem στερέμνια[a] appellat, sed imaginibus, similitudine et transitione perceptis: cum[3] infinita simillimarum imaginum species ex innumerabilibus individuis existat, et ad Deos affluat,[b] cum maximis voluptatibus in eas imagines mentem

Cap. XIX. 1 *Hæc quanquam inventa* E. *Hæc autem quanquam et inv.* Paris. 2. *ea* ante *possit* deest in M. *agnoscere; nec fretus* K. *vestra intelligentia* D. *intelligentia nostra* Paris. 2. et E. *dixero brevius* K. *edissero brevius* cod. Voss. probante Oudend. ad Apul. tom. I. p. 451.—2 *Epicurus enim* Red. Heindorf. Mox, *viderit . . . tractet* codd. aliquot, Victor. Heindorf. Moser. *viderat . . . tractarat* Manut. Tum, *ut manu nos ducat* Heindorf. de conjectura, Schutz. Moser. Orell. *ut ducat nos manu, eam docet* Glog. Nobb. *ut manu ducat, docet primum, eam* Lamb. *ut manu doceat nos, eam* Junt. *ut manu doceat, eam* Victor. *ut manu, docet eam* Manut. Dav. Deinde, *ut non sensu*, omisso *primum*, Lamb. *quæ propter infirmitatem ille* Red. *quæ ille propter infinitatem Græca verba appellat* Glog. *quæ propter firmitatem ille στερεὰ appellat* G. *appellant* A B C, Paris. 2. Basil. *appellatur* Paris. 3.—3 Lall. de Walkeri conj. *cumque*, probantibus Moser. et Elvenich. *deinde cum* conj. Lamb. *cum enim* Dav. *et ad Deos effluat* Junt. *et ad nos affluat* conj. Lamb. *et a Deo affluat* Lall. *et a Diis*

NOTÆ

[a] Στερέμνια] *Solida.* Duo imaginum genera apud Epicurum; aliæ crassiusculæ, aliæ subtiliores. Crassiusculæ, seu solida, στερέμνια, soliditate sua facile inter se cohærent, et ad numerum, id est, eadem semper numero conspiciuntur: subtiliores, cum perpetuo motu dilabantur, eandem nunquam imaginem, sed similem duntaxat offerunt. Imagines ex subtilioribus coalescentes Dii sunt. Ac ne illi interirent dissolutis imaginibus perpetuo individuorum motu, infinita esse voluit corpuscula, adeoque alia aliis semper succedere. Cum vero illæ imagines in formam hominis coalescant; hinc non corpora sunt, sed quasi corpora.

[b] *Et ad Deos affluat*] Legendum forte, *et adeo affluat;* cum infra legatur, *cum ex ipso imagines semper affluant.*

Digitized by Google

intentam infixamque nostram intelligentiam capere, quæ sit et beata natura, et æterna. 50. [*p.* 12.] Summa vero vis infinitatis et magna[4] ac diligenti contemplatione dignissima est; in qua intelligi necesse est, eam esse naturam, ut omnia omnibus paribus paria[c] respondeant. Hanc ἰσονομίαν[d] appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem. Ex hac igitur[5] illud efficitur, si mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem; et, si, quæ interimant, innumerabilia sint, etiam ea, quæ conservent, infinita esse debere. Et quærere a nobis, Balbe, soletis, quæ vita Deorum sit, quæque ab iis[6] degatur ætas. 51. Ea videlicet, qua nihil beatius, nihil omnibus bonis[7] affluentius, cogitari potest. Nihil enim agit:[8] [e] nullis occupationibus est implicatus: nulla opera molitur: sua sapientia et virtute gaudet: habet exploratum, fore se semper cum in maximis, tum in æternis voluptatibus. XX. 52. Hunc Deum rite[1] beatum dixerimus; vestrum vero laboriosissimum. Sive enim ipse

ad nos affluat de Heindorfii conjectura Moser. *et a Diis affluat* conj. Dav.—4 Codd. aliquot, Victor. Dav. *infinitatis, magna;* Eliens. *et infinita, magna;* Red. Gud. 2. Ascens. *et infinita, et magna;* N *infinitatis, et magna, et dil.* A *magna diligentia.* Mox, *intelligi* omittunt Eliens. et U. *est* omittit Le. *eam naturam esse* Glog. *paribus* deest in eodem cod. et Fa.—5 *Ex hoc igitur* K. *igitur* omittit E. *tanta est multitudo* Red. *sit etiam immortalium* M. *et si quæ intereant* G. *et si quæ interveniant* E. *interiunt* U. *tum ea quæ* Paris. 1. *tam ea quæ* H. *etiam illa quæ* Paris. 2.—6 M *quæ ab iis;* Dav. *quæque ab his.*—7 Codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. *nihil omnino bonis omnibus;* alii codd. *nihil omnino omnibus bonis*, probante Orell. *excogitari potest* quatuor codd. Moseri, Manut. Lamb.—8 *Nihil e. a. Deus* Glog. La. *nullis est occ.* M. *nullius occ.* I. *implicitus* K. Mox, *nullius opera* G K, Thuan. *habet et exploratum* M, Paris. 3. Glog. *habet etiam exp.* Heindorf. Schutz. *tum in maximis* Red. Ascens. Heindorf. Orell.

NOTÆ

[c] *Paribus paria*] Diceres Ciceronem voluisse ridendam proponere Epicureorum doctrinam, dum eam speciosis verborum ambagibus exponit. Qua de re vide quid Cotta mox responsurus sit.

[d] Ἰσονομίαν] Ab *ἴσος, æqualis*, et *νέμειν, partiri.* Vide Gassendum, tom. III. Animadversionum in Laërt. lib. XIII. p. 126.

[e] *Nihil enim agit*] Ἀπραξίαν, quasi *inactionem*, vocabant Epicurei; cum quibus aliqua ex parte Stoici consentiebant. Senec. Ep. IX. 'Qualis est vita Jovis cum, resoluto mundo, et Diis in unum confusis, paulisper, cessante natura, acquiescit sibi, cogitationibus suis traditus; talis est sapiens,' &c.

Digitized by Google

mundus Deus[f] est,[2] quid potest esse minus quietum, quam, nullo puncto temporis intermisso, versari circum axem cœli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum est. Sive in ipso mundo Deus inest aliquis, qui regat, qui gubernet, qui cursus astrorum, mutationes temporum, rerum vicissitudines ordinesque conservet, terras et maria contemplans, hominum commoda vitasque tueatur: næ ille est[3] implicatus molestis negotiis, et operosis. 53. Nos autem beatam vitam in animi securitate, et in omnium[4] vacatione munerum ponimus. Docuit enim nos idem,[5] qui cetera, natura effectum esse[g] mundum: nihil opus fuisse fabrica; tamque eam rem esse facilem, quam vos effici negetis sine divina posse solertia, ut innumerabiles[h] natura mundos effectura sit, efficiat, effecerit. Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis; ut tragici poëtæ,[6][i] cum explicare argumenti exitum non po-

CAP. XX. 1 *Hunc rite Deum* M.—2 *Sive enim ipse Deus mundus est* I. *Sive ipse mundus* N. *Sive mundus ipse Deus est, qui potest esse minus quam nullo* Paris. 2. *nil beatum est* Junt. Victor. Mox, *sive ipso in mundo* Junt. *si vero in mundo* codd. aliquot, Victor. Deinde, *et terras, et maria* de Davisii conjectura Heindorf. et Schutz. *vitasque tuetur* B, et D a m. sec.—3 Red. *næ est ille.* Actutum, *implicitus* G. *molestiis* Gud. 2. *implicatis negotiis* E. *laboriosisque negotiis*, omissis *et operosis*, Basil. et Thuan.—4 Gud. et I *omni.*—5 *Docuit enim idem* Glog. *Docuit nos enim idem* Paris. 1. M. *Docuit enim vos* Paris. 3. *effectum mundum esse* Red. *non opus* Thuan. Tum, *fabricatamque eam rem esse facile* B G. *fabricatamque* etiam Paris. 3. *fabricatam eamque* Thuan. *fabrica, eamque rem* Basil. *tanquam* E. *ei esse* ψ. *eam rem fuisse* Red. *eamque rem ei esse tam facilem* Manut. Lamb. Deinde, *effici negatis* Eliens. margo Venet. 1507. Junt.-Orell. *negatis effici* Manut. Lamb. *effingi negetis* Paris. 3. G. *effectura sit effecit* G M. *effectura sit efferit* Paris. 3.—6 I *quod tragici*; M *quod tragici poëtæ.* Mox, *non possunt* de Walkeri conjectura Lall. *confugistis* E. *ad eum* H a m. pr. et Paris. 2. Tum, *desideratis* Paris. 2. G I. *regiones magnitudinem* G. *mag. regionis* E. *in qua se miscens* G. *longe lateque* Paris. 2. Red. Deinde, *ultimam videat* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. *ulterius videat* Junt. *ultimi* defendunt Wakefield. ad Lucr. II. 739. Elvenich. et Moser.—

NOTÆ

[f] *Mundus Deus*] Ut docent Stoici.

[g] *Natura effectum esse*] Hanc ex Democrito doctrinam Epicurus mutuatus est. Ille enim infinitos esse mundos, hunc ipsum in hac infiniti inanis parte genitum fuisse; in alia, alium; hujus rerum dispositionis fortunam causam esse; atomos fortuito convenisse, &c. Philopon. in Aristot. Phys. lib. II.

[h] *Innumerabiles*] Cur infinitos Epicurei mundos esse velint, vide apud Lucret. sub finem lib. II.

[i] *Tragici poëtæ*] Hinc vulgare illud,

Digitized by Google

testis, confugitis ad Deum: 54. cujus operam profecto non desideraretis, si immensam et interminatam[k] in omnes partes magnitudinem regionum videretis, in quam se injiciens animus et intendens, ita late longeque peregrinatur, ut nullam tamen oram ultimi videat, in qua possit insistere. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum,[7] infinita vis innumerabilium volitat atomorum;[l] quæ, interjecto inani, cohærescunt tamen inter se, et aliæ alias apprehendentes continuantur: ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follibus et incudibus non putatis. Itaque imposuistis in cervicibus[8] nostris sempiternum dominum, quem dies et noctes timeremus. Quis enim non timeat omnia providentem, et cogitantem, et animadvertentem, et omnia ad se pertinere putantem, curiosum, et plenum negotii Deum?[9] 55. Hinc vobis extitit[10] primum illa fatalis necessitas, quam εἱμαρμένην[m] dicitis; ut, quicquid accidat, id ex æterna veritate, causarumque continuatione, fluxisse dicatis. Quanti autem

7 Glog. Red. Heindorf. *et altitudinem.* Mox, *cohærescunt inter se tum* G. *cohærescunt tum inter se* Gud. 2. Tum, *figuræ atque formæ* H. *formæ et figuræ* A B C, Paris. 1. 2. 3. E, Eliens. Victor. Mediol. *formæque figuræ* M.—8 *Itemque, &c.* E. *Itaque imposuistis cerv.* edd. vett. Junt. Lamb. *in* servant A B C, Paris. 2. 3. H M N, Gud. 2. E O ψ, Red. Thuan.—9 Paris. 3. *domini.*—10 Red. E O U *existit.* Statim, *quicquid accidit* Paris. 2. G, Gud. 2.

NOTÆ

'Deus e machina.' Morem illum poëtarum caute usurpandum monet Horat. in Arte Poët. 'Nec Deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit.' Sic Apollo in Oreste Euripidis; sic Jupiter in Amphitryone Plauti.

[k] *Et interminatam*] De hac fuse de Fin. lib. I.

[l] *Atomorum*] Non propter exilitatem, sed propter soliditatem firmitatemque dictæ sunt atomi. Harum auctor vulgo fertur Epicurus. At Pythagoræ fragmenta minima, Heraclidæ ramenta pulvisque minutissimus, Platonis elementa propter exilitatem invisibilia, Diodori Chroni corpuscula minima, nec divisionis capacia, unde mundum extitisse docuerunt, quid aliud sunt quam atomi?

[m] Εἱμαρμένην] A præterito Attico εἵμαρμαι, verbi μείρεσθαι, *dividere, partiri*, unde εἱμαρμένον, *fatale*, quasi fatum suum cuique tribuat. Platoni εἱμαρμένοι νόμοι, *fatales leges.* Aristoteles ab εἴρειν, *nectere*, vel *dicere*; nam utrumque significat. De illa fatali necessitate vide Gell. VI. 2. et Plut. lib. περὶ τῆς εἱμαρμένης, et Hug. Grotium de Fato.

Digitized by Google

hæc [11] philosophia æstimanda est, cui, tanquam aniculis, et iis quidem indoctis, fato fieri videantur omnia? Sequitur *μαντικὴ* [n] vestra, quæ Latine 'divinatio' dicitur; qua tanta [12] imbueremur superstitione, si vos audire vellemus, ut haruspices,[o] augures, harioli, vates, et conjectores, nobis essent colendi. 56. His terroribus ab Epicuro soluti, et in libertatem [p] vindicati, nec metuimus [13] eos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam, nec alteri quærere: et pie sancteque colimus naturam excellentem atque præstantem. [*p.* 13.] Sed, elatus studio, vereor, ne longior [14] fuerim. Erat autem difficile, rem tantam, tamque præclaram, inchoatam relinquere: [15] quanquam non tam dicendi ratio mihi habenda fuit,[16] quam audiendi.

XXI. 57. Tum Cotta, comiter, ut solebat, Atqui, inquit, Vellei, nisi tu aliquid dixisses, nihil sane ex me quidem audire potuisses: mihi enim non tam facile in mentem venire solet, quare verum sit aliquid, quam quare falsum. Idque, cum sæpe, tum cum te audirem paulo ante, contigit.[1] Roges me, qualem Deorum naturam [2] esse dicam: nihil

et quæ quid accidat I.—11 *Quanti autem*, omisso *hæc*, Manut. *existimanda sit* Glog. Red. Paris. 3. *æstimanda sit* G H I M, Paris. 2. *aniculis ex his* Victor. Dav. *omnia videantur* Manut. Lamb. *videntur omnia* Eliens. 1. probante Dav. *videantur fieri om.* Paris. 2.—12 E *qua tandem*. Mox, *et* post *vates* omittunt A B C G H I N, Paris. 2. 3. E O, Glog. Red.—13 A C M N, Paris. 2. 3. *metuemus*. Actutum, *eos nec* I. Pro *fingere*, Heindorf. conj. *gignere*.—14 E *longinquior*.—15 Gud. 2. *relinquere inchoatam*.—16 Heindorf. e Glog. *mihi quidem habenda;* G, Manut. Lamb. *mihi ratio, &c.*

CAP. XXI. 1 Ita Paris. 1. 2. Glog. Gud. 2. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. *contingit* edd. vett. et Grut.—2 Paris. 1. 2. 3. G H I M, Gud. 2. Victor. *na-*

e

NOTÆ

[n] Μαντικὴ] Ab antiquioribus Græcis ars illa *μανικὴ* dicebatur, a *μαίνεσθαι*, *furere;* a junioribus addita litera. Plato in Phædro.

[o] *Haruspices* [*aruspices*] Ita dicti, vel quod in ara aspicerent exta, vel, ut scribit Donat. in Phormion. IV. 4. ab 'haruga,' quæ hostia est, ab 'hara,' in qua servatur. Quanquam 'harugam,' non ab 'hara' sed ab *ἄριξ*, *ἄριχος*, *aries*, Vossius deducit. Haruspices victimas, augures avium garritum, inspiciebant. Plura nos in lib. de Divinat.

[p] *In libertatem*] Eandem Epicuro laudem tribuit Lucret. 'Humana ante oculos fœde cum vita jaceret In terris, oppressa gravi sub religione; Quæ caput a cœli regionibus ostendebat, Horribili super aspectu mortalibus instans; Primum Graius homo mortales tollere contra Est oculos ausus,' &c.

Digitized by Google

fortasse respondeam. Quæras,[3] putemne talem esse, qualis modo a te sit exposita: nihil dicam mihi videri minus. Sed, antequam aggrediar ad ea quæ a te disputata sunt, de te ipso dicam quid sentiam. 58. Sæpe enim de L. Crasso,[4] [q] familiari illo tuo, videor audisse, cum te togatis [r] omnibus sine dubio anteferret, et paucos tecum Epicureos e Græcia compararet: sed, quod ab eo te mirifice diligi intelligebam, arbitrabar illum propter benevolentiam id uberius dicere. Ego autem, etsi vereor laudare præsentem,[s] judico tamen, de re obscura atque difficillima,[5] a te

turam Deorum. Actutum, *esse ducam* Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. Orell. *ducam esse* Paris. 2.—3 *Quæramus* M a m. pr. *putone* E. *a te sit expressa* Paris. 2. *nil dicam* Victor.—4 *L. Crasso* desunt in A C, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Eliens. 1. 2. Red. U, Mediol. *familiari* Red. G H I, Gud. 2. Ascens. Basil. Heindorf. Orell. *tuo illo* M, Paris. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *illo familiari tuo* Paris. 1. *audivisse* E. Statim, *et* ante *paucos* omittunt Paris. 2. H I M N. Tum, *sed quia te ab eo* Red. *mirifice te* G. Deinde, *illum uberius id dicere* Paris. 2. *uberius illum idem dicere* Glog. *uberius id* A B C G H I M, Paris. 2. 3. *id* deest in E.—5 Ita Eliens. 1. Reg. E O U ψ, Glog. Guelf. Gud. 2. Mediol. Bonon. 1494. Junt. Dav. seqq. *difficili* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

[q] *De L. Crasso*] E gente Licinia; oratore clarissimo, quem in libris de Oratore loquentem inducit Cicero. Quo patre natus sit, nemo (quod in tanto viro mirum est) memoriæ prodidit. In Fastis Capitolinis diversus notatur, apud Sigonium Lucius, apud Pighium Publius. Simile vero est P. Crassi an. 582. consulis ex filio nepotem fuisse. Plura nos de illo alibi.

[r] *Cum te togatis*] Toga Romanorum propria fuit, Græcorum pallium; hinc illi Togati, isti Palliati dicti. Fuit toga pacis insigne, ut sagum belli. Toga multiplex: 1. prætexta, quæ sacerdotum primo ac magistratuum, mox et puerorum, auctore Tarq. Prisco, qui filium, quod natus annos 14. hostem manu percussisset, prætexta donavit; 2. virilis, quæ tota albi coloris, in Capitolio dabatur; 3. candida, quæ candidatorum ad honores; huic, intendendæ albedinis causa, cretam addebant; 4. pulla, quam, vel luctus, vel reatus causa, induebant; si in luctu, atrati; si in reatu, sordidati dicebantur; 5. paludamentum, imperatorum; 6. trabea, quæ fibula astringeretur: hujus triplex genus. Sed de his Sigonius plura, de Jud. Rom. lib. III.

[s] *Laudare præsentem*] Veterum opinio erat, laudibus, quæ aut immodicæ aut hominibus præsentibus tribuerentur, inesse fascinationem quandam. Hanc ut averterent, aut laudi vocem præmittebant 'præfiscini,' sive 'præfiscine,' quasi sine fascino, aut baccaris corona, quasi amuleto, utebantur. Hinc illud Virgil. Ecl. VII. 27. 'Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem Cingite,' &c. Plaut. Asin. Plin. VII. 2.

Digitized by Google

dictum esse dilucide; neque sententiis solum copiose, sed verbis etiam ornatius quam solent vestri. 59. Zenonem[t] (quem Philo noster coryphæum[6 u] appellare Epicureorum solebat), cum Athenis essem, audiebam frequenter, et quidem ipso auctore Philone; credo, ut facilius judicarem, quam illa bene refellerentur, cum a principe Epicureorum accepissem, quemadmodum dicerentur. Non igitur ille, ut plerique,[7] sed isto modo, ut tu, distincte, graviter, ornate. Sed, quod in illo mihi usu sæpe venit,[8] idem modo, cum te audirem, accidebat, ut moleste ferrem, tantum ingenium (bona venia me audies) in tam leves, ne dicam in tam ineptas, sententias incidisse. 60. Nec ego nunc[9] ipse aliquid afferam melius. Ut enim modo dixi, omnibus fere in rebus, et maxime[10] in physicis, quid non sit, citius, quam quid sit, dixerim. XXII. Roges me,[1] quid, aut quale sit Deus; auctore utar Simonide;[x] de quo cum

Mox, *neque in sent ... sed etiam verbis* G. *sed etiam verbis* Red. *etiam* omittit M.—6 Κορυφαῖον vet. cod. Ursin. *cum Athenis esset* N. *frequenter audiebam* Glog. *et quam ipse* Paris. 3. *Philone credo: ut, &c.* G.—7 Gud. 2. *plerisque;* Glog. Heindorf. *plerique alii.* Glög. omittit *graviter;* Paris. 3 omittit *graviter, ornate;* G habet *ac ornate;* Glog. Red. margo Venet. 1507. Heindorf. *et ornate.*—8 E *usu evenit;* O U ψ, Paris. 1. 2. 3. M, Gud. 2. Glog. margo Venet. 1507. Junt. *usu sæpe evenit.* Pro *accidebat,* quod servant Paris. 2. 3. H I, margo ed. Lamb. Schutz. Orell. *accideret* M. *acciderat* edd. vett.—9 *Non ego nunc* Paris. 2. *Nec nunc ego* G. *ipse* omittit E.—10 Paris. 2. 3. H I M, Gud. 2. E ψ, Junt. Victor. *sed maxime;* Thuan. omittit *et.* Statim, *quid non sit, quam quid sit* G.

CAP. XXII. 1 *Rogas me* M. *aut qualis* U, margo Venet. 1507. Ascens. Manut. Lamb. Thuan. *aut quare* E, Red. Gud. 2. Statim, *a quo* Glog. Tum, *deliberandi causa* Manut. Lamb. Grut. *unam diem* Thuan. *postulat* M. Paulo post, *cum s. duplicavit* G. *cum s. replicaret* Red. unde *reduplicaret* conj. Heindorf. *admiratusque* E. *admirans* K. *iratusque* M a m. pr. *Hiero quæreret* margo

NOTÆ

t *Zenonem*] Diversum ab eo de quo supra; ille enim Cittieus, hic Sidonius in Phœnicia; ille Stoicus, hic Epicureus. Duos præterea Zenones memorat Suidas, eos quoque Sidonios, sed utrumque Stoicum; alterum Musæi filium, alterum Dioscoridis; illum Diodori Chroni, hunc Chrysippi Tarsensis discipulum.

u *Coryphæum*] A κορυφὴ, *vertex.* Suidas exponit πρῶτον τῶν χορευτῶν, *primum saltantum*, seu *præsultorem.*

x *Simonide*] Multi Simonides: hic, Leoprepis filius, patria Julietes in insula Ceo, poëta, Melicertes dictus propter suavitatem carminis; floruit cum Pindaro. Hieronem, a Musis primo alienum, ad earum amorem traduxit. Ælian. IV. 15.

Digitized by Google

quæsivisset hoc idem tyrannus Hiero,[y] deliberandi sibi unum diem postulavit: cum idem ex eo postridie quæreret, biduum petivit: cum sæpius duplicaret numerum dierum, admiransque Hiero requireret, cur ita faceret; 'Quia, quanto,'[2] inquit, 'diutius considero, tanto mihi res[z] videtur obscurior.' Sed Simonidem arbitror, (non enim poëta solum[3] suavis, verum etiam cetera quam doctus sapiensque traditur) quia multa venirent in mentem acuta atque subtilia, dubitantem, quid eorum esset verissimum, desperasse omnem veritatem. 61. Epicurus vero tuus (nam cum illo malo disserere,[4] quam tecum) quid dicit, quod non modo philosophia[a] dignum sit, sed mediocri prudentia?

Quæritur[5] primum, in ea quæstione, quæ est de natura Deorum, sintne Dii, necne sint. Difficile est negare:

Venet. 1507. Manut. Lamb.—2 *Quia quantum* E. *diutius considero, inquit* A B C G H I N, Paris. 1. Gud. 2. Red. *inquit* omittit Victor. Pro *res* tres codd. Gruteri, et unus Eliens. habent *spes;* Paris. 2. et La. *species;* Paris. 1. *videtur res.*—3 Glog. Red. Paris. 2. 3. Ascens. *non solum enim poëta;* M *non enim solum poëta.* Mox *ceteroqui doctus* Paris. 2. M, Victor. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cetera doctus* margo Venet. 1507. *cetera qua doctus* Guelf. E K. *cetera quoque doctus* codd. aliquot, Dav. Lall. *ceteroque doctus* A B C I N, Paris. 1. Gud. 2. *cetera quam doctus* habet Junt. *cetero quæ* H. *ceterumque* Paris. 3. *ceterorum predoctus* Glog. *cetera qui doctus* Red. Pro *traditur* est *dicitur* in Glog. et M. *acuta et subtilia* Paris. 1. 2. 3. M, Glog. Thuan. *dubitantemque* E M.—4 La. *nam alias malo cum illo dissentire.* '*Quid dicit*] Vel legendum *quid dixit;* vel paulo post *dignum sit.*' Lamb. '*Dignum sit* legendum ex antiquo libro.' *Ursin. dignum esset* edd. vett. *sed etiam mediocri* Glog. Paris. 2. 3. G U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 *Quare* G, Paris. 3. *quæ est de n. Deorum* desunt in uno Eliens. et U. *sint*

NOTÆ

y *Hiero*] Filius Dinamenis. Duo enim Hierones, uterque tyrannus Syracusanus; alter Hieroclis filius; alter, ut dixi, Dinamenis: ille Olymp. 123. hic 80. regnavit; ille Pyrrhi, Æacidæ filii, amicus et affinis; hic frater Gelonis et Thrasybuli. Pro Thrasybulo Hippocratem Salianus ponit; auctore, ut ait, Pausania. At Hippocrates ille, de quo Pausanias, temporibus Hieronis junioris vixit, nec senioris frater esse potuit.

z *Tanto mihi res*] Thales simile quiddam, auctore Tertulliano, Crœso respondit.

a *Non modo philosophia*] Epicurus nec orator fuit; hanc scientiarum partem ipse contemsit: nec dialecticus; 'in ea enim parte, quæ est disserendi, plane inermis ac nudus,' de Finib. lib. I. nec physicus; 'in physicis, non suus, totus alienus, totus Democritus,' de Fin. lib. IV. nec theologus, 'de Natura Deorum plane balbutit,' de Divin. lib. I.

Digitized by Google

credo, si in concione[6] quæratur; sed in hujusmodi sermone et in consessu, facillimum.[a] Itaque ego ipse[7] pontifex, qui cærimonias religionesque publicas sanctissime tuendas arbitror, is hoc, quod primum est, esse Deos, persuaderi mihi non opinione solum, sed etiam ad veritatem, plane velim. Multa enim occurrunt, quæ conturbent, ut interdum nulli esse videantur. 62. Sed vide, quam tecum agam liberaliter. Quæ communia sunt vobis cum ceteris[8] philosophis, non attingam, ut hoc ipsum: placet enim omnibus fere, mihique ipsi inprimis, Deos esse. Itaque non pugno: [*p.* 14.] rationem tamen eam, quæ a te affertur, non satis firmam puto. XXIII. Quod enim[1] omnium gentium generumque hominibus ita videretur, id satis magnum esse argumentum dixisti, cur esse Deos confiteremur: quod cum leve per se, tum etiam falsum est. Primum enim unde notæ tibi[2] sunt opiniones nationum? Equidem arbitror, multas esse gentes sic immanitate efferatas, ut apud eas nulla suspicio Deorum sit. 63. Quid? Diagoras, Atheos[3] qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte Deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, cujus a te modo mentio facta est, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui[4] [b] sic posuisset, 'De Divis,[5] neque ut sint, neque ut

[a] *Dices difficile esse id negare: credo equidem difficile esse, si in cœtu populari quæratur; sed facillimum est id negare in privato (cujusmodi est hic noster) consessu.*

nec Dii M. *nec sint* Thuan.—6 Glog. Paris. 2. G, La. Thuan. *contentione;* Paris. 3. *contemptione.* Mox, *hujuscemodi* Bonon. 1494. Ascens. Basil. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Thuan. *ejusmodi* Grut. *ejuscemodi* ed. 1584. *hujus* Gud. 2. *consensu* Red. Glog. A B C, Paris. 1. 2. 3. *et consessu* Manut. Lamb. Schutz.—7 *Itaque ego ille* G M, Basil. Thuan. *ipse* deest in E. Mox, *is hoc quidem primum* Glog. unde Heindorf. conj. *is hoc quidem, quod primum.* Tum, *ad opinionem* cum uno cod. Lamb. *solum* omittunt aliquot codd. probante Gœrenz. ad Acad. II. § 7. p. 26. Sed cf. de N. D. II. § 168.—8 Red. *nobis ceterisque;* E U I *nobis cum ceteris.* Mox, *placeat omnibus fere* Red. *fere omnibus* Paris. 1. *mihi ipsique* N. *mihi ipsi* Thuan. Deinde, *esse Deos* Lamb.

CAP. XXIII. 1 *Qui enim* Paris. 3. Statim, *argumentum esse* Glog. C H I N, Paris. 1. 2. 3. *esse* omittit Red. probantibus Beiero et Heindorf. Tum, *per se est* Red. Glog. Heindorf.—2 A C G H I N, Paris. 3. Gud. 2. Glog. Junt. Victor. *unde tibi notæ.*—3 Heindorf. Orell. *ἄθεος.*—4 Codd. aliquot, Junt.

NOTÆ

[b] *Libri sui*] Quem 'De Diis' inscripsit, et in Euripidis domo recitas-

Digitized by Google

non sint, habeo dicere,' Atheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus, librique ejus in concione combusti. Ex quo equidem existimo, tardiores ad hanc sententiam profitendam[6] multos esse factos, quippe cum pœnam ne dubitatio quidem effugere potuisset. Quid[7] de sacrilegis, quid de impiis, perjurisque dicemus?

Tubulus[c] si Lucius unquam,
Si Lupus,[d] aut Carbo,[e] aut Neptuni[8] filius,[f]

64. (ut ait Lucilius) putasset esse Deos, tam perjurus aut tam impurus fuisset? Non est igitur tam explorata ista ratio ad id, quod vultis, confirmandum,[9] quam videtur. Sed, quia commune est hoc[10] argumentum aliorum etiam philosophorum, omittam hoc tempore: ad vestra propria venire malo.

Victor. Grut. omittunt *sui;* N *sui libri.*—5 *De Diis* Red. Glog. G, Paris. 2. 3. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Mox, *jussu Atheniensium* N.—6 E *proferendam;* U et Thuan. *consequendam.*—7 *Sed quid* G H, Paris. 1.—8 De Scaligeri emend. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *aut Carbo, Neptuni.* Mox, pro *impurus*, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. habent *impius.*—9 Red. *explorata ratio ad id quod multis sit conf.* Paris. 3 etiam *multis;* Glog. *illa ratio;* M *Non est ergo explorata.*—10 Glog. Red. Eliens. Reg. A B

NOTÆ

se dicitur. Addit Plut. Euripidem in eandem sententiam cessurum fuisse, nisi Areopagitarum judicium reformidasset, a quibus nuper Damis quidam, teste Galeno, damnatus fuerat eam ob doctrinam.

[c] *Tubulus*] L. Hostilius Tubulus, unus ex omni memoria sceleratissimus. Cic. pro M. Scauro. Prætor cum esset an. 611. quæstionem de crimine inter sicarios sortitus est, sed pecuniam ob rem judicandam cum accepisset, accusatus, nec ausus respondere, in exilium abiit: mox ab exilio revocatus, ne in carcere necaretur, venenum ebibit. Ascon. Pædian. in Orat. pro M. Scauro. Diximus jam de illo de Fin. lib. II.

[d] *Si Lupus*] Non Vectius Albutius Lupus, ut quidam putant; sed L. Rutilius Lupus, de quo Horat. Sat. II. 1. 'Famosisque Lupo cooperto versibus.' Quæstor an. 612. tribunus plebis an. 616. Vixit tempore et Lucilii qui hæc carmina scripsit, et Scipionis Læliique, ad quos scripta sunt, et Metelli, quem, ut Lupum, insectatus est Lucilius, teste Persio, Sat. I. 'Secuit Lucilius urbem, Te, Lupe, te, Muci, et genuinum fregit in illis.'

[e] *Aut Carbo*] C. Papirius Carbo, ob turbulentissimum tribunatum plebis an. 622. et P. Africani invidiam, in exilium actus est. Consul tamen an. 633. mox a L. Crasso oratore, de quo supra, accusatus, (Val. Max. VI. 5.) cantharidas sumsit, et morte se a severitate judicum vindicavit. Cic. in Bruto, et Epist. Famil. ad Pap. Pætum.

[f] *Neptuni filius*] Poëtæ, ut viros insignes, Jovis filios; ita sceleratos, Neptuni filios appellabant. Gellius.

Digitized by Google

65. Concedo [11] esse Deos: doce me igitur, unde sint, ubi sint, quales sint corpore, animo, vita. Hæc enim scire desidero. Abuteris ad omnia atomorum regno et licentia,[12] (hinc, quodcumque in solum [g] venit, ut dicitur, effingis atque efficis) quæ primum nullæ sunt: nihil est enim, quod vacet [13] corpore: corporibus autem omnis obsidetur locus: ita nullum inane, nihil esse individuum potest. XXIV. 66. Hæc ego nunc physicorum oracula [1] fundo: vera; an falsa, nescio; sed veri tamen similiora, quam vestra. Ista enim flagitia Democriti, sive etiam ante Leucippi,[h] esse corpuscula quædam lævia,[i] alia aspera, rotunda alia, partim autem [2] angulata, curvata quædam, et quasi adunca; ex his effectum esse cœlum atque terram, nulla cogente [a] natura, sed concursu quodam fortuito. Hanc tu opinionem, C. Vellei, usque ad

[a] *Colligente, coagmentante.*

C G I, Paris. 1. 3. Mediol. Junt. Victor. Dav. *hoc est.*—11 *Concedere* M E. *doces me* A B C H I N E O. *doceas me* G. *do me* Gud. 2.—12 Idem cod. *regno et luia vel licentia;* Thuan. *regno vel lumine vel licentia.* Mox, *in solem* al. ap. Lamb. *effingis atque effugis* Glog. et a m. sec. *effigis*, quod est etiam in Paris. 3. *effutis* conj. Heindorf.—13 Paris. 3. *nihil ejus quidem vacet;* A *nihil enim est quod vacet;* Victor. Manut. *nihil est, &c.* Tum, *corporibus enim* Eliens. Heindorf. Schutz. *obsidetur omnis* H. *ita nulla inane esse* E. *individuum esse* Red. Gud. 2. Heindorf.

CAP. XXIV. 1 Victor. Manut. *oracla.* Mox, *veri simili tamen similiora* B H, Paris. 1. Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Bonon. 1494. *sed verisimilia etiam similiora* Glog. *sed verisimile tamen similiora* H a m. sec. *sed verisimili tamen verisimiliora* E. *quam vestra ista flagitia* conj. Walker.—2 Manut. Lamb. omittunt *autem.* Cod. Ursin. habet, *alia aspera, alia rotunda, alia autem partim angulata et pyramidata, quædam curvata et quædam quasi adunca;* alii quoque codd. et Junt. *pyramidata;* al. *pyramita;* Heindorf. e vestigiis codd. suspic. *levia, alia aspera, rotunda alia, alia pyramidata, et angulata, tum sinuosa quædam, et quasi hamata*, haud improbante Mosero. '*Fortuito . . . hanc, &c.*] Distinxi hæc cum ed. Junt. et Matthiæ, qui variorum inanes mutandi conatus optime refutavit. Vulgo post fortuito plene interpungitur.' *Orell.* *ex hiis* A C I O. *et his* N.

NOTÆ

[g] *Quodcumque in solum*] Repetitum a figulis proverbium, qui ex solo, seu luto, quod in manus venit, vas quodcumque effingunt. Erasmus, dum ingeniosus in hoc loco explanando videri vult, a vero sensu aberravit. Adag. III. 6.

[h] *Leucippi*] Zenonis auditor fuit. De quo vide Laërt. lib. IX.

[i] *Lævia* [*levia*] Glabra, polita, a λεῖος, ut a λαῖος, *lævis.* Male a nonnullis scribitur per *æ;* nec enim diphthongus *ει* vertitur per *æ*, sed per *e* vel *i* Romanorum.

Digitized by Google

hanc ætatem perduxisti; priusque te quis de omni vitæ statu, quam de ista auctoritate, dejecerit. Ante enim judicasti, Epicureum te esse oportere, quam ista cognovisti. Ita necesse fuit, aut hæc flagitia concipere animo,[3] aut susceptæ philosophiæ nomen amittere. 67. Quid enim mereas,[4] [k] ut Epicureus esse desinas? Nihil equidem, inquis, ut rationem vitæ beatæ, veritatemque,[5] deseram. Ista igitur est[6] veritas? Nam de vita beata nihil repugno; quam tu ne in Deo quidem esse censes, nisi plane otio langueat. Sed ubi est veritas? In mundis, credo,[7] innumerabilibus, omnibus minimis temporum punctis, aliis nascentibus, aliis cadentibus;[l] an in individuis corpusculis, tam præclara opera, nulla moderante natura, nulla ratione, fingentibus? Sed, oblitus[8] liberalitatis meæ, qua tecum paulo ante uti cœperam, plura complector. Concedam igitur, ex individuis constare omnia. Quid ad rem? Deorum enim natura quæritur. 68. Sint sane ex atomis: non igitur æterni. Quia enim ex atomis sit, id natum aliquando sit.[9] Si natum, nulli Dii ante quam nati:

Cotta Velleiusque usque perduxisti ad hanc æt. M.—3 M G, Manut. Lamb. *animo concipere.*—4 A ψ *merear.* Paris. 3. *aut Epicurus;* E G, Paris. 1. 2. *et Epicurus.*—5 Paris. 2. *virtutemque.*—6 *Ista igitur ubi est* Glog. Heindorf. *Ista quidem est veritas* Junt. *Ista est ergo veritas* M. Mox, *beata vita* Paris. 2. *quam tu in eo quidem* Glog.—7 E Davisii conj. Lall. *cedo.* Pro *punctis,* A C, Paris. 2. 3 habent *cunctis.* Paris. 3 omittit *aliis cadentibus;* G habet *candentibus.* Mox, *an individ.* A B I O E, Thuan.—8 *Sed nec oblitus* La. Glog. *qua ego tecum* Red. *tecum* omittit Glog.—9 '*Quod enim ex atomis, id natum aliquando: si natum, &c.*] Ita edidi cum Lall. qui, rectissimo judicio usus, secutus est Reg. in quo locus hic valde controversus ex optima conjectura videtur esse restitutus. *quod enim ex a. sit, id natum al. sit* Junt. Manut. item Lamb. sed

NOTÆ

[k] *Quid enim mereas*] 'Merere' vox militaris, pro stipendium accipere; unde 'equo merere,' 'pedibus merere.' Sensus igitur hujus loci est, Quo stipendio possis adduci ut Epicureus esse desinas?

[l] *Aliis cadentibus*] Nasci perpetuo et cadere mundos illos aliqua parte docebat Epicurus. 'Universum' quidem, sive infinitorum mundorum complexionem secundum se totam, ortus et interitus expertem esse, neque incrementum, neque decrementum, accipere posse; partes autem ejus, seu mundos singulos, nasci, interire, minui, mutarique in horas; quemadmodum animalis, licet totum consistat, partes tamen, puta arteriæ, oculi, moveri possunt. Plutarch. in Placit. Philos.

Digitized by Google

[*p.* 15.] et, si ortus est Deorum, interitus sit, necesse est, ut tu paulo ante de Platonis mundo disputabas. Ubi igitur illud [10] vestrum beatum et æternum? quibus duobus verbis significatis Deum: quod cum efficere vultis, in dumeta correpitis.[m] Ita enim dicebas, non corpus esse in Deo, sed quasi corpus; nec sanguinem, sed quasi sanguinem. XXV. 69. Hoc persæpe facitis, ut, cum aliquid non verisimile dicatis, et effugere reprehensionem velitis, afferatis [1] aliquid, quod omnino ne fieri quidem possit: ut satius fuerit illud ipsum, de quo ambigebatur, concedere, quam tam impudenter resistere: velut Epicurus, cum videret, si atomi ferrentur in locum inferiorem suopte pondere, nihil fore in nostra potestate, quod esset earum motus certus et necessarius; invenit, quo modo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et gravitate directo deorsum [2] feratur, declinare paululum.[n] 70. Hoc dicere turpius est, quam il-

post *sit* addens *necesse est*, ut volebat Wyttenb. *quia enim ex a. fit id n. al. sit* Victor. Heindorf. *quia si sunt ex atomis, iidem nati aliquando sunt. Si nati nulli Dii* Schutz. de Heindorfii sententia; *qui si sint ex a. iidem nati etiam aliquando sunt. Si nati, nulli Dei* Glog. *Dei* etiam Victor.' *Orell.*—10 *Ubi i. istud* conj. Heindorf. Mox, *quem cum efficere* Glog. a m. sec. margo Venet. 1507. Schutz. *non sanguinem* Paris. 2. 3. Glog. Red. Ascens. Basil. Thuan. *sed tanquam sanguinem* A B C H I N, E O, Eliens. Reg. Gud. 2. Paris. 2. 3. Mediol. Victor. Dav.

CAP. XXV. 1 Ita A B C G H I M N, U, E O ψ, Reg. Paris. 1. 3. et edd. vett. *affantis* Paris. 2. *affirmatis* Red. *efferatis* Grut. Actutum, *aliquid, quod verisimile dicatis omnino ne, &c.* Paris. 3. *de quo ambigebatis* Red. *de quo ambigatur* E. *imprudender* Glog. Red. Paris. 2. H a m. sec. Manut. Paulo post, *cum viderit* I. *si videret* A a m. pr. *si atomi ferentur* E. *in naturæ potestate* Red.—2 Eliens. 1. 2. Reg. Guelf. Dav. *directa deorsus;* Paris. 1. 2. I N,

NOTÆ

[m] *In dumeta correpitis*] 'Dumeta' vocat subterfugia Stoicorum, alludens ad eorum orationem, quam 'spinosam' alibi vocat; quod nihil simpliciter esse dicerent, sed omnia quasi esse: feras non lætari, sed quasi lætari; non irasci, sed quasi irasci.

[n] *Declinare paululum*] Duplex apud Epicurum motus atomorum; alter naturalis, alter reflexus: naturalis, quo atomus suo deorsum pondere feratur; reflexus, quo una in alteram incurrens, alio reflectatur. Naturalis iterum duplex; alter *κατὰ στάθμην, ad perpendiculum*, seu, ut Cicero vocat, *ad lineam;* alter *κατὰ παρέγκλισιν, secundum declinationem*, obliquus, ut Budæus, vertiginis, ut Laërt. loquitur. 'Motus ad lineam' a Democrito inventus; 'motus obliquus,' commentum est Epicuri, duasque ob

Digitized by Google

lud, quod vult, non posse defendere. Idem facit[3] contra dialecticos; a quibus cum traditum sit, in omnibus disjunctionibus,[o] in quibus, 'aut etiam, aut non,' poneretur, alterutrum verum esse; pertimuit, ne, si concessum esset hujusmodi aliquid, 'Aut vivet cras, aut non vivet, Epicurus,' alterutrum fieret[4] necessarium: totum hoc, 'aut etiam, aut non,' negavit esse necessarium. Quo quid dici potest[5] obtusius? Urgebat Arcesilas[p] Zenonem, cum ipse falsa[6] omnia diceret, quæ sensibus viderentur; Zeno autem, nonnulla visa esse falsa, non omnia. Timuit Epicurus, ne, si unum visum esset[7] falsum, nullum esset verum; omnes sensus veri nuntios dixit esse. Nihil horum, nisi callide:[8] graviorem enim plagam accipiebat, ut leviorem repelleret. 71. Idem facit in natura Deorum: dum individuorum corporum concretionem fugit, ne interitus et dissipatio consequatur, negat esse corpus Deorum, sed tanquam corpus; nec sanguinem, sed tanquam sanguinem. XXVI. Mirabile[1] videtur, quod non rideat haruspex,[q] cum

Gud. 2. U φ, Heindorf. Schutz. Nobb. *directo deorsus.*—3 *Item facit* N. *devinctionibus* A, La. *dejunctionibus* B C H I, Paris. 1. Gud. 2. *divisionibus* Paris. 2. *devictionibus* Paris. 3. Tum, *in quibus poneretur aut etiam aut non* Glog. *in q. p. aut erit aut non, alterutrum esse verum pertimuit* La. *alterum utrum esset verum pertimuit* A C N. *alterum utrum esse verum* e codd. Victor. *esset verum* Paris. 1. 2. 3. H M, Gud. 2. U. *alterutrum neutri esse* E.—4 A B C I M, Paris. 1. 2. 3. La. Gud. 2. E O U *alterutrum fieri.* Mox, *aut etiam non* M, Gud. 2.—5 Idem cod. *Quod qui dici potest;* Red. *potest esse;* A B C N, Paris. 1. E *potuit.*—6 E *ipsa falsa;* multi codd. Junt. Manut. Lamb. Schutz. *omnia falsa.*—7 G *esset visum;* A *nullum esset falsum, nullum esset verum; omnis;* Paris. 3. *esse dixit;* E *dicit esse.*—8 De Davisii conj. Lall. *calide;* Jentzen. suspic. *Nihil horum hominis callidi.*

CAP. XXVI. 1 *Admirabile* Glog. *quam non* E O. *arrideat* Red. *videat* Pa-

NOTÆ

causas ab eo excogitatus; 1. ut fieret rerum generatio; 2. ut tolleretur necessitas fati. De prima ratione vide de Fin. lib. I.

[o] *Disjunctionibus*] Quas vulgo vocant propositiones disjunctivas, qualis est, Aut vivet cras, aut non vivet Epicurus.

[p] *Arcesilas*]. Princeps Mediæ Academiæ, de quo sæpe supra.

[q] *Non rideat haruspex*] Erat illa vox Catoni familiaris, ut scripsit Cic. de Divin. lib. II. 'Mirari se,' inquit, 'aiebat Cato, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset; quota enim quæque res evenit prædicta ab istis! aut si evenit quippiam, quid afferri potest, cur non casu id evenerit?'

Digitized by Google

haruspicem viderit: hoc mirabilius, quod vos inter vos risum tenere possitis. 'Non est corpus, sed quasi corpus.' Hoc intelligerem, quale esset, si id[2] in ceris[r] fingeretur, aut fictilibus figuris: in Deo quid sit quasi corpus, aut quasi sanguis, intelligere non possum: ne tu quidem, Vellei: sed non vis fateri. 72. Ista enim a vobis[3] quasi dictata[s] redduntur, quæ Epicurus oscitans hallucinatus est,[t] cum quidem gloriaretur (ut videmus in scriptis), se magistrum habuisse nullum:[u] quod, et[4] non prædicanti, tamen facile quidem crederem; sicut mali ædificii domino glorianti, se architectum non habuisse. Nihil enim olet[5] ex Academia,[x] nihil ex Lyceo, nihil ne e puerilibus quidem disciplinis. Xenocratem[6][y] audire potuit: quem virum!

ris. 2. Mox, *quam vos* A C E O, Paris. 3. *risum continere* I.—2 Red. Glog. E O ψ, Paris. 1. 3. C G H I M, Victor. Heindorf. omittunt *id*. Statim, *cereis* A B C G H I M N, E O U, Paris. 1. Manut Lamb. Dav. Lall.—3 *Ista a vobis* Red. Glog. Paris. 3. Tum, *habuisse magistrum* in eodem cod. *magistrum se habuisse* Red. *sed magistrum habuisse* I.—4 *Quod etiam* Red. Glog. Heindorf. *et* omittunt Paris. 2. Gud. 2. Mox, *tam facile* Manut. *equidem credam* Lamb. *equidem crederem* Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *quidem credam* codd. aliquot, Junt. Manut.—5 *Nihil enim floret* Reg. Eliens. 1. 2. Guelf. *enim* omittunt multi codd. *N. e. fleret* E O ψ. Statim, *nihil ne ex L.* Victor. Dav.—6 *Xeno-*

NOTÆ

[r] *Si id in ceris*] Primus cereas imagines excogitavit Lysistratus Sicyonius, frater Lysippi; fictiles Dibutades quidam, item Sicyonius, filiæ opera, quæ, capta amore juvenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscripsit, quibus pater ejus impressa argilla typum fecit; eumque servatum in Nymphæa tradunt, donec Corinthum Mummius everteret. Plin. xxxv. 12.

[s] *Quasi dictata*] Laërtius lib. x. ita institutos ab Epicuro discipulos refert, ut ejus scripta, instar puerorum, memoriæ mandarent.

[t] *Hallucinatus est*] Verbum illud quidam aspirant. De quo Gell. II. 13. '*H* literam (sive illam spiritum magis quam literam dici oportet) inserebant veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset vividior, vegetiorque. Atque id videntur fecisse studio et exemplo linguæ Atticæ.' Sic 'lachrymas,' sic 'helluari,' sic 'hallucinari,' sic 'honera' dixerunt.

[u] *Habuisse nullum*] Αὐτοδιδάκτους Græci vocant eos, quibus nullus in literis magister fuit. Talem se fuisse Heraclitus gloriatur apud Laërt. lib. IX.

[x] *Olet ex Academia*] Sic, 'olet lucernam,' per proverbium dicitur. Sensus loci est, Nihil tradit Epicurus, quod aut Lycei, aut Academiæ subtilitatem, immo ne puerorum quidem rudimenta, sapiat.

[y] *Xenocratem*] Qui post Speusip-

Digitized by Google

Dii immortales! et sunt, qui putent audivisse: ipse non vult. Credo plus nemini. Pamphilum quendam,[z] Platonis auditorem, ait a se Sami auditum: ibi enim adolescens habitabat cum patre[a] et fratribus,[b] quod in eam pater ejus Neocles agripeta[c] venerat. Sed, cum agellus eum non satis aleret, ut opinor, ludimagister fuit. 73. Sed hunc Platonicum[7] mirifice contemnit Epicurus: ita metuit, ne quid unquam didicisse videatur. In Nausiphane[d] Democriteo tenetur; quem cum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Atqui, si hæc Democritea non audisset, quid audierat?[8] quid est in physicis Epicuri non a Democrito? Nam, etsi quædam commutavit, ut, quod paulo ante de inclinatione atomorum dixi; [*p.* 16.] tamen pleraque dicit eadem; atomos, inane, imagines,[9] infinitatem locorum, innumerabilitatemque mundo-

cratem quidem Red. Heindorf. Mox, *qui putant* codd. multi, Junt. Manut. Lamb. Tum, *audisse* Victor. Dav.—7 *Sed hunc et Plat.* codd. Ursini; *Sed hunc ut Plat.* conj. Heindorf. probantibus Moser. et Beier.—8 ‘Locus a recentt. multis conj. vexatus est sanissimus, ut viderunt Wyttenb. et Moser.’ *Orell.* *quid erat?* vel *quid ex eo audiretur* conj. Schutz. *si ab hoc* Dav. *non audisset, qui audierat* conj. Heindorf. Statim, *quid enim in phys.* Eliens. 1. 2. U, alii codd. Junt. Dav. Nobb. Orell. probante Beiero; *quid est enim, &c.* conj. Heindorf.—9 A B C F H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O *inanes imagines.*

NOTÆ

pum docuit in Academia, cum Epicurus adolescens esset. Hunc non tam ingenium et eruditio, quam severitas morum, studiumque indefessum, commendavit.

[z] *Pamphilum quendam*] De eo nihil apud auctores illorum temporum. Perperam a nonnullis putatur esse Pamphilus ille, de quo Plato de Rep. lib. x. qui cum inter cæsos in acie dies decem jacuisset, triduo postquam efferretur, impositus rogo, revixit, et mira quædam eo mortis intervallo a se visa narravit. Ille Pamphylus Platonis, non nomine, sed patria Pamphylus, seu Pamphylius, fuit.

[a] *Habitabat cum patre*] Cum a Pericle Samus, vel Samos, in Atheniensium potestatem redacta esset, eo colonia deducta est: in ea fuit Neocles pater Epicuri, Agripeta dictus, quod agri portionem petiisset, qui viritim novis colonis Sami dividebatur.

[b] *Et fratribus*] Qui tres fuere: Neocles, Chæredemus, Aristobulus.

[c] *Agripeta*] Ita vocabantur novi coloni, propterea quod agros colendos peterent. Habetur et illa vox Epist. ad Att. lib. xv.

[d] *In Nausiphane*] Qui Democriti doctrinam profitebatur. Is cum gloriari soleret, auditorem suum Epicurum fuisse, Epicurus, id ægre ferens, conviciis eum onerabat. Quæ vide apud Laërt.

Digitized by Google

rum, eorum ortus, interitus, omnia fere, quibus naturæ ratio continetur. Nunc istud [10] 'quasi corpus,' et 'quasi sanguinem,' quid intelligis? 74. Ego enim, scire te [11] ista melius quam me, non fateor solum, sed etiam facile patior. Cum quidem semel dicta sunt, quid est, quod Velleius intelligere possit, Cotta non possit? Itaque, corpus quid sit, sanguis quid sit, intelligo: [12] quasi corpus, et quasi sanguis, quid sit, nullo prorsus modo intelligo. Neque tu [13] me celas, ut Pythagoras solebat alienos; [e] nec consulto dicis occulte, tanquam Heraclitus; [f] sed (quod inter nos liceat) ne tu quidem intelligis. [b] XXVII. 75. Illud video pugnare te, species ut quædam sit Deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil solidi, nihil expressi, [c] nihil eminentis, [d] [1] sit-

[b] *Sed ne tu quidem (quod inter nos dicere liceat) intelligis quæ dicis.*
[c] *Id est, nihil extantis.* [d] *Nihil extuberantis.*

Actutum, *infinitates* U, Basil. *infirmitates* Thuan. Tum, *ortus et interitus* Junt. Manut. Lamb. Basil. Thuan.—10 *Nunc istuc* A C I U, Victor. Manut. Lamb. *quid sit, intelligis?* duo codd. margo Venet. 1507. Junt. Dav. Heindorf. Schutz. *et quasi sanguis quid sit, &c.* conj. Schutz.—11 *Ego enim te scire* Eliens. A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2.—12 *Itaque corpus quid sit, intelligo, quid sanguis* M. *quasi corpus quid sit* Paris. 2. 3. Basil. Thuan. Tum, *non intelligo ullo prorsus modo* E.—13 *Nec tu* Junt. Manut. Lamb. *me sedas* Red. Glog. Paris. 3. Statim, *nec* omittunt Gud. 2. E ψ. *non consulta* Paris. 3. *ne consulta* Paris. 2. *consulta* habent etiam A B C G H I, Paris. 1. E ψ. *inter eos* Paris. 1. *inter vos* G. *liqueat* Red. Glog. A B C G H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3.

NOTÆ

[e] *Solebat alienos*] Duplex Pythagoræ discipulorum genus: alii πολιτικοὶ, seu ἐξωτερικοὶ, id est, *civiles* et *externi*, quos 'alienos' hic Cic. vocat; alii ἐσωτερικοὶ, *intimi*, aliisque nominibus vocabantur, quæ videre est apud Jamblichum, Suidam, Gellium; illos palam, hos noctu; illos nonnisi vulgaria, hos arcana quædam docebat; utrosque brevibus sententiis, quarum aliæ 'aurea carmina,' aliæ 'symbola' vocabantur. De his Gyraldus opusculum eruditissimum conscripsit. Huc pertinet quod Metapontini ardomum Pythagoræ 'Cereris delubrum' vocarent, quasi apud illum sacra Eleusina haberentur.

[f] *Heraclitus*] Qui Tenebricosi cognomen obtinuit propter obscuritatem, quam in docendo præ se ferebat. Ejus librum cum Socrati Euripides obtulisset, rogassetque cujusmodi videretur, respondisse fertur, ea quæ intellexerat præclara esse, similiaque judicare ea, quæ non intellexisset, sed opus habere natatore Delio. Habes apud Laërt. epistolam Darii, Hystaspis filii, ad Heraclitum, qua eum obscuritatis arguit. Gell. c. ult. Suidas.

Digitized by Google

pellucida. Dicemus ergo [2] idem, quod in
:orpus illud non est, sed simile corpori:
t candore mixtus rubor, sanguis est, sed
ıis similitudo; sic, in Epicureo Deo, non
lines rerum, esse.
l ne intelligi quidem potest, mihi esse per-
.ibi istorum adumbratorum [b] Deorum linea-
mas. 76. Non deest hoc loco copia ratio-
:ere velitis, humanas esse formas Deorum:
ita sit informatum anticipatumque [4] men-
homini, cum de Deo cogitet, forma occur-
nde, ut, quoniam rebus omnibus excellat
ırma quoque esse pulcherrima debeat: nec
lam pulchriorem. Tertiam rationem af-
la in alia figura domicilium mentis esse
mum igitur, quidque, consideremus,[6] quale
im mihi videmini, quasi vestro jure, rem
ıbabilem omnium. Quis [7] tam cæcus in

:eindorf. conj. *eminens*.—2 *Dicemus igitur* A C G H I, Iox, *Coa* deest in Eliens. 1. Reg. B H I M, La. Paris. est *veritate* in Paris. 1. Tum, *simile corporis* Reg. Paris. ost *fusus* deest in I. *fusus ex* E ψ. *fusus et ex* Heindorf. I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E ψ. *similitudinem* M ψ. *esse* Paris. 2. 3. *Fecit* Thuan. *Facito* G H. *Facio* Paris. 1. 1. *et anticipatum;* C G I M N, Paris. 2. O U *antici-* Pro hac voce est in Gud. 2. *Deorum partem*. Paulo post, ı de Walkeri conj. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. et *bus* Red. Heindorf.—5 Heindorf. e Glog. et Red. *quod lom. mentis esse:* Lamb. et Nobb. omittunt etiam *in*.— *'llud conc.* suspic. Schutz. *Horum igitur quodque conc.* *,s* codd. aliquot, Junt. Victor. Lamb.—7 Glog. Heindorf. ·ell. *probabilem*. *Etenim quis;* Dav. *probabilem*. *Omnium* b. *probabilem quis*. Mox, *sapientium* G I N, Gud. 2. Paris.

NOTÆ

a] In insula Coos, Ægæi, fuit insignis ab Apelle picta, *ry*, id est, *emergens*, ıri emergere videre- tid. 'Ut Venus arti- :gloria Coi, Æquoreo ıremit imbre comas.' Apelles in ea pingenda adumbravit Phrynen, Atticæ meretricem, Athen. in Deipnos. lib. XIII. aut Campaspen, unam ex concubinis Alexandri, Plin. XXXV. 10.

[b] *Adumbratorum*] Quos lib. II. *μονογράμμους* appellat. Ibi de iis fusius.

Digitized by Google

contemplandis rebus unquam fuit, ut non videret, species istas hominum collatas in Deos, aut consilio quodam sapientum, quo facilius animos imperitorum ad Deorum cultum a vitæ pravitate converterent; aut superstitione, ut essent simulacra, quæ venerantes, Deos ipsos se adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poëtæ, pictores, opifices. Erat enim non facile,[8] agentes aliquid et molientes Deos in aliarum formarum imitatione servare. Accessit etiam[9] ista opinio fortasse, quod homini homine nihil pulchrius videatur. Sed tu hoc,[10] physice,[f] non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena, natura? An putas ullam esse terra marique[11] belluam, quæ non sui generis[i] bellua maxime delectetur? Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ? An tu aquilam, aut leonem, aut delphinum, ullam anteferre censes figuram suæ? Quid igitur mirum, si hoc eodem modo homini natura præscripsit, ut nihil pulchrius quam hominem putaret, eam esse[12] causam, cur Deos hominum similes putaremus? 78. Quid censes, si ratio esset in belluis? non suo quasque generi plurimum tributuras fuisse? XXVIII. At, mehercule, ego (dicam enim, ut sentio) quamvis amem ipse me, tamen non audeo dicere, pulchriorem esse me, quam ille fuerit[j] taurus, qui vexit Europam.[k] Non enim hoc loco de ingeniis, aut de

[f] *Qui rerum naturalium peritus videri vis.*

1. 2. Tum, *Deos quoque ipsos* Glog. *Deos quosque ipsos* conj. Heindorf.—8 *Erat enim facile* Pal. 2. N. *Erat enim nota facile* I. *Erat autem non f.* U, Junt. Ascens. Manut. Lamb. *agentis aliquodque molientis* Paris. 3. *immutatione servare* Paris. 3. *mutatione servare* E.—9 *Accesserit etiam* Paris. 3. *Et accessit etiam* Thuan. Statim, *pulchrius nihil* Eliens. Reg. Red. A B C H T, Gud. 2. Paris. 1. Med. Victor.—10 *Sed tu hæc* G, Thuan. *consilia tueris* E ψ. *et quam sui sit lena* Glog. Pall. A B C, Paris. 1. O ψ, Wouwer. *ipsa natura* Victor. *et quam solicita sui, &c.* margo Venet. 1507.—11 Heindorf. de Walkeri conjectura *marire.*—12 Heindorf. conj. *eaque est.* Statim, *putemus* codd. aliquot, Victor. Lall. Dav. Heindorf.

NOTÆ

[i] *Quæ non sui generis*] Hinc illud, 'Gracculus assidet gracculo, cicada cicadæ.' Horat. Sat. I. 3. 24. 'Stultus et improbus hic amor est, dignusque notari.'

[k] *Qui vexit Europam*] Fabulam lege apud Ovid. Metam. II. 833.

Digitized by Google

orationibus nostris, sed de specie figuraque quæritur. Quod si fingere nobis, et jungere formas velimus; [*p.* 17.] qualis ille maritimus Triton pingitur,[1] natantibus invehens belluis,[2] adjunctis humano corpori, nolis esse? Difficili in loco versor. Est enim vis tanta naturæ, ut homo nemo velit nisi hominis similis esse.[3] 79. Et quidem formica[4] formicæ. Sed tamen cujus hominis? quotus enim quisque[5] formosus est? Athenis cùm essem, e gregibus ephe-borum[m] vix singuli reperiebantur. Video, quid arriseris:[n] sed tamen ita res se habet.[6] Deinde nobis, qui,[7] concedentibus philosophis antiquis, adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri[o] delectabat[8] Alcæum:[p] at est corporis macula, nævus: illi

CAP. XXVIII. 1 Junt. Manut. Lamb. *fuit.*—2 H *beluis adjunctus;* Glog. et La. *ingens beluis;* Gud. 2. *imbuens beluis;* Lamb. conj. *invectus beluis.* Red. omittit *invehens.* M omittit *natantibus.* Tum, *corpore* A B C, Paris. 1. *noli* Paris. 2. 3. *nolim* Glog. *velim* Red. *quidni velim esse* conj. Heindorf.—3 C G H I N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *homini similis esse.*—4 A C, Gud. 2. Paris. 2. 3. omittunt *formica.* *Et quidem formare* G. *Et quid formicæ* Glog.—5 Codd. aliquot *quotus tibi quisque;* Heindorf. conj. *quotus enim tibi quisque.*—6 Eliens. 1. 2. Reg. A B C H I M N, Gud. 2. Victor. Moser. Orell. *ita tamen se res habet;* Paris. 1. *ita tamen sese res habet.*—7 *Deinde qui nobis* M. *conc. ant. phil.* N. Mox, *eorum etiam vitia* conj. Heindorf.—8 Ita conj. Ernesti; *de-*

NOTÆ

[l] *Triton pingitur*] Neptuni tubicen, concha utens pro tuba. Illius hæc forma erat: Coma persimilis apio palustri; suprema pars usque ad umbilicum fuit hominis; inferior usque ad pedes delphini; duo pedes priores equini; cauda duplex in lunæ formam. Vid. Pausan. lib. IX. Apollon. Rhod. lib. IV. Virgil. Æn. X.

[m] *E gregibus epheborum*] De pueritiæ gradibus hæc Censorinus l. de Die Natali: 1. ἄνηβος, *impuber*, annorum 14. 2. μαλλέφηβος, *pubertati proximus*, annorum 15. 3. ἔφηβος, an. 16. 4. ἐξέφηβος, *qui ex ephebis excessit*, an. 17. ab ἥβη, *pubes*. Unde Hebe, Dea pubertatis.

[n] *Video, quid arriseris*] Videtur innuere Cotta, aut se, aut Velleium, aliquos ex iis Atheniensibus ephebis adamasse.

[o] *Articulo pueri*] Lyci, quem Alcæus amavit. Horat. 'Nigris oculis nigroque Crine decorum.'

[p] *Delectabat Alcæum*] Versus forte Lucilii. Cur autem in 'Alcæus' antepenultima corripiatur, dictum est alibi. Alcæi tres poëtæ: 1. Atheniensis, quem primum tragicorum fuisse putant: fabulam ejus, 'Cœlum' dictam, citat Macrob. et alteram Pollux dictam 'Endymiona:' 2. Mitylenæus, aut, ut aliis placet, Atheniensis, inter principes priscæ comœdiæ, Mici filius: fabulas decem scripsit: 3. Mitylenæus quoque, sed lyricus, de quo hic agitur, capitalis hostis Pittaci, unius e septem Græ-

Digitized by Google

tamen hoc lumen videbatur. Q. Catulus,[q] hujus collegæ[r] et familiaris nostri pater, dilexit municipem tuum Roscium;[s] in quem etiam illud est ejus:[t]

Constiteram, exorientem[9] Auroram forte salutans,[u]
Cum subito a læva Roscius exoritur.
Pace mihi liceat, Cœlestes, dicere vestra;
Mortalis visus[10] pulchrior esse Deo.

Huic, Deo pulchrior:[11] at erat, sicut hodie est, perversissimis oculis. Quid refert? si hoc ipsum salsum illi et venustum[12] videbatur. XXIX. 80. Redeo ad Deos. Ecquos, si non tam strabones,[1][x] at pætulos[y] esse arbitra-

lectat reliqui.—9 A M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U *exoriente;* C *exurgentem*. Paris. 2. *Aurora*.—10 *Mortalis visu'st* cod. Ursin. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—11 *Huic pulchrior Deo* Red. Ascens. Manut. Lamb. Basil. Thuan. *Huic ille Deo pulchrior* Heindorf. Moser. Nobb. Orell. *Hic illi Deo pulchrior* conj. Schutz. *Huic pulchrior Deo aderat* ed. Marsi; *aderat* etiam est in B C H I M, Paris. 1. 3. Gud. 2. E O ψ U, Thuan. *sicuti* E O ψ, Gud. 2. Paris. 1.—12 Manut. Lamb. *et venustum illi*.

CAP. XXIX. 1 A I M, Paris. 1. 2. 3. E O U, Gud. 2. *et quos? si non &c.*

NOTÆ

ciæ sapientibus, adversus quem et multa carmina scripsit, et arma tulit cum fratre Antimenide: in Pittaci tamen manus cum venisset, impune abire permissus est.

[q] *Q. Catulus*] E gente Lutatia, qui de Cimbris post consulatum, C. Mario collega, triumphavit. Hujus comitatem et eruditionem Cicero laudat in Bruto. A Plinio juniore et Ovidio refertur inter poëtas, qui cum graves ipsi forent et severi, jocose tamen et venuste scriberent. Extat apud Gell. ejus de Theotimo puero epigramma. Jussus mortis genus eligere, in bello civili, vapore carbonum, quos domi accenderat, suffocatus est. Appian. Alexandrinus, et Plut.

[r] *Hujus collegæ*] Q. Lutatius Catulus consul cum M. Æmilio Lepido an. 675. quem principem senatus et auctorem publici consilii Cicero vocat in Pisonem; et in Bruto, 'non defuit illi elegans et eruditum orationis genus, quanquam non fuit in oratorum numero.'

[s] *Roscium*] Quem Cicero defendit annos natus 31. coss. Cn. Octavio et C. Scribonio Curione, judice C. Calpurnio Pisone, actore Fannio, ejusque patrono P. Saturio.

[t] *Illud est ejus*] Q. Catuli epigramma.

[u] *Forte salutans*] Persis, aliisque non paucis gentibus mos fuit, orientem solem salutare: 'Soli Atlantes,' inquit Plin. lib. v. 'degeneres humani ritus, solem orientem occidentemque dira imprecatione contuentur.'

[x] *Non tam strabones*] Strabo, vel strabus, est, cujus oculi distorti ac perversi sunt, a στρέφω, *verto*, στρεβλὸς, a στρεβλὸς, στραβὸς, et στραβὸν, *strabo*, *louche*. Uni animalium homini oculi ita depravantur. Plin. II. 37.

[y] *At pætulos*] Pætus est qui ocu-

Digitized by Google

mur?[s] ecquos nævum habere? ecquos silos,[z] flaccos,[a] frontones, capitones, quæ sunt in nobis? an omnia emendata in illis? Detur id vobis. Num etiam est una[2] omnium facies? nam, si plures, aliam esse alia pulchriorem, necesse est. Igitur aliquis non pulcherrimus Deus. Si una[3] omnium facies est, florere in cœlo[b] Academiam, necesse est. Si enim nihil inter Deum et Deum differt; nulla est apud Deos[c] cognitio, nulla perceptio. 81. Quid, si[4] etiam, Vellei, falsum illud omnino est, nullam aliam nobis, de Deo cogitantibus, speciem, nisi hominis, occurrere? Tamenne ista tam absurda defendes? Nobis fortasse si occurrit,[5] ut dicis: Jovem, Junonem, Minervam, Neptunum, Vulcanum, Apollinem, reliquos Deos, ea facie novimus, qua pictores fictoresque voluerunt: neque solum

[s] *Quam multos ex illis, si non strabones, pætulos certe esse arbitramur?*

codex unus ap. Orell. *ecquos insigni nota strab.* Dav. conj. *ecquos in iis si non tam strab.* receperunt Heindorf. Schutz. Moser. Mox, *enim emendata* ψ. *enim data* E, Paris. 3. *enim data nullis* M.—2 Eliens. Red. G H I La. Paris. 3. Victor. Mediol. Dav. *una est;* E *Num etiam nobis omnium facies;* Gud. 2. *facies omnium,* probante Gœrenz.—3 *Sin una* de Walkeri conj. Schutz.—4 *Quod si* A C H I, Victor. Junt. *illud omnino* omittunt Glog. Red. Paris. 3. La. *est illo omnino* M. Mox, *tamen ista* G. *tum iste* Gud. 2. *defendes nobis fortasse* A B C H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. ψ. *defenderis* H a m. sec. *defenderes* Thuan.—5 Glog. B, Paris. 1. E O U, Dav. Heindorf. *sic occurrit;* I *si occurrerit;* N *si cucurrit.* Actutum, *dicis apparuisse* codd. aliquot, Junt. Victor. *dicis: Jovem apparuisse* Red. *Minervam* omittit I. *reliquosque Deos*

NOTÆ

los habet leviter declinatos, vel huc illuc celeriter se commoventes, aut ad lasciviam languidule deflexos: hinc Veneri oculi pæti dicebantur esse. Horat. Sat. I. 3. 'Strabonem Appellat Pætum pater.'

[z] *Silos*] Silus est qui nasum habet sursum versus repandum, unde galeæ quoque a similitudine Silœ dicebantur. Ita Varro. Silos cum silonibus male aliqui confundunt: silones sunt qui supercilia habent prominentia.

[a] *Flaccos*] Flaccus est qui mobiles habet aures, unde familiæ Flaccorum cognomen. Flaccus pendulum sonat; unde flacci canes, et folia flacca, seu mercida.

[b] *Florere in cœlo*] Sensus est; Si Dii similes inter se erunt, dignosci alter ab altero non poterit; si dignosci non poterunt, dubitabitur Palladne an Mars an Saturnus videatur; si dubitabitur, florebit opinio Academicorum dubitantium de omnibus.

[c] *Nulla est apud Deos*] Sublunaria quidem certo possent cognoscere, se non possent.

Digitized by Google

facie, sed etiam ornatu, ætate, atque vestitu.[6] At non Ægyptii, nec Syri, nec fere cuncta barbaria: firmiores enim videas apud eos opiniones esse de bestiis quibusdam,[d] quam apud nos de sanctissimis templis et simulacris Deorum. 82. Etenim fana multa[e] exspoliata,[7] et simulacra Deorum de locis sanctissimis ablata, videmus a nostris: at vero ne fando quidem auditum est, crocodilum, aut ibim, aut felem, violatum ab Ægyptio. Quid igitur censes? Apim[f] illum, sanctum Ægyptiorum bovem, nonne Deum videri Ægyptiis? Tam, hercle, quam tibi illam nostram[8] Sospitam,[g] quam tu nunquam ne in somnis quidem vides,

B I, Paris. 1.—6 Paris. 3. *et ætate, vestitu;* Eliens. Reg. Red. C H I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. U ψ *ætate, vestitu.* Statim, *at vero non Ægyptii* Gud. 2. *nec Syrii* Junt. Victor. *nec c. barbaries* Glog. margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—7 A C H, La. N E U ψ, Gud. 2. *multa spoliata;* I *multum spoliata.* Mox, *auditum esse* Red. unde Heindorf. *auditum est esse.* Tum *croco codillum* I.—8 Red. alii codd. Victor. Orell. *illam vestram*, uti volebat Bouh. Paulo

NOTÆ

[d] *Bestiis quibusdam*] Nullum pæne genus est animalium, quod apud Ægyptios aris donatum non sit. Ex cicuribus, bos, hircus, ovis, felis, canis; ex feris, crocodilus, hippopotamus, ursus, lupus, cynocephalus, &c. ex volucribus, ibis, accipiter, aquila, &c.

[e] *Fana multa*] 'Fana' dicta, vel quod pontifex, cum templa consecrat, certa verba 'fatur,' Festus. Vel quod inde 'fata' petuntur, Asconius. Vel a 'Fauno,' qui primus templa construxit, Probus. Vel a *ναὸν*, per metathesim ἀνὸν· hinc 'hanula' dicta parva delubra, quasi 'fanula:' ita veteres 'fostis' dixere pro 'hostis;' 'fordeum' pro 'hordeum;' *h* enim pro *f*, et *f* pro *h* sæpe usurpaverunt. Ita Vossius.

[f] *Apim*] De api hæc Plin. lib. VIII. 'Bos in Ægypto numinis vice colitur, Apin vocant: insignis ei in dextro latere candicans macula, nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos annos excedere: mersum in sacerdotum fonte enecant, quæsituri alium quem substituant; donec invenerint, mœrent derasis etiam capitibus. Inventus deducitur a sacerdotibus Memphim: gemina ei delubra sunt, quæ vocant thalamos,' &c. Vide Gyrald.

[g] *Sospitam*] Hæc Lanuvii primum coli cœpit; at postquam Lanuvinis jus civitatis datum est, et sacra reddita, ædes Sospitæ Junonis communis fuit Lanuvinis cum populo Romano. Postmodum tamen ædes Romæ in Palatino constructa est Junoni Sospitæ a C. Cornelio consule, quam voverat, si victor e Gallia rediret, principio belli Gallici. Pingi solebat induta pelle caprina; forte quod, ceteris hostiis deficientibus, capram ei Hercules primus mactavit; scutulo, hastaque armata. Hinc, illam alii Bellonam, Palladem alii esse voluere.

Digitized by Google

nisi cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argia,[9][h] nec Romana[i] Juno. Ergo alia species Junonis Argivis, alia Lanuvinis.[10] Et quidem[11] alia nobis Capitolini,[k] alia Afris Hammonis[l] Jovis. XXX. 83. Non pudet igitur physicum, id est, speculatorem venatoremque naturæ,[1] ab animis consuetudine imbutis, petere testimonium veritatis? Isto enim modo dicere licebit, Jovem semper barbatum,[m] Apollinem semper imberbem,[n] cæsios[o] oculos Minervæ, cœruleos esse Neptuni. Et quidem Athenis laudamus Vulcanum eum,[2] quem

post, *cum caligulis* conj. Pigh.—9 Ita Victor. Junt. Dav. *Argica* multi codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—10 Ita Victor. Grut. Dav. seqq. *Lavinis* Junt. *Latinis* codd. aliquot, Manut. Lamb. Actutum, e codd. Ursin. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. addunt *alia nobis*.—11 *Equidem* nonnulli codd. *Atque item* conj. nescio quis ap. Orell.

CAP. XXX. 1 'Sine causa hæc, *id est s. v. naturæ*, suspecta Walkero, ut similia aliquoties delevit Manut.' *Orell.*—2 Eliens. et Dav. *laudamus Vulca-*

NOTÆ

[h] *Talis Argia*] Junonis simulacrum Argis celebre. De quo hæc Pausan. in Corinth. 'In throno sedet, inest ei corona Gratias et Horas fabrefactas habens; manuum altera malum punicum gerit, altera sceptrum; cuculus sceptro insidet. Habitus sane a Junone Romana diversus.'

[i] *Romana*] Quæ pingi solebat vecta curru, quem pavones traherent. De Deorum imaginibus vide Albricum philosophum.

[k] *Capitolini*] A Capitolio, ubi templum habuit. Videtur in quibusdam nummis, sedens media corporis parte superne nudus, inferne amictus; dextra fulmen, læva sceptrum habens.

[l] *Hammonis*] Sive *Ammonis*, nam utrumque legitur. Hunc sic describit Lucan. lib. IX. 'Stat corniger illic Jupiter, ut memorat; sed non aut fulmina vibrans, Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.' Vide Q. Curt. IV. 28.

[m] *Barbatum*] Quod ita soleret pingi. Solus Jupiter Anxurus imberbis pingebatur, ab Anxure urbe sic dictus, ubi colebatur Jupiter imberbis. Virg. Æn. VII. 'Circæumque jugum quis Jupiter Anxurus arvis Præsidet.'

[n] *Imberbem*] Sic pingi solitus, quod singulis diebus renascatur et quasi adolescat. Hierapolitani tamen barbatum eum pingebant, Macrob. I. 17. Scitum est illud Dionysii Siculi tyranni, qui cum templa omnia exspoliaret, Æsculapium in quodam templo barbatum videns, Apollinem vero patrem ejus imberbem, 'Quid,' inquit, 'pater imberbis erit, filius barbatus?' Tum barbam, quæ ex auro erat, præscindi jussit. Val. Max.

[o] *Cæsios*] Seu glaucos: tales illi affinguntur, quod nata sit e Neptuno, qui glaucos et ipse oculos habuit, Pausan. Homero γλαυκῶπις dicitur Minerva; id est, *glaucos*, vel, ut alii vertunt, *noctuos habens oculos*. Hinc forte noctua Minervæ sacra.

Digitized by Google

fecit Alcamenes;[p] in quo stante, atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis. Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano sic accepimus. Age, et his[3] vocabulis Deos esse faciamus, quibus a nobis nominantur. 84. [*p*. 18.] At, primum, quot hominum linguæ, tot nomina Deorum. Non enim, ut tu Velleius,[4] quocumque veneris, sic idem in Italia Vulcanus, idem in Africa,[q] idem in Hispania. Deinde, nominum non magnus numerus,[r] ne in Pontificiis[s] quidem nostris; Deorum autem innumerabilis. An sine[5] nominibus sunt? Istud quidem ita vobis dicere necesse est: quid enim attinet, cum una facies sit, plura esse nomina? Quam bellum erat, Vellei, confiteri potius, nescire, quod nescires, quam ista effutientem nauseare, atque ipsum tibi[6] displicere? At tu mei[7]

num Athenis eum; A B C G H N, Paris. 1. 2. Gud. 2. O ψ *laudamus esse Athenis Vulcanum eum;* Glog. et La. *cum quidem essem Athenis laudabamus Vulcanum eum;* Heindorf. conj. *Equidem cum essem Athenis laudabant unice Vulcanum eum.* Mox, *in quo stante in utroque vestigio leviter* Glog. La. Schutz. *in quo stante in utroque vestigio atque vestito* Heindorf.—3 *Age ut his* Red. Glog. Paris. 2. 3. M, Heindorf. *Age his* conj. Schutz. *esse Deos* codd. aliquot, Victor. Dav. Pro *faciamus*, quod servant Reg. Red. Glog. Lamb. Dav. seqq. *facimus* edd. vett. Junt. Victor. Manut.—4 *Velleius idem* Heindorf. e Glog. item Schutz. Statim, *quocumque iveris* codex unus, margo Venet. 1507. et Junt.—5 *An sine* de Gœrenzii ad Fin. p. 246. sententia Moser.—6 Hæc est conjectura Manutii, receperunt Dav. et Nobb. *sibi* codd. et edd. reliquæ.—7 *An tu mei* A B C H M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. *An*

NOTÆ

[p] *Alcamenes*] Discipulus Phidiæ. Tres ante Praxitelem ætates floruit, Pausan. in Arcad. ubi varia ejus opera memorat. Certavit cum Agoracrito, altero Phidiæ discipulo, in Venere facienda. Victus Agoracritus, non opere, sed judicio Atheniensium contra peregrinum hominem civi suo faventium, statuam suam vendidit, ea lege, ne Athenis esset; et Nemesim vocavit. Plin. XXXVI. 5.

[q] *In Africa*] Quomodo in Africa Vulcanus, quomodo in Hispania appellaretur, non comperi. Apud Ægyptios quidem 'Opas,' apud Memphiticos 'Aphthas,' apud Dorienses 'Elous.' Ita Hesychius.

[r] *Magnus numerus*] Nomina et cognomina apud Romanos tot ferme quot gentes et familiæ, prænomina vero omnino triginta. Varro.

[s] *Pontificiis*] Libros pontificios vocat de Orat. lib. I. ἱεροφαντῶν γραφὰς, *pontificum scripturas;* ita et Dionys. Antiq. Rom. lib. VIII. In iis scriptum erat quicquid ad res sacras pertineret, et ipsa quoque civium omnium nomina eo ferme modo, quo a parochis Christianis infantium nomina excipiuntur. De iis plura nos infra ex Guthero.

Digitized by Google

similem putas esse, aut tui, Deum? Profecto non putas. Quid ergo? solem [8] dicam, aut lunam, aut cœlum, Deum? ergo etiam beatum? quibus fruentem voluptatibus? et sapientem? Qui potest [9] esse in ejusmodi trunco sapientia? Hæc vestra sunt.[a] 85. Si igitur nec [t] humano visu [10] (quod docui), nec tali aliquo (quod tibi persuasum est), quid dubitas negare, Deos esse? Non audes. Sapienter id quidem:[11] etsi hoc loco non populum metuis, sed ipsos Deos. Novi ego [12] Epicureos omnia sigilla numerantes:[u] quanquam video nonnullis videri,[x] Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse Deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis ejus brevibusque sententiis, quas appellatis κυρίας δόξας,[y] hæc, ut opinor, prima [13] sententia est: 'Quod beatum et immortale est, id nec habet,

[a] *An dicam solem, aut lunam, aut cœlum, Deum esse? ergo et beatum esse dicam? At si beatum dicam, quibusnam dicam illum frui voluptatibus? Dicamne etiam sapientem? Sed quomodo potest esse sapientia in ejusmodi rebus inanimatis? Hæc sunt, quæ vos Epicurei traditis.*

tum ei I. *An tuum ei* N. *An tui Deum* Glog. Red.—8 *Quid? ergo solem* Schutz.—9 *Quid potest* Glog. *Qua potest* conj. Heindorf. Pro *trunco*, Schutz. auspic. *mole*, vel *globo*.—10 A B C F G H I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. ψ omittunt *visu*; Basil. et Thuan. habent *usu*. Statim, *nec alio aliquo* Glog. La. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. uti conj. Dav. *quod tibi ita pers.* nonnulli codd. Junt. Victor. Dav. Orell. Tum, *quid dubitas? negare Deos esse non audes* A B G H I. *esse* abest a Glog. Paris. 3. M.—11 *Sapientis est id quidem* Glog. *Sapientis id est quidem* La. *Sapientis id quidem* Red. Mox, *Deos ipsos* Paris. 3.—12 *Novi ergo* Red. I ψ, Gud. 2. Statim, *omnia singula numerantes* La. Red. Gud. 2. *omnia sigillatim numerantes* O. *nova sigilla inhiantes* U. unde, *in omnia sigilla inhiantes* Dav. *omnia singula munerantes* N. *omnia sigilla venerantes* de Manutii conjectura Lamb. Schutz. Orell.—13 Codex unus Oxon. et Lamb. *prior.*

NOTÆ

[t] *Si igitur nec*] Depravata est illa lectio: restitui sic velim: *Si igitur nec humano visu, quod docui, nec alio aliquo Dii sunt, quod tibi persuasum est; quid dubitas, &c.*

[u] *Sigilla numerantes* [*venerantes*] Icunculas Deorum in sigillis cælatas. Quem in sensum Arnob. Adv. Gent. lib. VI. 'Abstinetis a risu, cum pro Diis immortalibus, sigilliolis hominum, formis supplicatis humanis.' De sigillis, vide Gell. v. 4. Macrob. I. 10.

[x] *Nonnullis videri*] Sic Epicteto visum est, Posidonio, Sext. Empirico, Minucio Felici, Lactantio, de Ira Dei, cap. 4.

[y] Κυρίας δόξας] Id est, *ratas* ac *firmas opiniones*. A κυρόω, *sancio*, κῦρος, *sanctio*. De iis dictum est de Fin. lib. II.

Digitized by Google

nec exhibet cuiquam, negotium.' XXXI. In hac ita[1] exposita sententia, sunt qui existiment, quod ille inscitia plane loquendi fecerit, fecisse consulto. De homine minime vafro male existimant. 86. Dubium est enim, utrum dicat aliquid[2] iste beatum et immortale, an, si quod sit, id esse immortale.[3] Non[4] animadvertunt, hic eum ambigue locutum esse: sed multis aliis locis, et illum, et Metrodorum,[z] tam aperte, quam paulo ante te. Ille vero Deos esse putat: nec quenquam vidi, qui magis ea, quæ timenda esse negaret, timeret; mortem dico,[a] et Deos. Quibus mediocres homines non ita valde moventur, his ille clamat omnium mortalium mentes esse perterritas. Tot millia[5] latrocinantur, morte proposita. Alii omnia, quæ possunt, fana compilant. Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis.[6]

87. Sed, quoniam non audes (jam enim cum ipso Epicuro loquar) negare, esse Deos; quid est, quod te impediat, aut solem, aut lunam,[7] aut mundum, aut mentem aliquam sempiternam, in Deorum natura ponere? Nunquam vidi, inquit,[8] animam rationis consiliique participem in ulla alia,

CAP. XXXI. 1 *In hac itaque* Red. Glog. unde Heindorf. conj. *In hac itaque ejus ita, &c.* Tum, *inscientia* Reg. Dav. uti conj. Lamb. in ed. 1566. nec tamen edidit.—2 Codd. aliquot, Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *aliquid dicat.* Pro *iste*, codex unus Oxon. Eliens. Heindorf. Schutz. Moser. habent *esse.*—3 'Hæc, *id esse immortale,* omnino corrupta, ut senserunt multi, demonstravit Heindorf. Mihi e perverso supplemento videntur inculcata esse. Credebat interpolator deesse aliquid post, *si quid sit;* Heindorf. conj. *id esse tale;* recepit Schutz. *id esse* [*immor*]*tale* dedit Nobb. Manutius de conj. et Dav. *an si quod sit beatum, id esse immortale;* Lamb. *an quod sit beatum, id esse immortale;* Rossi Commentt. Laërt. pag. 313. *an, si quod sit beatum et immortale*, probante Beiero. Recte ad sententiam, sed parum probabiliter.' *Orell.* *an si quod sit*, *quod esset immortale* suspic. Jentzen.—4 *Non enim* A, Victor.—5 Glog. *mali.* Mox, idem codex aliique *morte postposita.*—6 A C I, Gud. 2. E ψ *religiones*, neque plane displicet Mosero.—7 Ita Manut. Lamb. Grut. Nobb. *aut lunam* omittunt Reg. Eliens. 1. 2. Glog. Red. A B C M N, La. Paris. 2. 3. U, ψ, Bonon. 1494. Victor. Mediol. Dav. Orell. Statim, *in Deorum numero ponere* conj. Walker.—8 Glog. Heindorf. Schutz. *inquis.* Paulo post, *nisi in humana*

NOTÆ

[z] *Metrodorum*] Epicuri sodalem: de illo jam dictum sæpe.

[a] *Mortem dico*] De morte quidem hanc ab Epicuro sententiam usurpari solitam refert Lactant. Divin. Inst. lib. III. 'Quando nos sumus, mors non est; quando mors est, nos non sumus. Mors ergo nihil ad nos.'

Digitized by Google

nisi humana figura. Quid? solis numquidnam,[b] aut lunæ,[9] aut quinque errantium siderum, simile vidisti? Sol, duabus unius orbis ultimis partibus definiens motum, cursus annuos conficit. Hujus hanc lustrationem,[10] ejusdem incensa radiis, menstruo spatio luna complet. Quinque autem stellæ eundem orbem tenentes, aliæ propius a terris, aliæ remotius, ab iisdem principiis, disparibus temporibus, eadem spatia conficiunt.[b] 88. Numquid tale, Epicure, vidisti? Ne sit igitur sol, ne luna, ne stellæ: quoniam nihil esse potest, nisi quod attigimus aut vidimus.[11] Quid? Deum ipsum numne vidisti?[12] cur igitur credis esse? Tollamus ergo omnia, quæ aut historia nobis, aut ratio, nova affert. Ita fit,[13] ut mediterranei[c] mare esse non credant. Quæ sunt tantæ animi angustiæ, ut, si Seriphi[c] natus esses, nec unquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculasque sæpe vidisses, non crederes leones et

[b] *Sol concludens motum suum duabus extremis partibus unius circuli, et ab eodem zodiaci puncto ad idem ejusdem punctum regrediens, cursum annuum conficit. Ejusdem circuli circuitum, seu lustrationem, ejusdem solis radiis illustrata luna conficit unius mensis spatio; quinque autem stellæ in eodem circulo se moventes, aliæ propius, aliæ remotius terris, incipientes ab eodem circuli principio, et ad idem regredientes, conficiunt eadem spatia disparibus temporibus.*

[c] *Populi, qui mediam terram incolunt procul a mari.*

Heindorf. e Glog.—9 *Quid? solis, nunquam lunæ* Paris. 3. *Nunquam solis, nunquam lunæ* La. *Quid? solis nunquam natura aut lunæ* M.—10 Ita e codd. Lamb. Dav. seqq. *H. h. illustrationem* Junt. Victor. Manut. Grut.—11 Glog. *aut quod vidimus*, probante Heindorf.—12 *Quid? quod animum ipsum minime vidisti* Heindorf. e vestigiis codd. Statim, *omnia tollamus ergo* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Tum, *aut nova ratio* Manut. Lamb. *nova, aut ratio* Schutz. de conj. Gulielm.—13 Sic Red. Glog. Guelf. G M U ψ, Paris. 1. 2. margo Venet. Heind. Moser. Schutz. Orell. *Ita sit* Victor. Manut. Lamb. Dav. Lall. *Ita fiet* codd. aliquot, Junt. Paulo post, *dicerentur* Junt. Victor. Deinde, *etiam irrideri* Red. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.

NOTÆ

[b] *Solis numquidnam*] Sensus est: Vidistine unquam aliquid simile motus solis et lunæ, &c. et illum tamen motum esse non negas; quid ergo negas esse Deos, quia nihil eorum simile vidisti? Aliter locum explicat Lescalopier; an bene, tu videris.

[c] *Seriphi*] Insula est maris Ægæi, una e Cycladibus, in qua ranæ non coaxant; Plin. Hinc 'ranæ Seriphiæ,' adagium in taciturnos. Urbem in ea fuisse illius cognominem, conjici potest ex syntaxi hujus loci; quanquam urbis ejusmodi non meminerunt geographi.

Digitized by Google

pantheras esse, cum tibi, quales essent, diceretur? [*p.* 19.] si vero de elephanto quis diceret, etiam rideri te putares? XXXII. 89. Et tu quidem, Vellei, non vestro more,[a] sed dialecticorum (quem[1] funditus gens vestra non novit) argumenti sententiam conclusisti. Beatos esse Deos, sumsisti. Concedimus. Beatum autem sine virtute neminem esse posse. Id quoque damus, et libenter quidem. Virtutem autem sine ratione constare non posse. Conveniat id quoque, necesse est. Adjungis, Nec rationem esse, nisi in hominis figura. Quem tibi hoc daturum putas? Si enim ita esset, quid opus erat te gradatim istuc pervenire? [quid autem est istuc[d] gradatim?][2] Sumsisses tuo jure. Nam a beatis ad virtutem, a virtute ad rationem, video te venisse gradibus. A ratione ad humanam figuram quo modo accedis? Præcipitare istuc quidem est, non descendere. 90. Nec vero intelligo, cur maluerit Epicurus Deos hominum similes dicere,[3] quam homines Deorum.[e] Quæres,[4] quid intersit. Si enim hoc illi simile sit, esse illud huic video. Sed hoc dico, non ab hominibus formæ figuram venisse ad Deos. Dii enim semper fuerunt; et nati[5]

[a] *Qui Epicurei estis.*

CAP. XXXII. 1 Ita de Manutii conjectura Lamb. Nobb. *quos* Junt. *quæ* Grut. Mox, *argumentis sententiam* conj. Manut. *argumento sententiam* Med. Lamb. Heindorf. *argumentationem concl.* conj. Schutz.—2 Ita codd. et edd. ante Lall. nisi quod Junt. et Victor. habent *quod autem est.* Verba, *quid ... gradatim* uncis inclusit Dav. *pervenire? Sumsisses tuo jure. Quid est autem istuc gradatim? Nam, &c.* de Facciolati sententia Lall. Heindorf. Moser. Nobb. *pervenire? sumsisses tuo jure. Qui autem tu istuc gradatim? Nam, &c.* Schutz. de conjectura sua. Tum *præcipitare istud* Schutz.—3 Heindorf. e vestigiis Glog. et Red. *similes esse dicere.* Actutum, *quam Deorum homines* Red. Heindorf.—4 *Quæ res* A H. *Quæres q. intersit* desunt in M. Mox, G *esse hinc illud video;* M *esse huic illud video.*—5 *Dii enim fuerunt semper, nati* Glog. *et* omittunt etiam A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U. *Dii enim si semper fuerunt, nati* al. ap. Moser. Post *sunt* A inserit *quia æterni sunt.* Paulo post, *forma* delerunt Schutz.

NOTÆ

[d] *Quid autem est istuc*] Forte sic legendum esset, *quid autem? et istuc, gradatim, sumsisses tuo jure;* ut sensus sit, Quid dico te gradatim istuc pervenisse? immo, illud ipsum, gradatim, sumsisses tuo jure.

[e] *Quam homines Deorum*] Simile est illud Tusc. lib. I. 'Homerus humana ad Deos transferebat; divina mallem ad nos.'

Digitized by Google

nunquam sunt, si quidem æterni sunt futuri: at homines nati. Ante igitur humana forma, quam homines, ea, qua erant [forma] Dii immortales. Non ergo illorum humana forma, sed nostra divina, dicenda est. Verum hoc quidem,[6] ut voletis: illud quæro, quæ fuerit tanta fortuna, (nihil enim in rerum natura ratione factum esse vultis) 91. sed tamen quis iste[7] tantus casus? unde tam felix concursus atomorum, ut repente homines Deorum forma nascerentur? Semina Deorum[f] decidisse de cœlo in terras putamus, et sic homines patrum similes extitisse? Vellem diceretis: Deorum cognationem agnoscerem non invitus. Nihil tale dicitis; sed casu esse factum, ut Deorum similes essemus.[8] Et nunc argumenta quærenda sunt, quibus hoc refellatur? Utinam tam facile vera invenire possim,[9] quam falsa convincere! XXXIII. Etenim enumerasti memoriter, et copiose,[1] (ut mihi quidem admirari liberet, in homine esse Romano[g] tantam scientiam) usque a Thale Milesio, de natura Deorum philosophorum sententias. 92. Omnesne tibi illi[2] delirare visi sunt, qui sine

Moser. 'Recte defendit Beier.' *Orell.*—6 *Verum quidem* A. *ut voles* G. *ratione in rerum natura* Eliens. Reg. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, Mediol. Victor. Junt. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—7 Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. *quis est iste.*—8 Ita Manut. et Lamb. *essemus similes Deorum* Eliens. Reg. A B C H I N, Paris. 1. Gud. 2. Victor. Dav. Schutz. Moser. Orell. *similes essemus Deorum* Junt. Heindorf.—9 I, Manut. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. *possem;* et sic Lactant. II. 5.

CAP. XXXIII. 1 Red. *memoriter et jocunde et copiose.* Statim, *admirari videtur* Red. *admirabile videretur* conj. Heindorf. *luberet* A B C H, Paris. 1. 2. 3. *esse in homine Romano* Red. Heindorf. *a Thalete* Manut. Lamb. Tum, *de Deorum natura* Eliens. Reg. A B C H N, Paris. 1. 2. Mediol. Victor. Dav. Moser. Orell.—2 *Omnesque tibi illi* conj. Heindorf. *Omnesne illi tibi* Paris. 1. *sententias omnes. Ne tibi illi* H. *Illine delirare, &c.* Red. Mox, *constare*

NOTÆ

[f] *Semina Deorum*] In eum sensum Ovid. Met. lib. I. 'Natus homo est, sive hunc divino semine fecit Ille opifex rerum, mundi melioris origo; Sive recens tellus, seductaque nuper ab alto Æthere, cognati retinebat semina cœli.'

[g] *In homine esse Romano*] Romani ante Ciceronem pauci philosophiæ operam dederunt. Romanorum studia erant juris civilis notitia, reip. administratio. Virg. Æn. VI. 'Tu regere imperio populos, Romane, memento: Hæ tibi erunt artes.'

Digitized by Google

manibus et pedibus constare Deum posse decreverunt? Ne hoc [3] quidem vos movet, considerantes, quæ sit utilitas, quæque opportunitas in homine membrorum, ut judicetis, membris humanis Deos non egere? Quid enim pedibus opus est [4] sine ingressu? quid manibus, si nihil comprehendendum? quid reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil supervacaneum est? Itaque nulla ars imitari solertiam naturæ [5] potest. Habebit igitur linguam Deus, et non loquetur: dentes, palatum, fauces, nullum ad usum: quæque procreationis causa natura corpori affixit,[6] ea frustra habebit Deus: nec externa magis, quam interiora; 93. cor, pulmones, jecur, cetera; quæ, detracta utilitate, quid habent venustatis? quandoquidem hæc esse in Deo propter pulchritudinem vultis. Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus, et Metrodorus,[h] et Hermachus,[7] [i] contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt, sed meretricula etiam Leontium [k] contra Theophrastum scribere ausa sit? Scito illa quidem [8] sermone et Attico, sed tamen.

Deos Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *decreverint* A C I, Paris. 2.—3 *Nec hoc* E U, Paris. 1. Thuan.—4 Paris 3. *Quid enim est opus pedibus.* Statim, *in ingressu* M. *sine incessu* Paris. 1. Tum, *comprehendendum est* Eliens. A B C G H I, Paris. 2. 3. Gud. 2. E, Bonon. 1494. Mediol. Victor. *comprehendetur* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Verba, *quid reliqua . . . supervacaneum est,* desunt in M, Paris. 3. La.—5 A N, et Victor. *naturæ solertiam.*—6 Ita Guelf. Eliens. 1. 2. nonnulli codd. ap. Moser. Mediol. Bonon. 1494. Junt. *affinxit* A B C H I N, Paris. 1. Victor. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell. Mox, *nec extrema* Victor. Tum, *ceteraque detracta* Junt. Victor. Manut.—7 *Hermarcus* A C H I. *Hermarchus* B. *Symachus* G et Thuan. Statim, *Empedoclem Platonemque* N. *Platonem* deest in Paris. 1. *dixerint* Glog. Heindorf. probantibus Schutz. Moser. *scribere ausit* cod. Ursin. *ausa est* Eliens. 1. 2. Bonon. 1494. Dav. Orell.—8 *Scito quidem illa* Junt. Manut. Lamb. Mox, *sed tamen cur tantum E. h. habuerit, &c.* Junt. *sed cum*

NOTÆ

[h] *Metrodorus*] Duo ejus nominis discipuli Epicuri: alter Stratonicensis, qui mox ad Carneadem se contulit; alter Atheniensis, de quo hic agitur. Ejus liberis Epicurus testamento prospexisse dicitur.

[i] *Hermachus*] Ortu Mitylenæus fuit, secta Epicureus.

[k] *Leontium*] Hanc Leontiam Laërtius, Leontillam Epicurus ipse appellat. Amica fuit Metrodori et Epicuri. De ea Plut. libro qui inscribitur, 'Ne suaviter quidem vivere hominem posse secundum Epicurum.'

Digitized by Google

Tantum Epicuri hortus[l] habuit licentiæ! et soletis[9] queri.[*] Zeno quidem[m] etiam litigabat. Quid dicam Albucium?[n] [*p.* 20.] nam Phædro[o] nihil elegantius, nihil humanius: sed stomachabatur senex, si quid asperius dixeram: cum Epicurus contumeliosissime[p] Aristotelem vexaverit;[10] Phædoni[q] Socratico turpissime maledixerit; Metrodori, sodalis

* *Erudito quidem illa sermone, sed eleganti et polito; sed cum vestra Epicurea schola tantam habuerit licentiam aliis contradicendi, cur vos soletis conqueri si quando vobis Epicureis contradicatur?*

tantum E. h. habuerit Manut. *sed tamen tantum, &c.* Glog. A H I, La. Victor. Heindorf.—9 Ita Victor. Grut. seqq. *Etiam soletis* Junt. Manut. Lamb.—10 Ita Manut. Lamb. Grut. Schutz. seqq. *Arist. vexaverit contumeliosissime* Reg. Eliens. A B C I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, Junt. Dav. *Arist. cont. vexarit* Victor. *vexavit* alii codd. ap. Moser. *contumeliosissime* deest in N. Statim, *Timocraten* Dav. *cum eo dissentiret* Red. Heindorf. Tum, *concideret* H I, Paris. 2. Gud. 2. E O. *contenderet* Paris. 3. M. *contuderit* La. *contenderit* Red. Glog. *conscideril* nescio quis ap. Lamb. item Heindorf. Deinde, *non nihil diceret* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb.

NOTÆ

[l] *Epicuri hortus*] Ut Platonis Academia, Zenonis porticus, ita Epicuri hortus celebratur, in quo docere consueverat. Hinc Plin. XIX. 4. Epicurum hortorum magistrum vocat. Hortum Hermacho testamento legavit; scholam vero, quæ in horto fuit, Antinomacho et Timocrati, testamenti sui executoribus, commendavit. Ita Laërt.

[m] *Zeno quidem*] Non Cittieus, sed is quem supra Philo Coryphæum Epicureorum appellavit; quem Cicero frequenter Athenis audivit; qui Theotimum, virum celebrem, quod contra Epicurum scripsisset, accusavit, plectique capite curavit. Athen. lib. XIII.

[n] *Albucium*] De quo de Fin. lib. I. et Tusc. lib. V.

[o] *Phædro*] Non illo qui Socrati et Platoni longe carissimus, cujus etiam nomine Plato librum inscripsit; sed qui Ciceronis et Attici familiaris, cujus discipulus Cicero fuit, antequam Philonem cognovisset. De illo de Fin. lib. I. et V.

[p] *Contumeliosissime*] Contumelias referunt Laërt. l. X. Athen. VIII. 10. 'Afferebat,' inquit, 'Epicurus, Stagiritam intemperantissimum fuisse, luxu perditum, paterna hæreditate in comessationibus dissipata, militiæ nomen dare coactum: cum vero illud neque bene cederet, medicam artem, pigmentariam, immo et veneficam, ad vitam tolerandam, exercuisse.' Athenæus ipse Aristotelem helluonem fuisse ait. Sed quæ fides homini Epicureo?

[q] *Phædoni*] De illo hæc Gellius II. 18. Phædon Elidensis (Laërtius Eliensem dicit) ex cohorte illa Socratica fuit, Socratique et Platoni perfamiliaris. Ejus nomine Plato librum de immortalitate animæ inscripsit. Conditione servus, et, ut quidam scripserunt, a lenone domino puer ad merendum coactus: mox eum Cebes Socraticus, hortante Socrate, emisse dicitur, habuisseque in philosophiæ disciplinis: atque is postea philoso-

Digitized by Google

sui, fratrem, Timocratem,[r] quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit; in Democritum ipsum, quem secutus est, fuerit ingratus;[s] Nausiphanem, magistrum suum, a quo nihil didicerat, tam male acceperit. XXXIV. Zeno quidem non eos solum qui tum erant, Apollodorum,[t] Syllum,[1 u] ceteros, figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophiæ, Latino verbo utens, scurram Atticum [fuisse] dicebat: Chrysippum[x] nunquam nisi Chesippum vocabat. 94. Tu ipse, paulo ante, cum tanquam senatum philosophorum recitares,[2] summos viros desipere, delirare, dementes esse, dicebas. Quorum si nemo verum vidit[3] de natura Deorum, veren-

---

CAP. XXXIV. 1 ‘Nomen controversum, *Sillum* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. *Apollodorum sillis* conj. Wiedeburg. *Apollodorum, Herillum* conj. Jentzen. Sed hæc conjectura manifesto falsa est, cum tempora non congruant. Herillus enim auditor fuit Zenonis Citiei, Stoici.’ *Orell.* Actutum, *ceterosque* codd. aliqnot, margo Venet. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Tum, *Latino verbo utar* Victor. Dav. *tali verbo utens* de Lenzii conjectura Schutz. *Apollodorum ceterosque figebat maledictis, sed S. ipsum p. phil. σιλλὸν, Lat. v. u. sc. Att. &c.* conj. Creuzer. *fuisse* uncis inclusit Ernesti; *fere* Glog. unde Heindorf. conj. *fere.* Deinde, *nisi Chrysippum* codd. aliquot, et Moser. *nisi Cisippum* Junt.—2 Manut. Lamb. *citares.*—3 Grut. solus *videt*

NOTÆ

phus illustris fuit.

[r] *Timocratem*] Discipulum suum, cui, ut dictum, testamenti sui executionem demandavit; ad quem etiam librum inscripsit, περὶ παθῶν δόξας. Vid. Laërt.

[s] *Fuerit ingratus*] Eum ληρόκρετον, *delirum*, γραφέα, *scribam*, vocabat, quod ne in conviviis quidem a literis aut docendis, aut legendis, abstineret.

[t] *Apollodorum*] Multos inter Apollodoros, de quibus Suidas, non satis perspicuum est, quis hic fuerit. Crediderim eum esse qui apud Laërt. κηποτύραννος dicitur, unus ex Epicuri successoribus. Zenonem auditorem habuit.

[u] *Syllum*] De Syllo illo mirum apud veteres omnes silentium. Hinc Victorius Var. Lect. XXIV. 19. locum mendosum putat, ac legendum, *sive ceteros.* Robert. Stephanus censet cognomen esse Apollodori, adeoque virgulam expungit: ‘nam *Syllus,*’ inquit, ‘sive *Sillus*, σίλλος, est carminis genus cavillatorium, ut Archilochi mordax iambus, unde Sillographi dicti sunt nonnulli, qualis Timon Phliasius.’

[x] *Chrysippum*] Turpiter ludebat in verbo, Chrysippus enim *equum aureum* sonat, χρυσὸς, ἵππος: Chesippus autem ἀπὸ τοῦ χέζειν, *alvum exonerare.* Ludebat ingeniosius Carneades, qui Chrysippum Chrypsippum vocabat, a κρύπτειν, *abscondere;* quod Chrysippi exilis imago, quæ illi ab Atheniensibus extructa fuerat, a vicino equite fere tegeretur.

Digitized by Google

dum est, ne nulla sit omnino. Nam ista, quæ vos dicitis, sunt tota commenticia, vix digna lucubratione anicularum. Non enim sentitis, quam multa vobis suscipienda sint, si impetraritis,[4] ut concedamus, eandem esse hominum et Deorum figuram. Omnis cultus, et curatio corporis erit eadem adhibenda Deo, quæ adhibetur homini: ingressus, cursus, accubitio,[5] inclinatio, sessio, comprehensio; ad extremum, etiam sermo, et oratio. Nam, quod et mares Deos et fœminas esse dicitis, quid sequatur,[y] videtis. 95. Equidem mirari satis non possum, unde ad istas opiniones vester ille princeps venerit. Sed clamare non desinitis, retinendum hoc esse, Deus ut beatus immortalisque sit. Quid autem obstat, quominus sit beatus, si non sit bipes? aut ista, sive beatitas,[z] sive beatitudo dicenda est, (utrumque omnino durum, sed usu mollienda nobis verba sunt) verum ea, quæcumque est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam, figura membrisque corporis vacuam, cadere non potest? 96. Nihil aliud dicis, nisi, nunquam vidi solem aut mundum beatum. Quid? mundum,[6] præter hunc, unquamne vidisti? Negabis. Cur igitur non sexcenta millia esse mundorum, sed innumerabilia, ausus es dicere? Ratio docuit.[7] Ergo

errore typogr. *viderit* G, La. Paris. 3. Glog. *videatis* M. *dicit* N.—4 G I, Eliens. Mediol. Junt. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. *impetraveritis;* Paris. 1. H *impetraretis;* Gud. 2. *impetratis.* Statim, *hominum esse* Eliens. 1. 2. A B C H I N, Gud. 2. U, Mediol. Victor. margo Venet. 1507. Junt. Dav. *eandem ut concedamus hominum esse et Deorum figuram* e cod. Reg. Lall.—5 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. *accubatio.*—6 *Qui? mundum* Gud. 2. *Quem mundum* A B C G I N, Paris. 1. 3. *nunquamne* alii codd. Moseri.—7 *Ratio, inquis, docuit* Glog. La. Heindorf. Nobb. *Ratio docuit ergo? hoc, &c.* I. Paulo post, *in divina natura sunt* Red. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *divinæ naturæ sunt* Eliens. 1. Reg. Gud. 2. O U ψ, Mediol. Bonon. 1494. Ascens. Junt. Tum, *ut imm. vincimur* codd. aliquot, etiam Reg. et Red. item Lamb. Dav. Orell. ‘Turbant codd. in toto h. l. unde Schutz. de conj. sic edidit, *cum de præst. nat. quæratur, quæ sola divina est, ab ea nos natura ut imm. vincamur, &c.* quibus Tulliana præferamus necesse est. Idem Schutz. in ed. maj. delendum censebat verba *atque ut animi, item corporis;* quæ tamen ad

NOTÆ

[y] *Quid sequatur*] Procreatio liberorum.

[z] *Sive beatitas*] Cicero dicitur primus invenisse duas illas voces. De fingendis novis vocibus vide Quintil. VIII. 3.

Digitized by Google

hoc te ratio non docebit, cum præstantissima natura quæratur, eaque beata et æterna (quæ sola divina natura sunt); ut immortalitate vincamur ab ea natura, sic animi præstantia vinci; atque ut animi, item corporis? Cur igitur, cum ceteris rebus inferiores simus,[8] forma pares sumus? Ad similitudinem enim Deo[9] propius accedebat humana virtus, quam figura. XXXV. 97. An quicquam[1] tam puerile dici potest, (ut eundem locum diutius urgeam) quam si ea genera belluarum, quæ in Rubro Mari[a] Indiave gignantur, nulla esse dicamus? Atqui ne[2] curiosissimi quidem homines exquirendo audire tam multa possunt, quam sunt multa, quæ terra, mari, paludibus, fluminibus existunt: quæ negemus esse, quia nunquam vidimus. Ipsa vero quam nihil ad rem pertinet, quæ vos delectat maxime, similitudo! Quid? canis nonne similis lupo? atque,[3] ut Ennius,

Simia quam similis, turpissima bestia, nobis!

At mores in utroque dispares. Elephanto belluarum nulla prudentior: at figura[4] quæ vastior? 98. De bestiis loquor. Quid? inter ipsos homines nonne et simillimis formis dispares mores, et moribus simillimis[5] figura dissimilis? [*p.* 21.] Etenim si semel, Vellei, suscipimus[6] genus hoc argumenti, attende quo serpat. Tu enim sumebas, nisi in hominis figura rationem inesse non posse: sumet alius, nisi in terrestri; nisi in eo, qui natus sit; nisi in eo, qui adoleverit; nisi in eo, qui didicerit; nisi in eo, qui ex animo constet, et corpore caduco et infirmo; postremo, nisi in homine,[7] atque mortali. Quod si in omni-

argumentationem conficiendam prorsus sunt necessaria.' *Orell.*—8 Codd. aliquot *sumus*, uti volebat Walker.—9 *Dei* Lamb.

Cap. XXXV. 1 *An quicquid* Gud. 2.—2 *Atqui nec* E. *curiosi* Paris. 1. a m. pr. *tam multa aud. possunt* Gud. 2. et Red.—3 Victor. *atqui*. Actutum, *ut ait Ennius* Glog. Heindorf. Schutz.—4 Codd. aliquot, et Orell. *ad figuram*, probantibus Heindorf. et Moser.—5 Ita codd. aliquot, Dav. Lall. seqq. *simillimis* omittunt edd. ante Dav.—6 Red. Lamb. Heindorf. *suscepimus*.—

NOTÆ

[a] *Rubro Mari*] Græcis Erythræum, aliter Sinus Arabicus, vulgo *Mer de la Mecque*. Asiam ab Africa separat, et extenditur inter Arabiam ad Ortum, et Troglodyticam atque Ægyptum ad Occasum.

Digitized by Google

bus his rebus obsistis, quid est, quod te una forma [8] conturbet? His enim omnibus, quæ proposui, adjunctis, in homine rationem [9] esse et mentem videbas. Quibus detractis, Deum tamen nosse te dicis,[10] modo lineamenta maneant. Hoc est non considerare, sed quasi sortiri, quid loquare.[11] 99. Nisi forte ne hoc quidem attendis, non modo in homine, sed etiam in arbore, quicquid supervacaneum sit, aut usum non habeat, obstare. Quam molestum est,[12] uno digito plus habere! Quid ita? quia nec speciem, nec usum alium, quinque desiderant. Tuus autem Deus non digito uno redundat, sed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus,[13] cruribus. Si, ut immortalis sit, quid hæc ad vitam membra pertinent? quid ipsa facies? Magis illa, cerebrum, cor, pulmones, jecur: hæc enim sunt domicilia vitæ.[b] Oris quidem habitus ad vitæ firmitatem nihil pertinet. XXXVI. 100. At eos vituperabas,[1] [c] qui, ex operibus magnificis atque præclaris, cum ipsum mundum, cum ejus membra, cœlum, terras, maria, cumque horum insignia, solem, lunam, stellasque vidissent, cumque temporum maturitates, mutationes, vicissitudinesque cognovissent, suspicati essent, aliquam excellentem esse, præstantemque naturam, quæ

7 Glog. Heindorf. *in homine corruptibili.*—8 Junt. Victor. Dav. Heindorf. cum codd. aliquot *forma una.* Actutum, *non turbet* de Wyttenb. conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. 'Recte codd. lectionem defendit Beier.' *Orell.*—9 Victor. omittit *rationem;* Gud. 2 et Paris. 2 habent *rationem in homine.*—10 Paris. 1. *te nosse dicis;* Paris. 2. *dicis te nosse.*—11 A et Thuan. *loquere;* Paris. 3. *loqueris;* M *loquaris.*—12 *Qui molestum est* Thuan. *Atqui, numquid molestum est* Hervag. Mox, *quia nec ad speciem nec ad usum alium* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec specie nec usu alium* conj. Bonh. *nec speciem, nec usum alius* (genit.) suspic. Dav.—13 Codd. aliquot *femoribus.*

Cap. XXXVI. 1 *Et eos vituperabas* A B C H I M N, E, Victor. Orell. *Et eos tu vituperabas* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *At eos vituperabat* G. a m. pr. *qui ex rebus* U. Statim, *tum ejus membra . . . tumque horum . . . tumque temp.* Gud. 2. *cumque eorum insignia* G. Deinde, *mutationes, maturitates* Manut. Lamb. *quæ hæc effecisset;* B C G H I M N, E, Paris. 1. 2. *quæ hoc*

NOTÆ

[b] *Domicilia vitæ*] Corporis partes, quæ medicis 'vitales' et 'principales,' Græcis *μόρια κυριώτατα* vocantur.

[c] *Eos vituperabas*] Platonicos et Stoicos.

hæc fecisset, moveret, regeret, gubernaret. Qui, etiam si aberrant conjectura,[2] video tamen quid sequantur. Tu quod opus tandem magnum et egregium habes, quod effectum divina mente videatur, ex quo, esse Deos suspicere? Habebam, inquis,[3] in animo insitam informationem quandam Dei; et barbati quidem Jovis, galeatæ Minervæ.[d] Num igitur esse[4] tales putas? 101. Quanto melius hæc[5] vulgus imperitorum! qui non membra solum hominis Deo tribuunt, sed usum etiam membrorum: dant enim arcum, sagittas, hastam, clypeum, fuscinam,[e] fulmen:[f] et, si, actiones quæ sint Deorum, non vident, nihil agentem tamen Deum non queunt cogitare. Ipsi, qui irridentur, Ægyptii, nullam belluam, nisi ob aliquam utilitatem[g] quam ex ea

fecisset Thuan.—2 Ita de Walkeri sententia Heindorf. Schutz. Nobb. *a conjectura* codd. et edd. ante Ernesti.—3 Codex unus Moseri *inquit*, probante Creuzer. Beiero delendum videbatur. *Habemus, inquis, in animis* Glog. La. Heindorf. Schutz. *Habeo, inquis, in animo* Manut. Lamb. Mox, *galeatæque* G M, Paris. 2. 3. Glog. Heindorf. Schutz. *et galeatæ* E, Manut. Lamb.—4 Junt. Manut. Lamb. omittunt *esse*.—5 *Quanto melius hic* Glog. ψ, Heindorf. *Quanto melius hoc* Red. E U, Ascens. Basil. Thuan. Statim, *tribuant* Glog. G H I M, La. E U, Gud. 2. Paris. 1. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor.

NOTÆ

[d] *Galeatæ Minervæ*] Ita pingi solebat: addebatur in dextra scutum, in sinistra hasta, contra morem militarem, quo scutum sinistra, hastam dextra gerit; forte quod Minerva symbolum sit sapientiæ, quæ ad depellendum promtior sit quam ad invadendum. Aliqui Minervam pingebant habentem in dextra malum punicum, in sinistra galeam.

[e] *Fuscinam*] Fuscina est bidens, vel tridens, quo a piscatoribus anguillæ figuntur in fundo. Perotto dici placet a 'fundo,' quia quæ in fundo natant, captat: at Priscian. lib. II. 'Nec fuscina a fusco,' inquit, 'nec pagina a pago, cum sint primitiva.' Frustra igitur de etymo labores. Fuscina etiam armabantur retiarii, genus quoddam pugilum, adversus mirmillones.

[f] *Fulmen*] Sua Diis fuere fulmina. Palladi id juris fuit, ut Jovis fulmine uteretur. Vide La Cerda in Æn. I. 46. Cur fulmina Jovi assignentur, vide Plin. II. 20. et 51.

[g] *Utilitatem*] Narrant Ægyptii Deos a gigantibus in cœlo obsessos, animalium formas induisse, et in Ægyptum confugisse; postmodum autem rerum potitos, eas belluas consecratas voluisse, quarum formam induissent. Alii volunt Ægyptios, primum belli rudes, sua singulis cohortibus signa prætulisse, ad discriminandos ordines, signa autem fuisse imagines animalium; quæ res cum ex voto cessisset, eas belluas, quarum simulacris usi essent, divinis honoribus esse prosecutos.

Digitized by Google

caperent, consecraverunt. Velut ibes maximam vim [6] serpentium conficiunt, cum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro: avertunt pestem ab Ægypto, cum volucres angues,[h] ex vastitate Libyæ [i] vento Africo invectas, interficiunt, atque consumunt: ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ. Possum de ichneumonum [k] utilitate, de crocodilorum,[l] de felium, dicere: sed nolo esse longus. Ita concludam tamen, belluas a barbaris propter beneficium consecratas; vestrorum Deorum non modo beneficium nullum extare, sed ne factum quidem omnino. 102. 'Nihil habet,' inquit, 'negotii.'[7] Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. XXXVII. At ipsi tamen pueri, etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: Deum sic feriatum [m] volumus cessatione torpere, ut, si se commoverit, vereamur ne beatus esse non possit.

Heindorf. Moser. Orell. Tum, *dant ei arcum* Red. *dant enim ei arcum* conj. Heindorf.—6 Glog. Heindorf. Schutz. *maximam enim vim;* Dav. e duobus codd. *quæ maximam vim;* Manut. Lamb. *consecraverunt. Ibes maximam vim.* Actutum, *serpentum* Victor.—7 *Quos nihil habere, inquit, negotii* Glog.

NOTÆ

[h] *Volucres angues*] Angues illos 'pennatos' Solinus et Herodotus vocant, sed alis more vespertilionum glabris. Horum virus tam præsens erat, ut morsum ante mors, quam dolor, consequeretur. Solin.

[i] *Libyæ*] Solinus ex Arabicis paludibus advolare ait, Herodoti fidem secutus. Quod si est ita, vento Africo invehi non possunt serpentes ejusmodi; Africus enim ex Arabia spirare in Ægyptum non potest.

[k] *Ichneumonum*] Qui vulgo mures Indici; specie mustelæ, magnitudine felis. Crocodili fœtum venantur, et ova, quæ in arena ut plurimum relinquit, conterunt, non proprio commodo, (neque enim his vescuntur) sed utilitate mortalium. Insignis est ichneumonum in enecandis crocodilis industria. Luto convoluti, in hiantem crocodili dormientis rictum insiliunt, exesisque visceribus emergunt. Diod. lib. I. Plin. VIII. 24. et 25. Arist. Hist. Animal. IX. 6.

[l] *Crocodilorum*] Ad Nilum positos incolæ putabant, tanquam in excubiis adversus prædones Arabes et Afros, qui, belluarum immanitate deterriti, Nilum trajicere non audebant.

[m] *Feriatum*] Otiosum, a 'feriis,' quibus Romani labore vacabant. Feria autem non a 'feriendis' victimis, ut Festus ait; sed a 'fesia,' inquit Vossius, *s* in *r* converso, ut solebant antiquitus. Sic ex 'asa' et 'lases' dicuntur 'ara' et 'lares.' Scaurus de Orthographia.

Digitized by Google

Hæc oratio[1] non modo Deos spoliat motu et actione divina, sed etiam homines inertes efficit; si quidem, agens aliquid, ne Deus quidem esse beatus potest.

103. [*p.* 22.] Verum sit sane, ut vultis, Deus, effigies hominis, et imago. Quod ejus est domicilium? quæ sedes? qui locus? quæ deinde[2] actio vitæ? quibus rebus (id, quod vultis) beatus est? Utatur enim[3] suis bonis, oportet, et fruatur, qui beatus futurus est. Nam locus quidem iis[4] etiam naturis, quæ sine animis sunt, suus est cuique proprius, ut terra infimum teneat, hanc inundet aqua; superior ætheri, ignibus altissima, ora reddatur. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ,[5] partim aquatiles, aliæ quasi ancipites,[n] in utraque sede viventes; sunt quædam etiam, quæ igne nasci[o] putentur, appareantque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. 104. Quæro igitur, vester Deus primum ubi habitet; deinde, quæ causa eum loco moveat, si modo movetur aliquando; postremo,[6] cum hoc proprium sit ani-

Cap. xxxvii. 1 *Hæc ratio* Glog. a m. sec. Heindorf. Schutz. uti conj. Bouh.—2 Heindorf. e codd. Red. et Glog. *quæ demum.*—3 *Utatur sane* codd. Wouwer. et Gulielm. *et* ante *fruatur* omittunt codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. *ut fruatur* Gud. 2. Thuan. *aut fruatur* Red. *qui b. f. sit* in eodem cod.—4 B C H I, Paris. 1. Dav. *his.* Tum, *inundat* B G I, E U ψ, Paris. 1. 2. Thuan. *supremum æther* Gud. 2. ψ, Junt. Ascens. Basil. Thuan. *superior æther* Glog. Red. G M N, La. Paris. 2. 3. Victor. *superi ætheris* A, Paris. 1. *superi ætheri* I. *superi æther* C. *superi aëri* E. *supremum aëri* O U. *superior ætheris* B H. *superior aëri* Manut. de conjectura, Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *superiorem aër* conj. Brut. *superior ætheri* est de conjectura Davisii.—5 Heindorf. e Glog. *sint aliæ . . . sint.* Mox, *quæ igni* codd. aliquot, Junt. Orell. *quæ ex igne* Lamb. *quæ in igni* de Davisii conjectura Heindorf. et Schutz.—6 Ita plurimi codd. et edd. vett. *porro* de Heindorfii conjectura Schutz. Moser. Orell. *post vero* suspic. Dav. *pro postremum* Red. *post* Nobb. Tum, *eorum naturæ accommodatum* Glog. Heindorf. *ac ratione utatur*

NOTÆ

[n] *Ancipites*] *Amphibia* Græcis, ab ἀμφὶ et βιὸς, *utrimque vita*, quod et in aqua et extra aquam vivunt. Varro. Tales sunt crocodilus, lutra, fiber, seu castor. Vide P. Nieremberg.

[o] *Igne nasci*] Pyraustam et pyralin Plinius nominat. 'Visebantur in Cypri ærariis fornacibus quadrupedes pennatæ, majorum muscarum magnitudine: quamdiu erant in igne, vivebant; cum evasissent, confestim moriebantur.' Plinius xi. 36. Est aliud pyraustæ genus, (Ælian. de Nat. Anim. lib. ii.) quod lucernis advolat, exustisque alis concidit, peritque. Genus hoc cum superiore idem esse putat Erasmus; quo jure, ignoro.

Digitized by Google

mantium, ut aliquid appetant, quod sit naturæ accommodatum; Deus quid appetat: ad quam denique rem motu mentis ac rationis utatur: postremo, quo modo beatus sit, quo modo æternus. Quicquid enim horum attigeris,[7] ulcus est.[p] Ita male instituta ratio exitum reperire non potest. 105. Sic enim dicebas, speciem Dei percipi cogitatione, non sensu; nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere;[8] eamque esse ejus visionem, ut similitudine et transitione cernatur, neque deficiat unquam ex infinitis corporibus similium accessio, ex eoque fieri, ut, in hæc intenta, mens nostra beatam illam naturam et sempiternam putet. XXXVIII. Hoc[1] (per ipsos Deos, de quibus loquimur!) quale tandem est?[a] Nam, si tantummodo ad cogitationem valent,[2] nec ullam habent soliditatem nec eminentiam; quid interest, utrum de hippocentauro[q] an de Deo cogitemus? Omnem enim talem conformationem[3] animi ceteri philosophi motum inanem vocant; vos autem adventum in animos, et introitum, imaginum dicitis. 106. Ut igitur, Ti. Gracchum[r] cum videor

[a] *Hoc quale tandem est? obtestor per ipsos Deos, de quibus loquimur!*

Eliens. 1. G, Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 A B C G H I M, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Glog. Pall. edd. vett. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *attigerit.*—8 G *nec esse in illa ullam s. n. e. ad unum permanere;* Paris. 3. *ad verum permanere; ψ permanare.* Statim, *ejus esse visionem* Glog. Red. N. *ejus visione esse* Paris. 3. M. *visione* etiam Paris. 2.

CAP. XXXVIII. 1 *Hæc* E.—2 Idem cod. et Thuan. *valeant.* Actutum, *nec habent ullam* B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Victor.—3 C G I, Paris. 2. 3. Gud. 2. E O U, Junt.

NOTÆ

[p] *Ulcus est*] Varii varie hunc locum reddunt. Sic reddi oportere opinor: Quicquid horum dixeris, undique sequitur absurdum, quemadmodum ex quacumque parte ulcus tractetur, sequitur undique dolor. Haud absimile est illud Terentii: 'Quid minus necesse fuit quam hoc ulcus tangere?'

[q] *Hippocentauro*] Nota est hippocentaurorum fabula. Huic locum dedere Thessali, qui primi cum equis insidere didicissent, et ad Peneum amnem aquatum venissent, eminus conspecti ab ulterioris ripæ accolis, pro monstris habiti sunt, et hippocentauri dici cœpere.

[r] *Ti. Gracchum*] In Gracchorum familia recensenda, quoniam nonnihil deflexit a vero doctissimus Valerii Maximi interpres, hanc de integro retexere abs re non erit. Ti. Sem-

Digitized by Google

concionantem[4][s] in Capitolio videre, de M. Octavio[t] deferentem sitellam,[b][5][u] tum eum motum animi dico esse inanem: tu autem et Gracchi et Octavii imagines remanere, quæ, in Capitolium cum pervenerim, tum ad animum meum referantur: hoc idem fieri in Deo, cujus crebra facie pellantur animi;[c] ex quo esse beati atque æterni intelligantur. 107. Fac imagines esse, quibus pulsentur animi: species duntaxat objicitur quædam: num etiam[6] cur ea beata sit? cur æterna?[d] Quæ autem istæ imagines vestræ, aut

[b] *Colligentem suffragia de M. Octavio, collega suo.*
[c] *Cujus frequenti intuitu moventur animi.*
[d] *Esto; imagines sint quibus moveantur animi. Simulacrum duntaxat aliquod*

Victor. Manut. Basil. Thuan. *confirmationem.*—4 Moser. e conject. *concionatum.*—5 Al. *cistellam.* Vid. Wunderi Varr. Lectt. p. 165. *tamen eum motum* Glog. Paris. 3. Statim, *tum autem et Grac.* B C G M, E O, Paris. 2. *cum autem et Gr.* Gud. 2. Tum, *pervenerint* Glog. Paris. 3. M, La. Heindorf. Orell. uti conj. Ernesti; *pervenerit* Gud. 2. Pro *referantur* Ernesti suspic. *deferantur;* Paris. 2. *referuntur.*—6 A B C G I, Paris. 1. 2. 3. ✝ *nunc etiam.* Statim, *ea* ante *beata* omittunt Glog. margo Venet. 1507. Junt. Manut.

NOTÆ

pronius Gracchus consul an. 515. (altius enim familiam repetere superfluum sit, cum nullus ante hunc primas reip. dignitates gesserit) duos habuit filios, Publium et Tiberium; Tiberius, bis consul, an. 538. et 540. ab Hannibale circumventus est: huic filii si qui fuerunt, ad remp. gerendam non accesserunt. Publius, gloria rerum gestarum longe minor fratre, duos reliquit filios, Tiberium et Publium; hic tribunus plebis an. 594. ille bis consul, generque Africani Majoris, cujus e filia Cornelia duos suscepit liberos Tiberium et Caium, qui in tribunatu propter latam legem Semproniam occisi sunt. De Tiberio, auctore legis Semproniæ, hic agitur.

[s] *Concionantem*] Legem Agrariam tulerat Ti. Gracchus, plebi utilem, divitibus odiosam. Hinc diversa partium studia. Intercessorem legis subornant optimates M. Octavium, qui et ipse tribunus plebis erat: huic Ti. Gracchus, comitiis novo exemplo habitis, populi suffragiis tribunatum abrogat. Deinde sibi a senatus invidia metuens, ne deposita potestate reus fieret, tribunus plebis creari iterum in annum sequentem petit; sed hominis ambitiosi consilia intervertit P. Nasica, eumque cum aliis seditiosis ad ducentos occidit in Capitolio.

[t] *M. Octavio*] Cognomine Cæcina. Prætor fuit an. 627. filium habuit sibi cognominem, et tribunum plebis an. 654.

[u] *Sitellam*] Vas aquarium, ore angusto, alvo latiore, in quod aqua plenum sortes mittebantur, et colligebantur suffragia. Talem attulit Ti. Gracchus in comitiis ad deponendum M. Octavium.

Digitized by Google

unde? a Democrito[x] omnino hæc licentia.[7] Sed et ille reprehensus a multis est;[8] nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat, et claudicat. Nam quid est,[9] quod minus probari possit, quam omnium in me incidere imagines, Homeri, Archilochi,[y] Romuli, Numæ, Pythagoræ, Platonis, nec ex forma, qua illi fuerunt? Quomodo ergo illi?[10] et quorum imagines?[e] Orpheum[z] poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse: et hoc Orphicum carmen Pythagorei[11] ferunt cujusdam fuisse Cercopis.[a] At Orpheus, id est, imago ejus, ut vos vultis, in animum meum sæpe incurrit. 108. Quid, quod ejusdem hominis in meum aliæ, aliæ in tuum? Quid, quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque esse potuerunt,[12] ut Scyllæ, ut Chimæræ? Quid, quod hominum, locorum, urbium earum, quas nun-

menti proponitur, cujus vis id non efficit quod suspicamini. Præterea, an etiam menti proponitur species, seu imago, cur beata, cur æterna sit, ista ipsa imago?

[e] *Nam quid est quod minus approbari possit quam Homeri, Archilochi, Romuli, omnium denique in me incidere imagines, nec illas imagines in me incidere ea forma, qua illi fuerunt? Quomodo ergo illi fuerunt, et quorum imagines in me incidunt?*

Lamb.—7 Glog. Red. Paris. 3. *hæc omnino licentia;* A M omittunt *omnino.*—8 Glog. Red. *a multis reprehensus est;* Schutz. de conj. *reprehensus est a multis.*—9 *Numquid est* Paris. 3. Mox, *quam* omittunt Glog. A B C G H I M, Paris. 1. 2. 3. E. *quam hominum* Red. ut de conjectura edidit Orell. *possit omnium, quam in me, &c.* suspic. Heindorf. *Nam quid est omnium, quod m. p. possit, quam in me, &c.* conj. Matthiæ. Tum, *nec ea forma* de Lambini suspicione Schutz. et Orell. *idque ea forma* nescio quis ap. Moser.—10 *Quæ ergo illa* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *Quomodo illi ergo* Paris. 1. 2. I, Gud. 2. Victor. Manut. *Qua illæ fuerunt* Paris. 3.—11 *Pythagorici* codex unus Oxon. Ascens. Manut. Lamb. *fertur cujusdam* Med. *et hoc O. carmen Pythagorei esse cujusdam* de Heindorfii conjectura Schutz.—12 Codd. aliquot, Victor. *fuerant n. e. potuerant.* Paulo post, *veniunt non vocatæ* duo codd. ap. Orell.

NOTÆ

[x] *A Democrito*] De hac Democriti doctrina vide multa apud Aug. Epist. 56. ad Dioscorum.

[y] *Archilochi*] Poëtæ Græci, mordaciam iambicorum scriptoris acerrimi: patriam habuit Paron insulam. Floruit tempore Tulli Hostilii. Gyrald.

[z] *Orpheum*] Ælianus quoque commentitia esse scripsit, quæcumque de Orpheo memorantur.

[a] *Cercopis*] Quis ille fuerit nusquam reperi. Volunt aliqui positum id nomen pro inficeto quodam imitatore, qui Pythagoræ magistri sui placita, prout excerpta erant, prope ad verbum, in commentarios transcriberet, simias imitatus, in quas Cercopes, populi Pithecusæ insulæ, transformati dicuntur.

Digitized by Google

quam vidimus? Quid, quod, simulac mihi collibitum est, præsto est imago? Quid, quod etiam ad dormientem veniunt invocatæ? XXXIX. Tota res, Vellei, nugatoria est. Vos autem non modo oculis imagines, sed etiam animis inculcatis: tanta est impunitas garriendi. 109. [p. 23.] At quam licenter! 'Fluentium [1] frequenter transitio fit visionum, ut e multis una videatur.' Puderet me dicere non intelligere, si vos ipsi intelligeretis, qui ista defenditis. Quo modo enim [2] probas, continenter imagines ferri? aut, si continenter, quo modo æternæ? 'Innumerabilitas,' inquis, [3] 'suppeditat atomorum.' Num eadem ergo [4] ista facient, ut sint omnia sempiterna? Confugis [5] ad æquilibritatem (sic enim ἰσονομίαν, si placet, appellemus); et ais, 'quoniam sit natura mortalis, immortalem etiam esse oportere.' [f] Isto modo, quoniam homines mortales sunt, sint aliqui immortales: et, quoniam nascuntur in terra, nascantur et in aqua: [6] et quia sunt, quæ interimant, sint, quæ conservent. Sint sane: sed ea quæ conservent, quæ sunt. [7] 110. Deos istos esse non sentio. Omnis tamen ista rerum effigies ex individuis quo modo [8] corporibus oritur? quæ etiam si essent (quæ nulla sunt), pellere se ipsa et agitari inter se

[f] *Et ais immortalem aliquam existere naturam oportere, quoniam aliqua mortalis natura existit.*

Cap. XXXIX. 1 *Ad quam licenter fluentium* A B G H M, Paris. 2. 3. E, Basil. *Ad quam licentiam fruendam* Glog. Paris. 3. *Ad quam licentiam* est etiam in ψ. *frequenter* omittit G. *Ad quam licentiam fruendam fluentium* conj. Heindorf. *garriendi. Aquarum instar fluentium* conj. Creuzer. *garriendi atque licentia. Fluentium continenter tr.* conj. Dav.—2 *Quomodo autem* Eliens. 1. probante Dav. *Quomodo igitur* Glog. Red. Paris. 3. La. Mox, *si quæ cont.* Heindorf. e Red.—3 C G H I M, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Hervag. Thuan. *inquit.*—4 *Unde eodem ergo* M. *ergo* omittit H. *ista faciet* Glog. Red. Heindorf. Moser. Nobb. Orell. uti conj. Walker. *Num eadem ergo faciet, ut sint omnia ista semp.* Schutz.—5 *Confugistis* Gud. 2. *ad æqualitatem* Glog. Red. Hervag. *ad æquabilitatem* G I M, Paris. 1. 3. Thuan. *ad æquilibertatem* A B C H, Paris. 2. E. *ad æquilibram libertatem* U. Tum *mortalis natura* Junt. Victor.—6 B C H I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. E U ψ, Red. margo Venet. 1507. Junt. *nascantur in aqua;* Schutz. de conjectura Heindorfii, *nascantur etiam in aqua;* codd. aliquot *nascuntur*, quæ vox deest in M. *in terra nascantur et in* desunt in Paris. 3. Mox, *quæ i., sunt* Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 Ita Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. uti volebant Ursin. et Walker. *sed ea conservent, quæ sunt* al.—8 Lamb. *quo modo ex individuis;* A C G H I N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U ψ *ex divinis quo modo;* B *ex divinis quoquo modo.* Mox, *quæ nulla sunt* absunt a Pal. 3. Gud. 2. Paris. 2. 3. M. *corporibus, quæ nullæ sunt, oritur? quæ, etiamsi essent, pellere se*

Digitized by Google

concursu fortasse possent: formare, figurare, colorare, animare, non possent.[9] Nullo igitur modo immortalem Deum efficitis.[10] XL. Videamus nunc de beato. Sine virtute certe[1] nullo modo: virtus autem actuosa: et Deus vester nihil agens: expers virtutis igitur: ita, ne beatus quidem. 111. Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interventu. Quorum tandem bonorum? Voluptatum, credo; nempe ad corpus pertinentium. Nullam enim novistis, nisi profectam a corpore, et redeuntem ad corpus, animi voluptatem. Non arbitror te,[2] Vellei, similem esse Epicureorum reliquorum; quos pudeat earum Epicuri vocum, quibus ille testatur, se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit sejunctum a delicatis et obscœnis voluptatibus; quas quidem, non erubescens, persequitur omnes nominatim. 112. Quem cibum igitur, aut quas potiones, aut quas vocum aut colorum[3] varietates, aut quos tactus, quos odores, adhibebis ad Deos, ut eos perfundas voluptatibus? Ac poëtæ[4] quidem nectar, ambrosiam,[b] epulas comparant,[f] et aut Juventatem[c] aut Ganymedem

[f] *Melius poëtæ, quam vos, agunt, cum nectar ambrosiamque epulis Deorum adhibent.*

ipse, &c. Pal. 2. *ipse* est etiam in B C H I, Paris. 1. 2. 3. *ipsa* A N.—9 La. Gud. 2. ψ omittunt *possent.*—10 *Deum immortalem esse dicitis* Red.

Cap. xl. 1 *Videamus nunc de beato sine virtute. Certe, &c.* A G H I. Mox, *et Deus videtur nihil agens* G M.—2 *Num arbitror te* Thuan. *velle* pro *Vellei* A B C H I, Paris. 1. 2. 3. E. Mox, *quos non pudeat earum* Lamb. de conjectura, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *quos p. earundem* A G I, Gud. 2. E U ψ, Hervag. *quos p. eadem* B M, Paris. 2. *quos p. ejusdem* Paris. 3. Glog. Red. *Epicurei* B C H I, Paris. 2. 3. E. *se intell.* omisso *ne*, H I M N, Paris. 1. 2. E. *se non intell. ullum quidem* G. *se ne intell. quod nullum bonum quidem* Paris. 3.—3 Ita de Walkeri conjectura Lall. Heindorf. Nobb. *aut florum* codd. et reliquæ edd.—4 Ita de Ernestii conjectura Schutz. Heindorf. Orell. *Ut poëtæ* Red. A G H I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. La. E ψ, Ascens. margo Venet. 1507. Junt. *At poëtæ* Victor. Manut. Lamb. Dav. *Et poëtæ* conj. Walker. *Utpote* Paris. 3. Statim, *ambrosiamque epulas* Ascens. Victor. probante Orell. *ambrosiam epulis* Red. et margo Venet. 1507. *ambrosiamque epulis* Heindorf.

NOTÆ

[b] *Nectar, ambrosiam*] Nectar potus erat Deorum, ambrosia cibus. Sæpe tamen promiscuè sumuntur: utrumque immortalitatem significat. Nectar enim a *νε*, privativa particula, et *κτείνω, occido*; ambrosia ab *α* privativo, et *βροτὸς, mortalis*. Utrumque ministrat Diis Hebe, seu Juventas, et Ganymedes.

[c] *Juventatem*] Hebem Græcis, filiam Jovis ex Junone. Propter formam Jovi primum a poculis fuit. Sed

Digitized by Google

pocula ministrantem: tu autem, Epicure, quid facies? neque enim, unde habeat ista Deus tuus, video: nec,[5] quomodo utatur. Locupletior igitur hominum natura ad beate vivendum est, quam Deorum, quod pluribus generibus fruitur voluptatum. 113. At has leviores ducis[6] voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum est) sensibus adhibetur. Quousque ludis? nam Philo etiam[7] noster ferre non poterat, aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates: summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias, his ipsis verbis, quibus erant scriptæ. Metrodori[d] vero, qui est Epicuri collega sapientiæ, multa impudentiora recitabat. Accusat enim Timocratem, fratrem suum, Metrodorus, quod dubitet omnia, quæ ad beatam vitam pertineant, ventre metiri: neque id semel dicit, sed sæpius. Annuere te video: nota enim tibi sunt. Proferrem libros, si negares. Neque nunc reprehendo, quod ad voluptatem omnia referantur;[8] (alia est ea quæstio) sed doceo, Deos vestros esse voluptatis expertes; ita, vestro judicio, ne beatos quidem. XLI. At dolore[1] vacant. Satin' est id ad illam abundantem bonis vitam beatissimam? 114. Cogitat, inquiunt, assidue bea-

Schutz. Nobb. Tum, *Juventutem* A G, Paris. 1. 3. U H I, Gud. 2. *Junonem* La. —5 Lamb. *neque.*—6 Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *dicis.* Mox, *est* omittit Manut. *adhibetur sensibus* Eliens. 1. 2. Reg. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Dav. Thuan. Hervag. Orell. *sensibus adhibentur* E.—7 *Nam etiam Philo* Glog. Victor. Lamb. Hervag. *Nam enim Philo* Red. A B C G H I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E U. *etiam* omittunt codd. aliquot, margo Venet. 1507. Ascens. Thuan. Paulo post, *iis ipsis verbis* Manut. *ab illo erant scriptæ* conj. Heindorf.—8 La. Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *referatis.* Statim, *voluptatis esse* Red. Heindorf. Moser.

CAP. XLI. 1 *A dolore* H M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O. Mox, *Satisn' est* Lamb. *Sat inest* A a m. pr. et ψ. *Sat id est* A a m. sec. *Satis est* E. *Satis enim* Paris. 3. *Satin' enim* Glog. *Satisne est* Red. *ad aliam* edd. vett.—

NOTÆ

in quodam convivio, de quo Homer. Iliad. A. 'inter ministrandum forte collapsa, vestibus indecore reductis, ab officio remota est, et suffectus Ganymedes.' Volunt alii Ganymedem solius Jovis, Heben autem omnium Deorum ministram a poculis fuisse. Nat. Com. II. 5.

[d] *Metrodori*] Non collegam, sed discipulum Epicuri fuisse tradit Laërtius, additque, unum hunc e tota Epicureorum schola castra Epicuri deseruisse.

Digitized by Google

tum esse se: habet enim nihil aliud, quod agitet[2] in mente. Comprehende igitur animo, et propone ante oculos, Deum nihil aliud in omni æternitate, nisi, 'Mihi pulchre est,'[3] et, 'Ego beatus sum,' cogitantem. [p. 24.] Nec tamen video,[4] quo modo non vereatur iste Deus beatus, ne intereat, cum sine ulla intermissione pulsetur agiteturque incursione atomorum sempiterna, cumque ex ipso imagines semper affluant. Ita nec beatus est vester Deus, nec æternus.

115. At etiam de sanctitate,[e] de pietate adversus Deos, libros scripsit Epicurus. At quo modo in his loquitur? ut Coruncanium,[f] aut Scævolam,[g] pontifices maximos, te audire dicas; non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem; nec manibus, ut Xerxes,[h] sed rationibus, Deorum immortalium templa et aras everterit. Quid est enim, cur

2 *Cogitant... beatos... habent... agitent* Ascens. Mannt. Lamb. *Cogitant* E. *Cogitent* I. *inquis* Mannt. Lamb. *habebit* D I. *agitet mente* D.—3 *Mihi pulchro est* A a m. pr. B C I M, Paris, 3. E U. *Me pulchrum esse* M in marg.—4 *Nec vero video* I. Statim, *quo modo videatur iste* G, Gud. 2. O U ψ, Ascens. Ald. 1. 2. Hervag. Thuan. *ne intereat* desunt in A M, Paris. 2. 3. La. Glog. Red. E, Ascens. Ald. 1. 2. Hervag. Thuan. Tum, *atomorum incursione* Eliens. 1. 2. Reg. B C H I N, Paris. 1. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *impulsione atomorum* O. *incrassatione atomorum* ψ. Deinde, *semper effluant* margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *ad nos affluant* conj.

NOTÆ

[e] *De sanctitate*] Recenset Laërtius hunc librum inter opera Epicuri.

[f] *Coruncanium*] Vel *Coruncanum*, ut alii legunt. Prænomen illi Tiberius. E Camerio municipio oriundus. Tacit. Annal. XI, et Cic pro Sulla, qui tamen Orat. pro Planco, in Tusculano natum eum ait. Sed manifeste locus mutilus est: Pigh. ad an. 473. Vir generis obscuri, sed primus e plebe pontifex maximus, viam plebeiis ad eam dignitatem aperuit, quo tempore labor et industria Romæ in pretio habebantur. Jus Romæ primus docere cœpit; consularis, censorius, triumphalis, dictator, mortuus est an. 510. Errant igitur qui occisum volunt jussu Teutæ, reginæ Illyriorum, ad quam legatus ierat: habita enim est ea legatio tredecim annos post mortem Coruncanii dictatoris: Polyb. Legati fuere C. Coruncanius et L. Coruncanius, et hujus, ut probabile est, filii.

[g] *Scævolam*] De Mucio Scævola, pontifice maximo, dictum est supra.

[h] *Xerxes*] Qui ante navale prælium misit quatuor millia armatorum Delphos ad Apollinis templum diripiendum; 'quasi non cum Græcis tantum, sed cum Diis immortalibus bellum gereret,' inquit Justin. lib. II.

Digitized by Google

Deos ab hominibus colendos dicas, cum Dii non modo homines non colant,[5] sed omnino nihil curent, nihil agant? 116. At est eorum eximia quædam[6] præstansque natura, ut ea debeat ipsa per se ad se colendam elicere sapientem. An quicquam eximium potest esse in ea natura, quæ, sua voluptate lætans, nihil nec[7] actura sit unquam, neque agat, neque egerit? Quæ porro pietas ei debetur, a quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum sit, ei deberi potest? Est enim pietas justitia adversum Deos; cum quibus quid potest nobis[8] esse juris, cum homini nulla cum Deo sit communitas? Sanctitas autem est scientia colendorum Deorum; qui quamobrem colendi sunt, non intelligo, nullo nec accepto ab iis nec sperato bono. XLII. 117. Quid est autem, quod Deos[1] veneremur propter admirationem ejus naturæ, in qua egregium nihil videmus? Nam superstitione (quod gloriari soletis) facile est liberari,[2] cum sustuleris omnem vim Deorum. Nisi forte Diagoram,[3] aut Theodorum, qui omnino Deos esse negabant, censes superstitiosos esse potuisse. Ego ne Protagoram quidem, cui neutrum[4] liquerit, nec esse Deos, nec non esse. Horum enim sententiæ omnium, non modo superstitionem tollunt, in qua inest timor inanis Deorum,[5] sed etiam religionem, quæ Deorum cultu pio continetur. 118. Quid? ii, qui dixerunt, totam de Diis immortalibus

Lamb.—5 De Manutii conjectura Lamb. *hominibus non consulant.*—6 *At est eximia Deorum quædam* Glog. *At est Deorum quædam præstans et eximia* Red. *Adest eorum, &c.* Paris. 2. M. Paulo post, *allicere sapientem* Glog. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 Lamb. *nihil neque.*—8 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *nobis potest.* Mox, *cum homini cum Deo nulla sit* Glog. Red. I M, Paris. 2. 3. Heindorf. Moser. *sit* omisit G. *sanctitas autem et scientia* A B C I H, Paris. 1. 2. *colendi sint* Glog. A I H N, Paris. 1. 2. E. *nullo et accepto* N. *nec sperato ab eis* A.

CAP. XLII. 1 *Quid est quod Deos* N. *Quid est autem ergo quod Deos* O. *Quid est autem quod eos* Manut. Lamb. *veremur* Paris. 3. *naturæ ejus* A M. *nihil egregium* Paris. 2. G. *nihil videmus egregium* M.—2 A B C M N, Paris. 2. 3. Gud. 2. E O U, Lamb. *liberare.*—3 *Nisi fortem Diagorum* M. —4 *Ego ne pertulerim quid mihi quid neutrum* Gud. 2. *Ego ne Protagoram, cui neutrum* Paris. 2. *Ego ne pertulerim nunquid unum* Paris. 2. Pro *liquerit*, quod servant Victor. Manut. Dav. *libuerit* Eliens. 2. G, La. Gud. 2. O, Mediol. Ascens. Hervag. *licuerit* tres codd. Leidd. ap. Oudend. Invent. p. 71. A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell.—5 *Deorum* omittit codex unus Oxon. probantibus

Digitized by Google

opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus reipublicæ causa,[i] ut, quos ratio non posset, eos ad officium religio duceret, nonne omnem religionem funditus sustulerunt? Quid? Prodicus [6] Ceus,[k] qui ea, quæ prodessent hominum vitæ, Deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? 119. Quid? qui aut fortes,[7] aut claros, aut potentes viros tradunt post mortem ad Deos pervenisse, eosque esse ipsos, quos nos colere, precari, venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quæ ratio maxime tractata ab Euhemero est; quem noster et interpretatus et secutus est, præter ceteros, Ennius.[l] Ab Euhemero[m] autem et mortes et sepulturæ demonstrantur Deorum. Utrum igitur hic confirmasse religionem videtur,[8] an penitus totam sustulisse? Omitto

Moser. et Beiero. 'Mihi retinendum videtur.' *Orell.*—6 *Prodigus* A B C H I K M N, Paris. 1. 2. *Chivis* A B C H. *Chius* G K M N, Mannt. Basil. *Chiius* I. *Cius* Victor. *Perseus Citieus* Lamb.—7 *Quid qui fortes* de Heindorfii conjectura Schutz. et Moser.—8 A B C I M, Paris. 1. 2. Gud. 2. U, Eliens. Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *videtur religionem;* Paris. 3. *hoc confirmasse videntur religionem, an totam penitus;* N *confirmasse hic, &c.* E

NOTÆ

[i] *Reip. causa*] Triplex apud veteres Deorum genus: primum a poëtis, secundum a philosophis, tertium a viris civitatum principibus inventum. Ultimum hoc excogitatum aiunt, ut populorum animi metu regerentur. Hinc cautum fuit, ut ad singularum gentium naturam accommodarentur. Lacedæmoniis, qui militia delectabantur, militaria et armata numina data; Phœnicibus, mercaturæ deditis, Dii mercatores, suo quisque loculo et marsupio instructi, &c. Ex triplici illa Deorum divisione orta triplex theologia, fabulosa, naturalis, civilis. Varro. Contra quem vide Aug. de Civ. Dei, IV. 32.

[k] *Prodicus Ceus* [*Chius*] Vel *Ceius*, ut Suidæ placet; ita dictus a Ceo, insula maris Ægæi. Physicus et sophista, æqualis Democriti Abderitæ, et Gorgiæ, discipulus Protagoræ. Athenis, hausta cicuta, mortuus est. Nota est fabula Prodici, qua fingit, Herculi adolescenti obvias factas Virtutem ac Voluptatem, quæ suis utraque rationibus adolescentem in sua castra deducere tentassent.

[l] *Ennius*] Refert Lactant. Divin. Inst. I. 11. aliquos illius historiæ Ennianæ locos.

[m] *Ab Euhemero*] Duplex Euhemerus; alter Messenius, alter Tegeates: hic historicus, ille poëta: de Tegeate hic est mentio; de illo hæc habet Lactant. de Falsa Relig. lib. I. 'Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit e civitate Messana, res gestas Jovis et ceterorum qui Dii putantur, collegit, historiamque contexit.' Hanc interpretatus est Ennius.

Digitized by Google

Eleusina,[9] [n] sanctam illam et augustam,

Ubi initiantur [o] gentes orarum ultimæ:[10]

Prætereo Samothraciam,[p] eaque,

Quæ Lemni [q]

Nocturno [r] aditu occulta coluntur

Sylvestribus sæpibus densa.

Quibus explicatis, ad rationemque revocatis, rerum magis natura cognoscitur, quam Deorum. XLIII. 120. Mihi quidem etiam Democritus, vir magnus [s] inprimis, cujus fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare [1] videtur in natura Deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas inesse universitati [2] rerum; tum principia mentis,

videatur; I *an potius totam.*—9 Ita Grut. Nobb. Orell. *Eleusinam* B G M, Paris. 1. 2. 3. O ψ, Manut. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. *Eleusinem* A H I N, G a m. sec. E U, Junt. Lamb. Lall. Basil.—10 Bentl. conj. *orai ultimæ.*

Cap. XLIII. 1 Glog. Paris. 3. M, Lamb. *natare;* Eliens. 1. *vacare;* Gud. 2. *imitare;* Paris. 2. a m. pr. *naturæ;* Thuan. *mutare.*—2 Eliens. 1. 2. A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. E, Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *inesse in universitate;* U *inesse universitate;* Paris. 3 omittit *universi-*

NOTÆ

[n] *Eleusina*] Cererem, ita appellatam ab Eleusi, oppido Atticæ maritimo, inter Megaram, seu Nysam, et Piræeum portum Atheniensium. In eo oppido fanum Cereris fuit religiosissimum, ubi sacra Eleusinia fiebant, Mysteria κατ' ἐξοχὴν dicta, utpote maxime arcana. Vide Lud. Vivez, qui ea diligentissime tractavit.

[o] *Ubi initiantur*] Cujus sit illud iambicum, ignoro. 'Initiari' ab 'initiis' deductum, quo nomine antiquitus sacra vocabantur; forte quod essent initium melioris vitæ. *Voss.*

[p] *Samothraciam*] Insulam maris Ægæi, ubi orgia, et turpissima, Mercurio sacra, celebrabantur, quæ a Samothracibus ad Pelasgos, a Pelasgis ad Athenienses transmissa sunt. Vid. Herodot. in Euterpe.

[q] *Lemni*] Urbs est in insula ejusdem nominis in mari Ægæo, ubi sacra quoque arcana Vulcano fiebant ab incolis, qui e cœlo præcipitem exceperant. Quid vero ea sacra fuerint, obscurum est. Meminit quidem Stephanus sacrorum Lemniorum, sed quæ Magnæ Matri fierent.

[r] *Lemni nocturno*] Carmen hexametrum est, quod sic leges: 'Quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur Sylvestrib' sæpib' Densa.' Neque te moretur quæ fieri debuit synalœpha in primo versu. Hanc omittere veteribus poëtis perfamiliare fuit.

[s] *Vir magnus*] Propter singularem rerum peritiam πένταθλος dictus est; quo nomine vocabantur athletæ, qui quinque certaminum generibus vicissent. De incredibili ejus eruditione multa Laërt. et Suid.

Digitized by Google

quæ sunt in eodem universo, Deos esse dicit; [*p.* 25.] tum animantes imagines, quæ vel prodesse nobis solent, vel nocere; tum ingentes quasdam imagines, tantasque, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Quæ quidem omnia sunt patria Democriti,[t] quam Democrito, digniora. 121. Quis enim istas imagines comprehendere animo potest? quis admirari? quis aut cultu aut religione dignas judicare? Epicurus vero ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum Diis [3] immortalibus et opem et gratiam sustulit. Cum enim optimam et præstantissimam naturam Dei dicat [4] esse, negat idem esse in Deo gratiam: tollit id, quod maxime proprium est optimæ præstantissimæque naturæ. Quid enim est melius,[5] aut quid præstantius, bonitate et beneficentia? qua cum carere Deum vultis,[6] neminem Deo nec Deum nec hominem carum, neminem ab eo amari, neminem diligi, vultis. Ita fit, ut non modo homines a Diis, sed ipsi Dii [7] inter se ab aliis alii, negligantur. XLIV. Quanto Stoici melius, qui a vobis reprehenduntur! Censent autem,[1] sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos.[u] Nihil est enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, ubicumque erit gentium, a nobis diligetur. 122. Vos autem quid mali datis,

tati. Statim, *mentesque, quæ sunt* edd. vett. Victor. Lamb.—3 Jentzen. conj. *cum de Diis*, probante Moser.—4 Lamb. *naturam Dei dicit*, uti volebant Walker. et Dav. *Dei naturam dicat* G. *naturam Dei esse dicat* M. *negat is idem* Gud. 2. Basil. Thuan. *idem negat* H. *in Deo esse gratiam* Glog. G, Heindorf. —5 *Quid enim melius* G, Junt. Victor. probante Beiero; *Quid est enim* Paris. 2. *est* uncis inclusit Orell. *est* post *præstantius* ponunt Glog. G, Heindorf. Schutz.—6 Victor. *vult;* Glog. *dicatis;* Red. *dicitis.*—7 Junt. Victor. *a Deis, sed ipsi Dei.*

Cap. XLIV. 1 *Censent enim* Walker. Heindorf. Schutz. Mox, *adeptus fu-*

NOTÆ

[t] *Patria Democriti*] Abdera, Thraciæ urbe maritima, cujus incolæ in stuporis et insaniæ fabulam abiere. Mart. l. x. 'Abderitanæ pectora plebis habes.' Et Juvenal. Sat. x. de Democrito loquens: 'Cujus prudentia monstrat Summos posse viros, et magna exempla daturos, Vervecum in patria, crassoque sub aëre nasci.' Sensus igitur est, illa deliria stultis Abderitis, quam ingenioso Democrito, digniora esse.

[u] *Esse amicos*] De amicitia Stoicorum, et quo pacto cum sua ἀπαθείᾳ illam concilient, dicetur in Lælio.

Digitized by Google

cum in imbecillitate[1] gratificationem et benevolentiam ponitis?[a] Ut enim omittam vim et naturam Deorum; ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos et benignos[3] fuisse? Nulla est caritas[4] naturalis inter bonos? Carum ipsum[x] verbum est amoris; ex quo amicitiæ nomen est ductum; quam si ad fructum nostrum referemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non erit ista amicitia, sed mercatura quædam utilitatum suarum. Prata, et arva, et pecudum greges diliguntur isto modo, quod fructus ex eis[5] capiuntur. Hominum caritas et amicitia gratuita est. Quanto igitur magis Deorum! qui, nulla re egentes,[6] et inter se diligunt, et hominibus consulunt. Quod ni ita sit, quid veneramur, quid precamur Deos? cur sacris pontifices, cur auspiciis augures, præsunt?[7] quid optamus a Diis immortalibus? quid vovemus? At etiam liber est Epicuri,[8] de sanctitate. 123. Ludimur ab homine non tam faceto,[9] quam ad scribendi licentiam libero. Quæ enim potest esse sanctitas, si Dii humana non curant? quæ autem animans natura, nihil curans? Verius est igitur nimirum illud,[10] quod familiaris omnium nostrum Posidonius[y] disseruit in libro quinto de

[a] *Cum gratificationem et benevolentiam dicitis esse imbecillitatem?*

erit Eliens. 1. 2. Reg. Gud. 2. Dav.—2 Ita ex emend. Lambini, Dav. et seqq. et sic plane E O U. *cum imbecilitate* Glog. M. N. *cum in imbecilitatem* Gud. 2. *gratificationemque* idem codex.—3 Walker. conj. *beneficos aut benignos*, improbante Heindorf.—4 *Nulla caritas* K. *Nulla vobis est caritas* Lamb. *Nulla est caritas illis inter bonos* M. Mox, *est nomen ductum* Glog. *nomen ductum est* Red. G M K. *nomen est dictum* A H, Paris. 1.—5 Heindorf. *ex iis;* Victor. *ex his.* —6 Codd. aliquot, Junt. Victor. *egentes sunt;* N, E O U ψ *nulla in re egentes.* —7 Heindorf. e Glog. *præsumus*, et sic G. *præsumunt* Paris. 3. *præferuntur* I. Verba, *a Diis imm.* desunt in Paris. 1. Pro *vovemus* B H I, Paris. 1. 2. habent *movemur;* K *vovemur;* ψ *vocemus.*—8 *Epicuri liber extat* G K. *Epicuri liber est* Manut. Lamb.—9 Glog. Paris. 3. G *fatuo.*—10 Margo Venet. 1507.

NOTÆ

[x] *Carum ipsum*] Ductum a χάρις literati arbitrantur, licet et syllabæ quantitas, et orthographia repugnet.

[y] *Posidonius*] Secta Stoicus, patria Syrus, vel, ut aliis placet, Rhodius, cognomento Athleta. Sub M. Marcello Romam venit, quo consule florebant Cotta, Balbus, et Velleius, tres hujus Dialogi personæ. Panætii auditor et successor; diversus ab altero Posidonio Alexandrino, qui Stoicus et ille quidem; sed historicus, et Zenonis Cittiei discipulus. Suid.

Digitized by Google

Natura Deorum, nullos esse Deos, Epicuro videri; quæque is de Diis immortalibus dixerit, invidiæ detestandæ gratia dixisse: neque enim tam desipiens fuisset, ut homunculi[11] similem Deum fingeret, lineamentis duntaxat extremis, non habitu solido; membris hominis præditum omnibus, usu membrorum ne minimo quidem; exilem quendam atque pellucidum; nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, omnino nihil curantem, nihil agentem: quæ natura primum nulla esse potest:[12] idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit Deos. 124. Deinde, si maxime talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur; valeat: quid enim dicam, propitius sit?[b] Esse enim propitius potest nemini, quoniam, ut dicitis, omnis in imbecillitate est et gratia et caritas.

[b] *Abeat a nobis; frustra enim dicerem, nobis propitius sit.*

Junt. Manut. Lamb. *illud nimirum.*—11 Ita codd. aliquot, etiam E O U, Junt. Victor. Lamb. Dav. Schutz. *homunculis* Manut. Heindorf. Moser. *homunculis simulacra Deum finxisset* Glog. Paris. 3. *homunculus simulacra Deum finxisset* G. *homunculus similem Deum finxisset* M. *homunculus* etiam Red. et Thuan. Mox, *hoc habitu solido* Glog. *non hoc habitu solido* conj. Heindorf. *habitu solo* Gud. 2. La. *sed membris* Gud. 2. G. Tum, *usum membrorum* B. Paulo post, *nihil gratificantem omnino, nihil curantem* Junt. Victor. Dav. Orell. *nihil gratificantem, nihil omnino, &c.* Red. Heindorf. Moser.—12 Red. Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *nulla potest esse.*

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE NATURA DEORUM

AD M. BRUTUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Hic liber continet Balbi disputationem de natura Deorum, ex mente Stoicorum; qui totam istam quæstionem in partes quatuor dividebant. Primum enim docebant esse Deos; deinde, quales essent; tum, mundum ab his administrari; postremo, consulere eos rebus humanis. His igitur quatuor tanquam capitibus tota Balbi disputatio continetur. Et prima quidem pars, quanquam ne egere quidem oratione videri poterat, tamen argumentis confirmatur: nam primo, quod omnium consentiens est de Diis opinio, natura evidens sit necesse est: deinde, Dii ipsi præsentia sua et apparitione eam rem confirmarunt: prædictiones item et præsensiones rerum futurarum, Deos esse, clamant; omnium maxime autem mira totius mundi varietas, pulchritudo, ordo, rerumque omnium ad utilitatem humanam conspiratio. Quin ex ipsa hominum solertia colligi potest, esse aliquam divinam mentem. Nam si cetera, quæ in corpore sunt, sumsimus aliunde, aliud a terra, aliud ab humore, aliud ab aëre, aliud ab igni; rationem etiam aliunde habeamus necesse est; et, cum cetera omnia mundus habeat, quod est omnium optimum, id quoque cur non habeat, nulla est ratio. Omnes porro concedunt, nil non modo esse mundo melius, sed ne cogitari quidem posse: quare, cum ratione nil melius, ea quoque mundo insit necesse est; qui profecto non posset ita omnibus partibus consentire, nisi uno divino et continuato spiritu contineretur. cap. 2—8. His rationibus subjiciuntur demonstrationes physicæ. Prima hujusmodi est; omnia quæ aluntur et crescunt, ea temperatione caloris oriuntur et augentur, omnesque partes mundi calore fultæ sustinentur; itaque et mun-

Digitized by Google

dus simili parique natura servatur. Est igitur natura, quæ omnem mundum continet eumque tuetur; quæ, quoniam mundi principatum, (ἡγεμονικὸν,) ut in homine mens, obtinet, et est adeo omnium optima, sensus quoque et ratio huic naturæ insint necesse est, quæ in partibus mundi sunt, et multo quidem acriora atque majora; ex quo mundum Deum esse concluditur. Est præterea animans mundus; quod motu suo cietur, qui, vel Platone auctore, tantum in animos cadit. cap. 9—12. Altera ratio sic procedit: In omni rerum institutione est aliquid extremum atque perfectum, nisi quædam vis obsistat. Igitur in omni natura s. universo, ac multo etiam magis, necesse est absolvi aliquid ac perfici; quod nil, ut in ceteris naturis, obsistere potest: ergo cum in his, quæ gignuntur ex terra, nil sit præter nutritionem; bestiæ præterea sensum et motum habent et appetitum; homini addita etiam est ratio, qua appetitus regantur. Ex quo efficitur, esse etiam quartum et altissimum gradum eorum, qui natura boni sapientesque gignantur, quibus ab initio insit recta constansque ratio, quæ Deo tribuenda sit, hoc est, mundo. Eodem fere modo efficitur, esse in mundo summam virtutem et sapientiam. cap. 12—14. Sed mundi divinitate perspecta, astris etiam divinitas est tribuenda: gignuntur enim ex mobilissima et purissima ætheris parte, nulla alia admixta natura, totaque sunt calida et pellucida. Absurdum autem esset, si res aëre ortæ rationem haberent; quæ in multo puriore æthere nascuntur, sensu aut ratione carerent, quæ ibi multo acriora sint necesse est, et vel ordine eorum et constantia, motuque voluntario declarantur. cap. 15. seq. Sed maxime astrorum sensum et intelligentiam divinitatemque declarat mirabilis ordo eorum et constantia, quæ neque naturam significat, quod est plena rationis, neque fortunam, quæ constantiam respuit. In quo Epicurus ridicule errat, qui humanam figuram Diis attribuit, negatque rotundum et volubilem Deum cogitari posse. cap. 16. seq. Sed multæ aliæ naturæ Deorum ex magnis eorum beneficiis constitutæ sunt. Nam primo, quod est a Deo natum, id nomine ipsius Dei nuncupatur; deinde res ipsa, in qua est vis major aliqua, sic appellatur; beneficiis porro excellentes viri in cœlum fama ac voluntate sublati sunt; ac denique ex physica ratione multi fluxerunt poëtici Dii. cap. 23. seq. Constitutis duobus his, Deos esse, et qualis eorum natura sit, sequitur disputatio de providentia Deorum. Ea tribus argumentis asseritur, de Stoicorum more: primum ab eo ipso, quod Dii sunt, ducitur; c. 30. 31. seq. alterum inde, quod omnes res subjectæ sunt naturæ sentienti, ab eaque omnia pulcherrime geruntur; cap. 32. tertium autem ex admiratione rerum cœlestium et terrestrium arcessitur, qui locus copiose admirabiliterque explicatur. Tertiæ huic disputationis parti subjicitur tandem ea, quæ istam tantam rerum molitionem hominis causa factam esse, demonstrat, hominumque commodis mirifice esse a Deo provisum: quod quidem quatuor argumentis fit; quorum primum ductum est a corporis humani structura; alterum a perfectionibus animi; tertium ab utilitate, quam res cum cœlestes, tum terrestres, hominibus afferunt; quartum denique ab exemplis hominum illustrium, quibus Dii consuluerunt.

Digitized by Google

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 26.] QUÆ cum Cotta dixisset,[1] tum Velleius, Næ ego, inquit, incautus, qui cum Academico, et eodem rhetore,[a] congredi conatus sum. Nam neque indisertum Academicum[b] pertimuissem, nec sine ista philosophia rhetorem, quamvis eloquentem:[c] neque enim flumine conturbor inanium verborum, nec[2] subtilitate sententiarum, si orationis est siccitas. Tu autem, Cotta, utraque re valuisti. Corona tibi[d] et judices defuerunt. Sed ad ista

CAP. I. 1 *Hæc cum C. dixisset* Paris. 3. 4. 6. 8. Mox, *conatus sim* codd. aliquot, Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—2 Lamb. *neque sine ista* . . .

NOTÆ

[a] *Et eodem rhetore*] Rhetoris nomen et honorificum et injuriosum fuit pro varietate temporum. Apud Græcos rhetoris et sophistæ discrimen diu nullum fuit: sophistæ tamen antiquius nomen est. Eorum omnium primo fuit, qui liberalem aliquam artem callerent, puta medicam, musicam, et poëticam: mox poëtarum esse cœpit, qui σωφρονισταὶ primum, deinde σοφισταὶ dicti. A poëtis abiit ad homines peritos dicendi. Cognomen illud primus sortitus est Solon, quem qui secuti sunt, nomen quod solum tulisset, nobilius rati, ne civium invidiam incurrerent, modo gymnastici, modo poëtæ dici maluerunt, usque ad tempora Socratis, quibus effusa doctorum hominum seges extitit, tuncque maxime celebrari cœpta sophistæ appellatio. Nec diu fuit: cum enim genus illud hominum quæstum præsertim quæreret, fucumque adolescentibus speciosa oratione faceret, sophistæ nomen despicatui haberi cœptum, et in iis conquievit qui eloquentiam docerent. Apud Latinos rhetoris nomen antiquius; de sophistis enim ante Tullium vix auditum est. Hoc utrorumque discrimen; quod qui eloquentiæ præcepta Latine traderet, rhetor; qui Græce, sophista diceretur. Stipendium sophistis, quam rhetoribus, longe majus, ut patet ex Cod. Theodosiano. Interdum idem Græcas Latinasque scholas habuit; cumque in toga Latine declamasset, sumto pallio, quasi mutata persona, redibat in suggestum, et Græce perorabat. Talis fuit Sabinus Clodius, de quo Severus Cassius, cum ab eo audiendo rediret, interrogatus quonam modo dixisset, scite respondit, 'Male καὶ κακῶς.' Cresol. Theat. Rhet.

[b] *Indisertum Academicum*] Jocus est; quasi dicat, Academicum non Academicum. Academici enim nunquam eloquentiam a philosophia, aut philosophiam ab eloquentia, sejunxerunt.

[c] *Quamvis eloquentem*] Eloquentem absque philosophia neminem esse, præclare dixit de Orat. lib. III. 'Neque infantiam ejus,' inquit, 'qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat; neque inscitiam illius, cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam puto: quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem.'

[d] *Corona tibi*] Non 'præmium,' ut male Betuleius interpretatur, sed 'hominum frequentia.' Quo sensu Cic.

Digitized by Google

alias. Nunc Lucilium,[e] si ipsi commodum est, audiamus. 2. Tum Balbus, Eundem equidem mallem [3] audire Cottam, dum, qua eloquentia falsos Deos sustulit, eadem veros [f] inducat: est enim et philosophi,[g] et pontificis, et Cottæ, de Diis immortalibus habere non errantem et vagam, ut Academici, sed, ut nostri,[h] stabilem certamque sententiam. Nam contra Epicurum satis superque dictum est. Sed aveo [4] audire, tu ipse, Cotta, quid sentias. An, inquit,[5] oblitus es, quod initio dixerim, facilius me, talibus præsertim de rebus, quid non sentirem, quam quid sentirem, posse dicere? 3. Quod si haberem aliquid, quod liqueret,[i] tamen te vicissim audire [6] vellem, cum ipse tam multa dixissem. Tum Balbus, Geram tibi morem,[7] et agam quam brevissime potero: etenim, convictis [k] Epicuri erroribus, longa de mea disputatione detracta oratio est. Omnino dividunt nostri [8] totam istam de Diis immortalibus quæstionem in partes quatuor. Primum docent, esse Deos; deinde,

neque; Paris. 2. 3. Fb, Fd, M omittunt *nec* ante *subtilitate.*—3 Manut. *eundem equidem, inquit, mallem;* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Ascens. Lamb. *eundem, inquit, mallem;* Moser. de Heindorfii sententia *malim.* 'Sed longe urbanior codd. lectio.' *Orell.* *equidem* omittunt Glog. Paris. 2. 3. Fb, Fd, La.—4 *Sed habeo* A B, Paris. 1. Fb, Fc, Fd, Fe, G H I M, La. E O U. *tu ipse contra* H I.—5 *An quid* Fd. Statim, *quid initio* B H M N, Glog. E. *quid in initio* A, Paris. 2. 3. Fb, Fe. *quod in initio* Paris. 1. *præsertim talibus* Red. *faciliusne præsertim*, omisso *talibus*, M, Paris. 2. 3. Fb.—6 Manut. Lamb. *audire vicissim.*—7 *Geram igitur tibi morem* Glog. Red. Fa, Fb, Fd, Heindorf. Schutz. Nobb. *Geram ergo morem* M.—8 *Dii nostri* Fa, Fd, M. *istam* omittunt

NOTÆ

pro Milone, 'non enim corona consessus vester cinctus est.'

[e] *Lucilium*] Q. Lucilium Balbum, de quo dictum est lib. I.

[f] *Eadem veros*] Fuit enim proprium Academicorum, alienas opiniones omnes destruere, nullum astruere. 'Utinam,' inquit Cotta, lib. I. 'tam facile vera invenire possem, quam falsa convincere.'

[g] *Et philosophi*] Philosophi enim primi Deorum aut cultum invenerunt, aut sacra curarunt. Apud Persas magi, apud Babylonios et Assyrios Chaldæi, apud Indos gymnosophistæ, apud Celtas, seu Gallos, druidæ.

[h] *Ut nostri*] Stoici.

[i] *Liqueret*] Liquent proprie quæ sunt defæcata. Ita vinum quod ante turbidum erat, postquam liquatum est, dicitur liquere, a 'lix,' quæ veteri lingua aqua fuit. Ita Vossius.

[k] *Convictis*] Per Cottam libro superiore.

Digitized by Google

quales sint; tum, mundum ab his[9] administrari; postremo, consulere eos rebus humanis. Nos autem hoc sermone, quæ priora duo sunt, sumamus: tertium et quartum, quia majora sunt, puto esse in aliud[10] tempus[l] differenda. Minime vero, inquit Cotta: nam et otiosi sumus,[m] et iis de rebus agimus, quæ sunt etiam negotiis anteponendæ.

II. 4. Tum Lucilius, Ne egere quidem videtur, inquit,[1] oratione prima pars: quid enim potest esse tam apertum,[n] tamque perspicuum, cum cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quam, esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur? quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius?[o]

Aspice hoc sublime candens,[p] quem invocant[2] omnes
Jovem;[q]

illum vero et Jovem, et dominatorem rerum, et omnia nutu regentem, et, ut idem Ennius,[3]

Patrem Divumque,[r] hominumque,[4]

codd. aliquot, probantibus Heindorf. Schutz. Nobb.—9 Orell. *ab iis*, propter seq. *eos*.—10 Manut. Lamb. *in aliud esse*.

Cap. II. 1 Duo codd. Moseri omittunt *inquit*, probante Beiero; *ne egere, inquit, videtur* Red. probante Mosero; *ne egere quidem, inquit, videtur* conj. Heindorf.—2 Manut. *vocant*.—3 *Ennius ait* Glog. Heindorf. Schutz.—4 *Di-*

NOTÆ

[l] *Esse in aliud tempus*] Quando de duobus illis posterioribus scripserit, obscurum est. Forte libros de Fato intelligit, in quibus de providentia Deorum multa habet.

[m] *Otiosi sumus*] Sive quia feriæ erant Latinæ, ut dictum est lib. I. sive quia rerum potiebatur Cæsar.

[n] *Tam apertum*] Ex hoc argumento, et aliis quæ deinceps sequuntur, concluditur non plures Deos, sed unum esse. Unde nonnullis opinio est multitudinem Deorum callide hic a Cicerone refelli.

[o] *Dicere Ennius*] In una aliqua comœdiarum aut tragœdiarum, quas multas scripsit; unde decimum inter comicos locum obtinuit, auctore Vulcatio.

[p] *Sublime candens*] Candens interdum ignitum sonat; ita 'ferrum candens:' interdum album; ita 'vaccæ candentes' Maronis: interdum 'splendidum.' Horat. Sat. II. 6. 102. 'Rubro ubi cocco Tincta super lectos canderet vestis eburnos.' Hoc forte sensu hic intelligendum 'cœlum candens.' Est hoc fragmentum ex Thyeste Ennii, auctore Scriverio. Meminerunt illius Festus in 'Sublime,' et Apul.

[q] *Jovem*] Fuit ea opinio communis Ennio cum multis veteribus, cœlum Jovem esse; unde vox Ζεὺς, *Jupiter*, a ζεῖν, *ardere*.

[r] *Patrem Divumque*] Quo ex libro

Digitized by Google

et præsentem ac præpotentem Deum. Quod qui dubitet, haud sane intelligo, cur non idem, sol sit an nullus sit, dubitare possit. 5. Quid enim est hoc illo evidentius?[5] Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio[s] permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis; nec una cum sæculis ætatibusque hominum inveterare potuisset. Etenim videmus, ceteras opiniones fictas atque vanas diuturnitate extabuisse. Quis enim hippocentaurum fuisse, aut chimæram,[6] putat? quæve anus[t] tam excors inveniri potest, quæ illa, quæ quondam credebantur, apud inferos portenta extimescat? Opinionum[7] enim commenta delet dies; naturæ judicia confirmat.[a] Itaque et in nostro populo, et in [*p.* 27.] ceteris, Deorum cultus, religionumque sanctitates, existunt in dies majores atque meliores. 6. Idque evenit non temere, nec casu,[8] sed quod præsentiam sæpe Divi suam declarant; ut

[a] *Nam tempus delet figmenta opinionum, quas homines pro arbitrio excogitant; confirmatque judicia, quæ natura hominibus inspirat.*

---

rum hominumque N. *Deorumque hominumque* Paris. 3. Tum, *ac præpotentem. Denique qui dubitet* Glog. unde Heindorf. conj. *ac præpotentem Deum. Denique hoc qui dubitet;* codex unus Moseri, Manut. Lamb. *dubitat.* Deinde, *solne sit* Glog. Heindorf. Schutz.—5 *Qui enim est hoc evidentius* conj. Lamb. *Quid enim? est hoc illo evidentius?* de Bouhierii sententia Heindorf. Schutz. Moser. improbante Orell. Statim, *quod si cognitum animis inheremus* K. *animo* Paris. 2. 3. E, Basil. Thuan. *haberemus animis* Paris. 1. *neque conformaretur* Gud. 2. Deinde, *inveterari* Glog. La. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *inveterascere* G, Lamb. ex uno cod. et Moser.—6 *Centaurum aut chimæram fuisse* M, Gud. 2.—7 *Opinione* C, Paris. 2. 3. E. *Opinionem* H a m. pr.—8 Red. Paris. 2. 3. Gud. 2. *non casu;* C *ne casu;* Paris. 1. *atque casu.* Statim, *sed quod et* A B H I, Paris. 1. 2. Victor. Manut. *sed quod etiam* K. *sed quod præsentes sæpe divi vim suam decla-*

NOTÆ

Ennii excerpta sint, quæ Cic. identidem refert, haud facile est suspicari. Multa enim scripsit, puta Annales, teste Suetonio; bella populi Romani, teste Varrone et Gellio; Phagetica, sive de Comestione, teste Apuleio; et alia multa, quorum ne nomina quidem ad nos pervenerunt.

[s] *Stabilis opinio*] Hæc argumentatio, petita a præjudicata opinione populorum, recidit in prolepsin Epicureorum, de qua lib. I.

[t] *Quæve anus*] 'Anus, vel ab annorum multitudine,' inquit Festus; antiqui enim non geminabant consonantem, et 'anum' pro 'anno' scribebant. Vel ab *a* privativo, et *νοῦς*, *mens*, quod ea ætate, integra mente non sint vetulæ. 'Anas' olim morbus anuum dicebatur, ut 'senium,' senum. *Voss.*

Digitized by Google

et apud Regillum [u] bello Latinorum,[x] cum A. Postumius [y] dictator cum Octavio Mamilio [z] Tusculano prælio dimicaret, in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi [a] sunt; et, recentiore memoria, iidem Tyndaridæ [b] Persen victum nuntiaverunt. P. enim Vatienus,[9] [c] avus hujus [d] adolescentis, cum e præfectura [e] Reatina [f] Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent, Regem Per-

rant Glog. M, Heindorf. Schutz. *sed quod p. sæpe dii vim suam declarant* Paris. 2. 3. La. *sæpe* omittunt Gud. 2. Basil. Thuan. *divi sui* habet ψ. *ut est apud Reg.* A I K. *bello Latino* Manut. *cum autem Post.* Paris. 3. *cum Post.* B H I K, Paris. 1. Gud. 2. Red. *cum Q. Post.* Glog. *dictaret* K. *Mamillio* A B C I. *Manilio* La. *pro imperio dimicaret* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *memoria Tyndaridæ* Paris. 2. 3. M. *memoria idem Tynd.* A B C, Paris. 1. E. *Persem* A B N, E, Glog. Junt. Victor.—9 Codd. Ursini, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Vatinius.* Paulo post, *in equis albis* Paris. 1. Dav. *cum in equis albis* Eliens. G. *nuntiasset primo* A, La. *nuntiavisset primo* B I M, Paris. 1. 2. 3. E. *nuntiavit primo* Red. N. *senatuique nuntiavisset, et primo* Moser. *senatuique nuntiavisset, primo* Heindorf. Schutz. Nobb. *locutus esset* G, Manut. Lamb.

NOTÆ

[u] *Apud Regillum*] Lacus est apud Algidum nemus in Campania Romana, quæ olim Latium dicta, hodie *Lago di Castiglione*, unde effluit *Ola* amnis. *Baud.*

[x] *Bello Latinorum*] In quo e quadraginta Latinorum millibus vix dena millia domum rediere.

[y] *A. Postumius*] Albus. *Balbus* a Plut. mendose scribitur in Vita Publicolæ. A Regillo lacu, ubi vicit, Regillensis dictus. Primus post T. Largium dictator.

[z] *Oct. Mamilio*] Genero Tarquinii Superbi, et Latinorum seu Tusculanorum duce.

[a] *Pugnare visi*] Idem Val. Max. I. 8. et Dion. referunt: Livius vero Postumium ædem Castori vovisse; miraculi non meminit: Frontinus ait a Postumio excogitatum, ut milites ad pugnam excitaret.

[b] *Tyndaridæ*] Castor et Pollux, filii Jovis, et Ledæ, quam Jupiter, sub forma cycni, compressit. Dicti tamen Tyndaridæ a Tyndaro, Ledæ marito.

[c] *Vatienus*] *Vatinius* legit Valer. Max. qui hanc quoque historiam habet eodem quo priorem capite. De illo Vatieno nihil ultra comperi.

[d] *Avus hujus*] Forte Vatinii, in quem Cicero scripsit.

[e] *Præfectura*] Urbes illæ præfecturas habere dicebantur, in quibus et jus dicebatur, et habebantur nundinæ. Præfecturarum duplex genus: aliæ, in quas solebant ire præfecti quatuor, et viginti sex virum numero, populi suffragio creati, puta Capuam, Cumas, Vulturnum, &c. aliæ, in quas ibant a prætore urbano missi, ut Fundos, Formias, &c. Ita Rosin.

[f] *Reatina*] Reate, urbs olim Sabinorum, nunc Umbriæ, quo Aborigines urbe sua pulsi se receperunt, fere media inter Narniam et Aquilam ad Velinum fluvium, non longe a lacu Velino, *Rieti*. Reatinis aquis equorum ungulas indurari ait Plin.

Digitized by Google

seu illo die captum,[s] senatui nuntiavit; et primo, quasi temere de republica locutus, in carcerem conjectus est: post, a Paulo[h] literis allatis, cum idem dies constitisset; et agro[i] a senatu, et vacatione,[k] donatus est. Atque etiam cum ad fluvium Sagram[l] Crotoniatas[m] Locri[n] maximo prælio[o] devicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiæ,[p] memoriæ proditum est. Sæpe Faunorum[q] voces exauditæ,[r] sæpe visæ formæ Deorum, quemvis,

NOTÆ

[s] *Illo die captum*] Eo prælio quod ad Pidnam commissum est, cæsa viginti hominum millia, capta undecim millia; ex Romanis non plus centum desiderati. Totam Macedoniam in deditionem Paulus victor accepit intra biduum. Perses in vaga fuga ab amicis desertus, in Samothraciam insulam profugit, ubi a Cn. Octavio, præfecto classis, cum liberis et tota familia regia captus est, et ad Æmilium Paulum victorem missus. Liv. Plut. in Æmil. Oros.

[h] *A Paulo*] L. Æmilio Paulo duobus consulatibus, tribus triumphis claro: 1. de Hispania ulteriore; 2. de Liguribus; 3. de Perse rege. Patrem habuit L. item Æmilium, duobus quoque consulatibus et uno triumpho clarum.

[i] *Et agro*] Aliquo ex illis quos resp. variis in provinciis habuit, et quorum reditus in publicum ærarium referebatur.

[k] *Et vacatione*] Non ab omni publico munere, ut interpretatur doctus Val. Maximi interpres, quæ pœna, non merces fuisset; sed a militia. A qua triplex vacationis genus: 1. jure ætatis, videlicet post an. 52. 2. jure dignitatis, puta magistratus, et sacerdotii, excepto tamen bello Gallico, in quo ne sacerdotes quidem militia solvebantur: 3. jure beneficii in rempubl. collati. Vid. Lips. de Milit. Rom. lib. I.

[l] *Sagram*] In Magna Græcia, per fines Locrensium, in mare Ausonium influentem.

[m] *Crotoniatas*] Croton urbs est in Magna Græcia, in ora Calabriæ ulterioris, magna cœli salubritate, unde adagium, 'Crotone salubrius.' Inde nobiles athletæ. Magna ibidem luporum copia, a quibus etiam devoratus est Milo Crotoniates. *Rhodiginus.*

[n] *Locri*] Urbs in confinio Brutiorum, in Magna Græcia, prope Zephyrum promontorium, a Locrensibus, populis Achaiæ, duce Evante, aut, ut Solino placet, Ajace, eorum duce, condita. Virg. Æneid. III. 'Hic et Narycii posuerunt mœnia Locri.' Ex ejus ruinis crevit Hierarchium, urbs ulterioris Calabriæ.

[o] *Maximo prælio*] Cum Crotoniensium centum viginti millia armatorum constitissent, Locrenses, paucitate sua perspecta, (nam sola quindecim millia militum habebant) omissa spe victoriæ, in destinatam mortem conspirant; et, dum mori honeste quærunt, feliciter vicerunt. Justin. xx. 2. et 3.

[p] *Olympiæ*] Quæ et Pisa dicta, urbs Elidis in Peloponneso, nota ob ludos Olympicos.

[q] *Faunorum*] Agricolarum Dii fuerunt, quorum pater fuisse fertur Faunus, Latinorum rex, quo tempore Pandion Athenis regnavit. Is, quia primus religionem Italis invexit, et multa ad agriculturam excogitavit, ab agricolis pro Deo habitus est.

Digitized by Google

non aut hebetem [10] aut impium, Deos præsentes esse confiteri coëgerunt. III. 7. Prædictiones vero, et præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quæ sint,[1] ostendi, monstrari, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia[s] dicuntur. Quod si ea ficta[2] credimus licentia fabularum, Mopsum,[t] Tiresiam,[u] Amphiaraum,[x] Calchantem,[y] Helenum;[z] quos ta-

convictus est G. *convectus est* Red. I N, Paris. 2. 3.—10 Glog. Red. Gud. 2. Paris. 3. *quemvis non hebetem;* A B C G H I M N, Gud. 2. et edd. vett. q. *aut non hebetem.* Mox, *præsentes Deos* Glog. Red. Heindorf.

CAP. III. 1 Margo cod. Reg. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *quæ futura sunt,* probantibus Walkero et Ernesti. Cf. de Fato § 13. *quæ sunt* Glog. Red. al.—2 *Quod si hæc ficta* Heindorf. *Quod si externa ficta* idem conj. in Addend. *Quod si illa ficta* Schutz. Paulo post, *repudiaret* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *repudiaretur* Glog. *vel repudiassent* O inter lineas ab ea-

NOTÆ

[r] *Voces exauditæ*] Celebris est vox Sylvani, qui victoriam Romanorum in bello Veienti prædixit. Val. Max. I. 8.

[s] *Prodigia*] 'Prodigia,' inquit Festus, 'quod prædicunt futura, permutatione *g* literæ, quæ ab antiquis *c* vocabatur.'

[t] *Mopsum*] Duo vates illius nominis; alter, Thessalus, Ampycis et Chloridis filius, unus ex Argonautis, serpentis morsu in Africa periit, et inter Argonautas sepultus, teste Lycophronis commentatore. De illo Sen. in Medea: 'Omnibus verax, sibi falsus uni.' Alter Apollinis et Mantûs filius, Tiresiæ nepos. Ita Pompon. Is, cum Calchas in certamine succubuisset, sibi necem conscivit. De isto hic sermonem esse crediderim, quippe quem inter augures Cic. collocet libro de Divin.

[u] *Tiresiam*] Thessalum, qui cum Palladem in Hippocrene lavantem vidisset, ab ea excæcatus est. At Chariclo, mater Tiresiæ, obtinuit, ut, pro lumine corporis, mentis aciem et artem divinandi haberet; aiunt e fœmina marem evasisse. Vixit temporibus Polynicis. Eurip. Plin. Diodor. v. 6.

[x] *Amphiaraum*] Argivum. Deus a Græcis habitus: et a loco in quo est humatus, oracula petita. Erat in Attica sacellum Amphiarai, ubi Thebis fugiens, terræ hiatu una cum curru absorptus est. Vide Pausan.

[y] *Calchantem*] Testoris filium, Phrygium, a Græcis Delphos missum, oraculum de bello Trojano consulturum. Absque ejus consilio nihil Trojano bello actum est.

[z] *Helenum*] Filium Priami. A Pyrrho, Achillis filio, quod illi pestem futuram prædixisset, servatus, in partem regni, quam Chaoniam de nomine fratris appellavit, vocatus est. Puer cum esset, in templo Apollinis Thymbræi, ubi Genethlia celebrabat, colludens cum Cassandra sorore, obdormiit. Famulæ, quibus amborum cura erat, puerorum oblitæ, domum repetunt. Postridie in templum reversæ, vident serpentibus aures puerorum obstrui. Ex illo utrumque vaticinandi numine correptum ferunt. De Heleno sæpe Virgil. Æn. II. et III.

Digitized by Google

men augures ne ipsæ quidem fabulæ ascivissent, si res omnino repudiarent; ne domesticis quidem exemplis docti, numen Deorum comprobabimus? Nihil nos P. Claudii,[3] [a] bello Punico primo, temeritas movebit, qui etiam per jocum Deos irridens, cum cavea liberati pulli [b] non pascerentur, mergi eos in aquam jussit, ut biberent, quoniam esse nollent. Qui risus, classe devicta,[c] multas ipsi lacrymas,[d] magnam populo Romano [4] cladem, attulit. 8. Quid? collega ejus Junius,[e] eodem bello, nonne tempestate classem amisit,[f] cum auspiciis non paruisset? Itaque Clau-

dem manu. Pro *numen* Glog. et La. habent *naturam;* A *in numen;* M *numerus.* Tum, *comprobavimus* G H I M N, Gud. 2. Paris. 3. U, Thuan.—3 *Clodi* A C G M, Gud. 2. E U ψ. *qui e. p. j. D. irridens* desunt in Paris. 2. 3. M, et La. a m. pr. *tum cavea* M. *pulli liberati* M, Paris. 2. 3. *in aqua* Paris. 2. probantibus Mosero et Beiero.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt.

NOTÆ

[a] *P. Claudii*] Cognomine Pulchri. Filius fuit Ap. Claudii Cæci, qui quatuor filios habuit, prænominibus et nominibus distinctos: 1. Appium Crassum, in quo Crassi cognomen Claudiæ gentis defecit; 2. P. Pulchrum, qui hic noster est; 3. Caium Centonem; 4. Tiberium Neronem; qui cognomina sua posteris in tres insignes familias propagarunt. Tiberius Cæsar ab eo Tiberio Nerone paternum genus, maternum a P. Pulchro, repeti volebat.

[b] *Liberati pulli*] Captandi ex pullis augurii hæc forma fuit: Summo mane, imperatoque de more silentio, aut puls, aut offa, reclusa cavea, objiciebatur pullis: si ad oblatam escam continuo non prosilirent; si egressi cavea illam dissiparent alis; si, illa relicta, vel occinerent, vel avolarent, tum omen infaustum erat: si vero cum impetu involarent in escam, et avide vescentibus decideret aliquid in terram, inde spes rei bene gerendæ. Plura Rosin. III. 10.

[c] *Classe devicta*] Ab Adherbale Carthaginiensium duce victus est ad Drepani portum; naves amisit 73. ex Polyb. 117. ex Diod. 90. ex Oros. Romanorum octo millia cæsa, 20. amissa. Vid. Polyb. lib. I.

[d] *Ipsi lacrymas*] A senatu revocatus, dictatorem dicere jussus, hominem infimæ plebis per jocum nominavit. Consulatu abdicatus est, populique damnationem voluntaria morte prævenit. Val. Max. I. 4. qui tamen alio loco tradit eum coorti imbris beneficio liberatum esse a damnatione.

[e] *Junius*] Cognomine Pullus, prænomine Lucius. Orosius male *Caium* dixit. Ex nobili Juniorum gente, sed qua familia incertum.

[f] *Classem amisit*] Cum navibus longis 120. onerariis prope 800. aliisque 60. Syracusas tendebat, iis qui Lilybæum obsidebant delaturus annonam; cum missus ab Adherbale occurrit Carthalo. Junius, pugnam committere non ausus, ad Geloum littus in loca aspera naves sensim subduxit; ubi, orta tempestate, clas-

Digitized by Google

dius[5] a populo condemnatus est: Junius necem sibi ipse conscivit.[g] C. Flaminium[6 h] Cœlius[i] religione neglecta[k] cecidisse[l] apud Thrasymenum[m] scribit, cum magno reipublicæ vulnere. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis rempublicam amplificatam, qui religionibus paruissent. Et, si conferre volumus nostra cum externis, ceteris rebus aut pares aut etiam inferiores reperiemur; religione, id est, cultu Deorum, multo superiores. 9. An Attii Navii lituus ille,[n] quo ad investigandum suem[7] regiones vineæ terminavit, contemnendus est? Crederem, nisi ejus augurio rex Hostilius[o] maxima bella gessisset. Sed, negligentia nobi-

Heindorf. *magnam reip.* probante Beiero.—5 Sic plerique codd. et edd. vett. *Itaque P. Claudius* margo Venet. 1507. Junt. Manut.—6 C. *Flamininum* Lamb. Mox, *apud Trasimenum cecidisse scribit* Glog. *aput transumen* A B C H. *neglecta apud trnsimenu cecidisse vulnere, itaque ejus et superiorum exitio* K.—7 Red. Heindorf. *ad investigandam suem;* Schutz. de conjectura, Moser. *ad investigandam uvam.* I ψ *ad i. sue.* Pearc. et Bouh. delendum censuerunt *suem.* Actutum, *in regione vineam* Red. *religionem unice terminavit* Paris. 3. Mox,

NOTÆ

sis adeo afflicta est, ut ne tabula quidem, quæ usui esse posset, superfuerit. Ita Polyb. paulo aliter Diodor.

g *Sibi ipse conscivit*] Ut damnationis ignominiam præverteret. Quanquam Zonaras, post cladem acceptam, ait tandem in manus Pœnorum incidisse, capta prius Eryce, præsidioque munita.

h *C. Flaminium*] Bis consulem, primum an. 530. quo de Gallis triumphavit; secundum, cum ad Thrasymenum cæsus.

i *Cœlius*] C. Cœlius Antipater, Crassi familiaris. Historiam de bello Punico ad Lælium inscripsit. De qua est hoc Ciceronis judicium, de Orat. lib. II. 'Cœlius neque distinxit historiam varietate locorum, neque verborum collocatione, et tractu orationis leni et æquabili perpolivit illud opus; sed, ut homo neque doctus, neque maxime aptus ad dicendum, sicut potuit, dolavit.'

k *Religione neglecta*] Cum pullarius respondisset, pullos non pasci, 'Præclara vero,' inquit, 'auspicia; si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geretur?' Cic. de Divin.

l *Cecidisse*] Insignis ea clades est Romanorum, et victoria Hannibalis, de qua auctores omnes Romani. Liv. lib. XXII. Plut. in Fab. Max. Polyb. lib. III.

m *Thrasymenum*] Lacum Etruriæ, inter Perusiam et Cortonam. Hodie *Lago di Peruggia.*

n *Lituus ille*] Lituus, incurvum et leviter a summo inflexum bacillum augurale, a litui quo canitur similitudine dictum. Sensus loci est: An Attii Navii lituus ille contemnendus est, quo vineam divisit et signavit in certas regiones (more haruspicum) ad reperiendam suem a puero amissam? De Navio plura libro de Div.

o *Hostilius*] In Tullo Hostilio lapsus est memoria Tullius Cicero; Navius enim, vel Navus, vel Nævius,

Digitized by Google

litatis,[p] augurii[8] disciplina omissa, veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta. Itaque maximæ reipublicæ partes, in his[9] bella, quibus reipublicæ salus continetur, nullis auspiciis administrantur; nulla peremnia[q] servantur, nulla ex acuminibus;[r] nulli viri[s] vocantur, ex quo in procinctu[t] testamenta perierunt. Tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt.[u]

Hostilius omittunt codd. aliquot et edd.—8 Glog. Lamb. *augurium*.—9 Junt. Victor. *in iis*. Paulo post, *nulla peremnia salvantur* Eliens. 1. 2. Victor. *nulla perennia servantur* G H. *n. peromnia servantur* I. *n. perhemnia serv.* ψ. *conservantur* N. Verba, *ex quo in p. t. perierunt*, omittunt Red. et Schutz. uncis incluserunt Heindorf. Moser. Nobb. ' Egregie defendit Beier. Fragmm. Oratt.

NOTÆ

(nam variæ sunt lectiones) augur fuit, non Tulli Hostilii, sed Tarquinii Prisci, qui, faventibus ejus auguriis, duodecim Tusciæ populos subegit. Flor. I. 5.

[p] *Negligentia nobilitatis*] Augures a Romulo instituti patricii, diuque munus penes nobilitatem solam fuit; et in Etruriam quotannis mittebantur optimatum filii duodecim, qui artem auguralem ediscerent: sed, cooptatis in collegium nonnullis e plebe, ars auguralis dilapsa est.

[q] *Nulla peremnia*] *Perennia*, sive *peremnia*, auspicia sunt, non quæ apud Græcos διαβατήρια, quæ ad felicem cujusvis expeditionis ingressum fieri solita, ut ait Turnebus; sed quæ in transitu amnis caperentur. Atque inde dicta *peremnia*, quasi 'per amnia.'

[r] *Ex acuminibus*] Auspicia ex acuminibus, constat militaria fuisse. At quid fuerint, incompertum est, auctore Sigonio: aliis videntur fuisse quæ ex fulgore spiculorum et ensium, aliis quæ cuspidibus signorum militarium terra evulsorum caperentur; quæ, si ægre extraherentur, lævum omen foret; felix, si facile. Gevartius, Elector. I. 2.

[s] *Nulli viri*] Cum delectus militum haberetur, primi citari solebant ii, quorum nomen boni ominis esset, puta, Valerius, a valendo; Salvius, a salute; Statorius, a stando. Hos viros male de auguribus interpretatur Manutius.

[t] *In procinctu*] Triplex apud antiquos testamenti genus: unum, quod calatis comitiis fiebat; alterum, quod per æs et libram, libripende adhibito et emtore familiæ; tertium, quod procinctum appellatum, cum milites in procinctu ad prælium, nulla legum solennitate, tribus quatuorve testibus adhibitis, quibus, ut dictum est, nomina essent bene ominosa, raptim testabantur.

[u] *Auspicia posuerunt*] 'Auspicia ponere' est jus auspicandi deponere. Porro jus ejusmodi, præter augures, ad consules prætoresque pertinuit, non ad proconsules et proprætores, qui, ex consulatu aut prætura decedentes, ad bellum ut plurimum mittebantur, adeoque, depositis auspiciis: quanquam aliqui procoss. et proprætores jus etiam auspicandi habuerunt; ut Cn. Pompeius proc. in Asia.

Digitized by Google

10. At vero apud majores tanta religionis vis fuit, ut quidam imperatores [x] etiam seipsos Diis immortalibus, capite velato, verbis certis,[10] pro republica devoverent. Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex haruspicum responsis,[y] commemorare possum,[11] quibus ea confirmentur, quæ dubia nemini debent esse. IV. Atqui et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum [1] disciplinam, P. Scipione,[z] C. Figulo [a] consulibus, [*p.* 28.] res ipsa probavit: quos cum Ti. Gracchus,[b] consul iterum, recrearet, primus rogatorum,[c] ut eos retulit, ibidem est repente mortuus. Gracchus cum comitia nihilominus peregisset, remque illam [d] in religionem populo venisse sentiret, ad senatum retulit. Senatus, quos ad soleret, referendum censuit.[e] Haruspices, introducti, responderunt, non fuisse justum co-

[e] *Senatus censuit, rem oportere referri ab iis, qui solerent de ejusmodi rebus, videlicet, de habendis comitiis, referre.*

p. 183.' *Orell.*—10 Ita codd. omnes et edd. præter Lamb. qui de conjectura dedit *conceptis*. Statim, *devotarent* margo Venet. 1507. 'Egregia lectio: cf. Paradox. I. § 12.' *Orell.*—11 Ita Guelf. Glog. Red. Eliens. 1. 2. B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U, et edd. vett. *possim* K. *possumus* Manut. Lamb. al. ante Dav.

Cap. IV. 1 Codd. aliquot et edd. ante Ald. *et Etruscorum et haruspicum*. Mox, *consul iterum*, *crearet* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *consules eos iterum crearet* Thuan. *consul* deest in Red. M N ψ. *primus rogator* codd. Ursin. Cantab. Eliens. margo Venet. 1507. Heindorf. *primus interrogator* Reg. *primæ centuriæ rogator*,

NOTÆ

[x] *Quidam imperatores*] Ut Decii: de quibus sæpe alibi.

[y] *Haruspicum responsis*] Ultra ea quæ dicimus lib. de Divinatione, vide Bulengerum de Sortibus, II. 6. et 7. qui copiose præ ceteris haruspicinam tractavit.

[z] *P. Scipione*] Nasica, qui Corculum dictus. De quo jam sæpe alibi.

[a] *C. Figulo*] E gente Marcia, quæ partim patricia, partim plebeia fuit. Ipse, e familia plebeia, bis consul Dalmatas vicit.

[b] *Ti. Gracchus*] Pater Gracchorum seditiosorum. Bis consul et censor; bis triumphavit, de Celtiberis prætor, de Sardis consul.

[c] *Rogatorum*] Rogatores erant qui sententias rogabant, vel viritim, si centuriata comitia; vel per tribus, si tributa: tumque, vel sua, vel præconis voce, totius, vel centuriæ, vel tribus, suffragium referebant.

[d] *Remque illam*] Mortem repentinam, quæ licet sinistri ominis esset, non tamen dirimebantur comitia, sicut morbo Herculeo, qui comitialis inde dictus.

Digitized by Google

mitiorum rogatorem.[e] 11. Tum[2] Gracchus, (ut e patre audiebam) incensus ira, Itane vero? Ego non justus, qui et consul rogavi, et augur, et auspicato? An vos, Tusci ac barbari,[f] auspiciorum populi Romani jus tenetis, et interpretes esse comitiorum potestis? Itaque tum illos exire jussit. Post autem ex provincia[g] literas[3] ad collegium[h] misit, se, cum legeret libros,[i] recordatum esse, vitio sibi tabernaculum captum fuisse in hortis Scipionis;[k] quod, cum pomœrium postea[l] intrasset, habendi senatus causa, in redeundo, cum idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus: itaque vitio creatos consules esse. Au-

uti est Div. II. 35. conj. Schutz. *primus recreator* Glog.—2 *Tum* omittit M. *ut a patre* Red. *Itane? ego vero non* Glog. Red. Paris. 3. La. M. *ego injustus* G. *rogavi* deest in Paris. 3. et M.—3 A B I G N, Paris. 1. E, Junt. Victor. Manut. *e provincia literas;* Glog. Red. *literas ex provincia.* Mox, *in hortos Scip.* D, Junt. Victor. Ascens. Basil. *hortos Scip.* omissa præpositione *in*, A B C G H I M N, Paris. 2. 3. Gud. 2. ψ. *hortis*, omisso *in*, O U. *hortum Scip.* Eliens. 1. *fuisse haruspicationis, quod, &c.* Manut. cum aliquot codd. *primo ea interesset* ψ. *postea interesset* M. *postea transisset* A, Red. Thuan. Deinde, *creatos quos esse* E M. *creaturos quos esse* Paris. 3. *creatos esse*, omisso *consules*, I N. *crea-*

NOTÆ

[e] *Comitiorum rogatorem*] Distingue comitiorum rogatorem a rogatore suffragiorum. Ille comitia convocabat, convocatisque cum potestate præerat, eratque unicus; rogatores suffragiorum tot, quot centuriæ.

[f] *Barbari*] Tusci barbari non erant, quippe Itali: sed homines non Romanos, aut fastidio, aut iræ impetu, 'barbaros' vocavit.

[g] *Ex provincia*] Sardinia, quam ex secundo consulatu, prorogato imperio, extra ordinem obtinuerat. Cic. ad Q. Fratr. II. 2.

[h] *Ad collegium*] Augurum, quod initio trium duntaxat augurum fuit; ceteris collegiis præcellens et dignitate et antiquitate. Illa a Numa Pompilio, hoc a Romulo institutum.

[i] *Legeret libros*] Non Sibyllinos, sed augurales.

[k] *In hortis Scipionis* [*haruspectionis*] Legunt aliqui *in hortis Scipionis*. Sed quid ad rem *horti Scipionis?* Certe res bis in libris de Divinatione narratur; nec usquam est mentio hortorum ejusmodi. Sensus igitur loci est: Scripsit se, cum legeret libros augurales, perperam, et non servato auspicandi ritu, elegisse locum, seu tabernaculum, ubi auspicia fierent.

[l] *Pomœrium postea*] Pomœrium, locus circa murum quem in urbibus condendis Etrusci olim, qua murum ducturi erant, certis terminis auguralibus consecrabant. Captatis in urbe auspiciis, magistratus habiturus comitia pomœrio exibat, et tabernaculum capiebat ad auspicia denuo capienda quibus priora confirmarentur. Quod si nondum captatis extra pomœrium auspiciis, magistratum aliqua causa in urbem revocaret, renovandum erat auspicium in ipso pomœrii transitu, cum ad capiendum tabernaculum denuo redibat. Id ni fieret, tabernaculum vitio captum dicebatur.

Digitized by Google

gures rem ad senatum; senatus, ut abdicarent[4] [m] consules;[b] abdicaverunt. Quæ quærimus exempla majora?[5] vir sapientissimus, atque haud scio an omnium præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit, quam hærere in republica religionem: consules summum imperium statim deponere, quam id tenere punctum temporis contra religionem. 12. Magna augurum auctoritas. Quid? haruspicum [n] ars nonne divina? Hæc innumerabilia[6] ex eodem genere qui videat, nonne cogatur confiteri Deos esse? Quorum enim interpretes sunt, eos ipsos esse certe necesse est. Deorum autem interpretes sunt: Deos igitur esse fateamur. At fortasse non omnia eveniunt, quæ prædicta sunt. Ne, ægri quidem quia non omnes convalescunt, idcirco[7] ars nulla medicina est. Signa ostenduntur a Diis[8] rerum futurarum. In his si qui erraverunt, non Deorum natura, sed hominum conjectura, peccavit. Itaque inter omnes omnium gentium sententia[9] constat, (omnibus enim innatum est, et in animo quasi insculptum) esse Deos. v. 13. Quales sint, varium est: esse, nemo negat. Cleanthes quidem noster quatuor de causis [o] dixit

[b] *Detulerunt; senatus jussit, ut consules se consulatu abdicarent.*

tos esse consules Manut. Lamb. *creatos eos esse* margo Venet. 1507.—4 Paris. 3. M. *id abdicarent;* Thuan. *ut abdicarentur;* Grut. *ut abdicarent: consules abdicaverunt.*—5 H, Paris. 2. *majora exempla.* Mox, *haud sciam* Glog. A C G I M, Paris. 1. 2. 3. *atque aut scientia omn.* E. *quod celare* Glog. Red. Heindorf. Schutz. *potuisset, c. m. quam errare in r. religione* Red. *in reip. religione* M. *religione* etiam A. *in reip. religionem* D. *religiones* Gud. 2.—6 *Hæc et innum.* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *in eodem genere* Glog. et Paris. 3. *Deos confiteri* Paris. 1. *c. esse Deos* Glog. Heindorf. Moser.—7 *Ne ægri quidem omnes convalescunt: iccirco* Lamb.—8 Heindorf. e Glog. *a Diis immortalibus.*—9 Ita Manut. Lamb. Schutz. Nobb. *summa* C G H I N, Paris. 1. 2. 3. E U ψ, margo Venet. 1507. Ascens. Junt. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *natura summa* Gud. 2. *sume* K. *sumam* M. *Itaque inter omnium gentium constat, (omnibus ... insculptum) esse Deos* Victor. probantibus Censore Jenens. 1794. p. 167. et Schutz. in ed. maj.

NOTÆ

[m] *Ut abdicarent*] C. Figulus e Gallia, Scipio Nasica e Corsica, Romam redierunt, et se consulatu abdicaverunt. Val. Max. I. 1.

[n] *Haruspicum*] Haruspicum augurumque discrimen vide in lib. de Divinat.

[o] *Quatuor de causis*] Non quatuor tantum, sed septem esse prænotiones Deorum, tradit Plut. Plac. Phil.

Digitized by Google

in animis hominum informatas Deorum esse notiones. Primam posuit eam, de qua modo dixi, quæ orta esset ex præsensione rerum futurarum: alteram, quam cepe-rimus ex magnitudine commodorum, quæ percipiuntur[1] cœli temperatione, fœcunditate terrarum, aliarumque commoditatum complurium copia: 14. tertiam, quæ terreret animos fulminibus, tempestatibus, nimbis, nivibus, grandinibus, vastitate, pestilentia, terræ motibus, et sæpe fremitibus, lapideisque imbribus, et guttis imbrium quasi cruentis; tum lapidibus,[2] [p] aut repentinis terrarum hiatibus; tum, præter naturam, hominum pecudumque portentis; tum facibus visis cœlestibus; tum stellis iis, quas Græci cometas, nostri crinitas, vocant (quæ nuper bello Octaviano[q] magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ); tum sole geminato, quod, (ut e patre[3] audivi) Tuditano[r] et Aquillio[s]

Cap. v. 1 Heindorf. conj. *percipiantur.* Mox, *qua terrent animos* Glog. Eliens. G, La. *quæ terrent animos* Paris. 3. M. *qua terret fulminibus* Red. *quæ terret a. ful.* A R. Paris. 1. 2. *nivibus* omittunt G M, Paris. 2. 3. E. *vastitate pestilentiæ* D H.—2 Lall. de Gulielmii conjectura, item Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *labibus.* Pro *portentis* Heindorf. suspic. *partubus.* Statim, *facibus et visis* Heindorf. de conj. *stellis his* Junt. Victor. Dav. Pro *crinitas*, quod servant G N, Guelf. U, edd. Mars. Ascens. Basil. Thuan. *cincinnatas* habent Pall. Reg. Cantab. alii codd. Victor. Dav. probante Camer. ad Schol. Juv. p. 236.—3 Red. *quod, ut a patre;* Thuan. *quod et ex patre;*

NOTÆ

[p] *Tum lapidibus*] Forte *labibus*, tum quod de lapideis imbribus dictum jam sit, tum quod terræ hiatus labesque Cicero non semel conjungat. De omnibus illis prodigiis vide libros de Divin.

[q] *Bello Octaviano*] Marianum Florus vocat, quod propter Marium recruduerit. Causa belli hæc fuit: L. Cinna, consulatum adeptus, conatus erat exules reducere, sociosque nuper in civitatem receptos, lege per vim lata, inter veteres tribus 35. ut paria iis essent suffragia, distribuere. Quare a Cn. Octavio collega, veterum civium defensore, urbe cum sex tribunis plebis pulsus, dum Italiæ civitates ad arma solicitat, magistratu destituitur, sufficiturque a senatu L. Cornel. Merula, flamen Dialis. Mox, Cinna exercitum Ap. Claudii in Campania nactus, C. Marium cum filio aliisque exulibus ex Africa revocat, adjunctisque Carbone et Sertorio, Latio quatuor exercitibus vastato, Ostia colonia expugnata, Romam capit, Octavium occidit, caputque pro rostris exponit. Trucidati quoque C. et Lælius Cæsares, fratres; Crassi duo, pater et filius; M. Antonius, orator; aliique multi. Appian. Plut.

[r] *Tuditano*] Cn. Sempronio Tuditano, qui de Istris triumphavit. Cos. an. 624.

[s] *Et Aquillio*] Qui bellum Asianum,

Digitized by Google

consulibus evenerat: quo quidem anno P. Africanus,[t] sol alter, exstinctus est: quibus exterriti, homines vim quandam esse cœlestem et divinam suspicati sunt. 15. [p. 29.] Quartam causam esse, eamque vel maximam, æquabilitatem motus, conversionem cœli;[4] solis, lunæ, siderumque omnium distinctionem, varietatem, pulchritudinem, ordinem: quarum rerum aspectus ipse satis indicaret, non esse ea fortuita. Ut, si quis in domum aliquam, aut in gymnasium, aut in forum,[u] venerit; cum videat[5] omnium rerum rationem, modum, disciplinam, non possit ea sine causa fieri judicare; sed esse aliquem intelligat, qui præsit et cui pareatur: multo magis in tantis motionibus, tantisque vicissitudinibus, tam multarum rerum atque tantarum ordinibus, in quibus nihil unquam immensa et infinita vetustas mentita sit, statuat, necesse est, ab aliqua mente tantos naturæ motus gubernari. VI. 16. Chrysippus quidem,[1] quanquam est acerrimo ingenio, tamen ea dicit, ut ab ipsa natura didicisse, non ut ipse reperisse, videatur.

Paris. 3. et M *quo duce patrem.* Iidem codd. omittunt *audivi;* Glog. et La. omittunt *quod ut e p. audivi.* Mox, *Tuditano* Glog. *Aquilio* A C G, Paris. 2, 3. *M. Tuditano et Ap. Claudio* cod. Ursin.—4 Dav. conj. *in conversione cœli;* Ernesti suspic. *conversionumque cœli;* Heindorf. conj. *maximam, maxima in æquabilitate motus conversionem cœli.* Pro *varietatem,* quod gloss. videbatur Heindorfio, *utilitatem* exhibent Glog. Red. margo Venet. 1507. Victor. Deinde, *non esse fortuita* Junt. Manut. Lamb.—5 Glog. Heindorf. Schutz. *viderit.* Paulo post, *aliquem, qui intelligat* Schutz. Tum, *in tantis motibus* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *in tantis mutationibus* Glog. Pro *mentita sit,* Walker conj. *mutavit* vel *mutaverit.*

CAP. VI. 1 *Chrysippus qui* Glog. et Paris. 3. *quidem* deest in M. Mox,

NOTÆ

infami stratagemate, 'infectis, contra fas Deum,' inquit Flor. lib. II. 'moresque majorum, veneno fontibus, confecit.' De Asianis tamen triumphavit.

[t] *P. Africanus*] Æmilianus. De ejus morte jam dictum est, et dicetur infra.

[u] *In forum*] Fori sex apud antiquos acceptiones: 1. negotiationis locus erat, ut forum Flaminium, forum Julium, ab iis cognominata, a quibus instituta; 2. ubi judicia et conciones fieri solita; 3. qui provinciæ præerat, forum agere dicebatur, cum, civitatibus convocatis, de litibus cognoscebat; 4. forum, antiquitus vestibulum, unde fores; 5. locus in navibus, tunc autem plurale est et masculini generis, 'fori;' 6. fori etiam Circensia spectacula vocabantur. Ita Festus.

Digitized by Google

'Si enim,' inquit,[1] 'est aliquid[2] in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis, quod potestas humana efficere non possit; est certe id, quod illud efficit, homine melius. Atqui res cœlestes, omnesque eæ,[3] quarum est ordo sempiternus, ab homine confici non possunt. Est igitur id, quo[4] illa conficiuntur, homine melius. Id autem quid potius dixeris,[5] quam Deum? Etenim si Dii non sunt, quid esse potest[6] in rerum natura homine melius? In eo enim solo ratio est,[7] qua nihil potest esse præstantius. Esse autem hominem,[8] qui nihil in omni mundo melius esse, quam se putet, desipientis arrogantiæ est. Ergo est aliquid melius. Est igitur profecto Deus.' 17. An vero, si domum magnam pulchramque videris, non possis adduci, ut, etiam si dominum non videas, muribus illam et mustelis[y] ædificatam putes; tantum vero[9] ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum cœlestium, tantam vim et magnitudinem maris atque terrarum, si tuum, ac non Deorum immortalium domicilium putes, nonne plane desipere videare? An ne hoc quidem intelligimus, omnia supera esse meliora? terram autem esse infimam, quam crassissimus circumfundat aër?[10] ut, ob

---

non ipse ψ. videatur reperisse Paris. 1.—2 *Si enim est, inquit, aliquid* Red. Statim, *quod vis* desunt in K. *illud* ante *efficit* omittunt Paris. 2. 3. M.—3 Junt. Victor. Dav. *hæ;* M et Gud. 2. *esse;* Glog. *res cœlestes omnes, quippe quarum, &c.* Paris. 3 omittit *eæ.*—4 Glog. Lamb. Heindorf. *a quo.*—5 U, Ascens. Junt. Manut. Thuan. *dixerim;* Red. *quod p. dixeris;* Heindorf. conj. *quod quid p. dixeris.*—6 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *potest esse.*—7 A B C G I M, Paris. 1. 2. La. Glog. Red. Victor. *est ratio;* N *inest ratio;* Paris. 3. *In homine enim solo ratio est, &c.*—8 *Esse ante hom.* Gud. 2. *Est ergo hom.* Red. *esse* post *melius* omittunt Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb.—9 A B C H I N, Gud. 2. E O ψ, Reg. Mediol. Dav. *ergo;* codd. aliquot, etiam U, margo Venet. 1507. Junt. Ascens. Heindorf. Schutz. Basil. Thuan. omittunt *vero;* uncis inclusit Orell. Paulo post, *terrarum intuens, si non hoc Deorum* Glog. Heindorf. Schutz.—10 Reg. a m. pr. et M *cr. circumdat aër;* Glog. et H *cr. aër circumfundat;* Red. *aër cr. circumfundat.*

NOTÆ

[x] *Si enim, inquit*] Est hæc forma argumentandi (ut Chrysippi et Stoicorum solet) stricta et concisa. Pervagatum est illud, Superos ipsos, si qua argumentandi forma uterentur, non alia, quam Chrysippi, usuros.

[y] *Mustelis*] Mustelæ duplicis generis sunt; aliæ sylvestres, (Græci ictidas vocant) aliæ domesticæ. De utrisque Plin. xxix. 4.

Digitized by Google

eam ipsam causam, quod etiam quibusdam regionibus[z] atque urbibus contingere videmus, hebetiora ut sint hominum ingenia propter cœli pleniorem naturam, hoc idem generi humano evenerit, quod in terra, hoc est, in crassissima regione mundi, collocati sint. 18. Et tamen, ex ipsa[11] hominum solertia, esse aliquam mentem, et eam quidem acriorem et divinam, existimare debemus. 'Unde enim[12] hanc homo arripuit?' ut ait apud Xenophontem[a] Socrates. Quin et humorem, et calorem, qui est fusus in corpore, et terrenam ipsam viscerum soliditatem, animum denique illum spirabilem,[13][b] si quis quærat, unde habeamus, apparet; quod aliud a terra sumsimus, aliud ab humore, aliud ab igne, aliud ab aëre eo, quem spiritu ducimus. VII. Illud autem, quod vincit hæc omnia, rationem dico, et, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam, ubi invenimus? unde sustulimus? An cetera mundus habebit omnia; hoc unum, quod plurimi est,[1] non habebit? Atqui certe nihil omnium rerum melius est mundo, nihil præstabilius,[2] nihil

Mox, *hebetiora sint* M. Voces *hominum* et *propter* desunt in Paris. 1. Tum, *mundi regione* Red. *collocati sunt* Red. E, Paris. 1. Gud. 2.—11 *Et tamen cum ipsa* Paris. 3.—12 *Unde ei* E. Mox, *ait* deest in Junt.—13 Red. et Serv. ad Virg. Æn. III. 600. *spiritabilem;* Dav. conj. *animam d. illam, &c.* probante Lall. Pro *habeamus*, quod de Davisii sententia receperunt Heindorf. Schutz. Moser. *habemus* servant plurimi codd. et edd. ante Ernesti. Defendunt Ochsn. Ecl. Cic. p. 23. Frotscher. Quintil. p. 8. Wopkens. Lectt. Tull. II. 5. *haberemus* Red. Tum, *appareat* A C G N, Glog. Paris. 2. Deinde *ab igni* A B C E, Victor. Dav. *quem spiritum ducimus* Glog. G U, Thuan. *quem spiritum dicimus* A B C H I N, Paris. 1. 3. La. E O ψ, Junt. Ascens. Victor. Basil. *quod spiritum dicimus* Paris. 2. *quem spiritu dicimus* Orell.

CAP. VII. 1 Ita codd. A B C G N, Paris. 2. 3. Mannt. Lamb. seqq. *plurimum est* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—2 Red. Gud. 2. *nihil præstantius;* G *omnium rerum nihil est melius mundo, &c.* Tum, *nec cogi-*

NOTÆ

[z] *Regionibus*] Quales olim Batavia, Bœotia, Abdera: unde proverbia, 'Bœotica sus,' 'mens Abderitica,' 'auris Batava.' De qua Martial. 'Tune es, tune, ait, ille Martialis, Cujus nequitias jocosque novit Aurem qui modo non habet Batavam?'

[a] *Xenophontem*] Memorabilium lib. I. ubi ait Socratis hanc doctrinam fuisse, Deum esse mentem mundi, ex qua mentes humanæ totidem, quasi particulæ, decerptæ essent.

[b] *Illum spirabilem*] Spiritum, seu halitum, qui ab aëre est, ut ab humiditate humor, ab igne calor, viscerum soliditas a terra.

pulchrius: nec solum nihil est, sed ne cogitari quidem quicquam melius potest. Et, si ratione et sapientia nihil est melius, necesse est hæc inesse in eo,[3] quod [c] optimum esse concedimus. 19. Quid vero? tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio, quem non coget ea, quæ dicuntur a me,[4] comprobare? Possetne uno tempore florere, deinde vicissim horrere, terra? [p. 30.] aut, tot rebus ipsis se immutantibus, solis accessus, discessusque solstitiis brumisque cognosci; aut æstus maritimi, fretorumque angustiæ, ortu aut obitu lunæ commoveri? aut una totius cœli conversione cursus astrorum dispares conservari? [d] Hæc ita fieri, omnibus inter se concinentibus mundi partibus, profecto non possent, nisi ea uno divino et continuato spiritu [5] continerentur. 20. Atque hæc cum uberius disputantur, et fusius, ut mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam. Cum autem (ut Zeno solebat) brevius angustiusque [e] concluduntur, tum apertiora sunt ad reprehendendum. Nam, ut profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusa autem aqua facile, corrumpitur; sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur;[6] angustia autem conclusæ orationis non facile se ipsa tuta-

---

tari H I N, Paris. 1. *negotiari* Paris. 2. 3. *negari* M.—3 Paris. 3. *inesse hoc;* G *hoc esse in eo;* ψ, Basil. Thuan. *hoc inesse in eo;* M omittit *in eo.*—4 Manut. Lamb. *a me dicuntur.* Mox, pro *uno* Bouh. conj. *verno.* Pro *deinde* codd. aliquot, Victor. Dav. *dein.* Deinde, *recessusque solstitiis* al. ap. Schutz.—5 Margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. *uno et continuato divino spiritu.*—6 Ita plurimi codd. et edd. ante Heindorf. *vitia condiluuntur* codex unus ap. Orell. *convicia diluuntur* de Davisii sententia Heindorf. Schutz. Moser. Orell.

NOTÆ

[c] *Inesse in eo quod*] Ab una universi anima omnes animas quasi particulas esse, non disjunctas tamen; sicut fluvius, in multos divisus alveos, unus tamen est. Opinio fuit a Trismegisto profecta, et in multas sparsa scholas; puta Socratis, Zenonis, Epicteti. Plut. de Plac. Phil.

[d] *Dispares conservari* [*conversari*] Simul converti. Sic libro de Univers. legitur, 'Quippe qui, ex eadem vinctus alteraque natura, adjuncta materia, temperatione trium partium, proportione compacta, se ipse conversans,' &c.

[e] *Brevius angustiusque*] Zeno Stoicus brevitatis studiosissimus fuit: nota est ejus vox, 'Oportet philosophorum etiam syllabas, si fieri possit, breves esse; veritas enim multis verbis non eget.' Laërt. lib. I.

Digitized by Google

tur. Hæc enim, quæ dilatantur a nobis, Zeno sic premebat: VIII. 21. 'Quod ratione utitur, id melius est, quam id quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius: ratione igitur mundus utitur.' Similiter effici potest, sapientem esse mundum; similiter, beatum; similiter, æternum.[f] Omnia enim hæc meliora sunt, quam ea quæ sunt his carentia; nec mundo quicquam melius; ex quo efficitur,[1] esse mundum Deum. 22. Idemque hoc modo: 'Nullius sensu[g] carentis pars aliqua potest esse sentiens. Mundi autem partes sentientes sunt:[2] non igitur caret sensu mundus.' Pergit idem, et urget angustius: 'Nihil,' inquit, 'quod animi, quodque rationis est expers,[3] id generare ex se potest animantem, compotemque rationis. Mundus autem generat animantes, compotesque rationis: animans est igitur mundus,[4] composque rationis.' Idemque similitudine (ut sæpe solet) rationem conclusit[5] hoc modo: 'Si ex oliva modulate canentes tibiæ nascerentur, num dubitares, quin inesset in oliva tibicinis[6] quædam scientia? Quid, si platani fidiculas ferrent numerose sonantes? Idem scilicet censeres, in platanis inesse musicam. Cur igitur mundus non animans sapiensque judicetur, cum ex se procreet animantes[h] atque sapientes?'

CAP. VIII. 1 Codd. aliquot, Junt. Victor. *efficietur*.—2 *Mundi autem partes sunt* G. Mox, *sensu caret* Glog. Paris. 3. M, Heindorf.—3 Glog. Red. Paris. 2. 3. M *quodque rationis expers sit*; G *et quod rationis est expers*; I *quod rationis est expers*. Actutum, *generare ex sese animantem potest compotemque rationis*, omisso *id*, Red. *compotem rationis*, omissis *ex se*, Paris. 2. 3. M.—4 *Animans igitur est mundus* Glog. Paris. 2. 3. M. *Animantis est igitur* Gud. 2.—5 Red. Heindorf. Schutz. *rationem concludit*.—6 Red. A B H I N, Gud. 2. O U, Paris. 1. 2. 3. *tibicini*; Glog. M, E, Reg. margo Venet. 1507. Victor. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *tibicinii*.

NOTÆ

[f] *Similiter, æternum*] Qui æternus videri Zenoni potuit mundus, quem corruptibilem esse docuit? Doctrinam hanc, ejusque argumenta, Laërtius non Zenoni, sed Chrysippo, Apollodoro, Posidonio, tribuit.

[g] *Nullius sensu*] Has argumentationes refutatas videre si lubet, adi Lactant. Divin. Instit. II. 6.

[h] *Procreet animantes*] Lepide hoc argumentum refellit Betuleius: 'In caseo,' inquit, 'et pomo vermes nascuntur qui vivunt et sentiunt: quidni ergo caseus et pomum vivere dicantur?'

Digitized by Google

IX. 23. Sed quoniam cœpi secus agere, atque initio dixeram; negaram enim hanc primam partem egere oratione, quod esset omnibus perspicuum, Deos esse: tamen id ipsum rationibus physicis[1] confirmare volo. Sic enim res se habet,[2] ut omnia, quæ alantur et crescant contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent, neque crescere. Nam omne, quod est calidum et igneum, cietur et agitur motu suo. Quod autem alitur et crescit, motu quodam utitur certo et æquabili; qui quamdiu remanet in nobis, tamdiu sensus et vita remanet; refrigerato autem et exstincto calore, occidimus ipsi et exstinguimur.[3] 24. Quod[4] quidem Cleanthes[1] his etiam argumentis docet, quanta vis insit caloris in omni corpore: negat enim ullum esse cibum tam gravem, quin is die et nocte concoquatur: cujus etiam in reliquiis inest calor iis, quas natura respuerit. Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt, quasi quodam igneo motu: animadversumque sæpe est, cum cor animantis alicujus evulsum[5] ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem. Omne igitur quod vivit, sive animal sive terra editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Ex quo intelligi debet, eam[6] caloris naturam vim habere in se vitalem, per omnem mundum pertinentem. 25. [p. 31.] Atque id facilius cernemus, toto genere hoc igneo, quod tranat[7] omnia, subtilius explicato. Omnes

CAP. IX. 1 Codd. multi et Junt. *physicis id est naturalibus*. Actutum, *confirmari* codd. aliquot et edd. ante Dav.—2 *Sic enim se res habet* Lamb. Mox, *et quæ crescunt* Reg. Eliens. U, Mediol. Benon. 1494. Junt. Victor. Dav. *et crescunt* Glog. Le. Schutz. *contineant quandam vim* Glog. G M, Paris. 2. 3. *c. quandam in se vim* de Heindorfii conjectura Schutz. *ali possunt* Paris. 3. et Manut. *nec crescere* Victor. Dav.—3 M, Paris. 3. *occidimur et ipsi extinguimur*.—4 '*Quod* sine causa suspectum Dav. et Ernestio.' *Orell.* Mox, *quanta vis caloris inest* Glog. et M. *q. vis sit caloris* Red. *esse* ante *cibum* omittunt Glog. Red. Paris. 2. 3. M. *esse nullum cibum* I N. *nocte et die* A B C H I M, Paris. 2. 3. Gud. 2. Eliens. U, Mediol. Victor. Dav. *is* ante *die* suspectum est Heindorfio. Cf. Beier. ad Offic. tom. II. p. 268. *in reliquis* Victor. *inest c. his* Junt. Victor. Dav. *inesse c. his* Heindorf.—5 Ita Reg. cod. Ursin. Dav. Heindorf. *avulsum* Paris. 3.—6 Schutz. de Heindorfii conjectura delevit *eam*. Statim, *in se habere* Manut. Lamb.—7 Lamb. conj. *trameat;* Victor. *omnia*

NOTÆ

[1] *Quod quidem Cleanthes*] Forte legendum, *Quid quod Cleanthes*, vel, *equidem Cleanthes*.

igitur partes mundi (tangam autem maximas) calore[8] fultæ sustinentur: quod primum in terrena natura perspici potest. Nam et lapidum conflictu atque tritu[9] elici ignem[k] videmus; et, recenti fossione,

terram fumare[l] calentem;

atque etiam ex puteis jugibus aquam calidam trahi, et id maxime hybernis fieri temporibus, quod magna vis caloris terræ cavernis contineatur; eaque hyeme sit[10] densior; ob eamque causam, calorem insitum in terris contineat arctius. X. 26. Longa est oratio,[1] multæque rationes, quibus doceri possit, omnia, quæ terra concipiat semina, quæque ipsa, ex se generata, stirpibus infixa contineat, ea, temperatione caloris, et oriri et augescere. Atque aquæ etiam admistum esse calorem, primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio;[2] quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se, admisto ca-

tranat.—8 Junt. Manut. Lamb. *tangam quæ maximo calore.*—9 Codd. multi et Junt. *atque ictu;* Lamb. 1566. *atque attritu;* Lamb. in ed. 1584. conj. *ac contritu.* Mox, *terram f. recalentem* A B C H I M, Reg. N U ψ, Mediol. *terram formare excalentem* al. ap. Moser. *terram firmare calentem* E. Tum, *fieri temporibus hybernis* Glog. Red. Eliens. 1. 2. A B C I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Mediol. Junt. Victor. Dav. Thuan. *cavernis continetur* e codd. Heindorf. Schutz. Moser. *magna vis terræ cavernis continetur caloris* codd. plerique, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *contineatur cavernis* Dav.—10 Margo Venet. 1507. Heindorf. Moser. *fit.* Mox, *in terris continet* de Heindorfii conjectura Orell. *in terris continent* Glog. Pro *in terris* Bouh. conj. *interius*, quam conjecturam recepit Lall. probante Ernesti; unde *interius continet et arctius* suspic. Heindorf.

CAP. X. 1 *Longa est ratio* H a m: pr. *doceri possunt* Paris. 3. Gud. 2. *doceri possumus* G. *doceri possint* M. Mox, *ex temperatione* Glog. Red. Paris. 2. 3. M, Gud. 2. *ex ea temperatione* codex unus uti volebat Heindorf.—2 Ita codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. Dav. *primum ipse liquor aquæ declarat et effusio* Glog. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *primum ipse liquor aquæ declarat et fusio* conj. Lall. *primum ipse liquor aquæ declarat effusæ* Eliens. et Victor. *primum ipse liquor aquæ declarat effusioque* Pal. 4. Mox, *in nivem pruinamque*

NOTÆ

[k] *Elici ignem*] Ignem Pyrodes, Cilicis filius, primus e silice excussisse dicitur; Prometheus in ferula primus servasse. Plin. VII. 56. Lucretius, non e silicum, sed ex arborum attritu, vel e fulmine, primum homines habuisse scribit lib. V. De lapidum ignea vi multa præclare Arist. lib. de Mirabilibus Auscult.

[l] *Terram fumare*] Fragmentum poëtæ ignoti, certe non Ennii; neque enim extat in Annalibus ejus collectis a Paulo Merula.

Digitized by Google

lore liquefacta et dilapsa, diffunderet. Itaque et Aquilonibus[m] reliquisque frigoribus adjectis,[3] durescit humor; et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore.[n] Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inclusum esse[4] calorem. Nec enim ille externus et adventicius habendus est tepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus: quod nostris quoque corporibus contingit, cum motu atque exercitatione recalescunt. Ipse vero aër,[5] qui natura est maxime frigidus,[o] minime est expers caloris. 27. Ille vero et multo quidem calore admistus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum: earum enim quasi vapor quidam aër habendus est. Is autem existit motu ejus caloris, qui aquis continetur: quam similitudinem cernere possumus in iis aquis,[6] quæ effervescunt subditis ignibus. Jam vero reliqua quarta[7] pars[p] mundi, ea et ipsa tota natura fervida est; et ceteris naturis omnibus salutarem impertit et vitalem calorem. 28. Ex quo concluditur, cum omnes mundi partes[8] sustineantur calore, mundum etiam ipsum simili parique natura in tanta diuturnitate servari; eoque magis, quod intelligi debet, calidum

de Heindorfii conjectura Schutz. probante Moser.—3 Heindorf. conjecit *astrictus;* Schutz. de conjectura *coactus;* Dav. et Nobb. cum codd. aliquot omittunt *adjectis.*—4 Eliens. Reg. B G H M N, La. Mediol. Victor. Basil. Thuan. *esse inclusum.*—5 *Ipse aër* U. *Spem vero aër* M.—6 Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in his aquis.* Actutum, *quæ æneis eff.* cod. Ursin. Glog. Red. Paris. 3. La. ψ. *quæ eis eff.* Paris. 2. et U. *quæ in æneis* de Heindorfii conjectura Schutz. *fervescunt* nonnulli codd. Moseri. Pro *subditis*, quod servant G N, Gud. 2. *subjectis* habent Glog. Red. Paris. 3. M. *subitis* Victor. Grut.—7 Paris. 1. Gud. 2 omittunt *quarta;* M exhibet *quanta.*—8 Red. *omnes partes mundi.* Mox, *mundum et ipsum . . . eoque magis quidem intelligi.* Paris. 3.

NOTÆ

[m] *Aquilonibus*] Venti frigidi et sicci, sic dicti propter impetum vehementissimum instar aquilæ: Græce Βορέας. Flat inter septemtriones et ortum solstitialem, e regione Cauri. Plin. II. 47.

[n] *Tabescit calore*] 'Tabescere' pro liquescere dixit quoque Ovid. de Icaro, Met. VIII. 'Tabuerant ceræ.'

[o] *Maxime frigidus*] Qui potest aër natura maxime frigidus esse, et calidus tamen, non calore adventitio, ut male Stoicos excusat Lipsius, sed nativo, ut evincit hic locus.

[p] *Quarta pars*] Ignis.

Digitized by Google

illud atque igneum ita in omni fusum esse natura, ut in eo insit procreandi vis, et causa gignendi; a quo et animantia omnia, et ea, quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse, et augescere. XI. 29. Natura est igitur,[1] quæ contineat mundum omnem, eumque tueatur, et ea quidem non sine sensu atque ratione: omnem enim naturam necesse est, quæ non solitaria sit neque simplex, sed cum alio juncta atque connexa, habere aliquem in se principatum, ut in homine mentem, in bellua quiddam simile mentis, unde oriantur rerum appetitus. In arborum autem, et earum rerum quæ gignuntur e terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Græci ἡγεμονικὸν vocant;[2] quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse præstantius. Itaque necesse est,[3] illud etiam, in quo sit totius naturæ principatus, esse omnium optimum, omniumque rerum potestate dominatuque dignissimum.

30. Videmus autem,[4] in partibus mundi (nihil est enim in omni mundo, quod non pars universi sit) inesse sensum et rationem. In ea parte igitur,[5] in qua mundi inest principatus, hæc inesse necesse est, et acriora quidem atque majora. [*p.* 32.] Quocirca, sapientem esse mundum,[6] necesse est; naturamque eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere; eoque Deum esse mundum, omnemque vim mundi natura divina contineri. Atque etiam[7] mundi ille fervor, purior, pellucidior, mobi-

Cap. XI. 1 *Natura igitur* Paris. 2. 3. M. Statim, *omnem mundum* Glog. Gud. 2. M, G. *eumque tuetur* G. *eumque tutatur* E. Tum, *ratione et sensu* Glog. Paris. 2. 3. Paulo post, *alio conjuncta* G, Manut. Lamb. *in se aliquem principatum* Glog. H M. *aliquem in se principium* G. *quoddam simile menti* Glog. *menti* etiam Red. Paris. 3. Gud. 2.—2 *Græci egemini convocant* A. *in quo genere* M, Paris. 2. E. *in quocumque genere* Red. *in suo genere* Glog. *in suo quoque genere* conj. Heindorf.—3 *Ita necesse est* A B C, Paris. 1. 2. 3. E. Mox, *rerum dominatum et potestate* Thuan. *omnium rerum potestate* La.—4 *Videmus enim* I. *in mundi partibus* Red. Gud. 2. Tum, *sensum atque rationem* Glog. Paris. 1. 3. M E ψ, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—5 *In ea igitur parte* Red. Heindorf. Moser. *parte* omittit Gud. 2. *in qua mundus est* Paris. 3. M, Junt. Manut. Lamb. *in qua mundi est* U et Thuan.—6 Red. *mundum esse.* Statim, *naturam quoque eam quæ res complexa*, omisso *omnes*, La. *complexas* Paris. 2. 3. G M. Paulo post, *eoque dicendum est Deum* Glog. probante Heindorf. *mundi divina natura* Junt. Victor. Manut. Lamb.—7 *Atque*

Digitized by Google

liorque multo, ob easque causas aptior ad sensus commovendos, quam hic noster calor, quo hæc, quæ nota nobis sunt, retinentur et vigent. 31. Absurdum igitur est[8] dicere, cum homines bestiæque hoc calore teneantur, et propterea moveantur ac sentiant, mundum esse sine sensu; qui integro, et puro, et libero, eodemque acerrimo et mobilissimo, ardore teneatur; præsertim cum is ardor, qui est mundi, non agitatus ab alio, neque externo pulsu, sed per se ipse, ac sua sponte, moveatur.[9] Nam quid potest esse mundo valentius, quod pellat atque moveat calorem eum, quo ille teneatur?[10] XII. 32. Audiamus enim Platonem,[1] quasi quendam Deum philosophorum; cui duo placet esse[4] motus, unum suum, alterum externum: esse autem divinius, quod ipsum ex se sua sponte moveatur, quam quod pulsu agitetur alieno. Hunc autem motum in solis animis esse[2] ponit, ab hisque principium motus esse ductum putat. Quapropter, quoniam ex mundi ardore motus omnis oritur, is autem ardor, non alieno[3] impulsu, sed sua sponte, movetur; animus sit, necesse est. Ex quo efficitur, animantem esse mundum. Atque ex hoc quoque intelligi poterit, in eo inesse[4] intelligentiam, quod certe est mundus melior, quam ulla natura. Ut enim nulla pars corporis nostri est,[5] quæ non sit minoris quam nos-

est etiam de Bouhierii conjectura Schutz. Moser. Orell. *Atque mundi, &c.* margo Venet. 1507. Manut. *Atque etiam mundi . . . est multo* Lamb. Pauló post, *nobis nota* Red. Heindorf.—8 *Absurdum est igitur* nonnulli codd. Orell. *Absurdum est enim* Red. et Heindorf. Mox, *et sentiant* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Tum, *et libero et puro* Eliens. Reg. Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav.—9 Paris. 2. *neque extrinsecus hoc ab alio accipiat moveatur;* Paris. 3. M *neque extrinsecus ab aliquo hoc accipiat moveatur.*—10 *Nam moveri necesse est multo valentius quod pellat atque motum efficiat, quam quo ille teneatur* Paris. 2. 3. *quo illo teneatur* C.

CAP. XII. 1 *Audiamus nunc Platonem* Glog. Red. Paris. 2. 3. G, La. Mox, *cui duos* Glog. Red. A H, Gud. 2. E O U, Manut. Lamb.—2 Verb. *esse* suspectum est Ernestio et Wyttenb.—3 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *is ardor, qui non alieno.* Alii quoque codd. omittunt *autem.* 'Mihi videtur syllogismus contractus, in quo præstat *autem.*' Orell. *sua sponte moveatur* Red. Heindorf.—4 Paris. 3. Gud. 2. I *in eo esse.* Statim, *quam illa natura* Paris. 1.—5 Red.

NOTÆ

4 *Duo placet esse*] Vide dialogum, qui Phædrus inscribitur. Decem tamen Platonis motus enumerantur de Divin. lib. 1.

metipsi sumus; sic mundum universum pluris esse, necesse est, quam partem aliquam universi. Quod si ita est, sapiens sit mundus, necesse est: nam ni ita esset, hominem, qui est mundi pars,[6] quoniam rationis est particeps, pluris esse quam mundum omnem, oporteret.

33. Atque etiam si a primis inchoatisque naturis ad ultimas perfectasque volumus procedere, ad Deorum naturam perveniamus, necesse est. Primo[7] enim animadvertimus, a natura sustineri ea quæ gignantur e terra, quibus natura nihil tribuit amplius, quam ut ea alendo atque augendo tueretur. 34. Bestiis autem sensum et motum[8] dedit, et, cum quodam appetitu accessum ad res salutares, a pestiferis recessum: homini hoc amplius, quod addidit rationem, qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur. XIII. Quartus autem gradus[1] et altissimus est eorum qui natura boni sapientesque gignuntur; quibus a principio innascitur ratio recta constansque, quæ supra hominem putanda est, Deoque tribuenda, id est, mundo; in quo necesse est perfectam illam atque absolutam inesse rationem. 35. Neque enim dici potest, in ulla rerum institutione non esse[2] aliquid extremum atque perfectum. Ut enim in vite, ut in pecude,

Reg. Eliens. A B C I, Ascens. Thuan. *est corporis nostri;* Glog. et N *Ut enim nulla est pars, &c.* Paris. 3. Gud. 2. M omittunt *est.* Actutum, *quæ non minoris sit* codd. aliquot, Dav. Lall. Orell. *quæ non minor sit* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *quæ non sit minor* Manut. Lamb.—6 A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. *quia esset mundi pars;* G a m. sec. et Victor. etiam *esset.* Mox, *rationis esset* A I M N, Paris. 2. 3.—7 *Prima* B C H N, Paris. 1. Gud. 2. E U, Thuan. *Primo enim animi, quos habemus, a natura sustinent ea* Paris. 2. 3. M. *Primo enim a natura animadvertimus, &c.* Red. *ea a natura sustineri* Paris. 1. Actutum, pro *gignantur,* quod servant Reg. A B C G, Paris. 1. 2. 3. E U, Mediol. Ascens. Victor. Junt. Dav. *gignuntur* G a m. sec. Gud. 2. ψ, alii codd. Manut. Lamb. Schutz. *e terra* omittunt Paris. 2. 3. M. *quibus naturis* Gud. 2. Tum, *quam ut alendo* Glog. Paris. 1. 2. M.—8 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *et sensum et motum.* Statim, *a pestiferisque* Heindorf. e Glog. *homini hoc amplius* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. *tum contenderentur* Lamb. in ed. 1566. ipse postea improbavit.

Cap. XIII. 1 *Quartus autem gradus est* B C N, Glog. Red. *Quartus autem est gradus* G H I M K. Statim, *est* omittunt Manut. Lamb. Pro *putanda* Ernesti suspic. *ponenda.*—2 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Dav. Moser. *in illa r. i. non esse* edd. Ascens. Lips. et Orell. *in nulla institutione esse* Victor. *in universa r. i. non esse* e margine Glog. Heindorf. et

Digitized by Google

(nisi quæ vis obstitit)[3] videmus naturam suo quodam itinere ad ultimum pervenire; atque, ut pictura, et fabrica, ceteræque artes, habent quendam absoluti operis effectum; sic, in omni natura, ac multo etiam magis, necesse est absolvi aliquid ac perfici. Etenim ceteris naturis multa externa, quo minus perficiantur, possunt obsistere: universam autem naturam nulla res potest impedire; propterea quod omnes naturas ipsa cohibet et continet. Quocirca necesse est, esse quartum illum[4] et altissimum gradum, quo nulla vis possit accedere. 36. [*p.* 33.] Is autem est gradus,[5] [1] in quo rerum omnium natura ponitur: quæ quoniam talis est, ut præsit omnibus, et eam nulla res possit impedire, necesse est, intelligentem esse mundum, et quidem etiam sapientem. Quid autem est[6] inscitius, quam eam naturam, quæ omnes res sit complexa, non optimam dici; aut, cum sit optima, non primum animantem esse, deinde rationis et consilii compotem, postremo sapientem? qui enim potest aliter esse[7] optima? Neque enim, si stirpium similis sit, aut etiam bestiarum, optima putanda sit potius, quam deterrima: nec vero, si rationis particeps sit, nec sit tamen a principio sapiens, non sit deterior mundi potius, quam humana conditio. Homo enim sapiens fieri potest: mundus autem, si in æterno præteriti temporis spatio fuit insipiens, nunquam profecto sapientiam consequetur: ita erit homine deterior. Quod quoniam absurdum est, et sapiens a principio mundus, et Deus, habendus est. 37. Neque enim est quicquam aliud præter mundum, cui nihil[8] ab-

Schutz.—3 Duo codd. Moseri *officit*.—4 Margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *illum quartum*. Pro *accedere* codd. aliquot, Victor. Lamb. habent *accidere*.—5 *Is autem gradus est* Manut. Lamb. *Is est autem gradus* de Heindorfii conjectura Schutz. et Moser. Mox, *et ut præsit* Glog. Red. Paris. 1. 2. 3. I O E, Gud. 2. Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell.—6 *Quid est autem* Schutz. et Moser. *est* delendum videtur Beiero ad Offic. tom. II. p. 104. Statim, *quam aut eam* Glog. Red. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—7 Heindorf. e Glog. et Orell. *aliter potest esse*. Paulo post, *neque vero* Lamb. *potius* post *mundi* deest in Pal. 1.—8 A C G M, Gud. 2. E U, Paris. 2. 3. *quo nihil*.

NOTÆ

[1] *Is autem est gradus*] Doctrinam hanc de mundi anima habet totam Plato, et huc ex eo fonte translata est.

Digitized by Google

sit, quodque undique aptum[s] atque perfectum expletumque sit omnibus suis numeris[t] et partibus. XIV. Scite enim[1] Chrysippus, ut, clypei causa,[u] involucrum; vaginam autem, gladii; sic, præter mundum, cetera omnia aliorum causa esse generata, ut eas fruges atque fructus quos terra gignit, animantium causa; animantes autem, hominum; ut equum, vehendi causa; arandi, bovem; venandi et custodiendi, canem. Ipse autem homo[2] ortus est ad mundum contemplandum et imitandum, nullo modo perfectus; sed est quædam particula perfecti. 38. Sed mundus, quoniam omnia complexus est, nec est[3] quicquam quod non insit in eo, perfectus undique est. Quid igitur[4] potest ei deesse, quod est optimum? Nihil autem est[5] mente et ratione melius: ergo hæc mundo deesse non possunt. Bene igitur idem Chrysippus, qui, similitudines adjungens, omnia in perfectis et maturis docet esse meliora, ut in equo quam in equulo,[6] in cane quam in catulo, in viro quam in puero; item, quod in omni mundo optimum sit, id in perfecto aliquo atque absoluto esse debere. 39. Est autem nihil mundo[7] perfectius; nihil virtute melius: igitur mundi est

CAP. XIV. 1 *Sicut enim* M. *Sic enim* Paris. 2. *Sic etenim* Paris. 3. Paulo post, *gignat* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—2 *Ipse autem homo, qui* Red. Heindorf. Pro *imitandum* Eliens. 1 habet *mirandum*. *Tum est* omittunt Manut. Lamb.—3 Heindorf. e Glog. item Schutz. Moser. Orell. *neque enim est*; Victor. *neque est*; A C G K, Paris. 2. E habent etiam *neque*. Mox, *non sit in eo* I K M, Paris. 2.—4 *Quid ergo* Reg. U. *ei deesse id* B C H I M N, Paris. 2. 3. E, Glog. Heindorf. Moser. Schutz. *quod optimum est* Glog. Heindorf. Schutz.—5 *Nihil est autem* codex unus Moseri, Schutz. Moser. Orell. uti conj. Heindorf.—6 Codd. aliquot, Ascens. Lamb. Heindorf. Schutz. *equuleo*; alii codd. *eculeo*. Mox, pro *item* Manut. habet *jam*.—7 Glog.

NOTÆ

[s] *Undique aptum*] Aptum hic in propria significatione usurpatum est; aptum enim proprie id est, quod bene compactum, a vetere indicativo, 'apio' vel 'apo.' Eodem sensu dictum in Orat. 'Facilius est apta dissolvere quam dissipata connectere.' Et Catull. Carm. XXVIII. 2. 'Aptis sarcinulis et expeditis.'

[t] *Suis numeris*] Locutio, ut opinor, profecta a Pythagoricis, qui numeris numerorumque harmonia omnia generari et componi docuerunt.

[u] *Clypei causa*] De eadem Chrysippi doctrina, de Fin. lib. III. habetur prolixius. Clypeos involucris tegebant, ne situ et rubigine fœdarentur: splendorem enim armorum ad terrorem hostium conferre putabant. Veget. II. 14.

Digitized by Google

propria virtus. Nec vero hominis natura perfecta est: et efficitur tamen in homine virtus: quanto igitur in mundo facilius! Est ergo in eo virtus: sapiens est igitur,[8] et propterea Deus.

XV. Atque, hac mundi divinitate perspecta,[1] tribuenda est sideribus eadem divinitas;[x] quæ ex mobilissima purissimaque ætheris parte gignuntur; neque ulla præterea sunt admista natura, totaque sunt calida atque pellucida; ut ea quoque rectissime et animantia esse, et sentire atque intelligere, dicantur. 40. Atque ea quidem tota esse ignea,[y] duorum sensuum testimonio confirmari Cleanthes putat, tactus, et oculorum.[z] Nam solis candor[2] illustrior est, quam ullius ignis, quippe qui immenso mundo tam longe lateque colluceat: et is ejus tactus est, non ut tepefaciat solum, sed etiam sæpe comburat: quorum neutrum faceret, nisi esset igneus.[3] Ergo, inquit, cum sol igneus sit, Oceanique alatur humoribus[a] (quia nullus[4] ignis sine pastu

Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orelli. *mundo nihil.*—8 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. *igitur est.*

CAP. XV. 1 Ita Reg. Eliens. 1. 2. Cantab. U, Mediol. Bonon. 1494. *perfecta* codd. aliquot et Grut. Mox, *quæ ex nobilissima* Vrat. G, Paris. 2. 3. La. K, margo Venet. 1507. Lamb. *quæ quia ex mob... perlucida: ea quoque dicuntur* conj. Heindorf. non improbante Moser. Tum, *neque ulla præterea admixta natura tota sunt* suspic. Tenneman.—2 A B C G H I K M N, Gud. 2. E O, Paris. 3. *calor et candor;* Glog. *ardor et candor;* Red. *ardor et calor.* Statim, *est* omittunt codd. aliquot, Manut. Grut. Pro *ullius*, quod servant C M, Paris. 1. Gud. 2. Dav. seqq. *ullus* exhibet margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *qui in immenso* Reg. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Deinde, *ut non tepefaciat* codd. aliquot et Victor.—3 Red. *nisi esset ignis.*—4 Codex unus Oxon. *et nullus.* Idem cod. et K *sine aliquo pastu permanere possit.* Tum, *aut similis* Dav. *ad* ante *victum* omittunt Eliens. 1. Reg. G H M N,

NOTÆ

[x] *Eadem divinitas*] Ante Stoicos solis lunæque divinitatem docuerat Pythagoras et Hermes Trismegistus.

[y] *Tota esse ignea*] Mirum quam diversæ sint veterum de natura stellarum sententiæ. Thales, Anaximander, Anaximenes, igneas quidem, sed nonnihil terræ admixtum esse voluerunt; Xenophanes, nubes ignitas, quæ, quasi exstinctæ interdiu, noctu carbonum more reviviscerent; Stoici, purum ignem; Democritus, solem ferrum saxumve ignitum.

[z] *Tactus, et oculorum*] Tactus, quo calor sentitur; oculorum, quibus lumen cernitur.

[a] *Alatur humoribus*] Solem Oceani, lunam potabilium aquarum vaporibus nutriri, opinio fuit Stoicis com-

Digitized by Google

aliquo possit permanere); necesse est, aut ei similis sit igni quem adhibemus ad usum atque ad victum, aut ei qui corporibus animantium continetur. 41. Atque[5] hic noster ignis, quem usus vitæ requirit, confector est et consumtor omnium; idemque, quocumque invasit, cuncta disturbat ac dissipat. [*p.* 34.] Contra, ille corporeus, vitalis et salutaris,[b] omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. Negat ergo esse dubium, horum ignium sol utri similis sit, cum is quoque efficiat ut omnia floreant, et in suo quæque genere[6] pubescant. Quare, cum solis ignis similis eorum ignium sit qui sunt in corporibus animantium; solem quoque animantem esse oportet, et quidem reliqua astra, quæ oriantur in ardore cœlesti, qui æther, vel cœlum,[c] nominatur. 42. Cum igitur[7] aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum; absurdum esse Aristoteli[d] videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sidera autem æthereum locum obtinent; qui quoniam tenuissimus est, et semper agitatur et viget; necesse est, quod animal in eo gignatur, id et sensu[8] acerrimo, et mobilitate celerrima esse. Quare, cum in æthere astra gignantur, consentaneum est, in iis[9] sensum inesse et intelligentiam;

Gud. 2. Paris. 2. 3. E, Dav.—5 *Atqui* Red. Heindorf. Moser. Nobb. Orell.—6 Red. Heindorf. *in suo quoque genere.*—7 *Cum enim* Reg. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *ad gignenda animantia* A B C H I N, Gud. 2. E U, Paris. 2. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. *ad gignendum animantia* Paris. 3.—8 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Junt. *idemque sensu;* Manut. *idem et sensu;* Lamb. *idem quoque sensu.* Mox, *celeberrima esse* Paris. 2. 3.—9 A B C G H I N, Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in his.* Statim, *esse dicenda* Paris. 3. *esse ponenda* M.

NOTÆ

munis cum Anacreonte, Seneca, Macrobio.

[b] *Et salutaris*] Et ideo sub Æsculapii nomine colebatur. Æsculapius enim est vis salubris de substantia solis, subveniens animis corporibusque mortalium. Macrob. Sat. I. 20.

[c] *Vel cœlum*] Vel a cælando dictum, quasi sideribus cælatum; vel a celando, per antiphrasim, quod minime celetur; vel quod interdiu celetur, noctu appareat; vel a voce Græca, κοῖλον.

[d] *Aristoteli*] Dubito equidem an ea fuerit opinio Aristotelis, quippe qui in Metaph. docet cœlum ingenitum esse, et divinum quoddam animal.

Digitized by Google

ex quo efficitur, in Deorum numero astra esse ducenda. XVI. Etenim licet videre acutiora ingenia, et ad intelligendum aptiora, eorum qui terras incolant eas in quibus aër sit purus ac tenuis, quam illorum qui utantur crasso cœlo atque concreto. 43. Quinetiam, cibo quo [1] utare, interesse aliquid ad mentis aciem putant. Probabile est igitur, præstantem intelligentiam in sideribus esse, quæ et ætheream mundi partem incolant,[2] et marinis terrenisque humoribus, longo intervallo extenuatis, alantur. Sensum autem astrorum atque intelligentiam maxime declarat ordo eorum, atque constantia; nihil est enim, quod ratione et numero moveri possit sine consilio, in quo nihil est temerarium, nihil varium, nihil fortuitum. Ordo autem siderum, et in omni æternitate constantia, neque naturam [3] significat (est enim plena rationis), neque fortunam, quæ, amica varietati, constantiam respuit. Sequitur ergo, ut ipsa sua sponte, suo sensu ac divinitate, moveantur. 44. Nec vero Aristoteles non laudandus in eo,[a] quod omnia, quæ moventur, aut natura moveri censuit, aut vi, aut voluntate; moveri autem solem, et lunam, et sidera omnia: quæ autem natura moverentur, hæc aut pondere deorsum, aut levitate in sublime,[4] ferri; quorum neutrum astris contingere, propterea quod eorum motus in orbem circumferretur. Nec vero dici potest, vi quadam majore fieri, ut contra naturam astra moveantur: quæ enim [5] potest major esse? Restat igitur, ut motus astrorum sit voluntarius: quæ qui videat,

CAP. XVI. 1 Lamb. *quo cibo.*—2 Glog. Red. Heindorf. *partem incolant mundi;* A B C K, Gud. 2. Victor. *partem mundi incolant;* I *partem mundi incolat.*—3 Markland. conj. *temeritatem.* Statim, *expers rationis* conj. Lamb. *aliena rationis* suspic. Kindervater.—4 Moser. ex uno codice *aut levitate sublime,* uti volebat Heindorf. et sic Orell. Mox, *contingere* est de conjectura Ernestii; *contingeret* habent codd. et reliquæ edd. Tum, *circumque ferretur* G H M N, Junt. Victor. Dav. Orell. *circumque fertur* Paris. 1. Gud. 2. *circumquaque ferretur* Glog. Red. Paris. 3. La. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. —5 *Quæ enim vis* Lamb. *potest esse major* Red. Heindorf. Schutz. Moser.

NOTÆ

[a] *Non laudandus in eo*] An mundum animatum esse senserit Aristoteles, nonnulli dubitant. Dubia res non esset, si librum de cœlo Aristotelis esse constaret.

Digitized by Google

non indocte solum, verum etiam impie faciat, si Deos esse neget. Nec sane multum interest, utrum id neget, an eos omni procuratione atque actione privet: mihi enim, qui nihil agit, esse omnino non videtur. Esse igitur Deos ita perspicuum est, ut, id qui neget, vix eum sanæ mentis[6] existimem. XVII. 45. Restat,[1] ut, qualis eorum natura sit, consideremus: in quo nihil est difficilius, quam a consuetudine oculorum aciem mentis abducere. Ea difficultas induxit et vulgo imperitos, et similes philosophos[f] imperitorum, ut, nisi figuris hominum constitutis, nihil possent de Diis immortalibus cogitare. Cujus opinionis levitas, confutata a Cotta,[g] non desiderat orationem meam. Sed, cum talem esse Deum certa notione animi[2] præsentiamus, primum, ut sit animans, deinde, ut in omni natura nihil eo sit præstantius; ad hanc præsensionem notionemque nostram, nihil video, quod potius accommodem, [*p.* 35.] quam ut primum hunc ipsum mundum, quo nihil fieri excellentius potest, animantem esse et Deum judicem. 46. Hic, quam volet, Epicurus jocetur,[h] homo non aptissimus ad jocandum, minimeque respiciens[3] patriam;[i] et dicat, se non posse intelligere, qualis sit volubilis et rotundus Deus: tamen ex hoc, quod ipse etiam probat, nunquam me movebit. Placet enim illi esse Deos, quia necesse sit præstan-

Nobb. Orell.—6 Glog. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *sanæ esse mentis;* A, Thuan. *sane mentis.*

CAP. XVII. 1 *Sane restat* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *Restat sane* Red. et Lamb.—2 Codd. aliquot Lambini *ratione animi.* Mox, *ad hanc præsensionem prænotionemque* Glog. Heindorf. Schutz. Deinde, *excellentius fieri* Reg. Eliens. 1. 2. A B C I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *quo excellentius nihil fieri potest, animantem et, &c.* omisso *esse*, G.—3 Ita plurimi codd. et edd. *resipiens* e uno cod. Ursin. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *ipse etiam* A B C H I, Gud. 2. Paris. 1. Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Victor.

NOTÆ

[f] *Similes philosophos*] Epicureos, quos, in Tusc. lib. III. 'genus hominum minime malitiosum' vocat.

[g] *A Cotta*] Libro superiore.

[h] *Epicurus jocetur*] Qui Stoicorum Deos volubiles rotundosque, suos pellucidos ac perflabiles, per jocum dicere solebat.

[i] *Respiciens patriam*] Athenas, cujus sales minime sapiebat Epicurus.

Digitized by Google

tem esse aliquam naturam,[4] qua nihil sit melius. Mundo autem certe nihil est melius. Nec dubium, quin, quod animans sit, habeatque sensum, et rationem, et mentem, id sit melius, quam id[5] quod his careat. 47. Ita efficitur, animantem, sensus, mentis, rationis mundum esse compotem:[6] qua ratione, Deum esse mundum, concluditur. Sed hæc paulo post facilius cognoscentur ex iis[7] rebus ipsis, quas mundus efficit. XVIII. Interea, Vellei, noli, quæso, præ te ferre, vos plane[1] expertes esse doctrinæ. Conum tibi, ais,[k] et cylindrum, et pyramidem[2] pulchriorem, quam sphæram, videri. Novum etiam oculorum[l] judicium habetis. Sed sint ista pulchriora,[3] duntaxat aspectu; quod mihi tamen ipsum non videtur: quid enim pulchrius[m] ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis, potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?[4] Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis,[n] globus, (sic enim σφαῖραν interpretari placet) ex planis autem, circulus aut orbis (qui κύκλος Græce dicitur); his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter

Dav. Orell.—4 Manut. et Lamb. *aliquam esse naturam.*—5 Voc. *id* suspectum est Ernestio. Statim, *quod iis careat* Victor.—6 Ita codd. fere omnes et plurimæ edd. *rationis compotem esse mundum* G, Moser. et Orell. uti volebat Dav. *animantem esse mundum, et sensus, mentis, rationis compotem* de Heindorfii sententia Schutz.—7 Junt. Victor. Dav. *ex his.*

CAP. XVIII. 1 Glog. Red. Grut. *nos plane.* Actutum, *expertos* E U.—2 Walker. conj. *vel cylindrum, vel pyramidem.*—3 Red. Glog. M *pulchriora ista;* G *pulchriorem esse quam.* Mox, *quid enim est pulchrius* Glog. Red. *quid est enim pulchrius* Heindorf. Schutz.—4 Codd. aliquot et Junt. *laciniosum.* Statim, *formæ præstantissimæ sint* Nonius v. 38. Pro *circulus* idem habet

NOTÆ

[k] *Conum tibi ais*] Conus est figura rotunda in acutum apicem desinens; cylindrus oblonga et rotunda; pyramis quadrata, ex basi paulatim in acumen assurgens; sphæra solida et rotunda.

[l] *Novum oculorum*] Hactenus enim oculorum judicium fuit, figuram rotundam esse omnium pulcherrimam.

[m] *Quid enim pulchrius*] Habetur hæc eadem figuræ sphæricæ commendatio in lib. de Universitate, et hic et ibi translata Timæo Platonis.

[n] *Ex solidis*] Solida geometræ dicunt quæ trinam habent dimensionem, longitudinem, latitudinem, profunditatem: plana quæ geminam, longitudinem et latitudinem.

Digitized by Google

se simillimæ, a medioque tantum absit extremum, quantum idem a summo;[5] quo nihil fieri potest aptius. 48. Sed, si hæc[6] non videtis, quia nunquam eruditum illum pulverem[o] attigistis; ne hoc quidem physici[p] intelligere potuistis, hanc æqualitatem motus, constantiamque ordinum, in alia figura non potuisse servari? Itaque nihil potest esse indoctius,[7][q] quam quod a vobis affirmari solet. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis: nam posse fieri,[8] ut sit alia figura; innumerabilesque mundos, alios aliarum esse formarum. 49. Quæ, si, bis bina quot[9] essent, didicisset Epicurus, certe non diceret. Sed, dum palato,[10] quid sit optimum, judicat, cœli palatum[r] (ut ait Ennius) non suspexit. XIX. Nam, cum duo sint genera siderum, quorum alterum, spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium

circus, quod verum videtur Orellio.—5 Dav. conj. *quantum medium a summo:* receperunt Heindorf. Schutz. Nobb. Hæc verba desunt in A B C H I M N, La. Paris. 1. 2. 3. *quo nihil potest fieri ineptius* Red.—6 *Sed si hoc* Glog. Red. E U, Ascens. Thuan. Mox, *anne hoc physici quidem* Junt. Manut. *an ne hoc quidem physici* codd. aliquot, etiam Red. G, Gud. 2. E O U ψ, Lamb. Heindorf. Moser. Orell. *in te intelligere,* omisso *potuistis,* Paris. 2. *potuisti* E. *æquabilitatem* Red. Heindorf. Schutz. Orell. uti volebat Dav.—7 N M, Paris. 2. *potest indoctius,* omisso *esse.* Statim, *a nobis* E, Paris. 3.—8 M, Glog. Paris. 2. 3. *nam posse esse;* E *nam posset fieri.* Deinde, *ut alia sit figura* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—9 Ita A B C M, Gud. 2. Paris. 3. O ψ. *bis bina quidem* Paris. 1. I E. *bis bina quid* alii codd. ap. Moser. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Statim, *didicissent* M, Paris. 3.—10 *Sed dum Plato* H M, Paris. 2. 3. *optimum sit* M, Glog. *dicat* pro *judicat* E. *cæli palatium* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb.

NOTÆ

[o] *Illum pulverem*] Matheseos studia intellige, quod illius artis magistri figuras suas in pulvere describere consuevissent. Sic in pulvere dum quædam describit Archimedes, occisus est, de Fin. lib. v. Illius pulveris meminimus Tuscul. lib. v. et Pers. Sat. I. 'Nec qui abaco numeros et secto in pulvere metas Scit risisse vafer.'

[p] *Physici*] Physicos ironice vocat Epicureos, quod physices omnino rudes essent, ut dictum lib. I.

[q] *Esse indoctius*] Quanquam multi haud sane indocti negarunt mundum esse rotundum. Alii figuram ovi habere, teste Macrob. VII. c. ult. alii literæ ω similem, auctore Plut. in Sympos. alii pineæ nuci. Lactant. v. 24. eos ridet qui cœlum rotundum esse senserunt.

[r] *Cœli palatum*] Forte *palatium;* si enim in voce jocari placuit, perinde jocus est in 'palatio,' ac in 'palato,' quæ vox Latina non est pro domo splendida.

Digitized by Google

inflectat;[a] alterum autem continuas conversiones duas[1] iisdem spatiis cursibusque conficiat; ex utraque re et mundi volubilitas (quæ, nisi in globosa forma, esse non posset), et stellarum rotundi ambitus,[t] cognoscuntur: primusque sol, qui astrorum obtinet[2] principatum, ita movetur, ut, cum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis ex partibus, opacet. Ipsa enim umbra terræ, soli officiens,[3] noctem efficit: nocturnorum autem spatiorum eadem est æquabilitas,[u] quæ diurnorum; ejusdemque solis tum accessus modici, tum recessus, et frigoris et caloris modum temperant. Circuitus enim solis orbium V et LX et CCC,[4] quarta fere diei parte addita,[x] conversionem conficiunt annuam: inflectens autem sol cursum, tum ad septemtriones, tum ad meridiem, æstates et hyemes efficit, et ea duo tempora, quorum alterum hyemi senescenti[y] adjunctum est,

CAP. XIX. 1 Glog. Red. La. *conversiones non;* G, Eliens. U *continua conversione sui;* Paris. 1. a m. sec. *continuas conversiones suas;* M et Paris. 2. omittunt *duas.* Mox, *et ex utraque re* Paris. 2. 3. *ex utroque* conj. Walker. probante Heindorf. *quæ nisi globosa* Glog. *esse non potest* M, et Paris. 2. 3. Deinde, *rotundi habitus cogn.* Paris. 2. 3.—2 A B C G I M N, Gud. 2. E O ψ, Paris. 1. 2. 3. Glog. Victor. Orell. *tenet.* Statim, *illis partibus* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—3 Heindorf. et Schutz. de Gesneri conjectura *efficientis;* Moser. suspic. *ipsa enim umbra terra s. officiens.* Pro *æquabilitas* codex unus Oxon. et Lamb. habent *æqualitas.*—4 Ita plerique codd. Junt. Dav. seqq. *orbium V defectibus et LX et CCC* margo Venet. 1507. Victor. Manut. *orbium V diebus et LX et CCC* Reg. Lamb. in ed. 1566. Lall. uti ex uno codice volebat Manut. Mox, *cum ad septemtriones* Venet.

NOTÆ

[s] *Vestigium inflectat*] Multi veterum ignoravere, stellis quoque, quæ fixæ dicuntur, suum esse motum, communi totius cœli motui oppositum, qualis est motus solis annuus, diurno ejusdem motui oppositus.

[t] *Rotundi ambitus*] Quod Cicero 'ambitum' stellarum, Plinius 'iter' vocat, Plato περίοδον.

[u] *Est æquabilitas*] Locum sic interpretatur L'Escalopier: Dies noctesque æquales esse, quia videlicet noctes hyeme recuperant, quod æstate deperdunt; adeoque pro æquabilitate æqualitatem supplet. Ego vero lectionem vulgarem probo, sensumque esse hunc puto: Noctium inter se æquabilitatem esse, ut est dierum inter se.

[x] *Diei parte addita*] Eam ob causam dies intercalaris quarto quoque anno additur, ut temporum ratio solis itineri congruat. Plin. II. 8. Qui annus bissextilis dicitur, quod eo anno bis numeretur VI Kal. Martii. Censorin. de Die Natali, c. 17.

[y] *Hyemi senescenti*] Notum est anni tempestates cum ætatibus hominis conferri: pueritiam cum vere, ubi

Digitized by Google

alterum æstati. [*p.* 36.] Ita, ex quatuor temporum mutationibus, omnium, quæ terra marique gignuntur, initia causæque ducuntur. 50. Jam solis annuos cursus spatiis menstruis luna consequitur; cujus tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus[5] autem longissimus quisque plenissimum. Neque solum ejus species ac forma mutatur, tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo, sed etiam regio,[a] quæ tum est aquilonaris,[6] tum australis. In lunæ quoque cursu est et brumæ quædam[a] et solstitii similitudo: multaque ab ea manant et fluunt, quibus et animantes alantur augescantque; et pubescant, maturitatemque assequantur, quæ oriuntur e terra. XX. 51. Maxime vero sunt admirabiles[1] motus earum quinque stellarum, quæ falso vocantur errantes:[b] nihil enim errat, quod in omni æternitate conservat progressus et regressus, reliquosque motus, constantes et ratos. Quod eo est admirabilius in his stellis, quas dicimus, quia tum occultantur,[c] tum rursus aperiuntur, tum adeunt,[2] tum rece-

1507. Victor. Tum *senescenti hyemi* G. *est adjunctum* Glog.—5 Lamb. *degressus*.—6 Ita Ascens. Victor. Lamb. Moser. Orell. *aquilonia* Glog. Heindorf. Schutz. Orell. *aquilonalis* Reg. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *aquilenta* codd. aliquot, Jac. Gronov. Dav. *aut australis* A B C G H I, Paris. 1. 2. 3.

Cap. xx. 1 Gud. 2. margo Venet. 1507. Hervag. Thuan. Junt. Manut. Lamb. *admirabiles sunt*.—2 Ita cum aliquot codd. Dav. seqq. Cf. Arntzen.

NOTÆ

omnia in herba sunt, spe adhuc latente; juventutem cum æstate, quæ flores jam habet, et spem pleniorem; virilem ætatem cum autumno, cum fructus maturescunt; senectutem cum hyeme, propter canos et frigus.

[a] *Sed etiam regio*] Ea a mathematicis latitudo vocatur, estque discessus ab ecliptica seu media zodiaci linea: ab ea autem nunquam luna discedit plus quam quinque gradibus. Si ad Aquilonem, Septemtrionalis dicitur; Meridionalis, si ad Austrum.

[a] *Brumæ quædam*] Bruma est tempus solstitii hyberni. Solstitium autem hybernum est, cum sol in signo Capricorni versatur, seu in tropico, quod tunc parum videatur ad zodiacum accedere aut ab eo discedere, adeoque stare. Ita luna cum suos quasi tropicos habeat, quos cum attigerit, stare videatur, solstitiorum brumæque similitudinem habet.

[b] *Vocantur errantes*] Non quod incertus vagusque sit cursus, sed quod ambagibus plurimis ferantur, cum reliquorum siderum simplicissimi cursus sint.

[c] *Tum occultantur*] Dicuntur occultari, cum ad solem ita accedunt,

Digitized by Google

dunt,[d] tum antecedunt, tum subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius, tum omnino ne moventur quidem, sed ad quoddam tempus insistunt. Quarum ex disparibus motionibus magnum annum[e] mathematici nominaverunt, qui tum efficitur, cum solis, et lunæ, et quinque errantium, ad eandem inter se comparationem,[3] confectis omnium spatiis, est facta conversio. 52. Quæ quam longa sit, magna quæstio est;[4] esse vero certam et definitam, necesse est. Nam ea, quæ[5] Saturni stella dicitur, φαίνωνque[6][f] a Græcis nominatur, quæ a terra abest plurimum, XXX fere annis cursum suum conficit: in quo cursu, multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum vespertinis temporibus delitescendo, tum matutinis rursum se aperiendo, nihil immutat sempiternis sæculorum ætatibus, quin eadem iisdem temporibus efficiat. Infra autem hanc, propius a terra, Jovis stella fertur, quæ φαέθων[g] dicitur; eaque eundem XII signorum orbem annis XII conficit; easdemque, quas Saturni stella, efficit in cursu varietates.

ad Plin. Paneg. p. 8. *tum abeunt* A B C G H I K L M N, et edd. fere omnes ante Dav. *tum obeunt* Ascens. *tum abeunt a sole, tum accedunt* conj. Heindorf. Pro *antecedunt* Lamb. habet *accedunt*. Actutum, *tum autem subsequuntur* Eliens. 1. 2. U, Mediol. Victor. Ascens. Junt. Dav. *autem* non agnoscunt Glog. Red. B G M N, Paris. 3. O ψ.—3 Eliens. 1. Dav. Lall. *compositionem*; sed vulg. servant omnes omnino codd. Moseri. *omnibus spatiis* E.—4 Glog. Paris. 2. 3. Heindorf. Moser. *magna est quæstio*; M *quæ quam magna sit, longa est quæstio*; Red. *est magna quæstio*. Mox, *diffinitam* A I G.—5 *Nam quæ*, omisso *ea*, Gud. 2.—6 Lamb. *φαίνων quæ*; Paris. 2. 3. *fænonque*; G *Fanonque*, M *ferionque*; Thuan. *Phenonque*; A *fenonque*. Mox, pro *retardando*

NOTÆ

ut ejus lumine obscurentur; aperiri, cum ab eodem recedunt, et videri incipiunt. Astronomi ortum occasumque Heliacum appellant.

[d] *Tum recedunt*] 'Concitatos' astronomi vocant, quos Cicero ait abire; 'retrogrados,' quos ille recedere. De variis astrorum motibus vide Plin. II. 16. et 17.

[e] *Magnum annum*] De illo consule de Rep. lib. VI.

[f] *Φαίνωνque*] Saturnus Græce, cum pro Deo temporis sumitur, Κρόνος· cum pro planeta, Φαίνων dicitur, non *splendens*, ut aliqui male, cum sit hebetissimi luminis, sed *apparens*, quod minime omnium sub radiis solis versetur, diutiusque proinde videatur. Ea nomina a Platone ex Ægypto et Syria invecta sunt.

[g] *Φαέθων*] A φάω, *fulgeo*, ob splendorem ita dictus a Platone in Timæo, et Capella, lib. VIII. a Græcis Ζεὺς, ab Ægyptiis Osiris stella.

Digitized by Google

53. Huic autem proxime[7] inferiorem orbem tenet πυρόεις,[h] quæ stella Martis appellatur; eaque IIII et XX mensibus, VI, ut opinor, diebus minus, eundem lustrat orbem, quem duæ superiores. Infra hanc autem[8] stella Mercurii[i] est. Ea στίλβων[k] appellatur a Græcis; quæ, anno fere vertente, signiferum lustrat orbem,[a] neque a sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens. Infima est quinque errantium, terræque proxima, stella Veneris:[9] φωσφόρος[l] Græce, Lucifer Latine dicitur, cum antegreditur solem; cum subsequitur autem, Hesperos.[m] Ea cursum anno conficit, et latitudinem lustrans signiferi orbis, et longitudinem[10] (quod idem faciunt stellæ

[a] *Quæ, intra unius ferme anni spatium, circulum zodiaci evolvit.*

Lamb. habet *retro eundo*. Tum, *delitiscendo* Victor.—7 Ita de Walkeri suspicione edidit Ernesti; *Huic autem proximum* codd. fere omnes et edd. ante Ernesti: *Huic qui proximum* Glog. *Hinc aute mproximum* Paris. 2. 3. Thuan. *proximum* deest in M. Mox, *tenent . . . Mars* E. *tenet stella Martis, quæ πυρόεις appellatur* conj. Walker.—8 Ita margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *Infra autem hanc* Junt. Victor. Dav. Orell.—9 *Veneris, quæ* codd. omnes et edd. ante Ernesti, qui de conjectura sua delevit *τὸ quæ*, eumque secuti sunt Schutz. et Nobb. Mox, *Latine dicitur Lucifer* ex uno cod. Moser. et Orell. *Latine Lucifer dicitur* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *Lucifer dicitur Latine* Paris. 1. *appellatur* pro *dicitur* Gud. 2. *tum subsequitur solem* E. *aut* pro *autem* Paris. 3. *cum subs. autem, Græce* Ἕσπερος, *Latine Vesper* Lamb. *cum subs. Vesper Latine, Græce* Ἕσπερος conj. Heindorf. *Hesperus* Heindorf. Schutz. Moser.—10 Gud. 2 omittit *lustrans s. o. et longitudinem*.

NOTÆ

[h] Πυρόεις] Id est, *igneæ et candentis naturæ*, deductum ab *πῦρ*, *ignis*.

[i] *Stella Mercurii*] De situ et ordine trium superiorum planetarum consentiunt omnes ferme veteres recentioresque; at de Sole, Mercurio, Venere, et Luna, variæ sunt opiniones, quarum hic schema habeto: Ptolemæi: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Venus, 6. Mercurius, 7. Luna.—Plut. Plac. Phil. II. 32. 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5. Mercurius, 6. Venus, 7. Luna.—Platonis et Ægyptiorum: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Venus, 5. Mercurius, 6. Sol, 7. Luna.—Aristotelis, Procli: 1. Saturnus, 2. Jupiter, 3. Mars, 4. Mercurius, 5. Venus, 6. Sol, 7. Luna.—Anaximandri, Metrodori, Cleanthis: 1. Sol, 2. Luna, 3. Saturnus, 4. Jupiter, 5. Mars, 6. Venus, 7. Mercurius.

[k] Στίλβων] *Micans*.

[l] Φωσφόρος] A *φέρειν*, *ferre*, *φῶς*, *lumen*. Platon. Ἑωσφόρος, *Auroram ferens*, dicitur.

[m] *Hesperos* [Ἕσπερος] Latine *Vesper*, per digamma Græcum, dictus est: sic ab *ἕνετος*, Venetus; Velinus lacus ab *ἕλος*, quæ vox *paludem* sonat.

Digitized by Google

superiores); neque unquam ab sole duorum signorum intervallo longius discedit,[a] tum antecedens, tum subsequens. XXI. 54. Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni æternitate convenientiam[1] temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Quæ cum in sideribus inesse videamus, non possumus ea ipsa non in Deorum numero reponere.[2] Nec vero stellæ eæ,[3] quæ inerrantes[b] vocantur, non significant eandem mentem atque prudentiam; quarum est quotidiana, conveniens, constansque conversio: nec habent æthereos cursus, neque cœlo inhærentes, ut plerique dicunt physicæ rationis ignari. Non est enim ætheris ea natura, ut vi sua stellas complexa contorqueat. Nam, tenuis ac perlucens, et æquabili calore suffusus, æther non satis aptus ad stellas continendas videtur. 55. [*p.* 37.] Habent igitur[4] suam sphæram stellæ inerrantes, ab ætherea conjunctione secretam et liberam. Earum autem perennes cursus atque perpetui, cum admirabili incredibilique constantia, declarant in his vim et mentem esse[5] divinam; ut, hæc ipsa qui non sentiat Deorum vim habere, is nihil omnino sensurus esse videatur. 56. Nulla igitur in cœlo nec fortuna, nec temeritas,[6] nec erratio, nec varietas inest; contraque omnis

[b] *Fixæ.*

Actutum, *quidem idem* Paris. 3. *quidem quod idem* M. *qui idem* N. *ne unquam* E. *nunquam* Gud. 2. *a sole* Paris. 2. 3. Gud. 2. Victor. Dav. Heindorf.

CAP. XXI. 1 E *continuantiam.* Mox, *non possumus* Glog. Paris. 2. 3. M, Heindorf. Schutz. Tum, *mente, pactione, consilio* E.—2 Red. Paris. 3. Gud. 2. *ponere.*—3 *Nec vero eæ stellæ* Junt. Victor. Manut. *Nec vero hæ stellæ* Reg. I M N, Paris. 2. 3. Hervag. Thuan. Dav. Heindorf. *quæ errantes* Le. Paris. 3. et Paris. 1. a m. sec. *quæ in errantes nominantur* H. Pro *quarum* Paris. 3 habet *quanto;* E *quia.*—4 *Hunc ergo* Gud. 2. *Habent suam igitur* Red. Mox, *stellæ quinque errantes* Glog. Red. Paris. 3. *stellæ errantes* E. *stellæ et quinque errantes et inerrantes* conj. Heindorf.—5 Oreli. conj. *inesse.* Statim, *ut* ante *hæc* omittunt Paris. 2. 3. M. *et hæc . . . sentiant* E.—6 Gud. 2. *neque fortuna, neque temeritas.* Pro *varietas*, quod e cod. Eliens. et Clerici conjectura receperunt Dav. Lall. Nobb. et firmant codd. I M, et Paris. 1. *vanitas* habent alii codd. et edd. Pro *ementia,* C M habent *mentita;* E, Hervag. Thuan. Junt. Manut. Lamb. *ea mentita;* G *dementia vel falsa.* Pro *eunt*, A B

NOTÆ

[a] *Longius discedit*] Plinius unius tantum signi dimidiique, seu 46. graduum intervallo, discedere a Sole Venerem tradit.

Digitized by Google

ordo, veritas, ratio, constantia. Quæque his vacant, ementita[o] et falsa, plenaque erroris, eunt circum terras, infra lunam, quæ omnium ultima est; in terrisque versantur. Cœlestium[7] ergo admirabilem ordinem, incredibilemque constantiam, ex qua conservatio et salus omnium omnis oritur, qui vacare mente putat, is ipse mentis expers habendus est. 57. Haud ergo[8] (ut opinor) erravero, si, a principe investigandæ veritatis, hujus disputationis principium duxero. XXII. Zeno igitur ita naturam definit,[1] [p] ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum, progredientem via.[e] Censet enim artis maxime proprium esse, creare et gignere; quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat, id multo artificiosius naturam efficere, id est, ut dixi, ignem artificiosum, magistrum artium reliquarum. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam,[2] quam sequatur. 58. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coërcet et continet, natura non artificiosa solum, sed plane artifex,[q] ab eodem Zenone dicitur, consultrix et provida utilitatum opportunitatumque omnium. Atque, ut ceteræ naturæ suis seminibus quæque[3] gignuntur, augescunt, con-

[e] *Progredientem cum aliquo ordine, methodo, et ratione.*

H I K M N, Paris. 1. 2. 3. La. Glog. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. habent *ea;* Junt. *erunt;* Gud. 2. *tunc;* E *emit.* Deinde, pro *versantur*, quod servant A G H, Paris. 1. 2. 3. M, La. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Dav. Lall. seqq. *versatur* exhibent multi codd. Victor. Manut. Lamb. —7 Ita codd. aliquot, Ernesti, et seqq. probante Dav. *versatur*, *cœlestem* Grut. et al. ante Ernesti.—8 *Hanc igitur* Gud. 2. Red. M. *Haud ego* Paris. 1. a m. pr. *erravere* ... *duxere* E. *ducam* M.

CAP. XXII. 1 *Zeno autem, &c.* La. *Zeno ergo naturam ita definit* M. *naturam ita diffinit* G. *naturam ita definit* habent etiam Glog. Red. H I K N, Gud. 2. Paris. 1. Eliens. Reg. Mediol. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *naturam sic definit* margo Venet. 1507. Junt. Paulo post, *artium nostrarum* Dav. e codd.—2 Bouh. conj. *et semitam.*—3 Heindorf. conj. in Ad-

NOTÆ

[o] *Ementita*] Meteora, ut vocant, sublunaria intellige.

[p] *Naturam definit*] Eandem Zenonis definitionem refert Laërt. in Zenone, et pluribus explicat Lipsius, Dissert. Physiol. Stoic. I. 6.

[q] *Sed plane artifex*] 'Artificiosi' et 'artificis' discrimen illud est; quod 'artificiosus' sit qui ex arte agat; 'artifex,' qui artis magister et antistes sit.

Digitized by Google

tinentur; sic natura mundi omnes motus habet voluntarios, conatusque, et appetitiones, quas ὁρμὰς[r] Græci vocant; et his consentaneas actiones sic adhibet, ut nosmetipsi, qui animis movemur, et sensibus. Talis igitur mens mundi cum sit, ob eamque causam vel prudentia vel[4] providentia appellari recte possit, (Græce enim πρόνοια[s] dicitur) hæc potissimum providet, et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit, atque omnis ornatus.[5] XXIII. 59. Dictum est[1] de universo mundo; dictum est etiam de sideribus; ut jam propemodum appareat multitudo nec cessantium Deorum, nec ea, quæ agant, molientium cum labore operoso ac molesto. Non enim venis, et nervis, et ossibus continentur, nec iis[2] escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis acres aut nimis concretos humores colligant; nec iis corporibus sunt, ut aut casus aut ictus extimescant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum. Quæ verens Epicurus monogrammos[t] Deos[3] et nihil agentes commen-

dend. *suis quæque seminibus;* recepit Moser. Mox, *et* ante *his* omittit Victor.—4 Verba *vel prudentia, vel* omittunt Reg. G, Gud. 2. U, Junt. Hervag. Thuan. Manut. Lamb. *vel prudentia* omittunt E O ψ. *appellari re possit* Gud. 2. *recte appellari possit* M. *hoc potissimum* E G, Gud. 2. *est maxime occupata* Glog. Red. M.—5 Glog. La. M *atque ornatus,* omisso *omnis.*

Cap. xxiii. 1 *Dicunt enim* Paris. 3. Mox, *dictum etiam est* Eliens. I, Paris. 1. Mediol. Junt. Victor. Manut. Dav. *etiam* omittunt Glog. Red. Paris. 3. *ut jam prope in eodem* Glog. Paris. 3. *ut jam prope in oculis* Glog. a m. sec. *ut jam prope oculis* conj. Heindorf. *non cessantium* H I, Paris. 3. Victor. *ne cessantium* C.—2 Victor. Dav. *nec his;* Junt. Heindorf. omittunt *iis.* Mox, *nec his corporibus* Victor. Dav. *ut casus,* omisso *aut,* Glog. Red. B C G I M N, Paris. 1. 2. 3. E, Victor. Heindorf. Schutz. Nobb. *aut i. pertimescant* G. *ex defetigatione* B C H.—3 *Deos monogrammos* G. *magnanimos Deos* E. *monograminos Deos* ψ. *monogrammos Deos, id est nihil agentes commentus* Glog. Paris. 3. *id est* habent etiam Red. Paris. 2. M. *nihil agentes Deos* E. *monogrammos Deos, id est ad-*

NOTÆ

[r] Ὁρμὰς] De illis vide Tusc. Quæst.

[s] Πρόνοια] Vide lib. de Fin.

[t] *Monogrammos*] A *μόνος, solus,* et γραμμὴ, *linea.* Ita vocantur picturæ lineares, seu adumbratæ tantum, nec dum acceptis coloribus, tabellæ; olim 'sublestæ.' Deinde metaphorice per jocum a Lucilio poëta traducta primum vox ad homines macilentos. Simili joco Dii Epicurei monogrammi dicti sunt, quod non corpus, sed quasi corpus haberent. Cæl. Rhodigin. v. 9. Turneb. Advers. xxvii. 9. et xxix. 17.

Digitized by Google

tus est. 60. Illi autem[4] pulcherrima forma præditi, purissimaque in regione cœli collocati, ita feruntur, moderanturque cursus, ut ad omnia conservanda et tuenda consensisse videantur.

Multæ autem aliæ naturæ Deorum, ex magnis beneficiis eorum, non sine causa, et a Græciæ sapientissimis[5] et a majoribus nostris, constitutæ nominatæque sunt. Quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, [*p.* 38.] id non sine divina bonitate erga homines fieri arbitrabantur. Itaque tum illud, quod erat a Deo natum,[6] nomine ipsius Dei nuncupabant, (ut, cum fruges Cererem[u] appellamus, vinum autem Liberum;[x] ex quo illud Terentii,

Sine Cerere et Libero friget Venus)

61. tum autem res ipsa, in qua vis[7] inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus, ut Fides,[y] ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Æmilio Scauro;[z] ante autem ab Attilio Calatino[a] erat

umbratos conj. Heindorf.—4 *Illi vero* M, Paris. 2. 3. Glog. Heindorf. *Inest autem* N. Mox, *et tuenda conservandaque* Glog. Red. Heindorf. Schutz.—5 Manut. Lamb. Grut. al. vett. *Græciæ sapientibus.*—6 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *a Deo donatum*, uti volebat Dav. *n. i. Dei mei* Gud. 2. *Dei* omittit Paris. 1. Tum, *Cer. ap. unum autem librum* Paris. 3.—7 Ita codd. aliquot, Victor. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *ea ipsa vis* alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *ea ipsa res* ed. Bonon. 1496. et

NOTÆ

[u] *Fruges Cererem*] Quod a Cerere, Opis, et Saturni in Latio regnantis, filia, arandi mos invectus sit. Virg. Geor. I. Eam laudem Osiridi tribuit Tibullus: 'Primus aratra manu solerti fecit Osiris.' Alii Triptolemo. Virgil. Georg. I. 'Uncique puer monstrator aratri.'

[x] *Autem Liberum*] A Libero, Semeles filio, vini inventore. Liber dictus, vel quod in vino, ut veritas, ita libertas; vel quod liba exhibuerit; vel quod Bacchus apud Eleutheras, Bœotiæ urbem, Ἐλεύθερος, *Liber*, vocaretur. Plut. in Quæst. Roman. Fuit et alter quidem Liber a Romanis cum Cerere et Libera consecratus.

[y] *Ut Fides*] De templis Fidei ac Menti Romæ exstructis, vide libros de Divinatione.

[z] *M. Æmilio Scauro*] Qui bis consul an. 638. et 646. de Gallis triumphavit.

[a] *Attilio Calatino*] Aulo, bis cos. et dictatore, quem nonnulli cum M. Attilio Regulo confundunt, quod ejusdem cum illo et nominis et sanguinis fuerit. Val. Max. IV. 4. Primus inter dictatores exercitum extra Italiam duxit. Deprehensus est in agro suo arans, cum a senatu ad rempubl. gubernandam evocatus est. Plin.

Digitized by Google

Fides[8] consecrata. Vides Virtutis templum, vides[9] Honoris[b] a M. Marcello[c] renovatum, quod, multis ante annis, erat bello Ligustico[d] a Q. Maximo[e] dedicatum.[10] Quid Opis?[f] quid Salutis? quid Concordiæ? Libertatis?[g] Victoriæ?[h] quarum omnium rerum quia vis erat tanta, ut sine Deo regi non posset, ipsa res Deorum nomen obtinuit. Quo ex genere Cupidinis, et Voluptatis,[i] et Lubentinæ[k] Veneris, vocabula consecrata sunt, vitiosarum[11] rerum, neque naturalium; quanquam Velleius aliter existimat: sed tamen ea ipsa vitia naturam vehementius sæpe pulsant. 62. Utilitatum igitur magnitudine constituti sunt ii Dii,[12]

Dav.—8 Ita codd. omnes et edd. ante Lamb. *Spes* de Lambini conjectura receperunt Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—9 *Inde Virtutis templum, inde* Glog. Heindorf. Schutz. probante Beier. ad Offic. tom. II. p. 242. 'Inest tamen ambiguitas quædam haud nimis elegans; nam *inde* cum v. *renovatum* jungendum videri potest.' *Orell.*—10 'Difficilis locus: *haud multis ante, &c.* Dav. suspic. *nonnullis ante, &c.* conj. Bouh. *Vides Honoris templum, vides Honoris et Virtutis a M. Marcello renovatum, quibus non multis ante annis erat . . . dedicatum* dubia Garatonii suspic. ad Planc. p. 104. Bonon. Cf. etiam Thorlacii Opusc. vol. I. p. 179. Hase ad Val. Max. I. 1. 8.' *Idem.*—11 Glog. Heindorf. Schutz. *vitiosarum quidem.*—12 Junt. Victor. Dav. Orell. *sunt ei*

NOTÆ

VIII. 8. Dictum jam de illo est Fin. lib. II. et dicetur in libro de Senectute.

[b] *Vides Honoris*] Quæ duo templa ita sita erant, ut ad Honoris ædem nullus, nisi per Virtutis templum, aditus esset.

[c] *M. Marcello*] Filio illius, qui quinquies consul, et Q. Fabii Cunctatoris æmulus fuit.

[d] *Bello Ligustico*] Quod anno 520. a Sempronio Graccho inchoatum, triennio post, coss. Cornelio Lentulo et Lic. Varo, confectum est.

[e] *Q. Maximo*] Qui Verrucosus, et Ovicula dictus, de quo alibi.

[f] *Quid Opis*] De templis Opis, Salutis, Concordiæ, consule libros de Divinatione.

[g] *Libertatis*] Libertatis templum, ex pecunia mulctaticia dedicatum et conditum a Tib. Graccho patre, auctore Livio: ab Ælio Pæto et Corn. Cethego, censoribus, refectum et ampliatum, a Pollione (cum vetustate ruinas faceret) instauratum est. Sueton.

[h] *Victoriæ*] Ejus templum in Palatino fuit, a Postumio, ædili curuli, conditum, M. Attilio Regulo, cos. dedicatum bello Samnitico. Juxta illud fuit ædicula Victoriæ Virgini sacra, quam Porcius Cato vovit. In senatu quoque fuit Victoriæ ara portatilis, quæ senatum ubique sequeretur.

[i] *Cupidinis, et Voluptatis*] De utriusque templis vide libros de Div. et de Leg. lib. II.

[k] *Et Lubentinæ*] Diversa fuit a Venere Libitina, cujus in templo quicquid ad funera pertineret vendebatur.

Digitized by Google

qui utilitates quasque gignebant. Atque his quidem nominibus, quæ paulo ante dicta sunt a me,[13] quæ vis sit in quoque, declaratur, Deo. XXIV. Suscepit autem vita hominum,[a] consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules,[1] hinc Castor et Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber etiam: (hunc dico [l] Liberum Semele natum, non eum, quem nostri majores [m] auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt: quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. Sed, quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera; quod in Libera servant, in Libero non item:)[2] hinc etiam Romulus,[3] quem quidem eundem esse Quirinum putant:[n] quorum cum remanerent animi, atque æternitate

[a] *Obtinuit autem usus communis.*

Dii; Glog. Red. margo Venet. 1507. *sunt hi Dii.*—13 Ita B G, Lamb. *a me* A C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E U, Eliens. 1. 2. Reg. Mediol. Bonon. 1494. Victor. Junt. Hervag. Thuan. *in unoquoque* Glog. Heindorf.

CAP. XXIV. 1 Red. *hinc Liber: hunc etiam dico;* Heindorf. conj. *hinc Liber: hunc enim dico;* Glog. omittit *etiam*. Pro *Semele*, quod servant Junt. Victor. Manut. Lamb. *Semela* habent Dav. Heindorf. Orell. *semel natum* Paris. 2. 3. et M. Mox, *Liberum* cum codd. aliquot delerunt Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. uti volebat Walker.—2 Glog. Red. Heindorf. *quod in libero servatur, in libera non item;* Manut. Lamb. Lall. *quod in Libero servant, in Libera non item;* unde Orell. *quod in libero servant, in libera non item.*—3 *Romulum* A B C H I, Paris. 2. Gud. 2. E U. Pro *quidem*, quod servant codd. aliquot, Manut. Grut. Dav. seqq. *quidam* exhibent Glog. Red. C G, Paris. 1. 2. Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lamb. *eundem* omittunt Red. E U. *Quirinum esse* Glog. Paris. 2. M. *quorum enim remanerent* La. et Glog. a m. pr. probantibus Heindorf. et Moser. Tum, *rite Dii* A

NOTÆ

[l] *Hinc Hercules*] Fabularum de Hercule, Castore, Polluce, Æsculapio, originem, curve inter Deos collocati, tradunt Natal. Comes, et Claud. Minos, Commentar. ad Alciati Emblemata.

[m] *Nostri majores*] Templum illis tribus, ab Aulo Postumo dictatore votum, ad Circum Maximum constructum, a T. Cæsare instauratum est. Tacit. Annal. II. Meminit illius templi Lib. liv. XLI. 'Supplicatio,' inquit, 'ad Cereris, Liberi, Liberæque fuit.' Is Liber sol fuit; quo nomine sæpe ab antiquis appellatus est, et a Virgilio: 'Vos, o clarissima mundi Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum, Liber, et alma Ceres.' Libera vero, hoc loco luna est; interdum quoque sumta pro Cerere, interdum pro Venere.

[n] *Quirinum putant*] Mars enim et Janus Quirini quoque dicti sunt. Romulo autem a patribus occiso, Pro-

Digitized by Google

fruerentur, Dii rite sunt habiti; cum et optimi essent, et æterni.

63. Alia quoque ex ratione,[4] et quidem physica, magna fluxit multitudo Deorum, qui, induti specie humana, fabulas poëtis suppeditaverunt, hominum autem vitam superstitione omni referserunt. Atque hic locus, a Zenone[o] tractatus, post a Cleanthe[5] et Chrysippo[p] pluribus verbis explicatus est. Nam vetus hæc opinio Græciam opplevit, exsectum[b6] Cœlum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Jove. 64. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas: cœlestem[7] enim, altissimam æthereamque naturam, id est, igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ conjunctione alterius egeret ad procreandum.[q] XXV. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem[1] spatiorum ac temporum contineret, qui Deus Græce id ipsum nomen habet. *Κρόνος* enim dicitur; qui est idem *χρόνος*,[2] id est, spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod saturetur[3] annis: ex se enim natos comesse

[b] *Partibus pudendis privatum.*

B C G I M N, Gud. 2. Mediol. Victor. Dav.—4 *Aliaque e ratione* A. *Aliaque ex ratione* Paris. 1. et Thuan. *Alia quoque e ratione* Victor. Mox, *mult. eorum, qui inducti* I. *inducti* etiam A B C G N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Victor.—5 *Atque hic locus primo a Zenone tractatus a Cleanthe* codex unus Oxon. et Lamb.—6 Reg. Red. E *opplevit, sed exsectum;* Eliens. Mediol. Bonon. 1494. Victor. Ascens. margo Venet. 1507. Victor. Dav. *opplevit, scilicet exsectum;* C *Nam cum vetus h. o. G. opplevisset, ex sectum . . . vinctum . . . Jove: physica ratio, &c.* A B I, et Paris. 1. habent etiam *opplevisset.* Heindorf. suspic. *opplevit, esse exsectum.*—7 G U ψ, Pall. Reg. Mediol. *cœlestum;* Gud. 2. O *cælestium.*

CAP. XXV. 1 Manut. *conventionem.*—2 Schutz. de Heindorfii conjectura *idem, quod χρόνος.* Mox, *id est, temporis spatium* Lamb. Hæc verba delevit Manut.—3 Ita Manut. Lamb. Dav. *saturaretur* A B G I U, Paris. 2. Gud. 2.

NOTÆ

culus, ut plebem concitatam sedaret, dixit eum ad superos evolasse, et Quirinum vocari se velle. Plut. in Rom.

[o] *A Zenone*] Vel in quinque libris Homericarum Quæstionum, vel in eo quem de Poëtica Auditione inscripsit.

[p] *Et Chrysippo*] Forte in fabulosis quæ ad Philomathem scripsit.

[q] *Ad procreandum*] Aliam, cur Cœlus exsectus a Saturno sit, rationem alii afferunt, quia alios Cœlos Tempus, seu Saturnus, nunquam sinet procreari. Nat. Comes, II. 2.

Digitized by Google

fingitur[r] solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus est autem[4] a Jove, ne immoderatos cursus haberet, atque ut eum siderum vinclis alligaret. Sed ipse Jupiter, id est, 'juvans pater,'[5] quem, conversis casibus[c] appellamus, a juvando, Jovem, a poëtis pater Divumque hominumque dicitur; a majoribus autem nostris Optimus Maximus;[s] [*p.* 39.] et quidem ante Optimus, id est, beneficentissimus, quam Maximus, quia majus est, certeque gratius, prodesse omnibus, quam opes magnas habere. 65. Hunc igitur Ennius, ut supra dixi, nuncupat ita dicens,

> Aspice hoc sublime[t] candens, quem invocant omnes
> Jovem:

planiusque[6] alio loco idem,

> Cui, quod in me est, execrabor hoc, quod[7] lucet,
> quicquid est.[d]

Hunc etiam augures nostri, cum dicunt, 'Jove fulgente,[u] tonante:' dicunt enim, 'cœlo fulgente, tonante.'[8] Euripides

[c] *Per aliquam inflexionem obliquorum (ut grammatici vocant) casuum.*
[d] *Cui, quantum in me est, dira imprecabor, et rogabo, ut careat conspectu cœli, quo lucet quicquid existit.*

Vratisl. Glog. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Schutz. Moser. Orell. *saturetur* Paris. 3.—4 Ita Manut. Lamb. Grut. *Vinctus autem* Eliens. 1. 2. Reg. B C H I N, Gud. 2. E O U, Paris. 1. 2. 3. Mediol. Victor. Ascens. Hervag. Dav. Schutz. Moser. Orell.—5 Manut. delevit *id est, juvans pater.*—6 *Planius quam* Eliens. B C I M, Paris. 1. 2. 3. Glog. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 Ita Lamb. et seqq. *quo* codd. aliquot et edd. vett. *Qui, quod in me est, execrabor hoc, quo lucet* conj. Gulielm. *Cur? quod in me est; at quod, &c.* codd. aliquot, probante Dav.—8 Ita Victor. et seqq. *cum dicunt, Jovem fulgentem, tonantem* Pal. 1. Gul. Paris. 2. 3. G M, Mars. Hervag. Thuan. *dicunt enim, cœlo fulgente tonante* desunt in Glog. Pal. 2. *dicunt enim, ... et tonante* A C M, Paris. 2. E O U. *hunc etiam augures*

NOTÆ

[r] *Comesse fingitur*] Non comesse solum, sed evomere quoque fingitur; quo temporum vicissitudo significatur. Vide Macrob.

[s] *Optimus Maximus*] Propter beneficia Optimus, propter vim Maximus, appellatus est. Cic. pro Domo sua.

[t] *Aspice hoc sublime*] Versum hunc Ennii octonarium aliqui perperam putant. Senarius est, et sic legendus: 'Aspice hoc Sublime candens,' &c. De illo jam dictum est.

[u] *Jove fulgente*] Formula est artis auguralis, de qua nos ex Alex. ab Alex. alibi.

Digitized by Google

autem, ut multa præclare, sic hoc breviter:[9]

Vides sublime[x] fusum, immoderatum æthera,
Qui tenero terram[10] circumjectu amplectitur:
Hunc summum habeto Divum: hunc perhibeto Jovem.

XXVI. 66. Aër autem, ut Stoici disputant,[y] interjectus inter mare et cœlum, Junonis nomine consecratur; quæ est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo[1] est ætheris, et cum eo summa conjunctio. Effœminarunt[2] autem eum, Junonique tribuerunt, quod nihil est eo mollius. Sed Junonem a 'juvando' credo nominatam. Aqua restabat, et terra, ut essent ex fabulis tria regna[z] divisa. Datum est igitur Neptuno, altero[3] Jovis (ut volunt) fratri, maritimum omne regnum: nomenque productum, ut Portunus[a] a 'portu,' sic Neptunus a 'nando,'[b] paulum primis literis

nostri cum dicunt Jovem fulgentem, tonantem: dicunt enim cœlo fulgente et tonante codd. aliquot et margo Venet. 1507. *hunc . . . Jovem fulgentem, tonantem, dicunt enim Jove fulgente, tonante, dicunt in cœlo fulgere et tonare* Junt. *hunc etiam augures nostri, cum dicunt Jovem fulgentem, tonantem, &c.* conj. Heindorf. *hunc etiam augures nostri, cum dicunt, 'Jove fulgente tonante,' dicunt, est enim 'cœlo fulgente tonante'* suspic. Orell.—9 Bouh. conj. *graviter.* Dav. *breviter* uncis inclusit, delevit Heindorf.—10 *Qui terram tenero* Reg. Eliens. A B C H I M N, Paris. 1. Gud. 2. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Ascens. Hervag. Thuan. Dav. Heindorf. *Qui terras tenero* Red. Glog. *Qui terrus teneroque* Paris. 3. La. *circuitu* Red. Paris. 2. 3. *circumjecto* E, Thuan. *circumjectus* ψ. *circumvectu* Manut. Lamb.

CAP. XXVI. 1 Ita Probus Lionis p. 351. Lamb. Dav. Moser. Orell. *quod et similitudo* codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. *quod ei et similitudo* Heindorf. in Addend. et Schutz.—2 *Effeminaverunt* A B C-G I U. Pro *autem* Gœrenz. ad Legg. I. 23. conj. *enim.* Tum, *nihil esset* Glog. Red. Heindorf. Schutz. *est* omittit Victor.—3 Codd. aliquot *alteri*, uti volebat Lamb. *Nep-*

NOTÆ

[x] *Vides sublime*] Eundem Euripidis locum citat Heraclides Ponticus in Allegoriis: non invenitur inter opera quæ extant Euripidis.

[y] *Ut Stoici disputant*] Eam opinionem non Stoicis, sed Samothracibus, tribuit Macrob. Saturn. III. 4.

[z] *Tria regna*] Nota est fabula, cui locum dedit partitio regnorum a Saturno facta: Jovi orientales regiones; Plutoni occidentales; Neptuno maritimæ obtigerunt. Quod autem Oriens, unde lux oritur, superior sit; Occidens, inferior; hinc superorum rex Jupiter, inferorum Pluto. Lactant. de Falsa Religione, I. 2.

[a] *Portunus*] Portunum Deus; Portumnus quoque, et Melicerta, et Palæmon passim a poëtis vocatur. Virgil. Æneid. v. Alii Porta Portunum dictum volunt, et cum Jano confundunt; quippe qui et claves gerens pingitur.

[b] *Neptunus a nando*] Aliis placet a

Digitized by Google

immutatis. Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est; qui 'Dives'[4] (ut apud Græcos Πλούτων), quia et recidant omnia in terras, et oriantur e terris.[c] Is rapuit Proserpinam, quod[5] Græcorum nomen[d] est: ea enim est, quæ Περσεφόνη Græce nominatur; quam frugum semen esse volunt, absconditamque quæri a matre fingunt. 67. Mater autem est a gerendis frugibus Ceres,[6] tanquam 'Geres;'[e] casuque prima litera itidem immutata, ut a Græcis: nam ab illis quoque Δημήτηρ, quasi Γημήτηρ,[f] nominata est. Jam, qui 'magna verteret,' Mavors;[g] Minerva autem, quæ[7] vel 'minueret,' vel 'minaretur.'[h]
XXVII. Cumque in omnibus rebus vim haberent maximam prima et extrema, principem in sacrificando Janum esse[i] voluerunt; quod ab 'eundo' nomen est ductum;[1] ex quo

tuno alterum, Jovis, &c. codd. aliquot, Junt. Victor. Manut. Lamb.—4 Manut. Lamb. Junt. *qui Dis;* Glog. a m. sec. *qui dictus est;* unde Heindorf. conj. *qui Dives dictus est*, vel *qui Dives dictus.* Mox, *recidunt . . . oriuntur* Probus; *oriuntur* etiam A B C G H I, Paris. 1. 2. 3. E.—5 Ita e cod. Maff. Manut. et seqq. *terris* * * *Cui Proserpinam, quod* B G H N, Paris. 1. 2. U ψ. *cui Proserpina, quod* I, E O. *cujus Proserpina* conj. Dav. *cui Proserpinam nuptam dicunt. Ac Proserpina quidem Græcorum nomen est . . . quam, frugum semen cum sit, esse volunt Deæ filiam absconditamque* suspic. Heindorf.—6 *Ceres dicta* Glog. Heindorf. Schutz.—7 *Jam quia m. v. M. M. a. quia* e codd. Heindorf. et Schutz.

CAP. XXVII. 1 Red. A E, Paris. 1. 3. *dictum;* G. *deductum.* Mox, *per-*

NOTÆ

'natu' Natunus, unde Neptunus; alii a 'nubendo,' seu 'nuptu,' quod mare terras obnubat. Ita Lipsius.

[c] *Oriantur e terris*] Alium, eumque abstrusum Ditis etymon, Macrob. tradit, Somn. Scipion. I. 1.

[d] *Græcorum nomen*] Varro Latinum putat, a 'proserpendo;' quod Luna, quæ Proserpina est, modo in dextram partem, modo in sinistram, cursum flectat.

[e] *Tanquam geres*] Servius, et ab eo Vossius, ab obsoleto verbo 'cereo,' quod est creo, deducit, quod Ceres rerum omnium creatrix sit.

[f] Γημήτηρ] Dorica dialecto, qua γ in δ passim mutatur.

[g] *Mavors*] 'Vortere' enim olim pro 'vertere' dicebatur. Alii ab ἄρης, *fortis*, derivant. Alii vocem Oscam esse tradunt; 'Mamers' enim, 'mavors,' et 'maos,' fortem apud Oscos sonabant. Scal. de Caus. Ling. Lat.

[h] *Vel minaretur*] Nonnulli memoriam eam esse dixerunt, quasi Meminervam. Favet illud Afranii apud Gell. 'Usus me genuit, mater me peperit Memoria.' Festus a 'monendo.'

[i] *Janum esse*] Quod primus templa Diis fecerit, et ritus sacrorum instituerit, meruit ut sibi primum sacrificaretur. Cur autem? Docet Ovid. Fastor. lib. I. 'Ut possis aditum, per me, qui limina servo, Ad quoscumque voles, inquit, habere, Deos.'

Digitized by Google

transitiones perviæ, Jani;[k] foresque, in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur. Nam Vestæ nomen a Græcis est:[2] ea est enim, quæ ab illis Ἑστία[l] dicitur. Vis autem ejus ad aras et focos pertinet. Itaque in ea Dea, quæ est rerum[3] custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema[m] est. 68. Nec longe absunt ab hac vi Dii[4] Penates, sive a 'penu' ducto nomine, (est enim omne, quo vescuntur homines, penus) sive ab eo, quod 'penitus' insident; ex quo etiam Penetrales a poëtis vocantur. Jam Apollinis nomen est Græcum; quem solem esse volunt:[5] Dianam autem, et Lunam, eandem esse putant: cum sol dictus sit, vel quia 'solus' ex omnibus sideribus est tantus, vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus, 'solus' apparet; Luna a 'lucendo' nominata sit: eadem est enim Lucina. Itaque, ut apud Græcos Dianam, eamque[6] Luciferam, sic apud nostros Junonem Lu-

menia Jani E. *primæ Jani* Paris. 1. Tum, *Janæ nominantur* A. *januæ appellantur* I. *januæ vocantur* Paris. 3.—2 Ita Reg. Red. et Lamb. *est* omittunt alii codd. et edd. ante Lamb. *Vestæ enim nomen est a Græcis* G. Actutum, *ea enim quæ* Gud. 2.—3 I, Paris. 1, 2. Gud. 2. E ψ, Victor. *quod est rerum;* Paris. 3. *quidem est rerum.*—4 B H, Paris. 1. Gud. 2. *ab hoc Divi.* Sequens *sive* abest a Paris. 3. et Glog. Tum, *a penu dicti n. est enim quo, &c.* Red. *a penu dicti* etiam B, Gud. 2. *quo vescunt* Paris. 2. *quod vescuntur* N.—5 Paris. 2. 3. M *quem solem volunt.* Mox, *volunt* pro *putant* N. *quod solus* Paris. 2. Tum, *quia ejus ortus* Glog. Paris. 2. 3. M. *obscuratis omnibus aliis* Glog. Paris. 2. 3. M. *obscuritionibus* ψ. *obscuratis aliis omnibus* codd. aliquot Lall. Deinde, *enim* ante *Lucina* omittit Probus ad Virg. Ecl. VI. 31.—6 Lamb. e Probo *eandemque.* Statim, *apud nos* codd. aliquot, Probus, Heindorf. Moser. Orell. Pro *omnivaga*, quod servant A B C G H I K L M N, Glog. Red.

NOTÆ

[k] *Perviæ, Jani*] Jani dictæ portæ ingentes, quæ in viarum capitibus exstrui solitæ, unica tantum janua aditum præbentes. Donat. in Domitiano Suetonii, cap. 13. Ejusmodi Jano marmoreo Augustus Pompeii statuam imposuit. Suet. Fulvius quoque Flaccus tres Janos faciendos curavit. Liv.

[l] Ἑστία] Latine *focus*. Duplex autem Vesta: altera mater Saturni, altera filia: mater, pro terra vulgo sumitur, et a 'vi stando' dicta. Ovid. Fast. IX. 'Stat vi terra sua; vi stando terra vocatur.' Filia ab igne dicta, qui, quia nihil gignit, Vesta virgo censetur. Quod vero domorum exstruendarum prima inventrix fuisse perhiberetur, domorum custos et Dea habebatur, in iisque pingi solebat. Posidon.

[m] *Sacrificatio extrema*] Apud omnes quos quidem legerim auctores, traditur non extremo loco, sed primo, litari in sacris solitum Vestæ.

Digitized by Google

cinam[n] in pariendo invocant; quæ eadem Diana omnivaga dicitur, non a 'venando,' sed quod in septem numeratur tanquam 'vagantibus.' 69. Diana dicta,[7] quia noctu quasi diem[o] efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt aut septem nonnunquam, aut, ut[8] plerumque, novem lunæ cursibus; qui, quia mensa spatia conficiunt, 'menses' nominantur. [p. 40.] Concinneque, ut multa, Timæus,[p] qui, cum in historia dixisset,[q] qua nocte natus Alexander esset,[9] eadem Dianæ Ephesiæ templum[r] deflagravisse, adjunxit, 'minime id esse mirandum, quod Diana, cum in partu Olympiadis[s] adesse voluisset, abfuisset domo.' Quæ autem Dea ad res omnes 'veniret,' Venerem nostri nominaverunt; atque ex ea potius venustas, quam Venus ex venustate. XXVIII. 70. Videtisne igitur, ut, a physicis rebus, bene atque utiliter inventis, tracta ratio sit ad commenticios et fictos Deos? quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones pæne aniles. Et formæ enim[t] nobis Deorum, et ætates, et ves-

Reg. edd. vett. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *annivaga* e Probo receperunt Lamb. et Grut. Deinde, *in septem vagatur tanquam venatibus* Probus.—7 *Dictum a dicta est* cod. Monac. unde Moser. conj. *Dictinna dicta, quia*, probantibus Creuz. et Schutz.—8 Voc. *ut* omittunt nonnulli codd. Probus, Maunt. Lamb. Grut. Mox, *nominati* Probus.—9 Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser Nobb. Orell. *natus esset Alexander.*

NOTÆ

[n] *Junonem Lucinam*] Juno dicta, quod juvaret in partu; Lucina, quod ejus auspiciis in lucem fœtus prodiret.

[o] *Quasi diem*] Aliis aliter etymus placet; Sol enim Janus, Luna Jana olim appellabatur: quare a Diva Jana, Diviana; a Diviana, Diana, factum est. Ita Voss.

[p] *Timæus*] Historicus Siculus: vixit sub Ptolemæo, Lagi filio; Andromachi filius: scripsit libros rhetoricos 48. sed historiis scribendis celebrior fuit. Quanquam, quod nullo discrimine omnia colligeret, dictus est γραοσυλλεκτρία, *anus collectrix*. Hesych. et Suid. Plura de illo Voss. in Hist. Græcis.

[q] *Historia dixisset*] Plutarchus, non Timæi, sed cujusdam Hegesiæ Magnesii dictum illud esse scribit: quod quoque Cicero 'concinnum,' Plutarch. 'insulsum' vocat, adeoque frigidum, ut ipsum exstinguere debuerit incendium.

[r] *Dianæ Ephesiæ templum*] Unum e septem mundi miraculis, ab Erostrato quodam combustum. Plin. XXXVI. 14. Alex. ab Alex. III. 20.

[s] *Olympiadis*] Matris Alexandri.

[t] *Formæ enim*] De formis, seu imaginibus Deorum, prolixe egit Carta-

Digitized by Google

titus, ornatusque, noti [1] sunt; genera præterea, conjugia, cognationes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanæ. Nam et perturbatis animis inducuntur: accipimus enim Deorum cupiditates, ægritudines, iracundias: nec vero, ut fabulæ ferunt, Dii bellis præliisque caruerunt; nec solum (ut apud Homerum) cum duo exercitus contrarios alii Dii ex alia parte defenderent, sed etiam (ut cum Titanis,[2] [u] ut cum Gigantibus) sua propria bella gesserunt. Hæc et dicuntur et creduntur stultissime, et plena sunt futilitatis,[3] summæque levitatis. 71. Sed tamen, his fabulis spretis ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, alii per alia, poterunt intelligi, qui, qualesque sint;[4] quoque eos nomine consuetudo nuncupaverit, hos Deos et venerari et colere debemus. Cultus autem Deorum est optimus, idemque castissimus [x] atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta et mente et voce veneremur. Non enim philosophi solum, verum etiam majores nostri, superstitionem a religione separaverunt. 72. Nam, qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui sibi liberi [5] superstites essent, 'superstitiosi' sunt appel-

CAP. XXVIII. 1 Heindorf. conj. *inventi*. Mox, pro *traducta* H habet *producta*. Pro *inducuntur* M *includuntur*. Actutum, *accepimus* Glog. G, margo Venet. 1507. Heindorf. Moser. Orell. *cupiditates Deorum* N. *ægritudines iracundas* Gud. 2. *Dii* omittunt Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Red. Paris. 2. 3. I M, Gud. 2. E O U ψ, Junt. Victor. Manut. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Deinde, *duos exercitus* Vratisl. C G, Paris. 2. 3. O U ψ, Junt. Manut. Lamb. Dav.—2 *Titanibus* conj. Ernesti. Statim, *sua* cum codd. aliquot omisit Lamb.—3 Augustin. Civ. Dei, IV. 30. et cod. Ursin. *vanitatis*; Glog. Red. Heindorf. *scurrilitatis*.—4 A B C G H M, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Manut. Grut. *sunt*, probante Moser. improbante vero Ernesti. Mox, *hos Deos venerari* Paris. 2. 3. M, Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *quos Deos et venerari* margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *et colere debeamus* Lamb. *et colere deberemus* La.—5 Ita edd. post Ernesti; *ut sibi sui liberi* Eliens. 1. 2. Reg. U, Mediol. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Ascens. Victor. Junt.

NOTÆ

rias, quem consule.

[u] *Cum Titanis*] Horum quoque cum Diis pugnam cecinit Hesiodus; hinc et Homero et Hesiodo civitate sua interdixit Plato, quod hic Γιγαντομαχίαν, ille Θεομαχίαν, scripserit.

[x] *Idemque castissimus*] De casto cultu Deorum, vide quid a nobis dicatur lib. de Leg. in eam legem, 'Ad Divos adeunto caste.'

Digitized by Google

lati; quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent,[6] et tanquam relegerent, sunt dicti 'religiosi,' ex relegendo, ut elegantes ex eligendo, tanquam a diligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes: his enim in verbis omnibus inest vis legendi eadem, quæ in religioso. Ita factum est in superstitioso et religioso,[7] alterum vitii nomen, alterum laudis. Ac mihi videor satis, et esse Deos, et quales essent, ostendisse.

XXIX. 73. Proximum est, ut doceam, Deorum[1] providentia mundum administrari. Magnus sane locus,[2] et a vestris, Cotta, vexatus: ac nimirum vobiscum omne certamen est. Nam vobis,[a] Vellei, minus notum est, quemadmodum quidque dicatur. Vestra enim solum legitis; vestra amatis: ceteros, causa incognita, condemnatis. Velut a te ipso, hesterno die,[b] dictum est, anum fatidicam *Πρόνοιαν* a Stoicis induci, [id est, providentiam]:[3] quod eo errore dixisti, quia existimas ab his providentiam[4] fingi quasi quandam Deam singularem, quæ mundum omnem gubernet et regat: sed id præcise dicitur; 74. ut, si quis dicat, Atheniensium rempublicam consilio regi, desit illud, 'Areopagi.'[5] [y] Sic, cum dicimus, providentia mundum admi-

[a] *Epicureis.* [b] *Libro superiore.*

Mannt. Dav. *ut sui liberi sibi* Lamb. *ut sibi liberi sui* Red. *ut filii eorum aut sui liberi sibi* K. Mox, *patuit postea latius* Eliens. A B C I M, Paris. 1. Gud. 2. Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. —6 Mannt. Lamb. *pertractarent*. Mox, *religiosi dicti sunt* Red. Heindorf. Schutz. *religiosi ex legendo* C. *ex legendo, tanquam legendo delegendis* A. *ut* ante *elegantes* omittunt A B C I K M, Paris. 1. 2. *itemque ex diligendo* Glog. Heindorf. Schutz. *itemque a diligendo* Nobb. *et tanquam a diligendo* Dav. Tum, *et ex intelligendo* Red. Heindorf.—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. et Junt. omittunt *et religioso*. Verba, *in superstitioso et religioso*, de Ernestii sententia uncis incluserunt Schutz. Moser. Nobb. defendit Heindorf.

CAP. XXIX. 1 Glog. Red. Heindorf. Schutz. *eorum*, probante Moser.—2 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *locus est*. Statim, pro *ac* codex unus Oxon. et Lamb. exhibent *at*; Glog. *huc*; Heindorf. conj. *hoc*.—3 Hæc, *id est, providentiam* omittunt codd. Ursini, item Dav. Heindorf. Moser.—4 Red. Heindorf. Schutz. *providentiam ab his*.—5 *Areopagi* margo Venet. 1507.

NOTÆ

[y] *Areopagi*] Senatus Atheniensium, dictus ab *Ἄρειος πάγος, Martius collis*. Marti consecratus est, quod Mars primus in eo colle causam dixerit, inter-

Digitized by Google

nistrari, deesse arbitrator, 'Deorum.' Plene autem et perfecte sic dici existimato, providentia Deorum mundum administrari. Ita salem istum, quo caret vestra natio, in irridendis nobis nolitote[6] consumere: et, mehercle, si me audiatis, ne experiamini quidem. Non decet: non datum est:[z] non potestis. [*p.* 41.] Nec vero hoc in te unum convenit, moribus domesticis ac nostrorum hominum urbanitate limatum;[7] sed, cum in reliquos vestros, tum in eum maxime, qui ista peperit, hominem sine arte, sine literis, insultantem in omnes, sine acumine ullo, sine auctoritate, sine lepore. XXX. 75. Dico igitur providentia Deorum mundum, et omnes mundi partes et initio constitutas esse, et omni tempore administrari: eamque disputationem tres in partes nostri fere dividunt;[1] quarum pars prima est, quæ ducitur ab ea ratione, quæ docet esse Deos: quo concesso, confitendum est, eorum consilio mundum administrari. Secunda est autem, quæ docet, omnes res subjectas esse naturæ sentienti, ab eaque [omnia][2] pulcherrime geri: quo constituto, sequitur ab animantibus principiis eas esse generatas. Tertius locus est,[3] qui ducitur ex admiratione rerum cœlestium atque terrestrium.

Heindorf. Schutz. Mox, *deest arbitror* Glog. Red. La. *deesse arbitrato* A B C, Gud. 2. O. *deesse arbitror* E U ψ, Ascens. Hervag. *deesse arbitrio* H I, Paris. 2. *deese arbitratu* Paris. 3. *deest arbitratus* M.—6 Glog. Red. Heindorf. Schutz. *nolite*. Mox, *ne experimini* Lamb. 'Volebatne *experiemini?*' Orell.—7 Ita Manut. Lamb. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *in te uno . . . limato* omnes fere codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in te omnino . . . limatum* de Walkeri conjectura Lall. *una* pro *uno* conj. Dav. Paulo post, *ullo* omittunt Glog. G M, La. Paris. 2. 3.

CAP. XXX. 1 Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *fere dividunt nostri*. Mox, *prima pars* Glog. Red. Reg. Eliens. B C H M N, U, Mediol. Dav. Schutz. Orell.—2 Voc. *omnia* de Pearcii sententia uncis inclusit Ernesti. Statim, *ea esse generata* de Bouhierii et Davisii conjectura dedit Orell. *eam esse generatam* codd. plerique, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *esse omnia generata* Red. *omnia esse generata* de Heindorfii sententia Schutz. et Nobb. *eum esse generatum* conj. Walker. *eas esse generatas* Ernestii conj. recepit Moser.—3 *Tertius est locus* A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. Glog.

NOTÆ

fecto Halirrhotio, homine impuro. De Areopago copiose Sigon. de Rep. Athen. III. 2.

[z] *Non decet: non datum est*] Non decet id vos homines sine arte et literis; non datum est vobis hominibus sine auctoritate; non potestis, homines sine lepore.

Digitized by Google

76. Primum igitur aut negandum est Deos esse [4] (quod et Democritus simulacra,[a] et Epicurus imagines, inducens, quodam pacto negat); aut, qui Deos esse concedant, iis fatendum est, eos aliquid agere, idque præclarum: nihil est autem præclarius mundi administratione: Deorum igitur consilio administratur. Quod si aliter est, aliquid profecto sit, necesse est, melius,[5] et majore vi præditum, quam Deus, quale id cumque est, sive inanima natura,[b] sive necessitas[c] vi magna incitata, hæc pulcherrima opera efficiens, quæ videmus. 77. Non est igitur natura Deorum [6] præpotens, neque excellens, siquidem ea subjecta est ei vel necessitati, vel naturæ, qua cœlum, maria, terræque regantur. Nihil autem est[7] præstantius Deo: ab eo igitur necesse est mundum regi. Nulli igitur est[8] naturæ obediens aut subjectus Deus. Omnem ergo regit ipse naturam:[9] etenim, si concedimus, intelligentes esse Deos, concedimus[10] etiam providentes, et rerum quidem maximarum. Ergo, utrum ignorant, quæ res maximæ sint,

Red. Eliens. Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Schutz. Nobb. *qui dicitur* A C H, Paris. 2. Gud. 2. E. *ex administratione* M, Paris. 1.—4 A I M N, Paris. 1. Gud. 2. Eliens. Reg. Vratisl. U, Mediol. Dav. Heindorf. Orell. *esse Deos.* Statim, voc. *Epicurus* suspectum Ursino et Ernestio. Tum, *his fatendum* Junt. Victor. Dav. Paulo post, *administratur mundus* codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—5 E codd. aliquot Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *necesse est esse melius.* Mox, pro *Deus* al. habent *Deos.* Deinde, *necessitatis* Schutz. errore typogr.—6 *Deorum* omittunt G E U, La. a m. sec. probantibus Creuzer. et Moser. *ei* post *subjecta est* omittunt Glog. et Heindorf. Tum, *terra mariaque regantur* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *maria, terræ regantur* cum codd. aliquot Victor. Lamb. Dav. Orell. *reguntur* A B C H I. *gignuntur* H.—7 *Nihil est autem* A B C H I M N, Paris. 2. Gud. 2. Eliens. U, Reg. Mediol. al. vett. Dav. Heindorf. Schutz. Orell. Mox, *mundum necesse est regi* multi codd. Victor. Dav.—8 *Nihil est igitur* Paris. 2. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Nobb.—9 Red. et Heindorf. *Omnem igitur ipse naturam regit;* Moser. *Omnem ergo ipse naturam regit.*—

NOTÆ

[a] *Democritus simulacra*] Democriti simulacra, et Epicuri imagines, verbo solo differunt; ab utroque εἴδωλα interdum vocantur; interdum ἄτομα, *indivisibilia; λόγῳ θεωρητὰ, sola ratione spectabilia; ἀμέτοχα κενοῦ, vacuum minime participantia;* ingenerata, incorrupta, &c.

[b] *Sive inanima natura*] Quod multi veteres senserunt, teste Platone de Leg. lib. x.

[c] *Sive necessitas*] Sic fatum ab Epicureis vocabatur, et ab Horat. Od. I. 35. 'Te semper anteit sæva necessitas.'

Digitized by Google

quoque hæ[11] modo tractandæ et tuendæ; an vim non habent, qua tantas res sustineant et gerant? At et ignoratio rerum aliena naturæ Deorum est; et sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas minime cadit in majestatem Deorum. Ex quo efficitur id, quod volumus, Deorum providentia mundum administrari. XXXI. 78. Atqui necesse est, cum sint Dii (si modo sint,[1] ut profecto sunt), animantes esse, nec solum animantes, sed etiam rationis compotes, inter seque quasi civili conciliatione et societate conjunctos, unum mundum, ut communem rempublicam atque urbem aliquam, regentes. 79. Sequitur,[2] ut eadem sit in his, quæ in genere humano, ratio, eadem veritas utrobique sit, eademque lex; quæ est recti præceptio, pravique depulsio. Ex quo intelligitur, prudentiam quoque et mentem a Diis[3] ad homines pervenisse: ob eamque causam, majorum institutis, mens, fides, virtus, concordia, consecratæ, et publice dedicatæ sunt. Quæ qui convenit penes Deos esse negare, cum eorum[4] augusta et sancta simulacra veneremur? Quod si inest in hominum genere mens, fides, virtus, concordia; unde hæc in terras,[5] nisi a superis, defluere potuerunt? Cumque sint in nobis consilium, ratio, prudentia; necesse est, Deos hæc ipsa habere majora, nec habere solum, sed etiam his uti in maximis et optimis rebus. 80. Nihil autem est[6] nec majus nec melius mundo: necesse est ergo, eum Deorum consilio et providentia administrari. Postremo, cum satis docuerimus, hos esse

10 Red. Heindorf. Schutz. *concedemus*.—11 Victor. et Orell. *eæ*.

CAP. XXXI. 1 Ita plurimi codd. et edd. ante Heindorf. qui e cod. Glog. recepit *sunt*, eumque secuti Schutz. Moser. Nobb. Orell.—2 *Sequitur igitur* conj. Heindorf. Mox, *sit in iis* Victor. Orell. *humano in genere* codd. aliquot, Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. *sit* post *utrobique* omittit Victor. *utrobique* omittit ψ. *eadem virtus et veritas utrobique sit* conj. Heindorf. Pro *præceptio* Paris. 2. 3. M, Ls. habent *receptio*.—3 Paris. 1. *ac mentem ab eis;* Victor. *et m. a Deis*. Actutum, *ad h. provenisse* E.—4 *Quas qui . . . earum* conj. Bouh.—5 A B C M, Gud. 2. O U ψ, Paris. 1. 2. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *in terram;* E *in terra;* K *in terris*. Actutum, *nisi ab his superis* B H I. *nisi ab his*, omisso *superis*, Paris. 1. Pro *sint*, quod servant A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U, Glog. Red. et edd. post Ernesti, *sit* exhibent Manut. Lamb. Grut.—6 *Nihil est autem* Heindorf. Schutz. Orell. *Nihil autem*, omisso *est*, M I N, Paris. 3. Glog. Victor. Mox, *ergo Deorum c. et p. eum administrari* Glog. Red. Hein-

Digitized by Google

Deos, quorum insignem vim et illustrem faciem videremus, [*p.* 42.] solem dico, et lunam, et vagas stellas, et inerrantes, et cœlum,[7] et mundum ipsum, et earum rerum vim, quæ inessent in omni mundo, cum magno usu et commoditate generis humani; efficitur, omnia regi divina mente atque providentia.[8] Ac de prima quidem parte satis dictum est.

XXXII. 81. Sequitur, ut doceam, omnia subjecta esse naturæ,[1] eaque ab ea pulcherrime regi. Sed, quid sit ipsa natura, explicandum est ante breviter; quo facilius id, quod docere volumus,[2] [d] intelligi possit. Namque alii naturam [e] censent esse [3] vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios: alii autem,[f] vim participem rationis atque ordinis, tanquam via progredientem, declarantemque, quid cujusque rei causa efficiat, quid sequatur; cujus solertiam nulla ars, nulla manus,[4] nemo opifex, consequi possit imitando. Seminis enim vim esse tantam, ut id, quanquam sit perexiguum, tamen si inciderit in concipientem comprehendentemque naturam, nactumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat [5] et efficiat in suo quidque genere; partim ut tantummodo per stirpes alantur suas, partim ut moveri etiam, et sentire, et appetere possint, et ex sese similia sui gignere. 82. Sunt

dorf. Schutz. Nobb.—7 Vocc. *et cœlum* suspecta sunt Heindorfio.—8 A B C, G a m. sec. Eliens. 1. 2. Mediol. Ascens. Dav. Heindorf. Orell. *prudentia;* Gud. 2 omittit *atque providentia.*

CAP. XXXII. 1 Glog. et Heindorf. *naturæ sentienti.* Pro *regi,* A B C I, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Eliens. 1. 2. Reg. U, Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. *geri.*—2 Priscian. p. 848. Putsch. Victor. Dav. *volimus.* —3 Glog. Red. Junt. Victor. Heindorf. Schutz. Orell. *esse censent.* Mox, pro *vim* Bouh. suspic. *ignem.*—4 Glog. et Heindorf. *nulla manus efficiat.* —5 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *effingat.* Paulo post, *sui similia* Glog.

NOTÆ

[d] *Docere volumus*] Priscianus, lib. IX. citat hunc locum, et in eo ait a Cicerone scriptum *volimus* pro *volumus.*

[e] *Namque alii naturam*] Puta, Strato, physicus, teste Lactant. libro de Ira Dei, cap. 10. Hippocrates, Epidem. VI. Epicurus, qui omnia naturæ nomine appellavit.

[f] *Alii autem*] Puta, Plato in Philebo, quem Stoici secuti sunt.

Digitized by Google

autem, qui omnia naturæ nomine appellent,[6] ut Epicurus, qui ita dividit,[g] omnium, quæ sint, naturam esse corpora et inane, quæque his accidant.[h] Sed nos cum dicimus, Natura constare administrarique [7] mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, aut aliquid ejusmodi, nulla cohærendi natura; sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, et artis quædam similitudo. XXXIII. 83. Quod si ea, quæ a terra stirpibus continentur, arte naturæ vivunt et vigent; profecto ipsa terra eadem vi continetur, et arte naturæ; [1] quippe quæ, gravidata seminibus, omnia pariat et fundat ex sese, stirpes amplexa alat et augeat, ipsaque alatur vicissim a superis externisque naturis. Ejusdemque exspirationibus aër [2] alitur, et æther, et omnia supera. Ita, si terra natura tenetur et viget, eadem ratio in reliquo mundo est. Stirpes enim terræ inhærent: animantes autem aspiratione [3] aëris sustinentur; ipseque aër nobiscum videt,[i]

Red. Heindorf. Moser.—6 Glog. *appellant.*—7 Voc. *administrarique*, suspectum Marklando Epist. Crit. p. 25. et Heindorfio, delevit Schutz. Verba, *nulla cohærendi natura*, suspecta etiam Marklando l. l. *sola cohærendi natura* conj. Walker. receperunt Lall. et Schutz. *nulla nisi cohærendi natura* suspic. Heindorf. *una cohærendi natura* suspic. Dav. *nulla coalescendi natura* conj. Lamb. Deinde, *aut animal* Red. Heindorf.

Cap. XXXIII. 1 Codd. aliquot et edd. vett. *et arte naturæ.* Hæc verba suspecta sunt Davisio; *et arte* omittunt Glog. Heindorf. Schutz. uncis inclusit Nobb. Mox, *et ex sese stirpes* codd. aliquot, Red. Heindorf.—2 Glog. A B C G M, Paris. 1. 2. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *et aër.* Pro *supera* Manut. et Lamb. habent *sidera.*—3 Al. ap. Schutz. *spiratione.* Statim, *ipseque aër ubicumque vivit, ubicumque audit, nobis consonat* Red. *ipseque aër nobis, ubicumque videmus, lucet, ubicumque audimus, nobis sonat* conj. Heindorf.—

NOTÆ

[g] *Ita dividit*] Tria rerum principia agnoscebat Epicurus: 1. corpora, sive atomos; 2. inane; 3. utrorumque accidentia, teste Plutarcho; teste Laërtio, duo tantum. Lucretius quoque duorum duntaxat meminit: 'Omnis ut est igitur per se natura, duabus Consistit rebus, quæ corpora sunt et inane.'

[h] *Quæque his accidant*] Duo apud Epicurum accidentium genera in atomis; *conjuncta*, συμπτώματα et *eventa*, συμβεβηκότα. 'Conjuncta' sunt magnitudo, figura, pondus; 'eventa' concursus, connexio, positio, ordo, &c. Inanis autem accidentia erant infinitas, immobilitas.

[i] *Nobiscum videt*] Non quo nos videmus, modo quem dialectici vitalem vocant; sed quod absque aëre videre nequeamus.

Digitized by Google

nobiscum audit, nobiscum sonat: nihil enim eorum sine eo fieri potest. Quinetiam movetur nobiscum: quacumque enim imus, quacumque movemur, videtur quasi locum dare, et cedere.[4] 84. Quæque in medium locum[k] mundi, qui est infimus, et quæ a medio in superum, quæque conversione rotunda circum medium feruntur, ea continentem mundi[5] efficiunt unamque naturam. Et, cum quatuor sint genera[6] corporum,[l] vicissitudine eorum mundi continuata natura est. Nam ex terra, aqua; ex aqua, oritur aër; ex aëre, æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere, aër; ex aëre, aqua;[7] ex aqua, terra infima. Sic naturis his, ex quibus omnia constant, sursum, deorsum,[8] ultro, citroque, commeantibus, mundi partium conjunctio continetur; 85. quæ aut sempiterna sit, necesse est, hoc eodem ornatu, quem videmus, aut certe perdiuturna, permanens ad longinquum et immensum pæne tempus. Quorum utrumvis sit,[9] sequitur, natura mundum administrari. Quæ enim classium navigatio, aut quæ instructio exercitus, aut rursus (ut ea, quæ natura efficit, conferamus) quæ procreatio vitis aut arboris, [*p.* 43.] quæ porro animantis figura conformatioque membrorum, tantam naturæ solertiam significat, quantam ipse mundus? Aut igitur nihil est,[10] quod sentiente natura regatur, aut mundum regi confitendum est. 86. Etenim, qui reliquas naturas omnes earumque semina contineat, qui potest ipse non natura administrari? ut,

4 Glog. Red. *concedere.*—5 N omittit *mundi.* Actutum, *efficiunt* omittunt G M, La. Paris. 2. 3. *naturam habent* G M N, La. Paris. 3. *ea continentem mundi eamque efficiunt naturam* conj. Heindorf.—6 Ita G H M, Paris. 1. 2. 3. Gud. E O U ψ, Eliens. 1. 2. Mediol. *genera sint* codd. aliquot, Victor. Dav.—7 A B C I, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. E O U ψ, Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Mediol. Junt. Victor. Dav. Heindorf. *aër; inde aqua;* Red. et M *aër; deinde ex aëre aqua.*—8 Codd. aliquot et Dav. *sursus, deorsus;* Glog. Red. *sursum et deorsum.* Actutum, *ultro, citro,* omisso *que,* A B C I N, Paris. 1. 2. Gud. 2. E O U, Glog. Dav. Heindorf. Moser. Orell. Cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 135.—9 A B C G I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. Heindorf. Orell. *utrumvis ut sit;* Priceus ad Apul. Oud. tom. III. p. 248. *utrum utrum sit.*—10 *Aut nihil igitur*

NOTÆ

[k] *Medium locum*] Vulgo 'centrum,' quæ vox Græca, temporibus Ciceronis nondum Latina. A Plinio primum usurpata est, l. XVIII. 29.

[l] *Genera corporum*] Aristoteles quintum quoddam agnoscit, cœlorum materiam.

Digitized by Google

siqui[11] dentes et pubertatem[a] natura dicat existere, ipsum autem hominem, cui ea existant, non constare natura; non intelligat, ea, quæ efferant[b] aliquid ex sese, perfectiores habere naturas,[12] quam ea quæ ex iis efferantur. XXXIV. Omnium autem rerum, quæ natura administrantur, seminator et sator et parens (ut ita dicam), atque educator et altor,[1] est mundus; omniaque, sicut membra et partes suas, nutricatur[c] et continet. Quod si mundi partes administrantur, necesse est mundum ipsum natura administrari; cujus quidem administratio nihil habet in se, quod reprehendi[m] possit. Ex iis enim naturis quæ erant, quod effici potuit optimum,[2] effectum est. 87. Doceat ergo[3] aliquis potuisse melius. Sed nemo unquam docebit:[4] et, si quis corrigere aliquid volet, aut deterius faciet, aut id, quod fieri non potuit, desiderabit. Quod si omnes mundi partes ita constitutæ sunt, ut neque ad usum meliores potuerint esse, neque ad speciem pulchriores; videamus, utrum ea fortuita sint,[5] an eo statu, quo cohærere nullo modo potuerint, nisi sensu moderante, divinaque providentia. Si ergo[6] meliora sunt ea quæ natura, quam illa quæ arte, perfecta sunt; nec ars efficit quicquam sine ratione; ne natura quidem rationis expers est habenda. Qui igitur convenit,[7] signum aut tabulam pictam cum aspexeris, scire

[a] *Primum lanuginem.* [b] *Quæ producant.*
[c] *Fovet nutricis more.*

est Glog. Heindorf. Moser. Orell.—11 *Ut si quis* Glog. Red. Paris. 3. Gud. 2. G, La. Junt. Manut.—12 Manut. Lamb. *perfectiorem h. naturam.*

CAP. XXXIV. 1 Red. cum aliis quibusdam codd. *et alitor:* I *et auctor.* Mox, *nutricat* codd. aliquot, Heindorf. Moser.—2 A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. U, Reg. Eliens. Glog. Red. Victor. Ascens. *optimum potuit.* Actutum, *effectumque* E.—3 *Doceat igitur* Red.—4 Idem cod. *id docebit.* Mox, *facit* A C H I N, Paris. 2. 3. *non* omittunt A B C E M, Paris. 3. *potuerit* A B H I, Paris. 1. 2. 3. E, Orell.—5 Reg. A B C I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. O U, Mediol. Dav. Orell. *fortuitane sint.* Mox, *quod cohærere* Gud. 2. *quoquo hærere* A. *quo adhærere* M. *potuerunt* G M N, E U, Gud. 2.—6 *Si igitur* A B G H I M, Paris. 2. 3. Gud. 2. E, Victor.—7 *Quid ergo convenit*

NOTÆ

[m] *Quod reprehendi*] Duo Lucianus in Nigrino facete reprehendit: 1. quod cornua tauri sub oculis non habeant, ut videant quod feriunt; 2. quod sura tibiæ postposita fuerit, quæ ad ossis tutelam præponenda erat.

Digitized by Google

adhibitam esse artem; cumque procul cursum navigii videris, non dubitare, quin id ratione atque arte moveatur; aut cum solarium[n] vel descriptum, aut ex aqua, contemplere, intelligere declarari horas arte, non casu; mundum autem, qui et has ipsas artes, et earum artifices, et cuncta complectatur, consilii et rationis esse expertem putare? 88. Quod si in Scythiam,[o] aut in Britanniam,[8] sphæram aliquis[p] tulerit hanc, quam nuper familiaris noster effecit Posidonius,[q] cujus singulæ conversiones idem efficiunt in sole, et in luna, et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in cœlo singulis diebus et noctibus; quis in illa barbarie[9] dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratione? XXXV. Hi autem dubitant de mundo, ex quo et oriuntur[1] et fiunt omnia, casune ipse sit effectus, aut necessitate ali-

Glog. M, La. Statim, *cumque procursum* A. *cumque procul rursum* Paris. 2. 3. La. *cumque p. sursum* alii codd. ap. Dav. et Moser. *navigi* Heindorf. *et cum s. aut descriptum* de Walkeri suspicione Heindorf. Schutz. Moser. *contemplare* H a m. pr. *contemplari* M. Deinde, *complectitur* G, Paris. I. a m. pr. La. M. *putarem* B C G M, Paris. 1. 2.—8 Red. *aut Britanniam.* Mox, *Possidonius effecit* M. *et luna* H et Red. *ac in quinque* E.—9 Ita plurimi codd. et edd. vett. *barbaria* H I, E O, Moser. Heindorf.

CAP. XXXV. 1 Lamb. *ex quo oriuntur.* Paulo post, *an ratione an mente*

NOTÆ

[n] *Solarium*] Duplex apud veteres horologii genus; solarium, et clepsydra. Solarium solis umbra horas notabat, ab Anaximene, Anaximandri discipulo, primum inventum. Romæ quoque longe post, aut inventum, aut ex parte perfectum, a L. Papirio Cursore, duodecim annos ante bellum Pyrrhi, et a M. Valerio Messala cos. bello Punico primo; denique a Q. Marcio Philippo diligentius ordinatum. Clepsydra apud Romanos an. 595. usurpari cœpta a Scipione Nasica; longe prius Ægyptiis nota, præsertim in urbe Achanto, ubi vas quoddam ingens fuit, in quod singulis diebus sacerdotes singuli, qui tot erant, quot in anno dies, aquam ex Nilo deferrent, unde horæ numerarentur. Ita Panciroll.

[o] *Scythiam*] Regionem Asiæ borealis peramplam. Duplex distingui solet, alia intra, alia extra Imaum montem.

[p] *Sphæram aliquis*] Sphæra globus est, variis circulis distinctus, quibus cœlorum motus, totiusque mundi situs explicetur. Ejus inventores varii varia et ancipiti fama traduntur: Atlas, a quo Hercules acceptam in Græciam detulit (hinc fabula, cœlum ab Atlante fatigato fuisse in cervices Herculis excussum); Anaximander, Musæus, Archytas, Archimedes.

[q] *Posidonius*] Librum de Sphæra scripsit, cujus meminerunt Plinius et Cleomedes.

Digitized by Google

qua, an ratione ac mente divina; et Archimedem [r] arbitrantur plus valuisse in imitandis sphæræ conversionibus, quam naturam in efficiendis, præsertim cum multis partibus sint illa perfecta, quam hæc simulata, solertius.[d] 89. Atqui ille apud Attium [2] [s] pastor, qui navem nunquam ante vidisset, ut procul divinum et novum vehiculum Argonautarum [t] e monte conspexit, primo admirans et perterritus, hoc modo [u] loquitur:

tanta moles labitur
Fremebunda [3] ex alto, ingenti sonitu et spiritu:
Præ se undas volvit: vortices vi suscitat:
Ruit prolapsa: pelagus respergit: profluit.[4]
Ita dum interruptum credas nimbum volvier,
Dum [5] quod sublime ventis expulsum rapi

[d] *Præsertim, cum multo solertius perfecta illa sint a natura, quam hæc simulata et adumbrata ab Archimede.*

Manut. Deinde, *sunt perfecta illa* Glog. Heindorf. Schutz.—2 *Accium* margo Venet. 1507. Hervag. Victor. Nobb. *Actium* A B C G H, Paris. 1. 2. 3. 4. *vidisset ante* H M, Glog. Heindorf.—3 *Tremebunda* Glog. Red. Paris. 2. 3. M. *Premebunda* Gud. 2. *Fremibunda* E U. *Fremebundo* I. *sonitu et strepitu* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut.—4 Lamb. Nobb. Bothe Poët. Scen. p. 176. Orell. e Prisciano *reflat;* Schutz. conj. *reflans;* Heindorf. suspic. *proflat.*—5 Ita codd. fere omnes et edd. vett. *Ita num . . . Num* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *Ita tum . . . Tum* conj. Bouh. probantibus

NOTÆ

[r] *Archimedem*] De illo multa Plut. in Marcello, et nos variis locis.

[s] *Apud Attium*] L. Accius, vel Attius, vel Actius, tragicus poëta. Parentibus libertinis natus, sene jam Pacuvio, poëta quoque non ignobili, floruit; populo Romano adeo gratus, ut quendam, qui Attium contumeliose nominaverat, P. Mucius condemnaverit. Vide Gyrald.

[t] *Argonautarum*] Qui Jasone duce in Argo navi Colchos profecti sunt, ut vellus aureum a Phryxo apud Æetam relictum diriperent.

[u] *Hoc modo*] In Medea: Medeæ enim artibus Argonautæ vellus aureum diripuerunt. Nonius ultimum istorum versuum affert in 'Conciere,' ex Medea Attii. Priscianus, lib. de Versibus Comicis, alium ordinem istorum versuum habet: eosdem nonnihil mutatos sic legi vult Petrus Scriverius: 'Tanta moles labitur Fremebunda ex alto, ingenti sonitu et strepitu: Præ se undas volvit; vortices vi suscitat; Ruit prolapsa; pelagus respergit; reflat: Ita dum incorruptum credas nimbum volucer, Dum quod sublime ventis expulsum rapi Saxum aut procellis, vel globosos turbines Existere ictos undis concursantibus; Nisi quas terrestres pontus strages conciet; Aut forte Titan, fuscina evertens specus, Subter radices penitus undanti in freto Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.'

Digitized by Google

Saxum, aut procellis, vel globosos turbines
Existere ictos[6] undis concursantibus;
Nisi quas[7] terrestres pontus strages conciet;
Aut forte Triton, fuscina[x] evertens specus,[8] [*p.* 44.]
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cœlum eruit.

Dubitat primo, quæ sit ea natura, quam cernit ignotam: idemque, juvenibus visis,[9] [y] auditoque nautico cantu:[z]

Sicut inciti atque alacres[10] rostris perfremunt
Delphini .... [a]

item alia multa:

Sylvani[b] melo
Consimilem ad aures cantum et auditum refert.[11]

90. Ergo, ut hic primo aspectu inanimum quiddam, sensuque vacuum, se putat cernere; post autem, signis certioribus, quale sit id de quo dubitaverat, incipit suspicari;

Dav. et Ernesti, recepit Bothe.—6 *Existere actos* conj. Bonh. probante Ernesti. *Existere ictus* Gud. 2. ψ. *Existere aut ventos concursantibus* Glog. *et concursantibus* M, Paris. 1.—7 *Ni quas* Junt. *Num quas* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *In quas* U. *strages concitet* Paris. 1. G.—8 Al. ap. Lamb. *everrens specus;* I M *vertens specus;* Glog. Gud. 2. *evertens impetus;* Paris. 2. et E *fuscinæ vertens specus.* Mox, *undante veniens freto* Glog. *undante venire freto* Red. et Ascens. *undantes veniat fretoque molem* ed. Mars. *undantes veniant freto* A B C H I, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. *undantes invehat freto* G. *undanti venire in freto* Red. La. O U ψ. *undantes venire freto* E. *undantes veniat freto* Thuan. *undantes in freto* M. *undante in freto* Heindorf. Schutz. Orell. Nobb. *undanti freto* Bothe. Deinde, *ad cœlum exruit* Glog. *ad cœlum erui* Red. La. U, *aut cœlum erui* O, Gud. 2. Hervag. *aut cœlum eruat* Mars. *ad cœlum eruit* var. lect. in Hervag. *ad cœlum eruat* Thuan. *at cœlum eruit* I. *aut cœlum eruit* E ψ. —9 Paris. 3. *idcumque j. visus; ψ juvenis visu audituque;* Gud. 2. *juvenis visu auditoque.*—10 *Sic inciti atque alacres* Glog. Orell. *Sicuti citi atque al.* Lamb. *Sic incitati et al.* Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *cantu sic: Ut inciti atque al.* suspic. Dav.—11 Heindorf. conj. *ferunt;* Bothe suspic. *cantum exauditu refert.*

NOTÆ

[x] *Triton fuscina*] De Tritone, ejusque fuscina, consule quæ dicta sunt supra.

[y] *Juvenibus visis*] Qui quinquaginta erant e tota Græcia lectissimi.

[z] *Nautico cantu*] Cantus nauticus a Martiale 'celeuma' appellatur, III. 67.

[a] *Delphini*] Animalium velocissimum est delphinus, ocyor volucre, ocyor telo; ac nisi multum infra rostrum os illi esset, medio pæne in ventre, nullus piscium evaderet. Plin. IX. 8.

[b] *Sylvani*] Dei pastorum et agrorum. Cupressum manu semper gestare solebat, quod Cyparissum, in cupressum mutatum, amavisset. Virgil. Georg. I. 'Et teneram ab radice ferens, Sylvane, cupressum.'

Digitized by Google

sic philosophi debuerunt, si forte eos primus aspectus mundi conturbaverat, postea, cum vidissent motus ejus finitos et æquabiles, omniaque ratis ordinibus moderata, immutabilique constantia, intelligere inesse aliquem non solum habitatorem in hac cœlesti ac divina domo, sed etiam rectorem, et moderatorem, et tanquam architectum, tanti operis, tantique muneris. Nunc autem mihi videntur ne suspicari quidem, quanta sit admirabilitas cœlestium rerum atque terrestrium.

XXXVI. 91. Principio enim, terra, sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili[1] spirabilique natura, cui nomen est aër, Græcum illud quidem, sed receptum[2] jam tamen usu a nostris; tritum est enim pro Latino. Hunc rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam 'æther' Latine, quam dicitur 'aër:' etsi interpretatur Pacuvius:[c]

Hoc, quod[3] memoro, nostri cœlum, Graii perhibent æthera.

Quasi vero non Graius[d] hoc[4] dicat. At Latine loquitur: siquidem nos, non quasi[5] Græce loquentem, audiamus. Docet idem alio loco:[e]

Grajugena de isto[6] aperit ipsa oratio.

CAP. XXXVI. 1 Ita plurimi codd. et edd. vett. *animali* codd. aliquot, Probus ad Virg. Ecl. VI. 31. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Actutum, *spiratibilique* Servius ad Æn. III. 600.—2 G a m. sec. E U *perceptum;* Glog. et Paris. 3. *præceptum.*—3 *Hoc quid est* Glog. *memores* Red. et *majores* a m. sec. *Hoc quod memoro* omittit E. *Grai* A B C I, E O. *Hoc, quod memorant nostri cœlum* Heindorf. e Varrone. *æthera* omittit Glog.—4 *Quasi vero hoc non Graius* Glog. *Graius hoc non* Red. *dicat hoc Graius* Paris. 2.—5 Pearce delendum censebat *quasi.*—6 *Grajugena: de istoc* Bothe,

NOTÆ

[c] *Pacuvius*] Tragicus poëta, Ennii sorore genitus, juxta Plinium; juxta Eusebium, ex filia nepos. Lepidum est, quod de illo Cicero alibi memorat; cum apud amicum quereretur, quod uxor sua se de ficu suspendisset, 'Amabo te,' inquit alter, 'da mihi ex illa arbore quos seram surculos.' Gyrald. Excerptus est hic versus ex Chryse Pacuvii, et refertur iterum a Cicerone de Divin. lib. I. II.

[d] *Non Graius*] Pacuvius enim patria Brundisinus in Calabria; Calabria autem olim Messapia, quæ Majoris Græciæ pars fuit.

[e] *Alio loco*] Loci illius non meminit Scriverius in collectaneis Pacuvii;

Digitized by Google

92. Sed ad majora redeamus. Ex æthere igitur innumerabiles flammæ siderum existunt; quorum est princeps[7] sol, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus[f] major atque amplior, quam terra universa; deinde reliqua sidera magnitudinibus immensis. Atque hi tanti ignes, tamque multi, non modo nihil nocent terris, rebusque terrestribus, sed ita prosunt, ut, si mota[8] loco sint, conflagrare terras necesse sit a tantis ardoribus, moderatione et temperatione sublata. XXXVII. 93. Hic ego non mirer esse quenquam,[g] qui sibi persuadeat, corpora quædam solida atque individua vi[1] et gravitate ferri, mundumque effici ornatissimum et pulcherrimum ex eorum corporum concursione fortuita? Hoc qui existimat[2] fieri potuisse, non intelligo, cur non idem putet, si innumerabiles unius et viginti[h] formæ literarum vel aureæ, vel quales libet, aliquo conjiciantur, posse ex his, in terram excussis,[i] annales Ennii, ut deinceps legi possint, effici: quod nescio an ne in uno quidem versu possit tantum[3] valere fortuna. 94. Isti autem quemadmodum

Nobb. et Orell. *Grajugena: nam de isto* conj. Stieglitz. *Grajugenam ted esse aperit* conj. Grot. *Grajugena de isto aperit ista ipsa oratio* suspic. Heindorf.—7 Red. Heindorf. Schutz. *princeps est.* Mox, *clarissima sua luce* Red. Heindorf.—8 Red. a m. sec. et margo Venet. 1507. *moti*, uti conj. Walker. probante Dav. et sic ediderunt Heindorf. et Schutz. *si moræ locus fuerit*, vel *si morati loco sint* suspic. Creuz.

CAP. XXXVII. 1 Lamb. *individua sua vi.*—2 Codd. aliquot, etiam Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *existimet.* Mox, *si inenumerabiles* Reg. A C, et B a m. sec. *literarum formæ* conj. Heindorf.—3 'Voc. *tantum* sine causa su-

NOTÆ

nec cujus fabulæ fragmentum sit, facile est suspicari.

[f] *Multis partibus*] Centies sexagies sexies, ut Ptolemæus; centies sexagies et bis, ut Copernicus; centies quadragies, ut Tycho Brahæus. Varias aliorum opiniones vide apud Plin. II. 11.

[g] *Esse quenquam*] Leucippum, Democritum, et Epicurum carpit.

[h] *Unius et viginti*] Vetus Romanorum scriptura decem et septem literis primum constitit; mox adjecta litera *z*, pro qua *c* usurpabatur. Augusti tempore addita *x* pro *cs* veterum. A Græcis quoque acceptæ *y* et *z*, pro quibus *i* et *ss* ante scribebatur. Isidor. I. 4. Alii pro *y* scribi solitum volunt *v*. Cicero in Oratore.

[i] *In terram excussis*] Quod oraculis Sibyllæ Cumææ contigit, quæ in palmarum foliis (ut moris tunc erat) descripta, et repentino venti turbine disjecta, ubi ventus posuit, in eundem, in quem a Sibylla digesta erant, situm locumque redierunt.

Digitized by Google

asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua (quam *ποιότητα* Græci vocant), non sensu præditis, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum? vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire? Quod si mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem, non potest? quæ sunt minus operosa, et multo quidem faciliora. Certe ita temere de mundo effutiunt, [*p.* 45.] ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem cœli ornatum, qui locus est proximus,[4] suspexisse videantur. 95. Præclare ergo Aristoteles,[k] 'si essent,' inquit, 'qui sub terra semper habitavissent, bonis et illustribus domiciliis, quæ essent ornata signis atque picturis, instructaque rebus iis omnibus, quibus abundant ii[5] qui beati putantur, nec tamen exissent unquam supra terram; accepissent autem fama et auditione, esse quoddam numen et vim Deorum; deinde aliquo tempore, patefactis terræ faucibus, ex illis abditis sedibus evadere in hæc loca, quæ nos incolimus, atque exire potuissent; cum repente terram, et maria, cœlumque vidissent; nubium magnitudinem, ventorumque vim cognovissent, aspexissentque solem, ejusque tum[6] magnitudinem pulchritudinemque, tum etiam efficientiam cognovissent, quod is diem efficeret, toto cœlo luce

spectum Heindorfio.' *Orell.*—4 Verba, *qui locus est proximus* omittit Glog. et codex La. Moseri non habet nisi in marg. Moserus ipse uncis inclusit, uti volebant Heindorf. et Creuzer. 'Minime autem e gloss. videntur profecta, tum propter verba ipsa vere Tulliana, tum quia nunc demum, scil. a v. § 91. *Principio enim, &c.* de admirabilitate cœlestium rerum atque terrestrium disputare cœpit Balbus. Recentiorum autem est talia initio duntaxat præmonere; in ipsa disputatione paulo ante incepta id facere quidni potuerit Tullius?' *Orell.*—5 Ita cum Ernestio Heindorf. *his omnibus, q. a. hi* A B C G H, Thuan. Hervag. Junt. Victor. Dav. *iis* omittit I. *omnibus* deest in M. *ni his rebus omnibus* Red. *hi* habent etiam E K. *accepissent tamen fama, auditione, et opinione* M. *fama, auditioneque opinione* Paris. 8. *fama auditionemque opinione* Glog.—6 A B C, Paris. 1. Victor. *cum.* Glog. habet *cœlumque vidissent, aspexissentque solem ejusque tum magnitudinem et pulchritudinem, ventorumque vim cognovissent, aspexissentque solem ejusque tum magnitudinem pulchritudinemque; tum etiam efficientiam cognovissent, &c.* Mox, *ut is diem, &c.* Glog.

NOTÆ

[k] *Aristoteles*] Inter Aristotelis quæ supersunt opera non extat ille locus.

diffusa; cum autem terras nox opacasset, tum [7] cœlum totum cernerent astris distinctum et ornatum, lunæque luminum varietatem tum [8] crescentis, tum senescentis, eorumque omnium ortus et occasus, atque in omni æternitate ratos immutabilesque cursus; hæc cum viderent, profecto et esse Deos, et hæc tanta opera Deorum esse, arbitrarentur.' XXXVIII. 96. Atque hæc [1] quidem ille. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quantæ quondam [2] eruptione Ætnæorum ignium [1] finitimas regiones obscuravisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret: cum autem tertio die sol illuxisset, tum ut revixisse sibi viderentur. Quod si hoc idem [3] ex æternis tenebris contingeret, ut subito lucem aspiceremus; quænam species cœli videretur? Sed assiduitate quotidiana et consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident; proinde [4] quasi novitas nos magis quam magnitudo rerum debeat ad exquirendas causas excitare. 97. Quis enim hunc hominem dixerit, qui, cum tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines, tamque omnia inter se [5] connexa et apta viderit, neget in his ullam inesse rationem;

Heindorf.—7 E G I U, Paris. 1. 2. *cum*. Paris. 3 omittit *totum*. Glog. Paris. 2. La. M exhibent *tum cœlum cernerent tot astris distictum:* (sic) Thuan. *tum totum cœlum*. Verba, *cœlum totum . . . varietatem*, plane omittit O.—8 Victor. *cum*. Mox, *quæ cum viderent* Wover. Pal. 3. Eliens. Reg. A B C G I K M N, Mediol. Bonon. 1494.

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Atque hoc quidem illi* N.—2 H a m. pr. *qui antæ quondam*. Mox, *obscurasse* G K. *finitas reg. obscuravisse d. ut biduum* M. *cognosceret* Glog. Red. Paris. 2. 3. M. *die tertia lux illuxisset* K. *tum reluxisse sibi* Glog. Paris. 3. *tum revixisse sibi* Red. unde τὸ *ut* delevit Heindorf. *revixisse sensus videretur* Eliens. *revixisse ubi viderentur* Gud. 2. *tum et revixisset sibi* I.—3 *Hoc si idem* Lamb. Statim, *cœli species* Glog. Heindorf.—4 Codd. aliquot, Junt. Manut. Heindorf. *perinde*.—5 A B C G H I K N, Gud. 2. Paris. 3. Eliens. Red. Glog. Dav. Moser. Orell. *inter se omnia;* Paris. 1. *tamque inter se connexa omnia;* Heindorf. conj. *tamque connexa inter se omnia et ap-*

NOTÆ

[1] *Ætnæorum ignium*] Ætna mons est in Sicilia, altus triginta mille passus: de variis ejus incendiis vide Thomam Fasellum, scriptorem rerum Sicularum, Decad. I. lib. II. c. 4. ubi singulas ignium eruptiones, suo quamque anno, recenset.

Digitized by Google

eaque casu fieri dicat, quæ quanto consilio gerantur, nullo consilio assequi possumus? An, cum machinatione quadam moveri aliquid videmus,[6] ut sphæram, ut horas, ut alia permulta; non dubitamus, quin illa opera sint rationis; cum autem impetum cœli admirabili cum celeritate moveri vertique videamus, constantissime conficientem vicissitudines anniversarias,[m] cum summa salute et conservatione rerum omnium; dubitamus, quin ea non solum ratione fiant, sed etiam excellenti quadam divinaque[7] ratione? 98. Licet[8] enim jam, remota subtilitate disputandi, oculis quodammodo contemplari pulchritudinem rerum earum, quas divina providentia dicimus constitutas.

XXXIX. Ac principio[1] terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida et globosa, et undique ipsa in sese nutibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus; quorum omnium incredibilis multitudo insatiabili varietate distinguitur. Adde huc[2] fontium gelidas perennitates, liquores pellucidos amnium, riparum vestitus viridissimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatesque camporum: adde etiam reconditas auri

ta. Mox, pro *possumus* Heindorf. de conj. edidit *possimus*.—6 Glog. Paris. 3. G M *aliquid videamus;* Red. *videmus aliquid.* Statim, *cum autem ambitum cœli* conj. Walker. *cum admirabili celeritate* Eliens. Reg. Glog. Red. H M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell.—7 A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U ψ, Eliens. Reg. Red. Glog. Mediol. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Lall. Heindorf. Orell. *excellente, divinaque;* Junt. Manut. Lamb. *excellente quadam divinaque.* Voc. *quadam* uncis inclusit Nobb.—8 *Libet* conj. Heindorf. in Addend. quod non displicet Mosero.

CAP. XXXIX. 1 *Ac primo* Red. ψ. *Ac præcipue* K. Mox, *in media sede mundi* A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Red. Eliens. U, Mediol. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Pro *nutibus* Lall. et Bipont. ediderunt *nixibus*, de conjectura Clerici.—2 *Adde adhuc* M, Paris. 2. Paulo post, *concavas latitudines* conj. Lamb. *concavas amplitudines* de Heindorfii suspicione Schutz. Deinde, *montium celsitudines*

NOTÆ

[m] *Anniversarias*] Sic dictas, quod anno vertente recurrant. Sic 'munus anniversarium' Sueton. vocat in Claudio, cap. 21. et venti Etesiæ 'anniversarii' appellantur, quod post biduum, quam exorta est canicula, constantissime oriantur, et diebus quadraginta perflent. Plin. II. 47.

Digitized by Google

argentique venas, infinitamque vim marmoris. 99. [*p.* 46.] Quæ vero, et quam varia genera bestiarum vel cicurum, vel ferarum! qui volucrum lapsus atque cantus! qui pecudum pastus! quæ vita sylvestrium! Quid jam de hominum genere dicam? qui, quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari;[3] quorumque operibus agri, insulæ, littoraque, collucent, distincta tectis et urbibus. Quæ si, ut animis, sic oculis videre possemus, nemo, cunctam intuens terram,[4] de divina ratione dubitaret. 100. At vero quanta maris est pulchritudo! quæ species universi! quæ multitudo et varietas insularum! quæ amœnitates orarum et littorum![5] quot genera, quamque disparia, partim submersarum, partim fluitantium et innantium belluarum, partim ad saxa nativis testis inhærentium! Ipsum autem mare sic terram appetens[n] littoribus eludit,[6] ut una ex duabus naturis conflata videatur. 101. Exinde[7] mari finitimus aër die et nocte distinguitur: isque tum fusus et extenuatus sublime fertur; tum autem concretus, in nubes cogitur: humoremque colligens, terram auget imbribus; tum effluens huc et illuc, ventos efficit. Idem annuas frigorum et calorum facit varietates: idem-

suspic. Dav.—3 Lamb. e Nonio volebat *vastescere;* Heindorf. conj. *eam nec immanitate beluarum vastari, nec stirpium asperitate efferari*, improbante Orell. —4 Heindorf. e codd. aliquot *contuens terram.*—5 Codd. aliquot, Victor. Orell. *ac littorum.* Paulo post, *innatantium belluarum* Manut. Lamb.—6 Ita cum codd. multis Junt. Grut. Moser. Orell. *alludit* Glog. Paris. 1. 2. Reg. a m. sec. Dav. Lall. Heindorf. Schutz. Nobb. *illudit* Med. *elidit* Eliens. G. *elludit* M, Red. *alluit* Glog. a m. sec. *cludit* Gud. 2. margo Venet. 1507. Mars. Victor. Argent. 1581. Manut. *claudit* Lamb. *ut una ex duabus natura* H. *duabus* deest in N. *conflata videantur* I.—7 *Exin.* Eliens. Reg. A B C H, Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Orell. *Ex vi* N. *Inde* ψ. *aër mari finitimus* Glog. *aër* omittunt A M, C a m. pr. Gud. 2. Paris. 3. *mare nati finitimus* Thuan. *finitima* N. Mox, *in sublime* Glog. G K, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *in* omittunt A B C H I M N, La. Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Med. Bonon. 1494. Junt. Victor. Dav. seqq. Cf. Virg. Ecl. IX. 29.

NOTÆ

n *Terram appetens*] Videtur eà vox eo loco idem sonare ac 'propinquare:' sic nox dicitur 'appropinquare,' nisi velis locum sic explicare: Ipsum autem mare sic terram amans, eam littoribus quasi brachiis claudit, et amplectitur in signum amoris.

Digitized by Google

que et volatus alitum sustinet, et, spiritu[8] ductus, alit et sustentat animantes. XL. Restat ultimus, et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coërcens[1] cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora et determinatio mundi; in quo, cum admirabilitate maxima, igneæ formæ cursus ordinatos definiunt.[*] 102. E quibus[2] sol, cujus magnitudine multis partibus terra superatur, circum eam ipsam volvitur: isque, oriens et occidens, diem noctemque conficit; et modo accedens, tum autem recedens, binas in singulis annis reversiones ab extremo[o] contrarias facit: quarum intervallo[3] tum quasi tristitia quædam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cœlo hilarata videatur. 103. Luna autem, quæ est (ut ostendunt mathematici) major[4] quam dimidia pars[p] terræ, iisdem spatiis vagatur, quibus sol: sed tum congrediens cum sole, tum digrediens, et eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras, et varias ipsa mutationes lucis habet: atque etiam tum subjecta atque opposita soli, radios ejus et lumen obscurat; tum ipsa, incidens in umbram terræ, cum est e regione solis, interpositu interjectuque terræ, repente

[*] *Sidera cursum et motum habent ordinatum et æquabilem.*

Georg. III. 28. Sil. Ital. IV. 144. VI. 235. XI. 232.—8 A B C G H I K, E, Paris. 2. 3. Glog. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *spiritus*.

CAP. XL. 1 A B C *cohercens*; Paris. 3. M, et H a m. pr. *cohærens*. Mox, *qui quidem æther* Glog. Paris. 3. M.—2 *Ex quibus* Lamb.—3 Duo codd. Moseri et Victor. *in intervallo*. Statim, pro *quædam*, quod servant Manut. Lamb. Grut. *quadam* exhibent B C G H I K M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Glog. Red. Eliens. Med. Bonon. 1494. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *quadam contrahitur terra* A.—4 Heindorf. conj. *non major*. Mox, *cum sole* suspecta sunt eidem Heindorfio. *tum degrediens* codd. aliquot, et Lamb. probante Dav. *a sole accipit* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Deinde, *lucis mutationes* A B C I M

NOTÆ

[o] *Ab extremo*] Extremæ illæ duæ solis metæ 'tropici' ab astronomis dicuntur; quos cum attigit, ad æquatorem redire incipit.

[p] *Dimidia pars*] Ea fuit opinio veterum. Subinde vero a Ptolemæo, qui sub Adriano floruit, compertum est, lunam terra minorem esse novies et trigesies; a recentioribus ter et quadragies terra minor vulgo ponitur.

Digitized by Google

deficit. Iisdemque spatiis hæ stellæ,[5] quas vagás dicimus, circum terram feruntur, eodemque modo oriuntur et occidunt; quarum motus tum incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistunt. 104. Quo spectaculo nihil potest admirabilius esse,[6] nihil pulchrius. Sequitur stellarum inerrantium maxima multitudo; quarum ita descripta distinctio est, ut ex nota[7] figurarum similitudine nomina invenerint. XLI. Atque hoc loco, me intuens, Utar, inquit, carminibus Arati[q] eis,[1] quæ, a te admodum adolescentulo[r] conversa, ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex iis memoria teneam. Ergo, ut oculis assidue videmus, sine ulla mutatione, aut varietate,

Cetera labuntur celeri cœlestia motu,
Cum cœloque simul noctesque diesque feruntur:

105. quorum contemplatione nullius expleri potest animus; naturæ constantiam videre cupientis.

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse polus.[s]

Hunc circum ἄρκτοι[a] duæ feruntur, nunquam occidentes.

Ex his altera apud Graios Cynosura[t] vocatur;
Altera dicitur esse Helice;[u]

N, Gud. 2. Paris. 1. 2. U, Eliens. Reg. Med. Junt. Victor. Dav.—5 Victor. Manut. Orell. *eæ stellæ.*—6 Red. Heindorf. Moser. Orell. *esse admirabilius.*—7 Ita codd. aliquot, Junt. Lall. Nobb. *notarum* A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. E O U. *figurarum* omittit A.

CAP. XLI. 1 Walker. conj. *Arateis.* Mox, pro *multa ex iis*, quod servant Junt. Victor. Manut. Lamb. Grut. Moser. Orell. *multa ex his* habent Dav.

NOTÆ

[q] *Carminibus Arati*] Natus est Aratus in urbe Ciliciæ, quæ a Solone 'Soli,' vel 'Soloe' dicta est; deinde a Pompeio, 'Pompeiopolis.' Floruit sub Antigono, Macedoniæ rege; multa carmina scripsit, tum vero eleganter de cœlo et stellis, homo (quod mirum) astrologiæ rudis. Cic. de Orat.

[r] *Adolescentulo*] Arati Phænomena a quatuor viris insignibus Latine conversa sunt: 1. a Cicerone; 2. a Cæsare Germanico, vel, ut aliis videtur, a Julio Cæsare; 3. ab Ovidio; 4. a Sexto Avieno Festo. Macrob. in Saturn.

[s] *Polus*] A Græco πολεῖν, *vertere*, quod circa eos, quos vocat 'vertices,' cœlum vertatur.

[t] *Cynosura*] Sic dicta est Ursa Minor, a Græco κύων, *canis*, οὐρὰ, *cauda*, propter caninæ caudæ similitudinem. Utriusque Ursæ apotheosim aliter Ovidius, aliter Aratus narrat: ille Arcaden et Callisto fuisse canit, quæ, a

Digitized by Google

cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus, [*p.* 47.]

Quas nostri Septem soliti vocitare Triones.[3]

106. Paribusque stellis similiter distinctis[4] eundem cœli verticem lustrat parva Cynosura.

Hac fidunt duce nocturna Phœnices[x] in alto.
Sed prior illa magis stellis distincta refulget,[y]
Et late prima confestim a nocte videtur.
Hæc vero parva est: sed nautis usus in hac est.
Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.[b]

XLII. Et, quo sit[1] earum stellarum admirabilior aspectus,

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen,
Torvu' Draco[z] serpit, subter supraque[2] revolvens
Sese, conficiensque[3] sinus e corpore flexos.[a]

107. Ejus cum totius est præclara[4] species, inprimis su-

[b] *Nam circulus, quem designat movendo se circa polum, brevior est, quia propius ad polum movetur.*

Heindorf. Schutz.—2 Codd. Ursini, Glog. Heindorf. *arctoë.*—3 De Bouhierii et Heindorfii sententia Schutzius posuit hunc versum ante illa, *Ex his altera, &c.*—4 Walker. suspic. *distincta*, probante Dav.

CAP. XLII. 1 *Et quo fit* margo Venet. 1507. *Ex quo fit* Junt.—2 Ita margo Venet. 1507. Junt. Manut. Grut. *subter superaque* codd. aliquot, Priscian. XIV. 2. p. 588. Krehl. Victor. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Actutum, *retorquens* Priscian. ibid.—3 Red. Heindorf. *conspiciensque.* Statim, *e corpore flexo* conj. Grotius.—4 Glog. Heindorf. Schutz. *præclara est.*

NOTÆ

Junone in ursas conversæ, ac deinde in cœlos relatæ sint; hic nymphas duas esse fabulatus est, quæ, quod Jovem pavissent, ab eo in cœlum translatæ sunt. Unius inventio Nauplio, alterius Thelati tribuitur.

[w] *Helice*] Sic dicta Major, propter ἑλικὰς, *gyros*, quos obit circa polum.

[x] *Phœnices*] Qui Phœnicem, partem Syriæ maritimam, ubi Tripolis, Biblus, Tyrus, et Sidon, incoluerunt. Literarum et artis nauticæ primi inventores. Minorem Ursam in mari ducem sequebantur, Græci Majorem. Ovid. 'Magna, minorque feræ; quarum regit altera Graias; Altera Sidonias, utraque sicca, rates.'

[y] *Distincta refulget*] Major Ursa stellas septem habet secundæ (ut loquuntur astronomi) magnitudinis; Minor pauciores.

[z] *Torvu' Draco*] Custos horti Hesperidum a Junone constitutus, et ab eadem in cœlum translatus, cum ab Hercule occisus esset. *Torvu'* pro *torvus*, elisa consonante, more veterum; de quo more lege Ciceronem in Oratore, § 152. 161.

[a] *Corpore flexos*] Eundem Arati locum Virgilius quoque Latine reddit; an Cicerone elegantius, judex eris: 'Maximus hic flexu sinuoso elabitur anguis Circum perque duas, in morem fluminis, Arctos.'

Digitized by Google

spicienda est figura capitis, atque ardor oculorum.

Huic non una modo caput ornans stella relucet;
Verum tempora sunt duplici fulgore notata;
E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant;
Atque uno mentum radianti sidere lucet:
Obstipum caput,[b] et tereti[5] cervice reflexum,
Obtutum in cauda[6] majoris figere dicas.

108. Et reliquum quidem[7] corpus Draconis totis noctibus cernimus.

Hoc caput hic[8] paulum[c] sese, subitoque recondit,
Ortus ubi atque[9] obitus parte admiscentur in una.

Id autem caput

Attingens, defessa[10] velut mœrentis imago,
Vertitur,

quam quidem Græci

Engonasin[11][d] vocitant, genibus quia nixa feratur.

Mox, *tum inprimis* Manut. Lamb. Schutz. Moser. Orell. *aspicienda* A B C H I, Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Victor. Heindorf.—5 *Obstipatumque caput tereti* Eliens. Junt. Heindorf. Schutz. Nobb. *Obstipatum caput a tereti* Mars. *a tereti* habent etiam A B G H M N, Gud. 2. E O. *Ast ipsum caput et tereti* Paris. 1. I.—6 *Optutum in cauda* A B C H I. *in caudam* conj. Grotius et Buhl. *majoris figuræ* Paris. 3. G.—7 *Et reliquum deinde* Glog. Paris. 2. 3. M, La.—8 *Hoc apud hoc* Paris. 2. *Hoc apud hic* Paris. 3. *Quod caput hic* Hygin. Poët. Astron. IV. 3. Actutum, *pandit sese* Hygin. ibid. *sese seroque recondit* conj. Schaubach. *sese subito æquore condit* suspic. Grotius; *se subjecto æquore condit* suspic. Bouh. *sese summo æquore condit* conj. Dav. *sese subit æquore condens* de Heindorfii conjectura Schutz.—9 *Motus ubi atque* Paris. 3. *Ortus atque,* omisso *ubi,* Paris. 2. *Ortus nisi atque* Gud. 2. Mox, *parte immiscentur in una* margo Venet. 1507. *partim miscetur in una* Junt. *partim admiscetur in una* A B C M N, Paris. 2. E O U, et Victor. *partim admiscetur in una* Paris. 1. *partem admiscentur in unam* Lamb. in marg. ed. 1584. et Grotius; *partim admiscentur in uno* conj. Heindorf.—10 Glog. G *defensa.* Statim, *merentis* A B C G. *morientis* conj. Bouh. *mentis* Paris. 3. M.—11 *Engonasiam* A B C H N. *Erigonasiam* I M. *Egonasiam* G. *Egonesiam*

NOTÆ

[b] *Obstipum caput*] Id est, inclinatum et cum obliquitate fixum. Vossius *obstipum* esse putat, cui rigida est et immota cervix, quanquam erecta; in eumque sensum explicat illud Persii: 'Esse quod Arcesilas ærumnosique Solones, Obstipo capite, et figentes lumine terram.'

[c] *Hic paulum*] In Macedonia, ubi hæc ab Arato scribebantur, et ad quam poli altitudinem caput draconis in eadem horizontis parte partim oritur, partim occidit. Aliter Hyginus locum hunc interpretatur, sed ejus interpretatio mihi parum probatur.

[d] *Engonasin*] Quasi ἐν γόνασιν, *in genibus,* Hercules Engonasi nunc

Digitized by Google

Hic illa eximio posita est fulgore Corona.[e]

109. Atque hæc quidem a tergo: propter caput autem Anguitenens,[f]

Quem claro perhibent Ophiuchum[12] nomine Graii.
Hic pressu duplici palmarum continet anguem,
Ejus et ipse manet[13] religatus corpore toto:
Namque virum medium serpens sub pectora[14] cingit.
Ille tamen nitens graviter vestigia ponit,[*]
Atque oculos urget pedibus, pectusque Nepai.[g]

Septem autem Triones[15] sequitur

Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes:[h]
Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum.

110. Dein quæ sequuntur. Huic enim Booti[16]

Subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis, Arcturus[i] nomine claro:

[*] *Ille tamen, plurimum innitens pedibus, proculcat anguem.*

E O. *vocant* N. *nominant* Paris. 2. 3. M. *genibus quod nixa* Buhl.—12 Ὀφιοῦχον Junt. Buhl.—13 *Atque ejus ipse manet* C G M N, Paris. 2. 3. E O U, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Atque eo ipso manet* Buhl. *Atque ejus et ipse manet* I. *Atque is ipse manet* Glog. La. *Atque ipse manet* Gud. 2. *corpore torto* A B C H N, Gud. 2. Paris. 1. 2. Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—14 Red. alii codd. et Buhl. *sub pectore.*—15 Ita C N, Gud. 2. Grut. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Septemtriones autem* A B G H I K M, Reg. Eliens. U, Med. Victor. Junt. Manut. Lamb. Dav.—16 *Dein quæ sequitur, huic Booti* conj. Heindorf. receperunt

NOTÆ

appellatur. Ab Arato idolum, a Germanico effigies, a Manilio species. Plura de illo Hyginus.

[e] *Fulgore Corona*] Septemtrionalis, (est enim altera quoque Meridionalis) quam Ariadne, Minois filia, a Theseo in insula quadam relicta, a Libero patre dono accepit; quæque in cœlum deinde exportata est, gemmis in stellas totidem commutatis.

[f] *Anguitenens*] Vulgo Serpentarius. Hunc alii Æsculapium, cui serpens sacer est, quique serpentina forma colitur; alii Herculem, aut nescio quem Carnuputam, regem Getarum, aut Prometheum; alii Tantalum, Theseum alii, alii Ixionem, esse putant. Hygin. Græce Ophiuchus, ab ὄφις, *serpens*, ἔχω, *teneo.*

[g] *Nepai*] Pro *nepæ*. Ita 'aulai' olim pro 'aulæ.' Nepa, lingua Afrorum, interdum cancrum, interdum scorpium sonat; hic scorpium, qui in cœlum evectus est, propter occisum Orionem.

[h] *Bootes*] A βοῦς, *bos*, et ὠθέω, *trudo*, dictus; Arctophylax autem ab ἄρκτος, *ursa*, φύλαξ, *custos*. In Arcadia natus est, Jovis et Callistus filius. Ovid.

[i] *Arcturus*] Ab ἄρκτος, *ursa*, οὐρὰ, *cauda*, quod in signo ad ursæ caudam

Digitized by Google

cui [17] subjecta fertur,

Spicum illustre tenens, splendenti corpore Virgo.[k]

XLIII. Atque ita demetata [1][l] signa sunt, ut in tantis descriptionibus divina solertia appareat.

Et natos [2] Geminos [m] invises sub caput Arcti.
Subjectus media [3] est Cancer; [n] pedibusque tenetur
Magnu' Leo,[o] tremulam quatiens e corpore flammam.

Auriga [p]

Sub læva Geminorum obductus [4] parte feretur.
Adversum caput huic Helice [5] truculenta tuetur.
At Capra [q] lævum humerum clara [6] obtinet.

Schutz. Moser. Nobb. *Denique sequitur et huic Booti* Red. *Dein, quæ sequuntur. Huic autem Booti* conj. Dav. *Booti enim* Manut. Lamb.—17 A C G I M, Gud. 2. Paris. 2. 3. Red. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *cujus;* Dav. conj. *cujus pedibus subjecta.*

CAP. XLIII. 1 *Atque ita dimetata* Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Tum quæ sequuntur ita dimetata* conj. Schutz. *Tum sequuntur, atque ita dimetata* suspic. Heindorf. *Tum quæ sequuntur* habent Red. A B C G I, Paris. 1. 3. E O U. *Tum sequuntur* Glog. *Tumque sequuntur* al.—2 *At natos* conj. Patric. probantibus Dav. et Buhl.—3 *Subjectus mediæ* tres codd. Oxon. Lamb. Grotius, Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—4 Grotius et Dav. *abductus.* —5 *Helicæ* Grotius, probante Dav. item Buhl. Heindorf. Moser.—6 Ita

NOTÆ

posita locum habeat.

[k] *Corpore Virgo*] Signum et constellatio zodiaci, a quibusdam Astræa creditur, ab aliis Erigone, ab Arato Justitia, Astræi filia, quæ aureo seculo inter homines vixit; ætate argentea in solitudinem se recepit; ænea et ferrea invalescente, terras exosa ad superos concessit. Spicum (vox antiqua pro 'spica') manu gerit. Adverte autem, cum Servio, 'spicum' tum masculini, tum neutri generis dici, in numero quidem singulari; nam in plurali neutrum nusquam lectum est.

[l] *Demetata*] Eodem sensu, 'metatam porticum' et 'metatum agellum' Horatius dixit.

[m] *Et natos Geminos*] Castorem et Pollucem, ut Germanico placet; ut Hygino, Zethum et Amphionem; ideo unus zonam, lyram alter habet. Harum stellarum oriente una, altera occidit.

[n] *Cancer*] Qui Herculem ad fontem Lernæum adversus hydram pugnantem cum momordisset, ab eo calce contritus, Junonis beneficio inter sidera collocatus est.

[o] *Magnu' Leo*] Qui ab Hercule occisus in cœlum quoque a Junone translatus est. Stellam habet in corpore conspicuam, quæ Græcis *βασιλίσκος, regulus;* Latinis 'cor leonis' appellatur.

[p] *Auriga*] Græcis Ἡνίοχος, *Heniochus,* id est, habenifer. Hunc quidam Myrtilum, Œnomai regis Elidis perfidum aurigam, quidam Ericthonium Athenarum regem, curruum inventorem esse volunt.

[q] *At Capra*] Amalthæa, cujus lacte

Tum quæ sequuntur:[7]

Verum hæc est magno atque illustri prædita signo:
Contra Hædi exiguum jaciunt mortalibus ignem.

Cujus sub pedibus

Corniger est valido connexus[8] corpore Taurus.[r]

111. [*p.* 48.] Ejus caput stellis conspersum est frequentibus:

Has Græci stellas Hyadas[s] vocitare suerunt,[t]

a pluendo (ὕειν enim est pluere[9]), nostri imperite 'suculas;'[u] quasi a 'subus' essent, non ab imbribus, nominatæ. Minorem autem Septemtrionem Cepheus[x] passis palmis terga[10] subsequitur.

codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. seqq. *claro* A B C G M, Gud. 2. Paris. 2. 3. E O U, Junt. Victor. Manut. *humero* cod. Ursin.—7 *Tum quæ sequuntur* de Heindorfii sententia delevit Schutz.—8 Ita Junt. Victor. Manut. Dav. *connixus* cum codd. aliquot Lamb. Buhl. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *convexus* conj. Dav.—9 Hæc, *ὕειν enim est pluere* suspecta sunt Walkero. Mox, pro *subus*, quod servant codd. nonnulli, Dav. et seqq. *suibus* habent edd. ante Dav.—10 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. *a tergo* cod. Cantab. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell.

NOTÆ

Jupiter infans nutritus est, eamque ob causam ab eo in cœlum transmissa: stella est primariæ (ut loquuntur) magnitudinis.

r *Taurus*] Aliis Europæ raptor creditur; aliis Pasiphaës corruptor; aliis Io, sive Isis, in bovem mutata.

s *Hyadas*] Stellæ vulgo septem numerantur, quanquam plures telescopii usu visuntur. Thales duas esse voluit, tres Euripides; Atlantis, ut fabulantur poëtæ, ex Æthra matre, filiæ. Earum nomina, Ambrosia, Eudoxa, Pasithoa, Coroue, Plexauris, Pytho, Tyche. Cum Hyam fratrem præter modum lugerent, Jovis commiseratione totidem in stellas conversæ, et ad pietatis memoriam nomine fratris et imbrifera virtute insignitæ sunt.

t *Suerunt*] Pro 'sueverunt' ab antiqua voce 'sueo,' id est, consuesco. Ita Lucret. lib. I. 'Et semina rerum Appellare suemus.'

u *Imperite suculas*] Ita vocantur quoque apud Plin. II. 9. et Servium ad Georg. I. et Isidor. III. 7. Error inde ortus est, quod putarent veteres Romani, quia ὗας Græce *suculam*, sive *porcellam*, significat, sidus illud ita appellatum fuisse, quod suculæ similitudinem referret. Hanc veterum imperitiam excusare conatur A. Gellius XIII. 9. qua de re vide Vossii judicium, verbo 'Hyades.'

x *Cepheus*] Andromedæ pater, in cœlos translatus beneficio, vel Jovis, ad quem genus referebat, vel Minervæ, cujus artes, et maxime astrologiam, coluit. Cic. Tuscul. lib. V. Passis palmis pingitur, forte quod cum supplices ad cœlum manus tenderet, eodem quo erat habitu corporis, in cœlum raptus est.

Digitized by Google

Namque ipsum[11] ad tergum Cynosuræ vertitur Arcti.
Hunc antecedit
Obscura specie stellarum Cassiopea.[12] [y]
Hanc autem[13] illustri versatur corpore propter
Andromeda,[z] aufugiens[14] aspectum mœsta parentis.
Huic Equus[a] ille, jubam[15] quatiens fulgore micanti,
Summum[16] contingit caput alvo: stellaque jungens
Una, tenet duplices communi lumine[b] formas,
Æternum ex astris cupiens connectere nodum.
Exin contortis Aries[c] cum cornibus hæret.[17]
Quem propter,
Pisces,[d] quorum alter paulum prælabitur ante,
Et magis horriferis[18] Aquilonis tangitur auris.

XLIV. 112. Ad pedes Andromedæ Perseus describitur,

tergo Glog. Manut. Lamb.—11 *Namque ipse* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. Nobb.—12 *Cassiepea* e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Cassiepia* Junt. Victor.—13 *Hanc namque* Grotius et Buhle.—14 *Andromede fugiens* codd. aliquot, etiam Glog. et Red. item Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *Andromeda haud fugiens* alii codd.—15 Glog. Heindorf. Schutz. *jubas.* Mox, *micante* Heindorf.—16 *Summa* Grotius.—17 Bouh. conj. *cornibu' claret.*—18 *Et magis horrisonis* cod. Ursini. Deinde *tangitur aliis* Manut. Lamb.

NOTÆ

[y] *Cassiopea*] Cephei conjux, quæ propter tum suam, tum filiarum pulchritudinem, Junoni, vel, ut alii memorant, Nereidibus, æquare sese ausa est. Quam ut arrogantiam castigaret Neptunus, monstrum immisit, quod, regno Cephei vastato, nonnisi exposita Andromeda placari potuit. Signum illud, interdum cathedra, solium, thronus, et seliquastrum vocatur, quæ vox antiqua est pro 'sella.'

[z] *Andromeda*] A Perseo liberata est, et cum eo in cœlum transmissa.

[a] *Huic Equus*] Pegasus, a πηγὴ, *fons*, quod pulsu ungulæ in Helicone fontem exciverit. Eo vectus Bellerophon, cum cœlos conscendere vellet, in terras, vel immisso divinitus furore, vel metu, excussus est. Equus continuato cursu in cœlos evolavit, ibique locum accepit.

[b] *Communi lumine*] Eadem stella Pegasi umbilicus et Andromedæ caput est, eoque sensu duplices formas conjunctas tenet.

[c] *Aries*] Celeberrimus ille Phryxi regis aries, cujus aureum vellus navigationi et fabulæ Argonautarum locum dedit. Nat. Comes VI. 9.

[d] *Pisces*] De iis hæc a Germanico fabula memoratur: Cum ovum miræ magnitudinis in Euphrate inventum in terram ejecissent, columba, incubans, ex eo Venerem Syriæ Deam exclusit. Cujus beneficii memor Venus Jovem rogavit ut pisces illos inter sidera referret. Sunt quoque in cœlo alii duo pisces, alter Cete, alter piscis Austrinus.

Digitized by Google

Quem summa ab regione [1] aquilonis [e] flamina pulsant.
At, propter lævum genus, omni ex parte locatas
Parvas Vergilias [2] [f] tenui cum luce videbis.
Inde Fides [g] leviter posita [3] et convexa videtur.
Inde est ales avis [h] lato sub tegmine cœli.

Capiti autem Equi proximat [4] Aquarii [i] dextra, totusque deinceps Aquarius.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans,
Corpore semifero,[5] magno Capricornus [k] in orbe;
Quem cum perpetuo [l] vestivit lumine Titan,[m]
Brumali flectens contorquet tempore currum.

Cap. xliv. 1 *Quem summa regione* C G M, Paris. 2. 3. E O U ψ, margo Venet. 1507. Heindorf. *Quem summam regione* A. *Quæ summa regione* Gud. 2.—2 Nonnulli codd. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Cujus propter lævum genu* (hæc tribuentes Ciceroni) *Vergilias, &c.* Lectionem nostram servant Victor. Dav. Lall. *Cujus propter genu. Levum Virgilias, &c.* Gud. E O U ψ. *Cujus per plenum gremium Virgilias, &c.* M. *Vergilia tenui tamen luce videbis* Paris. 3.—3 A C G, Paris. 2. 3. La. *posita leviter;* Crat. Hervag. Heindorf. Moser. Orell. *posita et leviter convexa, &c.* A D G, La. Paris. 1. 3. O U ψ *conversa;* alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. *connexa.*—4 Codd. aliquot, Schutz. Moser. Nobb. Orell. *proxima.*—5 *Corpore setigero* conj. Ernesti; *Corpore setifero*

NOTÆ

[e] *Aquilonis*] Dicitur Aquilonis, seu Boreæ flaminibus, pulsari Perseus, quod inter Borealia signa sit.

[f] *Vergilias*] Sic dictæ quod medio vere exoriantur. Hygin. Græce Pleiades, a πλεῖν, *navigare*, quod iis exorientibus tuta sit navigatio. A Plinio ad caudam Tauri collocantur, cum vulgo in ejus dorso sitæ sint. In cœlum evectæ vel quod Atlantis patris sui calamitatem perpetuo fletu prosecutæ essent, vel ob castimoniam, quod Orionem, amore sui captum, fugissent. Nat. Comes.

[g] *Fides*] A Mercurio infante inventa, Apollini dono data, ab Apolline Orpheo, ab Orpheo cœlesti Uraniæ, a qua in cœlo collocata est.

[h] *Ales avis*] Cycnus in cœlo collocatus a Jove, quod sub ejus forma Ledam constuprasset.

[i] *Aquarii*] Ab Horatio 'aquæ tyrannus' dicitur, ['tyrannus Hesperiæ Capricornus undæ,' Od. II. 17. 19.] forte quod ejus exortu immodice pluat. Hunc alii Ganymedem, alii Deucalionem, Aristæum, aut Cecropem putant.

[k] *Capricornus*] Semiferus dicitur, quod parte superiore fera, seu caper, inferiore piscis sit. Signum solstitii hyberni, adeoque frigidissimum. Proles Amalthææ capræ, quæ Jovem aluit, a quo in cœlum collocatus est.

[l] *Perpetuo*] Id est, diuturno, quod in eo signo stare diu sol videatur, unde solstitium.

[m] *Titan*] A Titæa ava sua cognominatus. Titæa enim, Titanum mater, Rheam filiam peperit, quæ Hyperioni fratri suo nupsit; ex quo

Digitized by Google

113. Hinc autem aspicitur,
Ut sese ostendens emergit[6] Scorpius[n] alte
Posteriore trahens flexum[7] vi corporis arcum;
Quem[8] propter nitens pennis convolvitur ales.[o]
At propter se Aquila[p] ardenti cum corpore portat.
Deinde Delphinus;[q]
Exinde Orion[r] obliquo corpore nitens.
114. Quem subsequens,
Fervidus ille Canis[s] stellarum luce refulget.
Post Lepus[t] subsequitur,[9]
Curriculum nunquam defesso[10] corpore sedans.

suspic. Schaubach. in Arateis.—6 Manut. Lamb. Grot. Buhl. *emergens ostendat*; Ascens. et Junt. *Hic sese ostendens emergit*, omissis *Hinc autem aspicitur*; Heindorf. conj. *Hic item aspicitur emergens.* Tum, *Scorpios* Paris. 1. Gud. 2. E O, Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *alto* Grotius et Buhle in Arateis.—7 Ita Victor. Manut. Dav. *plexum* C G M, Paris. 2. Gud. 2. E O U ψ, duo codd. Vossiani apud Oudend. ad Apul. tom. I. p. 565. probante ipso Oudend. item margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *in corporis* A G, Gud. 2. Paris. 1. 3.—8 'Confer Aratea vs. 85. ac vide ne h. l. aliquid exciderit, uti jam censuerit Bouh.' *Orell.* Mox, *nitens penna* Aratea, probante Orell. *nitens plumis* Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. *nitens pinnis* A B N, O ψ.— 9 *Post L. sequitur* G M, Gud. 2. Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Et post lepus sequitur* Paris. 2.—10 Eliens. Heindorf. Schutz.

NOTÆ

duos liberos suscepit, marem unum, femellam alteram: mari, ob pulchritudinem, Solis nomen datum; femellæ, Lunæ. Nat. Com. VI. 20.

[n] *Scorpius*] Cœlo donatus, quod Orionem interfecisset.

[o] *Convolvitur ales*] Cycnus, de quo supra. Omittitur hoc loco versus, qui in fragmentis versionis Araticæ extat.

[p] *Aquila*] Quæ Ganymedem rapuit. Carmen sic explicabis: At juxta Scorpium Aquila ardenti corpore se movet.

[q] *Delphinus*] In cœlo locum obtinuit, vel quod piscium rex sit, vel quod Arionem vexerit.

[r] *Orion*] Cœlo donatus a Diana, vel quod ab ea imprudenter sagitta confossus, vel quod a Scorpione inter venandum ictus. Nat. Com. VIII. 12.

[s] *Canis*] Major, qui et Sirius dictus, vel a *ξηραίνειν, siccare*, vel a *σειριᾷν, capitis inflammatione laborare.* Ab eo, non a Canicula, appellati dies caniculares adeo maligni a 14. Julii ad 22. Augusti. In astra transcriptus ob fidem insignem in dominos suos Icarum et Erigonem, quorum misero interitu contabuisse fertur. Germanicus.

[t] *Lepus*] A Leriis inter sidera positus, quod Leros insula multitudine leporum, quibus infestabatur, incolarum industria expurgata sit. Carminis sensus est: Postea subsequitur Lepus, nunquam desistens currere, et moveri, quamvis defesso corpore.

Digitized by Google

At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo.[u]
Hanc Aries tegit,[x] et squamoso corpore Pisces,
Fluminis[y] illustri[11] tangentem corpore ripas;
quem[12] longe serpentem et manantem
aspicies, proceraque Vincla videbis,
Quæ retinent Pisces, caudarum a parte locata.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen,
Aram,[z] quam flatu permulcet spiritus Austri.[a]
Propter quæ,[13] Centaurus[b]
Cedit, Equi partes properans submergere[14] chelis.[c]
Hic dextram porgens, quadrupes qua[d] vasta tenetur,

defecto. Actutum, *servans* pro *sedans* Glog. Heindorf. Moser. 'Sed substituit librarius poëtico vocabulo, quod habent etiam Aratea vs. 125. alterum admodum vulgare.' *Orell.*—11 Mars. *illustris;* et sic plerique in Arateis, præter Patricium. *tangentem pectore ripas* Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—12 Ita cum codd. aliquot, margo Venet. 1507. Dav. seqq. *Quam* Guelf. Glog. Red. A C H I M N, Paris. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Manut. *Quod longe serpens et manans aspicies* Lamb. *serpentem et manantem* omittunt B H, Paris. 1. 2.—13 *Propterque* Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—14 Ita Junt. Victor. Manut. Lamb. Schutz. Nobb. *subjungere* A B G H M N, Paris. 1. 2. 3. ψ, Grotius, Buhl. in Arateis, Dav. Heindorf. Moser.

NOTÆ

[u] *Argo*] Dicta vel ab Argivis, qui ea ad vellus aureum profecti sunt, Cic. Tusc. lib. I. vel ab Argo, ejus fabro; vel ab ἀργὸς, *velox*. Vocalis fuisse fingitur; quippe ex quercu Dodonæa, quæ oracula dederat, compacta; astris autem ascripta beneficio Minervæ, a qua inventa. Ita Germanicus.

[x] *Hanc aries tegit*] Omissa hic sunt aliqua carmina versionis Aratææ. Quare vox *hanc*, non ad navim, sed ad pistricem, seu cete, referenda est.

[y] *Fluminis*] Eridani, lapsu Phaëthontis insignis, eamque ob causam inter sidera collocati, Hesiod. Padum Italiæ multi esse volunt. Virgilius eum in Elysiis collocat; Strabo nullibi fuisse scribit.

[z] *Aram*] Ab aliis Thuribulum vocatur: in ea Dii, contra Titanas pugnaturi, sacrum fecerunt. Hygin.

[a] *Spiritus Austri*] Si sola, ceteris stellis nube aliqua obductis, splendescat, signum esse procellæ ab Austro perhibent.

[b] *Centaurus*] Chiron, qui Achillem, et, ut aliqui scripserunt, Æsculapium et Herculem, educavit. Deest versus anterior, absque quo intelligi non potest hic alter, 'Cedit equi partes,' &c.

[c] *Chelis*] Libræ lancibus, quas astronomi chelas vocant, quod chelæ Scorpii in Libræ speciem efformatæ sint. Servius, in Georg. I. Quare Chaldæi Libram Scorpiumque pro uno eodemque signo habuerunt.

[d] *Quadrupes qua*] Lupus, de quo supra.

Digitized by Google

Tendit, et illustrem truculentus cedit [15] ad aram.[e]
Hic sese infernis de partibus [16] erigit Hydra;[f]
cujus longe corpus est fusum;
In medioque sinu fulgens Cratera [g] relucet.
Extremam [17] nitens plumato corpore Corvus [h]
Rostro tundit:[a] [18] et hic Geminis est ille sub ipsis
Ante-Canem,[19] Graio Procyon [i] qui nomine fertur.

115. Hæc omnis descriptio siderum, atque hic tantus cœli ornatus, ex corporibus huc et illuc casu et temere concursantibus,[20] potuisse effici, cuiquam sano videri potest? [*p.* 49.] Aut vero alia quæ natura,[k] mentis et rationis ex-

[a] *Corvus plumati corporis tundit rostro, et summo nisu, extremas partes crateræ.*

Orell.—15 Ita Junt. Lamb. Bohl. Moser. Schutz. *cædit* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Dav. *ut i. t. cædat* conj. Heindorf. *ut i. tr. cedit* conj. Schutz.—16 Margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *e partibus.*—17 Ita A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Mars. Ascens. Hervag. Lamb. *Extremum* codex Ursini, Morel. Grotius, Dav. Bohl. *nitens pulmato* I. —18 *Rostro tendit* A C G M, Paris. 2. 3. La. Gud. 2. E O U ψ.—19 *Anticanis* B H, Paris. 1. *Anticanon* I. *Anticanem* Glog. Pal. 1. *Antecanis* margo Venet. 1507. Junt. Grotius, Bohl. *Procyon Graio* Eliens. Med. A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—20 Ita codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. *cursantibus* A B C H I M, Paris. 1. Gud. 2. E O, Victor. Dav. *cursitantibus* N, Paris. 3. Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. Mox, *at vero* codd. aliquot et Junt. *an vero* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *alia qua natura* codex Moseri et Lamb. *quæ alia natura* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *alia quædam natura* Glog. Heindorf. Schutz. Moser.

NOTÆ

[e] *Ad aram*] Constat illa constellatio septem stellis. Hygin. Astronomic. lib. III.

[f] *Hydra*] Non tam hydra vocari debet illa constellatio, quam coluber, aut serpens: hydra enim depingi solet multiceps, et forma corporis diversa a colubro; hydra autem cœlestis unius est capitis, corpore, ut Tullius ait, longe fuso.

[g] *Cratera*] Decem stellas habet apud Germanic. octo apud Hyginum. 'Crater' vulgo apud Latinos, non 'cratera' dicitur. 'Crateram' tamen dixit Horat. Od. III. 18. 'Larga nec desunt Veneris sodali Vina crateræ.'

[h] *Corvus*] Multa de corvo sidere Hygin. Astron. lib. II. et German. in 'Hydra.' Non a nitore nitens hic corvus dicitur; penultima enim corriperetur.

[i] *Procyon*] Canis Minor, vulgo Canicula, Procyon, a πρὸ et κύων, *canis*, quod ante canem majorem oriatur. Cicero *antecanem*, non *antecanis* vertit, habita ratione præpositionis *ante*, quod a Græcis servatum non est, qui non προκύονος, sed προκύων dixerunt.

[k] *Alia quæ natura*] Alia aliqua natura; sic 'alius quis' dicitur pro 'alius aliquis.'

Digitized by Google

pers, hæc efficere potuit, quæ non modo, ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi, qualia sint, sine summa ratione non possunt?

XLV. Nec vero hæc solum admirabilia; sed nihil majus,[1] quam quod ita stabilis est mundus, atque ita cohæret ad permanendum, ut nihil ne excogitari quidem possit aptius. Omnes enim partes ejus, undique medium locum capessentes, nituntur æqualiter. Maxime autem corpora[l][1] inter se juncta permanent, cum quodam quasi vinculo circumdato colligantur; quod facit ea natura, quæ per omnem mundum omnia mente et ratione conficiens, funditur,[m] et ad medium rapit et convertit extrema. 116. Quocirca, si mundus globosus est, ob eamque causam omnes ejus partes, undique æquabiles,[3] ipsæ per se atque inter se continentur; contingere idem terræ necesse est, ut, omnibus ejus partibus in medium vergentibus, (id autem medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat, quo labefactari possit tanta contentio gravitatis et ponderum. Eademque ratione mare, cum supra terram sit, medium tamen terræ locum expetens, conglobatur undique æquabiliter,[4] neque redundat unquam, neque effunditur. 117. Huic autem continens[b] aër, fertur ille quidem levitate sublimi;[5] sed tamen in omnes partes se ipse fundit. Itaque et mari continuatus et junctus est,

[b] *Continuatus.*

CAP. XLV. 1 Codex unus Moseri a m. pr. Heindorf. Schutz. Nobb. *magis*, uti conj. Walker.—2 *Maxime corpora autem* Manut. Mox, *quasi quodam* A B C H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Eliens. Reg. Red. U, Mars. Ascens. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *circumdata* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.—3 Codex unus Oxon. Junt. Manut. Lamb. *æquales*. Actutum, *ipsæ* omittit Lamb. Paulo post, *id autem medium et infimum* Red. *idem autem medium et infimum* Glog. Heindorf. Schutz. *nihil interrumpatur* Glog.—4 Ita Victor. Dav. seqq. *æqualiter* codd. aliquot, margo Junt. Manut. Lamb.—5 Lamb.

NOTÆ

[l] *Maxime autem corpora*] Vitio librariorum factum puto, ut dictio *maxime*, inter duas forte lineas interjecta, adjecta sit lineæ superiori quæ adjici debuit lineæ inferiori. Sic enim melius legeretur, *Corpora autem inter se juncta permanent; maxime cum quodam quasi vinculo circumdata colligantur.*

[m] *Conficiens funditur*] Deum toto mundo, sicut animam toto corpore, fundi, opinio fuit Platonicorum, Stoicorum, Academicorum.

Digitized by Google

et natura fertur ad cœlum; cujus tenuitate et calore temperatus, vitalem et salutarem spiritum præbet animantibus. Quem complexa summa pars cœli, quæ 'æthra' dicitur,[6] et suum retinet ardorem tenuem et nulla admistione concretum, et cum aëris extremitate conjungitur. XLVI. In æthere autem astra volvuntur, quæ se et nixu[1] suo conglobata continent, et, forma ipsa figuraque, sua momenta sustentant.[c] Sunt enim rotunda;[n] quibus formis (ut ante dixisse videor) minime noceri potest. 118. Sunt autem stellæ natura flammeæ: quocirca, terræ, maris, aquarum vaporibus aluntur iis,[2] qui a sole, ex agris tepefactis et ex aquis, excitantur; quibus altæ renovatæque stellæ, atque omnis æther, refundunt eadem, et rursum trahunt indidem, nihil ut fere intereat, aut admodum paululum, quod astrorum ignis et ætheris flamma consumat. Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium[o] addubitare dicebant, ut ad extremum omnis mundus ignesceret;[p] cum, humore

[c] *Quæ se in forma globosa conservant per vim nativam; et, per formam ipsam, figuramque rotundam, sustentant suos motus.*

Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *sublimis*. Statim, *et conjunctus est* codd. aliquot, et Heindorf.—6 De Ernestii conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *qui æther dicitur*, Probus, Manut. Lamb. Dav. Nobb. *quæ æther dicitur*; Paris. 3. Gud. 2. N, Mars. Junt. *quæ ætherea dicitur*; M E O U ψ *quæ aethera dicitur*. Deinde, *nullaque admixtione* Lamb.

CAP. XLVI. 1 A B C G I M N, Paris. 2. 3. E O U ψ, Red. Glog. *nisu*; Paris. 1. *visu*. Statim, *globata* A B C M N, Gud. 2. Paris. 2. 3. E O U ψ, margo Venet. 1507. Junt. Victor. *ut dixisse ante* Probus.—2 A B G H N, Junt. Victor. Dav. *his*. Mox, *et ex agris* codex unus Moseri, uti volebat Heindorf. *quibus alitæ* Glog. Red. Heindorf. *revocatæque* N. *refundat eadem* B C G H M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *refundunt eodem* Lamb. et Orell. *effundunt eadem* Probus. Pro *indidem* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. *in idem*; Glog. *attrahat indidem*; unde Heindorf. conj. *attrahunt indidem*. Tum,

NOTÆ

[n] *Sunt enim rotunda*] Cleanthes astra figuræ conicæ esse docuit; Anaximenes, clavorum in modum suffixæ; Stoici et Peripatetici, sphæricæ; idque Aristoteles ex solis et lunæ forma colligit, de Cœlo I. 11. Plut. Plac. Phil. II. 14.

[o] *Panætium*] Panætii duo fuere, teste Suida, uterque Rhodius, senior alter, alter junior. Junior Stoicus, familiaris Scipionis et Lælii, de quo hoc loco agitur, et nos sæpe supra.

[p] *Mundus ignesceret*] Extremam mundi conflagrationem Stoici, neque primi, neque soli, neque omnes docuerunt. Non primi; nam Heraclitus, Empedocles, aliique ante porticum, in ea opinione versati sunt: non soli; fuit illis ea doctrina communis cum Judæis: non omnes; Boëtius

Digitized by Google

consumto, neque terra ali posset, neque remearet[3] aër;[q] cujus ortus, aqua omni exhausta, esse non posset: ita relinqui nihil præter ignem; a quo rursum animante, ac Deo, renovatio mundi fieret, atque idem ornatus oriretur. 119. Nolo in stellarum ratione multus vobis videri, maximeque earum quæ errare dicuntur; quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, ut, cum summa Saturni[r] refrigeret, media Martis[s] incendat, his interjecta Jovis illustret et temperet, infraque Martem duæ Soli obediant,[t] ipse Sol mundum omnem sua luce compleat, ab eoque Luna illuminata graviditates et partus afferat, maturitatesque gignendi. Quæ copulatio rerum, et quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ, quem non movet,[4] hunc horum nihil unquam reputavisse certo scio.

XLVII. 120. Age,[1] ut a cœlestibus rebus ad terrestres veniamus; quid est in his, in quo non naturæ ratio intelligentis appareat? Principio, eorum, quæ gignuntur e terra, [*p.* 50.] stirpes et stabilitatem dant iis quæ sustinent,[2] et ex terra succum trahunt, quo alantur ea quæ radicibus

paulum Probus. Deinde, *consumit* Lamb. et Orell. ex uno codice.—3 Probus *neque remaneret;* Victor. et Dav. *nec remearet.* Mox, *itaque relinqui* Probus. Tum, *a quo rursum animante ac de eo* idem Probus; unde Lamb. in ed. 1566. *a quo rursum, ac de eo;* Red. habet *a quo rursum animante Deo,* uti conj. Jac. Thomasius. *fieret, denique idem* Probus; unde Lamb. *fieret, idemque,* ut volebat Dav.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *commovet.* 'Et posset videri ἐμφατικώτερον verbum requiri; sæpissimeque præpositio *con* propter scripturæ compendia excidit, h. l. præsertim post v. *non.*' Orell.

CAP. XLVII. 1 *Atque* conj. Ernesti.—2 Codd. aliquot, Junt. Victor. *sustinentur.* Mox, *et e terra* Junt. Victor. Paulo post, *et a caloribus* codd. aliquot,

NOTÆ

et Posidonius, inter Stoicos non obscuri, mundum æternum fore voluerunt.

[q] *Remearet aër*] Dictum est supra aërem in aquam commutari, &c. Sic igitur locum hunc intelliges, ut tandem mundus omnis in ignem abiret; cum aqua consumta neque terra ali posset, neque aër in aquam rediret, cum nasci denuo aqua non posset, aqua omni exhausta.

[r] *Saturni*] De Saturni frigoribus Virg. Georg. I. 336. 'Cœli menses et sidera serva, Frigida Saturni sese quo stella receptet.'

[s] *Media Martis*] Media inter quinque planetas, quorum numero solem lunamque vulgo eximebant.

[t] *Soli obediant*] Vel quod soli subjectæ, ut veterum opinio fuit; vel quod circa solem ferantur, quæ recentiorum omnium doctrina est.

Digitized by Google

continentur: obducunturque libro[u] aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et caloribus tutiores. Jam vero vites sic claviculis[x] adminicula, tanquam manibus, apprehendunt, atque se ita[3] erigunt, ut animantes. Quinetiam a caulibus brassicisque,[4] si propter sati sint, ut a pestiferis et nocentibus, refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere.[y] 121. Animantium vero quanta varietas est! quanta ad eam rem vis, ut in suo quæque[5] genere permaneant! quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ; pluma alias, alias squama, videmus obductas; alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.[6] Pastum autem animantibus large et copiose natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit. Enumerare possum, ad eum pastum capessendum conficiendumque, quæ sit in figuris animantium, et quam solers subtilisque, descriptio partium, quamque admirabilis fabrica membrorum. Omnia enim, quæ quidem intus inclusa sunt,[7] ita nata atque ita locata sunt, ut nihil eorum supervacaneum sit, nihil ad vitam retinendam non necessarium. 122. Dedit autem eadem natura belluis et sensum et appetitum; ut altero conatum haberent ad naturales pastus

margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—3 Plurimi codd. et edd. post Dav. *ita se.*—4 Glog. *a caulibus et brassicis;* A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E ψ, Red. Mars. margo Venet. 1507. Victor. Dav. Moser. *a caulibus brassicis;* codex unus Oxon. Heindorf. et Schutz. omittunt *brassicisque;* uncis inclusit Orell. Actutum, *si prope* tres codd. Oxon. *sati sunt* Lamb. *si prope orti et sati sint* Moser. e vestigiis codd.—5 Manut. cum uno codice Moseri *quoque.* Statim, *permanent* Glog. Red.—6 Duo codd. Moseri *pinnarum.*—7 Codex unus Moseri *conclusa sunt*, et sic voluit vir quidam doctus in margine ed. Lamp. ap. Orell. *ita nata atque locata sunt* Red. *ita a natura locata sunt* Glog. Pro *retinendam*, B C G H I M N, Paris. 1. 3. E ψ, Eliens. 1. 2. Reg. Glog. Red. Med. Bonon. 1494. Ascens. Thuan. Victor. Junt. *detinendam*, probante

NOTÆ

[u] *Libro*] Cortex est tegumentum arboris externum, crassumque: liber, interior quasi tunica arborem inter et corticem. Ita Isidor.

[x] *Claviculis*] Varro 'capreolos' vocat; Gallice, *les tendons, les fleaux de la vigne.* Eæ claviculæ tritæ et ex aqua potæ vomitum sistunt. Plin. in Prœmio lib. XXIII.

[y] *Parte contingere*] Ex ea vitis et brassicæ contrarietate forte fit, ut qui brassicam, vel antequam vinum bibant, vel inter bibendum, sumunt, facile evomant. Budæus in Theophrastum. Repugnat tamen Cato de Re Rust. cap. 156.

Digitized by Google

capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus. Jam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo, ad pastum accedunt, alia volando, alia nando: cibumque partim oris hiatu et dentibus ipsis capessunt, partim unguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum; alia sugunt, alia carpunt, alia vorant, alia mandunt. Atque etiam aliorum ea[8] est humilitas, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. 123. Quæ autem altiora sunt, ut anseres, ut cycni, ut grues, ut cameli, adjuvantur proceritate collorum. Manus etiam[s] data elephantis,[9] quia, propter magnitudinem corporis, difficiles aditus habebant ad pastum. XLVIII. At, quibus bestiis erat is cibus, ut alius[1] generis bestiis vescerentur, aut vires natura dedit, aut celeritatem. Data est quibusdam[2] etiam machinatio quædam, atque solertia: ut in araneolis, aliæ quasi rete texunt, ut, si quid inhæserit, conficiant; aliæ autem ex inopinato observant; et, si quid incidit, arripiunt, idque consumunt. Pina[a] vero,[3] (sic enim Græce dicitur) duabus grandibus patula conchis, cum parva squilla quasi societatem coit comparandi cibi: itaque, cum pisciculi parvi in concham

Moser.—8 Heindorf. e Glog. *ea aliorum.*—9 A *elefanto data est;* G *data est elephantis;* I *dato elefanto;* N *Manus est etiam data elefanto;* K *etiam datas elefantis;* B C H, Paris. 1. habent etiam *elefanto.* Tum, *propter et magn.* A. Deinde, *habeant* G E U, Med. Bonon. 1494. Mars. Junt. probante Dav. *habeat* Guelf. *habebat* B H M N, Paris. 1. Victor.

CAP. XLVIII. 1 A et Pal. 1. *alii;* B C, Gud. 2. Paris. 1. *aliis;* M *alterius;* N *alicujus.* Pro *bestiis,* A B C H I, Paris. 1. E O U ψ, Eliens. 1. 2. Med. Junt. Victor. *escis.* Mox, *iis aut vires* Lamb.—2 *Data etiam quibusdam* Red. Glog. Paris. 1. 2. 3. M, Heindorf. *etiam* omittunt G I, Gud. 2. Mars. Mox, *ut araneolis; aliæ quasi* conj. Heindorf. *aliæ autem ex inopinato* codd. aliquot, Victor. Manut. Lamb. Deinde, *arripiunt atque consumunt* Heindorf. e cod. Red.—3 *Pinna vero* Manut. Lamb. Dav. *sic enim* G. *dicitur* suspecta sunt Ernestio. Paulo post, *innataverunt* codd. aliquot, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cum adm. siquilla pina* Paris. 3. *admonita squilla pinæ* G et Gud. 2. *admota squilla morsu* E. *admota a squilla pinæ morsu* ψ. *adm. squilla pina morsus* C et Paris. 2. *squillæ morsu pina* Schutz. ut malebat Heindorf. *a*

NOTÆ

[s] *Manus etiam*] Plinio 'promuscis' vocatur, Græcis προβοσκίς.

[a] *Pina*] Piscis testacei generis. Phile, poëta Græcus, scribit carunculam ab ea extra se, velut escam, pisciculis porrigi. Vide Plin. IX.42. Locus hic Ciceronis ad verbum expressus est ex Chrysippo Solensi. Vide Athen. III. 45.

Digitized by Google

hiantem innataverint, tum, admonita squillæ[b] pina morsu, comprimit conchas. Sic dissimillimis bestiolis communiter cibus quæritur. 124. In quo admirandum est, congressune aliquo inter se, an jam inde ab ortu naturæ, ipsæ[4] [c] congregatæ sint. Est etiam admiratio[5] nonnulla in bestiis aquatilibus iis quæ gignuntur in terra; veluti crocodili, fluviatilesque testudines, quædamque serpentes[d] ortæ extra aquam, simul ac primum niti possunt, aquam persequuntur. Quinetiam anatum ova gallinis sæpe supponimus; e quibus[6] pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt; deinde eas relinquunt, et effugiunt sequentes, cum primum aquam, quasi naturalem domum, videre potuerunt. Tantam ingenuit animantibus conservandi sui natura custodiam. XLIX. Legi etiam scriptum, esse avem quandam, [*p.* 51.] quæ Platalea[e] nominaretur:[1] eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent, quæ cum emersissent, piscemque cepissent, usque eo premere earum capita mordicus, dum illæ captum amitterent; id quod[2]

squilla pina morsu margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Dav.—4 Heindorf. Moser. Orell. de Walkeri conj. *natura ipsa;* Paris. 2. 3. U et Thuan. omittunt *ipsæ;* M omittit *naturæ ipsæ.* Pro *sint*, N habet *sunt.*—5 *Est etiam et admiratio* Gud. 2. *Est etiam admirandum* M. Mox, pro *iis* A B C G N, E, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Thuan. *his.*—6 Manut. Lamb. *ex quibus.* Statim, *primo aluntur* G I K N, Paris. 1. Gud. 2. Glog. Red. *primum* deest in M. *ab his* Glog. Red. A B C G, Heindorf. Schutz. Nobb. Tum, *foti exclusique* conj. Heindorf. non improbante Moser. Deinde, *sequentes* omittunt Manut. et Lamb. Hic totum locum sic constituit, *ut a matribus; deinde eas relinquunt, a quibus exclusi fotique sunt, et effugiunt, cum primum, &c.*

CAP. XLIX. 1 Glog. Red. Manut. Lamb. *nominetur.* Mox, *se* omittit Vic-

NOTÆ

[b] *Squillæ*] Juvenalis 'cammarum,' Sat. v. 'pinnoterem' Cicero de Finib. lib. III. appellavit. Creditur esse quæ vulgo vocatur *la cheurette*, vel *crevette.* Squillarum varia genera vide apud Rondeletium, Bellonium, Gesnerum.

[c] *Naturæ ipsæ*] Simul nasci, Plin. et Aristot. Hist. Anim. II. 15. Athenæus ex eodem semine procreari scribit.

[d] *Quædamque serpentes*] Hinc 'hydri' dicuntur, pulcherrimum anguium genus. Plin. XXVIII. 4. Plura Aldrovand.

[e] *Platalea*] Plinio, et Gazæ, Aristotelis interpreti, 'platæa,' vulgo 'pelicanus,' aliis 'onocrotalus,' aliis 'alba ardea,' aliis 'cochlearia' videtur; a latitudine rostri dicta. Ita Gesnerus.

Digitized by Google

ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere,[3] easque, cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis, quæ sunt esculenta. 125. Ranæ autem[f] marinæ dicuntur obruere sese arena solere, et moveri prope aquam; ad quas, quasi ad escam, pisces cum accesserint, confici a ranis, atque consumi. Milvo est quoddam bellum quasi[4] naturale cum corvo: ergo alter alterius, ubicumque nactus est, ova frangit. Illud vero ab Aristotele animadversum, a quo pleraque, quis potest non mirari?[a][5] grues, cum, loca calidiora petentes, maria transmittant,[6][g] trianguli efficere formam: ejus autem summo angulo aër ab iis adversus pellitur: deinde sensim ab utroque latere, tanquam remis, ita pennis cursus avium levatur. Basis autem trianguli, quam grues efficiunt,[7] ea, tanquam a puppi, ventis adjuvatur; hæque in tergo prævolantium colla et capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet ubi nitatur, revolat, ut ipse quoque quiescat. In ejus[8] locum succedit ex iis, quæ acquierunt; eaque vicissitudo in omni cursu conservatur. 126. Multa ejusmodi

[a] *Quis vero potest non mirari illud quod ab Aristotele animadversum est, qui quidem multa alia animadvertit?*

tor.—2 Walker. conj. *in quod*, probante Heindorf.—3 A B C M I K, Paris. 1. 3. Gud. 2. Red. *implere*. Mox, *quæ sint esculenta* de Ernestii conjectura Heindorf.—4 Manut. et Lamb. omittunt *quasi*.—5 Moser. conj. *non animadversum*; Creuz. suspic. *quivis non mirari non potest*.—6 Red. *transmeant*; margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *transmittunt*. Mox, *formam efficere* Manut. *formam efficiunt* Lamb.—7 A B C I M N, Paris. 1. 2. Gud. 2. Reg. Eliens. Glog. U, Med. Victor. Heindorf. Orell. *efficiunt grues*; Schutz. *quem grues efficiunt*. Mox, *easque in tergo* A C H N, Gud. 2. Junt. Victor. Dav. Tum, *habet cui innitatur* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *habet cui nitatur* Red.—8 *Et in ejus* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. Statim, *ex his* Dav. Heindorf. *proxima ex iis* Lamb. *quæ acquieverunt* Manut. Lamb. *quæ assequitur* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *quæ assequitur acquierunt* Reg. *succedit, quæ eam sequitur ex iis, quæ acquierunt* conj. Heindorf. non improbante Moser.

NOTÆ

[f] *Ranæ autem*] 'Piscatrices' Aristoteles appellat; additque, aquam eas movere pilis quibusdam, quos ante oculos habent, quosque alii 'fila,' Plinius 'cornicula' vocat, IX. 37. Hanc venationem Oppian. describit lib. II.

[g] *Maria transmittant*] E Thracia in Libyam et Æthiopiam transmigrare solere auctor est Ælian. XV. 9. Idem de cervis fluvios transmittentibus scribit Plin. VIII. 32.

Digitized by Google

proferre possum: sed genus ipsum videtis.[b] Jam vero illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, ut in pastu circumspectent, ut in cubilibus delitescant: atque illa mirabilia.[c] L. Quid ea, quæ nuper, id est, paucis ante sæculis, medicorum ingeniis reperta sunt? Vomitione canes,[h] purgatu autem alvos ibes Ægyptiæ curant.[1] Auditum est, pantheras,[i] quæ in barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam[k] habere; quo cum essent usæ, non morerentur: capras[l] autem in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam quærere, quæ dictamnus[2 m] vocaretur; quam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore. 127. Cervæque, paulo ante partum,[n] perpurgant se quadam herbula, quæ Seselis dicitur. Jam illa cernimus, ut, contra metum et vim,[3] suis se armis

[b] *Videtis generatim quam multis in bestiis mirabilia sint.*
[c] *Sunt tamen illa mirabilia, licet sint notiora.*

Cap. L. 1 Pal. 1. U, Dav. Lall. Orell. *vomitione canes, purgatione autem alvos ibes Ægyptiæ curant;* Junt. Manut. *vomitione canis purgare alvos, &c.* Lamb. de Manutii conj. *vomitione canes purguntur; alvo se ibes, &c.* Heindorf. conj. *Atque illa mirabilia, quod, quæ nuper . . . reperta sunt, vomitione canes, purgatione alvi ibes se, &c.* Moser. suspic. *At quam illa mirabilia, quæ nuper . . . purgatione autem alvi se ibes, &c.* Postrema, *purgatione . . . ibes,* debentur Davisio.—2 Junt. Manut. Lamb. *dictamus.*—3 Ita codd. aliquot et edd. vett. *ut contra vim et metum* A B C G H M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Victor. Heindorf. Moser. Orell. Mox, *suis quæque se armis* de Heindorfii conjectura

NOTÆ

[h] *Vomitione canes*] Vomitum sibi provocant esu cujusvis graminis, ut quidam volunt; ut alii, herbæ cujusdam, cui inde 'canariæ' nomen, Plin. xxv. 8. In maceriis nascitur, auctore Æliano.

[i] *Pantheras*] Panthera, quasi πᾶς θὴρ, *omnino fera.*

[k] *Remedium quoddam*] Stercus hominis, quod venatores, læsa panthera, ne longius quæsitura abeat, vicina ex arbore suspendunt. Ipsa dum frequenti saltu stercus attingere conatur, in ipso conatu moritur. Arist. Hist. Anim. ix. 6. Plin. viii. 26.

[l] *Capras*] Hoc Plinius et Solinus ad cervos; Isidorus ad omnes feras refert.

[m] *Dictamnus* [*dictamus*] Seu *dictamnus,* legitur in agro angusto, ad Dictæum montem, unde illi nomen. Dictamni formam Virg. Æn. xii. 412. his versibus expressit: 'Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida, Puberibus caulem foliis, et flore comantem Purpureo.'

[n] *Ante partum*] Post partum, auctore Aristotele Hist. Anim. ix. 5. ante et post, teste Plinio.

Digitized by Google

quæque defendat. Cornibus tauri, apri dentibus,[4] morsu leones, aliæ fuga se, aliæ occultatione, tutantur; atramenti effusione sepiæ,[o] torpore torpedines:[p] multæ etiam insectantes odoris intolerabili[q] fœditate depellunt.[5] LI. Ut vero perpetuus mundi esset ornatus, magna adhibita cura est a providentia Deorum, ut semper essent et bestiarum genera, et arborum, omniumque rerum, quæ altæ aut radicibus a terra, aut stirpibus continerentur:[1] quæ quidem omnia eam vim seminis habent in se, ut ex uno plura generentur: idque semen inclusum est in intima parte earum baccarum, quæ ex quaque stirpe funduntur: iisdemque seminibus et homines affatim vescuntur, et terræ ejusdem generis stirpium renovatione complentur. 128. Quid loquar, quanta ratio[2] in bestiis ad perpetuam conservationem earum generis appareat? Nam primum aliæ mares, aliæ fœminæ sunt; quod perpetuitatis causa machinata natura est. Deinde partes corporis et ad procreandum et ad concipiendum aptissimæ; et in mare[3] et in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Cum autem in locis semen insedit, rapit omnem fere cibum ad sese, eoque septum[4] fingit animal; quod cum ex utero elapsum excidit, in iis animantibus quæ lacte aluntur, [*p.* 52.] omnis fere cibus matrum lactescere incipit: eaque, quæ paulo ante

Moser. *defendant* e codd. Heindorf. Moser. Orell.—4 Red. *dentibus apri*. Actutum, *cursu leones* A C M N, Paris. 1. 2. 3. La. Red. Glog.—5 Lamb. *repellunt*.

CAP. LI. 1 Heindorf. e codd. Moser. Orell. *quæ a terra stirpibus continerentur*, omissis reliquis, uti volebat Dav.—2 Heindorf. e Glog. *ratio etiam*. Mox, *generis earum* Red. Glog. Heindorf. Schutz. Nobb.—3 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *et in mari*.—4 Schutzius conjectabat *satum*; Grut. suspic. *cœptum*; Heindorf. malit *conceptum fingitur*. Mox, *in his animalibus*

NOTÆ

[o] *Sepiæ*] De sepiæ dolo Arist. Hist. Anim. IV. 1. Plin. IX. 29.

[p] *Torpedines*] *La torpille;* aliis *la tremble;* Venetis *tremulo;* Liguribus *tremonza;* Massiliensibus *la dormilliouse*. Piscatoris brachio, per hamum, funem, virgamque, torporem immittit, hamumque relinquere cogit. Plin. XXXII. 1. Vim illam torpedinis eleganter describit Claudian.

[q] *Odoris intolerabili*] Vulpes quidem lotio suo caudam sibi aspergunt, ejusque odore canes arcent. De aliis tamen animalibus hoc loco mentio est.

Digitized by Google

nata sunt, sine magistro, duce natura, mammas appetunt, earumque ubertate saturantur. Atque, ut intelligamus nihil horum esse fortuitum, et hæc omnia [5] esse opera providæ solertisque naturæ; quæ muliplices fœtus procreant, ut sues, ut canes, his mammarum data est multitudo; quas easdem paucas habent eæ bestiæ quæ pauca gignunt. **129.** Quid dicam, quantus amor bestiarum sit in educandis custodiendisque iis quæ procreaverunt,[6] usque ad eum finem, dum possint se ipsa defendere? etsi pisces, (ut aiunt) ova cum genuerunt,[r] relinquunt: facile enim illa aqua et sustinentur, et fœtum fundunt.[7] LII. Testudines[s] autem et crocodilos dicunt, cum in terra partum ediderint, obruere ova, deinde discedere: ita et nascuntur et educantur ipsa per sese. Jam gallinæ, avesque reliquæ, et quietum requirunt ad pariendum locum, et cubilia sibi nidosque[1] construunt; eosque quam possunt mollissime substernunt, ut quam facillime ova serventur: ex quibus pullos cum excluserint, ita tuentur, ut et pennis foveant, ne frigore lædantur; et, si est calor a sole, se opponant. Cum autem pulli pennu-

Glog. Red. Heindorf.—5 Glog. Mannt. Lamb. omittunt *omnia*. Paulo post, *habent hæ bestiæ* margo Venet. 1507. Junt. Victor.—6 Margo Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. *procreaverint*. Statim, verba *ad eum finem* suspecta sunt Grutero.—7 Bonh. conj. *facile enim illa et aqua, &c.* Heindorf. suspic. *facile enim illa ita aqua sustinet, ut fœtum fundant*.

CAP. LII. 1 Schutz. de Bouhierii conjectura *nidosve*; Red. *nidos*. Actutum, *constituunt* Glog. et margo Venet. 1507. *conficiunt* Red. Paulo post, *e quibus* Junt. Victor. Pro *excluserint*, quod retinent Mannt. Lamb. Dav. *excluserunt* habent Red. G, Gud. 2. Mars. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *excuderint* Paris. 1. 2. N, Victor. *exciderit* Paris. 3. *exciderint* Glog. *excuderunt* A B C E I. *extuderint* M.

NOTÆ

[r] *Ova cum genuerunt*] Piscibus, inquit Aristot. Hist. Anim. lib. VI. nullus est prolis amor: ova spargunt; quorum partem magnam vorant mares, pars in aquis perit: pars, opportuno loco recepta, pisces procreat.

[s] *Testudines*] A testa, qua teguntur, dictæ. Earum quatuor sunt genera: terrestres, marinæ, lutariæ, fluviatiles, quas alii 'emidas' vocant: de iis hic mentio est. Scrobe humi effossa ad dolii magnitudinem, ibi pariunt ova; tum terræ injectæ pedum vestigia imprimunt, ut locum deinde facilius agnoscant. Trigesimo die redeunt, et, scrobe aperta, prolem in aquam deducunt. Ælian. Marinæ testudines, ovis defossis, noctu incubant. Arist.

Digitized by Google

lis[a] [2] uti possunt, tum volatus eorum matres prosequuntur; reliqua cura liberantur. 130. Accedit ad [3] nonnullorum animantium, et earum rerum quas terra gignit, conservationem et salutem, hominum etiam solertia et diligentia. Nam multæ et pecudes et stirpes sunt,[u] quæ, sine procuratione hominum, salvæ esse non possunt. Magnæ etiam opportunitates ad cultum hominum atque abundantiam, aliæ aliis in locis reperiuntur. Ægyptum Nilus irrigat,[x] et, cum tota æstate [4] obrutam oppletamque tenuit, tum recedit, mollitosque et oblimatos agros ad serendum relinquit. Mesopotamiam [y] fertilem efficit Euphrates; [z] in quam quotannis [5] quasi novos agros invehit. Indus[a] vero, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solum agros lætifi-

Tum, *et, si calor*, omisso *est*, Dav.—2 Manut. et Lamb. *pinnulis.*—3 *Accedit etiam ad* omnes fere codd. et edd. ante Ernesti; *Accedit autem ad* Nobb. unde non liquet. Paulo post, *hominum solertia*, omisso *etiam*, Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *etiam* servant codd. plerique et edd. ante Heindorf. item Nobb. *hominum et solertia* Glog.—4 Lamb. *totam æstatem*. Statim, *tenuerit* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. Tum, *ad serendum agros* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—5 Pall. tres, Reg. Glog. Red. A B G

NOTÆ

[t] *Pennulis* [*pinnulis*] Pinna proprie dicitur, ut de piscibus, ita de avibus, ab antiquo 'pinnum,' quod 'acutum' sonabat.

[u] *Stirpes sunt*] Omnium instar sit vitis: quantus in conserenda, depangenda, ablaqueanda, lætificanda, putanda, detergenda, fodienda, statuminanda, propaganda, supplenda, iteranda, tertianda, sarrienda, runcanda, surrigenda, astringenda, labor!

[x] *Nilus irrigat*] Africæ fluvius maximus; cujus fontes, veteribus ignoti, superiori demum sæculo reperti sunt. Oritur ex montibus Lunæ, unde, in lacum Zambre illapsus, Æthiopiam et Ægyptum duas in partes dividit, et propter Memphim duos in alveos diffluens, septem maxime ostiis mari Mediterraneo miscetur. De Nili miraculis Herodot. Diodor. et alii. De iis quoque poëma Cicero fecerat, quem 'Nilum' inscripserat. Capitolin. in Gordian.

[y] *Mesopotamiam*] Regio est Asiæ, et Assyriæ pars ad Occasum: sic appellata, quod media sita sit duos inter fluvios, Euphratem et Tigrim.

[z] *Euphrates*] Fluvius Asiæ, ortus in Armenia Majori, infra Seleuciam et Ctesiphontem in Tigrim se exonerat, et cum eo paulo post in sinum Persicum. Eadem pæne, quæ Nilus, habet incrementa et exundationes, nisi ubi angustiis Tauri montis prohibetur. Ita Solin.

[a] *Indus*] Duplex est, teste Plinio: alter in Caucasi montis jugo oritur, alter in Cibyratarum jugis in Asia Minore: de Indo Asiæ hic mentio est.

Digitized by Google

cat et mitigat, sed eos etiam conserit: magnam enim vim seminum secum, frumenti similium,[6] dicitur deportare. 131. Multaque alia in aliis locis[7] commemorabilia proferre possum: multos fertiles agros, alios aliorum fructuum. LIII. Sed illa quanta benignitas naturæ, quod tam multa ad vescendum, tam varia, tamque jucunda,[1] gignit! neque ea uno tempore anni, ut semper et novitate delectemur, et copia. Quam tempestivos autem dedit, quam salutares, non modo hominum, sed etiam pecudum generi, iis denique omnibus quæ oriuntur e terra, ventos Etesias![2 b] quorum flatu nimii temperantur calores: ab iisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur. Multa prætereunda sunt; et tamen multa dicuntur. 132. Enumerari enim non possunt fluminum opportunitates; æstus maritimi multum[3] accedentes et recedentes; montes vestiti, atque sylvestres; salinæ ab ora maritima remotissimæ; medicamentorum salutarium plenissimæ terræ: artes[4] denique innumerabiles, ad victum et ad vitam necessariæ. Jam diei noctisque vicissitudo conservat animantes, tribuens aliud agendi tempus, aliud quiescendi. Sic undique omni ratione concluditur, mente consilioque divino omnia in hoc mundo ad salutem omnium conservationemque admirabiliter administrari.

133. Sin quæret[5] quispiam, cujusnam causa tantarum rerum molitio facta sit; arborumne et herbarum? quæ,

H I, Paris. 1. 2. 3. E O U, Med. Bonon. 1494. Victor. *quot annos.*—6 Ita codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Moser. Orell. *et similium* alii codd. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb.—7 *Multaque alia aliis in locis* Red. Heindorf. Moser. Orell.

CAP. LIII. 1 Victor. et Dav. *et tam jucunda;* Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. *tam jucunda.*—2 Voc. *Etesias* suspectum est Heindorfio. *ventos et esias* habet I. *ventos et hexias* K. *adde et ventos Etesias* Glog. et La. *ventos, ut Etesias* conj. idem Heindorf.—3 Ita plerique codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *mutuo* e cod. La. et marg. Glog. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. *mutuum* volebat Dav. *tum accedentes tum recedentes* Lamb. Schutz. Nobb.—4 Moser. conj. *res.*—5 *Hic quærat* Reg. Grut. Heindorf. Schutz.

NOTÆ

[b] *Etesias*] Etesiæ venti sunt qui certa tempestate quotannis redeunt, ab ἔτος, *annus.* Varii sunt variis in regionibus. Hispaniæ et Asiæ Etesias est Apeliotes; Ponti, Aquilo, &c.

Digitized by Google

quanquam sine sensu sunt, tamen a natura sustinentur. At id quidem absurdum est. [*p.* 53.] An bestiarum? Nihilo probabilius,[6] Deos, mutarum et nihil intelligentium causa, tantum laborasse. Quorum igitur causa,[7] quis dixerit effectum esse mundum? Eorum scilicet animantium, quæ ratione utuntur. Hi sunt Dii[8] et homines, quibus profecto nihil est melius: ratio est enim, quæ præstat omnibus. Ita fit[9] credibile, Deorum et hominum causa, factum esse mundum, quæque in eo sint, omnia. LIV. Faciliusque[1] intelligetur, a Diis immortalibus hominibus esse provisum, si erit tota hominis fabricatio perspecta, omnisque humanæ naturæ figura atque perfectio. 134. Nam, cum tribus rebus animantium vita teneatur, cibo, potione, spiritu;[a] ad hæc omnia percipienda, os est aptissimum; quod, adjunctis naribus, spiritu augetur. Dentibus autem in ore constructis[2] manditur, atque ab his extenuatur et molitur, cibus. Eorum adversi acuti[c] morsu dividunt escas; intimi autem conficiunt, qui genuini[3][d] vocantur; quæ confectio etiam a lingua adjuvari videtur. 135. Linguam

[a] *Respiratione.*

Moser. Nobb. Orell. probante Walker. *Sin quærat* Junt. Victor. Dav. *Si quærat* Red. *Sed quæret* Glog. *tanta rerum molitio* in eodem cod. *mollitio* A. —6 Red. *nihilo improbabilius*; unde Heindorf. conj. *nihilo id probabilius.* Actutum, *Deos mutorum* Eliens. Glog. ψ, Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Deos mutatum* E.—7 *Quorum causa*, omisso *igitur*, Gud. 2. *Quorum ergo causa* M.—8 *Hii sunt Dii* H I N, Gud. 2. Statim, *quæ præstet* A B C G M, Gud. 2. Glog. Junt. Victor. Ascens. Heindorf.—9 Ita e codd. Grut. et seqq. *Itaque fit* codd. aliquot et edd. ante Grut. Mox, *quæque in eo mundo* Junt. Victor. Dav.

CAP. LIV. 1 *Facilius autem* Glog. Heindorf. Actutum *intelligitur* H; margo Venet. 1507. Junt. Victor.—2 Codd. aliquot *constrictis*, probante Jac. Gronovio; *constitutis* Glog. et Eliens. probante Dav. Mox, pro *molitur*, quod servant Vratisl. B G I K M N, Paris. 2. 3. margo Venet. 1507. Lamb. Grut. seqq. *mollitur* Junt. Victor. Mannt. 1555. *et molitur eorum.* *Adversi acuto morsu*, omisso *cibus*, G.—3 Glog. *canini*; unde Heindorf. conj. *canini et ge-*

NOTÆ

[c] *Adversi acuti*] Adversos appellat, forte quod ore aperto primi sint spectabiles, et intuentibus obvii: incisorii quoque et divisorii dicuntur, Græcis *γελασῖνοι*, quod risu nudentur.

[d] *Genuini*] A genis, quibus vicini sunt; 'molares' quoque a molendo cibo. Duo postremi Græcis *σωφρονιστῆρες*, a *σωφροσύνη*, *sapientia*, quod non ante trigesimum annum excrescere perhibeantur.

Digitized by Google

autem, ad radices ejus hærens, excipit stomachus; quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt: oris utraque[4] ex parte tonsillas[e] attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Atque is, agitatione et motibus[5] linguæ cum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, depellit.[f] Ipsius autem partes eæ, quæ sunt infra id quod[6] devoratur, dilatantur; quæ autem supra, contrahuntur. 136. Sed, cum aspera arteria[g] (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat, adjunctum linguæ radicibus, paulo supra quam ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones[h] usque pertineat, excipiatque animam eam, quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret, et reddat; tegitur quodam quasi[7] operculo,[i] quod ob eam causam datum est, ne, siquid in eam cibi forte incidisset, spiritus impediretur. Sed, cum alvi[k] natura,[8] subjecta stomacho, cibi et potionis

nuini.—4 Ita codd. aliqnot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Nobb. *quæ accepta sunt ore. Is oris utraque* de Heindorfii conjectura Schutz. *quæ accepta sunt ore. Is utraque* Manut. Lamb. Lall. Moser. Orell.—5 Lamb. *motione;* Red. *motu.* Mox, vel *depulsum*, vel *depellit* corruptum putat Orell. Pro hoc *deglutit* malebant Dav. Wyttenb. et Moser. recepit Lall. Pro illo *depressum* conj. Heindorf. et ante eum Bunemann. ad Lactant. de Opif. Dei x. 16.—6 Codd. aliqnot, etiam Glog. Junt. Hervag. Heindorf. Moser. Orell. *quæ sunt infra quam id quod;* Creuz. conj. *quæ sunt infra id, quo;* cod. Ursin. *quæ sunt infra, in quas id quod devoratur, descendit;* et paulo post, *eademque a pulmonibus respiret et redeat.* ‘In quibus, ut sæpissime, Ursinus vel consuluit codd. mirum in modum interpolatos, vel ipse nos decipere tentavit.’ *Orell.*—7 Ita Victor. Dav. Nobb. *tegitur quasi quodam* codd. aliquot, Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *quodam* omittit Victor. 1507. Statim, *ob quam . . . impediretur?* cum codd. Junt. Victor. *quod ob quam causam datum est, nisi ne, si quid . . . impediretur?* conj. Dav. *nisi quod si* codd. Davisii.—8 Heindorf. conj. *alvus a natura,* improbante Orell. Statim, *pulmones autem et aër* Glog. unde de Heindorfii conjectura Schutz. *p. a. ex aëre,* improbante Orell. *ext. sp. ducant* cum codd. aliquot Victor. *quæ constant* codd.

NOTÆ

[e] *Tonsillas*] Tonsillæ in homine sunt quod in suibus glandulæ. Plin. I. 37. Amygdalæ interdum appellantur, ab amygdalarum forma.

[f] *Depellit*] De stomacho.

[g] *Aspera arteria*] Aspera, seu quia cartilaginosa, seu quia inæqualis. Vulgo canalis pulmonis dicitur, quod ea via spiritus ducatur.

[h] *Pulmones*] Unicus est pulmo; plures tamen dicuntur, propter multas lacinias, seu ‘lobos,’ ex quibus pulmo constat.

[i] *Quasi operculo*] Latinis ‘ligula’ appellatur: ex linguæ radice originem habet.

[k] *Alvi*] ‘Alvi’ nomine ventriculum hic intellige.

Digitized by Google

sit receptaculum, pulmones autem et cor extrinsecus spiritum adducant; in alvo multa sunt mirabiliter effecta, quæ constat fere e nervis. Est autem multiplex et tortuosa; arcetque et continet, sive illud aridum est, sive humidum, quod recipit,[9] ut id mutari et concoqui possit; eaque tum astringitur, tum relaxatur; atque omne, quod accipit, cogit et confundit; ut facile et calore, quem multum habet, exterendo cibo, et præterea spiritu,[l] omnia cocta atque confecta in reliquum corpus dividantur. LV. In pulmonibus autem inest raritas quædam, et assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima; qui tum se contrahunt aspirantes, tum respiritu[1] dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes. 137. Ex intestinis[m] autem et alvo,[2] secretus a reliquo cibo, succus is, quo alimur, permanat ad jecur, per quasdam a medio intestino usque ad portas jecoris (sic enim appellant) ductas et directas vias,[n] quæ pertinent ad jecur, eique

plerique edd. ante Dav. et Lamb.—9 Red. Glog. alii codd. Heindorf. Moser. Orell. *recepit.* Mox, *concoqui facile* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Paulo post, *quod accepit* cum codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Moser. Orell. Tum *ex terendo cibo* divisim Heindorf. *et terendo cibo* Manut. Lamb. *atterendo cibo* cod. Monac. Moser. Orell. Denique, *in r. corpus didantur* Lamb.

CAP. LV. 1 Lamb. 1584. *tum in respiratu;* Victor. et R. Steph. *tum in respiritu,* improbantibus Heindorfio et Orell. *tum se spiritu* cod. Ursin. et Junt. *tum se in respiritu* Lall. de conj. Dav. *tum respirantes* Lamb. 1566. *tum in se respirando* conj. Heindorf. *qui cum se contrahunt respiritu, tum aspirantes dilatant* conj. Wyttenb.—2 Vocc. *et alvo* omittunt codd. aliquot, Heindorf. Moser. uncis inclusit Dav. *et* omittunt codd. aliquot et Junt. *Ex alvo autem et intestinis* margo Venet. 1507. Paulo post, *sic enim appellantur*

NOTÆ

[l] *Præterea spiritu*] Non aëre, qui ad pulmones, non ad ventriculum, abit; sed spiritibus vitalibus, qui, in nervis, venis, arteriisque sparsi, in ventriculum, ad juvandam coctionem, concurrunt.

[m] *Ex intestinis*] Intestinorum corpus unicum est, pro figuræ tamen officiique varietate duplex distinguitur; alterum gracile, pingue alterum. Utriusque triplex genus est; duodenum, jejunum, ileum: duodenum, quod duodecim digitos longum sit; jejunum, quod minus, quam cetera intestina, plenum; ileum, ab εἰλεῖν, *convolvere*, quod multiplici se flexu circumvolvat.

[n] *Directas vias*] Venas mesaraicas vocant, quibus pars chyli defæcatior ad jecur permanat.

Digitized by Google

adhærent. Atque inde aliæ pertinentes[3] sunt, per quas cadit cibus a jecore delapsus. Ab eo cibo cum est secreta bilis, iique humores qui ex renibus[4] profunduntur, reliqua se in sanguinem vertunt, ad easdemque portas jecoris confluunt, ad quas omnes ejus viæ pertinent; per quas lapsus cibus, in hoc ipso loco, in eam venam quæ cava appellatur, confunditur, perque eam ad cor, confectus jam coctusque, perlabitur: a corde autem in totum corpus distribuitur per venas admodum multas, in omnes partes corporis pertinentes. 138. [*p.* 54.] Quemadmodum autem reliquiæ cibi depellantur, tum astringentibus se intestinis, tum relaxantibus, haud sane difficile dictu est: sed tamen prætereundum est, ne quid habeat injucunditatis oratio. Illa potius explicetur incredibilis fabrica naturæ. Nam, quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab eo spiritu,[5] deinde contagione pulmonum; ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quem ventriculum cordis appellant; cui similis alter adjunctus est, in quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. Eoque modo, ex his partibus, et sanguis per venas in omne corpus diffunditur, et spiritus per arterias. Utræque autem, crebræ multæque toto corpore intextæ, vim quandam incredibilem artificiosi operis divinique testantur. 139. Quid dicam de ossibus? quæ, subjecta corpori, mirabiles commissuras habent, et ad stabilitatem aptas, et ad artus finiendos[6] accommodatas, et ad motum, et ad omnem corporis actionem. Huc adde nervos, a

nonnulli codd. Heindorf. Moser. Schutz. Orell. Nobb.—3 Voc. *pertinentes* suspectum est Ernestio. *aliæ alio pertinentes* conj. Heindorf. non improbante Moser. *aliæ ad renes pertinentes* Lamb. 'Excidit sane aliquid.' *Orell.* Tum, *dilapsus* codd. et edd. ante Victor.—4 Codd. aliquot, Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell. *qui e renibus.* Mox, *reliqua, quæ se in sanguinem vertunt ad easdem portas* conj. Heindorf. improbante Orell. Paulo post, *cibus ex hoc* Victor. Manut. Deinde, *jam coactusque* codd. plerique, margo Junt. Victor. Lamb. Grut.—5 Ita Grut. et Moser. *ab ipso spiritu* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Orell. *ipso ab spiritu* codd. plerique, Victor. Dav. Nobb. *ipso spiritu* La. *deinde coagitatione* codd. aliquot, Junt. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Dav. Nobb. *deinde cogitatione* ed. 1584. *deinde a concitatione* e cod. Gothofr. Heindorf. et Schutz. Tum, *quam ventriculum* Victor. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—6 Heindorf.

Digitized by Google

quibus artus continentur; eorumque implicationem toto corpore[7] pertinentem; qui, sicut venæ et arteriæ, a corde tracti et profecti, in corpus omne ducuntur. LVI. 140. Ad hanc providentiam naturæ tam diligentem tamque solertem, adjungi multa possunt, e quibus intelligatur, quantæ res hominibus a Deo, quamque eximiæ, tributæ sint; qui primum eos, humo excitatos, celsos et erectos constituit,[1] ut Deorum cognitionem, cœlum intuentes, capere possent. Sunt enim e terra[2] homines, non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Sensus autem, interpretes ac nuntii rerum, in capite, tanquam in arce, mirifice ad usus necessarios et facti et collocati sunt. Nam oculi, tanquam speculatores, altissimum locum obtinent, ex quo plurima conspicientes, fungantur[3] suo munere. 141. Et aures,[4] cum sonum percipere debeant, qui natura sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt: itemque nares, eo quod[5] omnis odor ad supera fertur, recte sursum sunt: et, quod cibi et potionis judicium magnum earum est, non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Jam gustatus, qui sentire eorum, quibus vescimur, genera debet,[6] habitat in ea parte oris, qua esculentis et potulentis iter natura patefecit. Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est, ut omnes

conj. *fingendos.*—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *corpore toto.* Statim, *tractæ et profectæ* plurimi codd. et edd. vett. etiam Grut. *in omne corpus* Glog. et Heindorf.

CAP. LVI. 1 Victor. et Orell. *a Diis . . . quæ . . . constituit;* Glog. Heindorf. Schutz. *a Diis . . . qui . . . constituerunt.* Codex unus Moseri habet *constituerit.* Pro *erectos*, codd. aliquot, Junt. Dav. *rectos.*—2 *Sunt enim ex terra* margo Venet. 1507. Junt. Victor. *Sunt enim in terra* de Davisii conjectura Schutz. *ut Deorum cognitionem, e terra cælum intuentes capere possent. Sunt enim homines* de Pearcii conjectura Lall. idemque probabat Heindorf. ita tamen ut post v. *sunt enim* insereretur *in terra.* Moser. conj. *sunt enim, etiamsi terreni homines, non ut, &c.* 'Vulgata recte se habere videtur, modo cogitatione jungas *e terra spectatores.*' Orell.—3 Glog. Red. Heindorf. *funguntur.*—4 *Etiam aures* conj. Heindorf. Mox, *sonum recipere* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *sonum accipere* conj. Lamb. Tum, *in sublime* nonnulli codd. et edd. ante Dav.—5 Glog. Red. Victor. *et quod.* Statim, *ad superiora* margo Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Paulo post, *vicinitates* Ernesti errore typogr. *consecuta sunt* Glog. Red. Heindorf.—6 Junt. Victor. Lamb. in marg. ed. 1684. Grut. Dav. *deberet.* Mox, *poculentis*

Digitized by Google

ictus, omnesque nimios[7] et frigoris et caloris appulsus, sentire possemus. Atque, ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis et naribus[8] dominorum ea, quæ, profluentia, necessario tetri essent aliquid habitura; sic natura res similes procul amandavit a sensibus. LVII. 142. Quis vero opifex, præter naturam, qua nihil potest esse callidius, tantam solertiam persequi potuisset in sensibus? Quæ primum oculos membranis tenuissimis vestivit, et sepsit: quas primum[1] pellucidas fecit, ut per eas cerni posset; firmas autem, ut continerentur. Sed lubricos oculos fecit et mobiles, ut et declinarent, siquid noceret; et aspectum, quo vellent, facile converterent. Aciesque ipsa, qua cernimus, (quæ pupula[2] vocatur) ita parva est, ut ea, quæ nocere possint, facile vitet: palpebræque, quæ sunt tegmenta oculorum, [*p.* 55.] mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ et ad claudendas pupulas, ne quid incideret, et ad aperiendas: idque, providit, ut identidem fieri posset cum maxima celeritate. 143. Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum: quibus, et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur; et somno conniventibus, cum oculis ad cernendum non egeremus, ut qui,[3] tanquam involuti, quiescerent.[b] Latent præterea utiliter, et[4] excelsis undique partibus sepiuntur. Primum enim superiora, superciliis[c] obducta,[5] sudorem, a capite et a fronte defluentem, repellunt. Genæ deinde ab inferiore parte tutantur,

[b] *Quibus et repelleretur, si quid incideret, cum aperti sunt oculi; et ipsi oculi, tanquam involuti, quiescerent, cum clausi essent somno, quoniam tunc oculis non egeremus ad videndum.*

margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Grut. Dav.—7 Marsus et Orell. *minimos.* Heindorfius delendum putavit *nimios.* Statim, *sentire possimus* plurimi codd. et edd. ante Ernesti.—8 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell. *naribusque.*

CAP. LVII. 1 Lamb. in ed. 1566. delevit *primum*, eumque secuti sunt Heindorf. et Moser. Mox, *ut continerent* G, uti conj. Lamb. *ut continentur* Paris. 1. Gud. 2.—2 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. *pupilla*, et mox *pupillas.* Paulo post, *et aptissime* de Heindorfii conjectura Schutz. *factæ sunt* Glog. Heindorf. Schutz.—3 Verba *ut qui* suspecta sunt Ernestio: *qui* delevit Ascens. ut volebat Wyttenb. *ut ii* conj. Dav. *utque* A, La. Glog. Heindorf. *utrique* Schutz. *non egeremus utique, tanquam* Lall.—4 Victor. omittit *et.*—5 M, Paris. 3. Glog. *inducta.* Mox, *et fronte* A G I M, Gud. 2. O U, margo Venet. 1507. Junt.

Digitized by Google

subjectæ, leviterque[6] eminentes. Nasus[7] ita locatus est, ut quasi murus oculis interjectus esse videatur. 144. Auditus autem semper patet; ejus enim sensu etiam dormientes egemus: a quo cum sonus est acceptus, etiam e somno[8] excitamur. Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit,[9] si simplex et directum pateret. Provisum etiam, ut, si qua minima bestiola conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco, inhæresceret. Extra autem eminent, quæ appellantur aures, et tegendi causa factæ,[10] tutandique sensus, et ne adjectæ[c] voces laberentur, atque errarent, priusquam sensus ab his pulsus esset. Sed duros et quasi corneolos[11] habent introitus, multisque cum flexibus; quod his naturis relatus amplificatur sonus. Quocirca et in fidibus testudine[p] resonatur, aut cornu: et ex tortuosis locis et inclusis soni[12] referuntur ampliores. 145. Similiter nares, quæ semper propter necessarias utilitates patent, contractiores habent introitus, ne quid in eas, quod noceat, possit pervadere: humoremque semper habent, ad pulverem multaque alia depellenda,[13] non inutilem. Gustatus præclare septus est: ore enim continetur, et ad usum

[c] *Advenientes.*

Manut. Lamb.—6 Heindorf. de Walkeri sententia *leniterque;* sic etiam Schutz. Moser. Nobb. Orell.—7 *Nasusque* Glog. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *itaque locatus* B C G I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Red. duo Pall. E O.—8 Ita H M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Grut. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *ex somno* Junt. et al. vett. *a somno* Ernesti errore typogr. quod propagarunt Schutz. et Nobb. Pro *etiam* Heindorf. volebat *statim.*—9 Dav. conj. *posset;* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *possit, quod posset;* Moser. e duobus codd. *possit uti si, &c.* 'Verum hoc quoque videtur gloss.' *Orell.* Paulo post, *conaretur irrepere* de Puteani conjectura Heindorf. et Schutz.—10 Glog. Red. *factæ sunt;* Heindorf. conj. *eminentes . . . factæ sunt.*—11 Glog. Red. Heindorf. *corneos.* Mox, *ab his naturis* conj. Ernesti; *his antris* suspic. Cleric. *his curvaturis* conj. Voorda. *ampliatur sonus* margo Venet. 1507.—12 Ita Lamb. et seqq. præter Heindorf. qui edidit *referuntur ampliores soni.* Voc. *soni* omittunt codd. fere omnes et edd. ante Lamb.—13 Manut. et Lamb. *repellenda.*

NOTÆ

[o] *Superciliis*] Tres in supercilio partes distingui solent; caput, seu pars interior, quæ nasum respicit; cauda, seu pars quæ ad tempora vergit; intercilium et glabella, quæ inter utrumque media.

[p] *Testudine*] De testudine dictum alibi. Cornu fuit diversum a tuba instrumentum, quod non spiritu inflaretur, ut illa, sed plecteretur.

Digitized by Google

apte, et ad incolumitatis custodiam. Omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum. LVIII. Primum enim oculi in iis artibus,[1] quarum judicium est oculorum, in pictis, fictis, cælatisque formis, in corporum etiam motione atque gestu, multa cernunt subtilius. Colorum etiam et figurarum tum venustatem atque ordinem, et (ut ita dicam) decentiam, oculi judicant; atque etiam alia majora. Nam et virtutes et vitia cognoscunt: iratum, propitium; lætantem, dolentem; fortem, ignavum; audacem, timidumque, cognoscunt. 146. Auriumque[2] item[q] est admirabile quoddam artificiosumque judicium, quo judicatur, et in vocis et in tibiarum nervorumque cantibus, varietas sonorum, intervalla, distinctio, et vocis genera permulta; canorum, fuscum; læve, asperum; grave, acutum; flexibile, durum; quæ hominum solum auribus judicantur. Nariumque item, et gustandi pariter et[3] tangendi, magna judicia sunt. Ad quos sensus capiendos et perfruendos, plures etiam, quam vellem, artes repertæ sunt. Perspicuum est enim, quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia, processerint. LIX. 147. Jam vero animum ipsum, mentemque hominis, rationem, consilium, prudentiam, qui non divina cura perfecta esse perspicit, is his[1] ipsis rebus mihi videtur carere. De quo dum disputem, tuam mihi dari velim,[2] Cotta, eloquentiam. Quo enim tu illa modo diceres!

CAP. LVIII. 1 A B C H N, E, Hervag. Thuan. Junt. Victor. Dav. *in his artibus*. Mox, *multo c. subtilius* conj. Walker. *cuncta c. subtilius* suspic. Dav. Pro *etiam*, *enim* dedit Schutz. de conjectura Heindorfii. *tum* delerunt Lamb. Heindorf. Schutz. uncis inclusit Dav.—2 *Aurium* Manut. Lamb. Paulo post, *judicantur* . . . *varietates* . . . *distinctiones* e codd. suis Heindorf. Pro *canorum*, quod servant multi codd. et edd. vett. *candidum* exhibet Dav. de conjectura, item Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *leve asperum* margo Venet. 1507. Heindorf.—3 Codd. Meff. Glog. ψ, Lamb. Heindorf. *et g. et pariter;* A C H I K M N, Paris. 1. 2. 3. *et g. et parte;* E G *et g. parte;* B, O U, Gud. 2. Hervag. *et g. et arte*.

CAP. LIX. 1 A B C K, Paris. 2. Glog. Junt. Victor. omittunt *is* ante *his;* Gud. 2. Venet. 1507. Lamb. omittunt *his*. G M, Fa, exhibent *in suis ipsius rebus*. Mox, *mihi* deest in K.—2 Ita Moser. et Orell. *disputarem* . . . *velim*

NOTÆ

[q] *Aurium item*] 'Superbum esse aurium judicium' dixit Cicero de Oratore.

Digitized by Google

quanta primum intelligentia, deinde consequentium rerum cum primis conjunctio et comprehensio, esset in nobis: ex quo videlicet,[3] quid ex quibusque rebus efficiatur, idque ratione, concludimus: singulasque res definimus, circumscripteque complectimur: ex quo scientia intelligitur quam vim habeat, qualis sit; qua ne in Deo quidem est res ulla præstantior. [*p.* 56.] Quanta vero illa sunt, quæ vos Academici[r] infirmatis et tollitis, quod, et sensibus et animo, ea, quæ extra sunt, percipimus atque comprehendimus! 148. Ex quibus collatis inter se et comparatis, artes quoque efficimus, partim ad usum vitæ, partim ad oblectationem necessarias. Jam vero domina rerum (ut vos soletis dicere) eloquendi vis, quam est præclara,[4] quamque divina! quæ primum efficit, ut ea, quæ ignoramus, discere, et ea, quæ scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates iracundiasque restinguimus.[5] Hæc nos juris, legum, urbium, societate devinxit: hæc a vita immani et fera segregavit. 149. Ad usum autem orationis, incredibile est, nisi[6] diligenter attenderis, quanta opera machinata natura sit. Primum enim a pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet, per quam vox, principium a mente[s] ducens, percipitur[7] et funditur. Deinde in ore sita lingua est, finita dentibus. Ea[8] vocem, immoderate pro-

codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav. *disputarem . . . vellem* de Lambini conjectura Heindorf. Schutz. Nobb. *disputo . . . velim* conj. Moser.—3 H I K N *ex quo videmus;* M *ex quo videt.* Statim, *conficiatur idque ratione* K. Verba, *videlicet . . . efficiatur*, suspecta sunt Heindorfio. Paulo post, *qualis sit* suspecta Schutzio in ed. maj. *qualisque sit* conj. Moser. *ulla res* Red. Heindorf.—4 Glog. Heindorf. *præclara est.* Mox, *ut et ea, quæ* e codd. Heindorf. Moser. Orell.—5 Codd. aliqnot, margo Venet. 1507. Junt. Moser. *restringimus*, improbantibus Heindorf. et Orell.—6 Ita nonnulli codd. cum plerisque edd. *ubi* alii codd. Junt. Heindorf. Moser. Schutz.—7 Wakefield conj. *perciditur*, vel *procuditur.*—8 *Et ea* Victor. Pro *quæ sonos*

NOTÆ

[r] *Vos Academici*] Ideo scientiam negabant ullam dari Academici; quod a sensu, qui fallax est, pendeat omnis cognitio.

[s] *A mente*] Id enim humana vox ab animali differt; quod humana,

Digitized by Google

fusam, fingit et terminat; quæ sonos vocis distinctos et pressos efficit, cum et ad dentes et ad alias partes pellit oris. Itaque plectri similem[t] linguam nostri solent dicere; chordarum dentes, nares cornibus iis,[9] qui ad nervos resonant in cantibus. LX. 150. Quam vero aptas, quamque multarum artium ministras, manus natura homini dedit! Digitorum enim contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras et artus,[u] nullo in motu laborat. Itaque ad pingendum, ad fingendum,[d][1] ad scalpendum, ad nervorum eliciendos sonos ac tibiarum, apta manus est, admotione digitorum. Atque hæc oblectationis: illa necessitatis; cultus dico agrorum, exstructionesque tectorum, tegumenta corporum vel texta[x] vel suta, omnemque fabricam æris et ferri; ex quo intelligitur, ad inventa animo, percepta sensibus, adhibitis opificum[2] manibus, omnia nos consecutos, ut tecti, ut vestiti, ut salvi, esse possemus; urbes, muros, domicilia, delubra, haberemus. 151. Jam vero operibus[3] hominum, id est, manibus, cibi etiam varietas invenitur, et copia. Nam et agri multa ferunt[4] manu quæsita, quæ vel statim consumantur, vel mandentur condita vetustati. Et præterea vescimur

[d] *Ad opera efficienda quæ fictilia dicuntur, sive ex creta.*

Dav. de conjectura dedit *atque sonos*, receperunt Moser. et Orell. *sonosque* Lamb. et Schutz. *voces* K. *cum ad dentes* A M K, Glog. Paris. 2. 3. *cum et dentes, et alias, &c.* B E, Paris. 1. Deinde, *pellit. Oris itaque* A.—9 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *his*. Actutum, *quæ ad nervos* codd. pauci, Crat. Hervag. Schutz. *resonent* Lamb.

CAP. LX. 1 *Itaque ad pingendum, fingendum* A G I K, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E U, Red. Junt. Victor. *sculpendum* Junt. Manut. Lamb. *ad tibiarum* I K M, E. *manus apta est* Paris. 2. *ad motionem* I K M, Paris. 1. 2. E. *admonitione* Victor.—2 Heindorf. et Moser. *opificibus*, de conjectura Walkeri. Vide tamen Ochsn. Ecl. Cic. p. 63. Statim, *possimus* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb.—3 *Jam vero operis* Lamb. et Schutz.—4 Pal. tres, Reg. Eliens. 1. 2. Med. G H I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U ψ

NOTÆ

mentis, a qua oritur, imago est.

[t] *Plectri similem*] Plectrum est quo fidium chordæ plectuntur, *l'archet*.

[u] *Et artus*] Artus proprie sunt commissuræ et ligamenta membrorum; unde 'articuli.'

[x] *Vel texta*] Vestium species varias vide apud Baiffium libro de Re Vestiaria.

Digitized by Google

bestiis et terrenis et aquatilibus et volatilibus,[5] partim capiendo, partim alendo. Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones,[e] quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim et celeritatem. Nos onera quibusdam bestiis, nos juga imponimus: nos elephantorum[y] acutissimis sensibus, nos sagacitate canum, ad utilitatem nostram abutimur: nos e terræ cavernis[6] ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam: nos æris, argenti, auri venas, penitus abditas, invenimus, et ad usum aptas, et ad ornatum decoras: arborum autem consectione, omnique materia et culta et sylvestri, partim ad calefaciendum corpus, igni adhibito, et ad mitigandum cibum, utimur, partim ad ædificandum, ut, tectis septi, frigora caloresque pellamus. 152. Magnos vero usus[7] affert ad navigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes undique ad vitam copiæ: [*p.* 57.] quasque res violentissimas natura genuit, earum moderationem nos soli habemus; maris, atque ventorum, propter nauticarum rerum[z] scientiam; plurimisque maritimis rebus fruimur atque utimur. Terrenorum item commodorum omnis est in homine dominatus. Nos campis, nos montibus, fruimur: nostri sunt amnes, nostri lacus: nos fruges serimus, nos arbores: nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus; nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus: nostris denique ma-

[e] *Domando etiam quadrupedes seu jumenta, efficimus, ut iis vehi possimus.*

efferunt; et sic ediderunt Heindorf. Moser. Orell.—5 Victor. *volantibus.*—6 Victor. *ex terræ cavernis.* Paulo post, *nos metallorum venas* duo codd. non improbante Moser. ‘Voc. *metalla* omnino Tullianum non est. Cf. etiam Beier. ad Offic. tom. II. p. 29.’ *Orell.* Tum, *arborum autem confectione* I K, Paris. 1. 3. Victor. Dav. *a. a. consectionem* Paris. 2. *ad calfaciendum* B, Victor, Hervag. Dav. *ad califaciendum* K. *ad calficiendum* Al. *adhibita* K a m. pr. Victor. et Dav. *igne adhibito* Glog. Red. Deinde, *et ad ædificandum* G H, Gud. 2. Paris. 2. E O.—7 Heindorf. conj. *ea usus.*

NOTÆ

[y] *Elephantorum*] Acutissimi sensus esse elephantos scripserunt Plin. et Arist. Hist. Anim. IX. 46. Plura de elephantis vide apud Bulengerum ad calcem operis de Circo.

[z] *Nauticarum rerum*] De re navali vide doctum Lazarum Baiffium.

Digitized by Google

nibus in rerum natura quasi alteram naturam efficere conamur. LXI. 153. Quid vero? hominum ratio non[1] in cœlum usque penetravit? Soli enim ex animantibus nos astrorum ortus, obitus, cursusque cognovimus: ab hominum genere finitus est dies,[a] mensis, annus;[b] defectiones solis et lunæ cognitæ, prædictæque[2] in omne posterum tempus, quæ, quantæ, quando, futuræ sint. Quæ contuens[3] animus, accipit ab his cognitionem Deorum; ex qua oritur pietas; cui conjuncta justitia est, reliquæque virtutes; e quibus vita beata existit par et similis Deorum; nulla re, nisi immortalitate, (quæ nihil ad bene vivendum pertinet) cedens cœlestibus. Quibus rebus expositis, satis docuisse videor, hominis natura quanto omnes anteiret animantes. Ex quo debet intelligi, nec figuram situmque membrorum, nec ingenii mentisque vim, talem effici potuisse fortuna.

154. Restat, ut doceam, atque aliqando perorem,[4] omnia, quæ sint in hoc mundo, quibus utantur homines, hominum causa facta esse et parata. LXII. Principio ipse mundus Deorum hominumque causa factus est; quæque in eo sunt, ea parata ad fructum hominum et inventa sunt.[1] Est enim mundus quasi communis Deorum atque hominum domus, aut urbs utrorumque. Soli enim, ratione utentes,

CAP. LXI. 1 *Quid vero hominum ratio? non, &c.* distinguunt Victor. et Heindorf.—2 A B C H M N, Paris. 1. 2. 3. ψ, Victor. *prædicatæque*. Actutum, *etiam in omne* ψ. *tempus, que natæ que futuræ sunt* K.—3 *Quæ continet* Gud. 2. *Quæ continens* E, Red. Mars. margo Venet. 1507. Mox, *ab his* omittunt codd. aliquot, probante Ernestio; *accipit ad cognitionem* alii codd. et Victor. *e qua* A B N I, Gud. 2. E, Victor. *ex quibus* Junt. Manut. Lamb. *par aut similis* Glog. Heindorf. Deinde, *nulla alia re* A B C G H I K M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U ψ, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell.—4 Wyttenb. conj. *ut aliquando perorem et doceam.*

CAP. LXII. 1 Hæc, *quæque in eo sunt . . . inventa sunt,* suspecta Heindorfio et Schutz. uncis inclusit Moser. *sunt omnia, ea parata* Manut. Lamb. *sunt, ea omnia parata* Red. Heindorf. *omnia* non agnoscunt A B C H I N,

NOTÆ

[a] *Finitus est dies*] Hunc Athenienses a solis occasu ad ejusdem occasum constituerunt; Babylonii ab exortu ad exortum; Romani a media nocte ad mediam noctem; Umbri a meridie ad meridiem.

[b] *Mensis, annus*] De mense et anno veterum vide Rosinum et Censorinum de Die Natali.

Digitized by Google

jure ac lege vivunt. Ut igitur Athenas et Lacedæmonem,[c] Atheniensium Lacedæmoniorumque causa, putandum est conditas esse; omniaque, quæ sint in his urbibus, eorum populorum recte esse[2] dicuntur; sic, quæcumque sunt in omni mundo, Deorum atque hominum putanda sunt. 155. Jam vero circuitus solis et lunæ, reliquorumque siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen et spectaculum[3] hominibus præbent; nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, et ad rationem solertiamque præstantior: eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, et varietates mutationesque, cognovimus: quæ si hominibus solis nota sunt, hominum facta esse causa[4] judicanda sunt. 156. Terra vero, fœta frugibus,[d] et vario leguminum genere, quæ cum maxima[5] largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa, gignere videtur? Quid de vitibus olivetisque[6] dicam? quarum uberrimi lætissimique fructus nihil omnino ad bestias pertinent. Neque enim serendi neque colendi, nec tempestive demetendi percipiendique fructus, neque condendi ac reponendi, ulla pecudum scientia est: earumque omnium rerum hominum est et usus et cura. LXIII. 157. Ut fides igitur et tibias eorum causa factas dicendum est, qui illis uti pos-

Gud. 2. Paris. 1. Hervag.—2 Schutz. de Heindorfii conjectura *esse recte.*—3 Moser. conj. *tamen iidem spectaculum*; vel, *tamen adhuc spectaculum.* Schutz. de Heindorfii sententia dedit *quanquam ad m. coh. pertinent, tamen etiam spect.* Paulo post, *demetati* Lamb. *demetiti* margo Venet. 1507. Manut. Tum, *mutationes et temp. varietates* conj. Kindervater.—4 A B C G H N, La, Paris. 1. 2. 3. E O U ψ, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. *causa facta esse*; Hervag. Moser. *causa esse facta*; margo Venet. 1507. Junt. Dav. *esse facta causa.* Actutum, *judicandum est* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell.—5 Manut. Lamb. *quæ maxima.*—6 Lamb. 1566. *olivisque.*

NOTÆ

[c] *Lacedæmonem*] A primo suo rege sic nominata est, et a Sparto rege Sparta. Diu sine mœnibus fuit: post Alexandri tempora Cassandro in Græciam irrumpenti muros objecit. Justin. lib. XIV. Quamdiu sine muris fuit, libera; ubi muris septa, confestim serva esse cœpit. Liv.

[d] *Fœta frugibus*] Legumina sunt quæ manu leguntur, non subsecantur, Varro. Fruges, quicquid ex terræ fructibus in alimoniam vertitur, Priscian.

Digitized by Google

sunt;[1] sic ea, quæ diximus, solis iis confitendum est esse parata, qui utuntur: nec, si quæ bestiæ furantur aliquid ex his, aut rapiunt, illarum quoque causa ea nata esse dicemus. Neque enim homines murium[2] aut formicarum causa frumentum condunt, sed conjugum et liberorum et familiarum suarum: itaque bestiæ furtim (ut dixi) fruuntur; domini palam et libere. 158. [*p.* 58.] Hominum igitur causa eas rerum copias comparatas,[3] fatendum est: nisi forte tanta ubertas et varietas pomorum, eorumque jucundus non gustatus solum, sed odoratus etiam et aspectus, dubitationem affert, quin hominibus solis ea natura donaverit. Tantumque abest, ut hæc bestiarum etiam causa parata sint, ut ipsas bestias hominum gratia generatas esse videamus. Quid enim oves aliud afferunt, nisi ut earum villis confectis[4] atque contextis homines vestiantur? quæ quidem neque ali neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se, sine cultu hominum et curatione, potuissent.[5] Canum vero tam fida custodia,[e] tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, et tam incredibilis ad investigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud,[6] nisi se ad hominum commoditates esse generatos? 159. Quid de bubus[7] loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipien-

CAP. LXIII. 1 Glog. *possint;* K *potuerunt;* A B C H I M N, Paris. 1. 2. 3. Victor. *possent.* Statim, *quæ dixi* Glog. Red. C D H K M, Gud. 2. Paris. 1. 3. *solis his* A B C H M N, Paris. 1. 2. 3. *diximus, solis,* omisso *iis,* margo Venet. 1507. Junt. *diximus iis solis* Dav. Tum, *aliquid ex iis* Red. Heindorf. Schutz. *nata esse dicimus* Victor.—2 Charisius p. 110. Putsch. *murum.*—3 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *comparatas esse.* Mox, *ni forte* N, Eliens. U, Med. Junt. Victor. Dav. *et* ante *varietas* omittunt B C H I M, Paris. 2. U. *varietasque* exhibent Paris. 3. N, E O, Glog. Red.—4 Manut. *consectis,* uti volebat Schutz.—5 E quinque codd. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *possent,* uti volebat Ernesti.—6 Red. Heindorf. *aliud significat.* Mox, *se* delendum videbatur Wopkensio.—7 *Quid de bobus* Glog. Red. B G I K M, Gud. 2. Paris. 1. 2. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Paulo post, *aratra trahenda* de Ernestii conjectura Schutz. *ex* uncis inclusit Nobb. Tum, *vis nulla unquam* Eliens. 1. 2. Med. Glog. A B C H I N, Paris. 1. 2. 3. U, Hervag. Ascens. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Orell.

NOTÆ

[e] *Canum . . . custodia*] De canum fide prolixe Plin. VIII. 4.

Digitized by Google

dum figurata; cervices autem natæ ad jugum; tum vires humerorum et latitudines, ad aratra extrahenda: quibus, cum terræ subigerentur fissione glebarum, ab illo aureo genere,[f] ut poëtæ loquuntur, vis nunquam ulla afferebatur.

Ferrea tum vero[g] proles exorta repente est;
Ausaque funestum prima est[8] fabricarier ensem,
Et gustare, manu victum, domitumque, juvencum.

Tanta putabatur utilitas percipi ex bubus,[9] ut eorum visceribus vesci scelus haberetur.[h] LXIV. Longum est mulorum[i] persequi[1] utilitates, et asinorum;[k] quæ certe ad hominum usum paratæ sunt. 160. Sus vero quid habet, præter escam?[l] cui quidem, ne putisceret,[2] animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus: qua pecude, quod erat ad vescendum hominibus apta, nihil genuit natura fœcundius. Quid multitudinem suavitatemque piscium[m] di-

nulla vis unquam Reg. *vis iis nulla unquam* volebat Heindorf.—8 Lamb. 1566. et Orell. *prima'st*. Mox, pro *victum*, codd. aliquot, Junt. Heindorf. Moser. Orell. habent *vinctum*; alii codd. et Victor. *junctum*, probante Dav.—9 Glog. Red. Heindorf. *percipi ex bobus utilitas*.

CAP. LXIV. 1 Codd. aliquot, et Victor. *si mulorum persequar*.—2 Ita codd. aliquot, et Grut. *putesceret* A B C I K, O, margo Junt. Heindorf. Moser.

NOTÆ

[f] *Aureo genere*] Ætatum in auream, argenteam, æream, ferreamque, divisio ab Hesiodo profecta est, nisi forte eam ipse hauserit e libris Judaicis aut Sibyllinis, in quibus frequens earum ætatum mentio.

[g] *Ferrea tum vero*] Versus, ex auctore Græco, Homero opinor, translati. 'Fabricarier,' dictum poëtice pro fabricari.

[h] *Scelus haberetur*] Apud veteres Romanos bovem neci dedisse tam capitale fuit, quam civem. Athenis quoque, bovem qui arasset, immolare, lege Solonis nefas fuit. Ælian. V. 14.

[i] *Mulorum*] A ferendis sarcinis dicti quandoque 'angari.' Plin. VIII. 44. Hinc Marii milites, et furculæ, quibus sarcinas religatas gerebant, 'muli Mariani' appellati sunt.

[k] *Asinorum*] Tres asini utilitates memorat Plin. VIII. 43. sarcinarum gestationem, arationem, mularum progenerationem. Varro testatur, asinum aliquando emtum quadringentis millibus nummorum.

[l] *Præter escam*] Quam ne quidem salubrem esse aiunt Ægyptii, tum quod graves morbos gignat, tum quod obscœni victus sit. Varro, de Re Rust. II. 4.

[m] *Piscium*] Piscium species numerantur centum septuaginta sex. Plinius septuaginta quatuor duntaxat esse tradit præter crustis intectas, quæ sunt triginta. Sed Plinius ex ipso Plinio castigatur.

Digitized by Google

cam? quid avium? ex quibus tanta percipitur voluptas, ut interdum Pronœa[3] nostra Epicurea[n] fuisse videatur. Atque hæ[4] ne caperentur quidem, nisi hominum ratione atque solertia: quanquam aves quasdam, et alites, et oscines[o] (ut nostri augures appellant), rerum augurandarum causa esse natas putamus. 161. Jam vero immanes et feras belluas nanciscimur venando, ut et vescamur iis,[5] et exerceamur in venando ad similitudinem bellicæ disciplinæ,[p] et utamur domitis et condocefactis, ut elephantis; multaque ex earum corporibus remedia morbis et vulneribus eligamus, sicut ex quibusdam stirpibus et herbis,[q] quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus. Totam licet animis, tanquam oculis, lustrare terram, mariaque omnia? Cernes jam spatia[6] frugifera atque immensa camporum, vestitusque densissimos montium, pecudum pastus, tum incredibili cursus maritimos celeritate. 162. Nec vero[7] supra terram, sed etiam in inti-

Orell. *putresceret* G, Gud. 2. E U ψ.—3 Πρόνοια Manut.—4 *Atque hæc* Red. Heindorf. *Atque hæc quidem non caperentur, nisi hominum iis insidiaretur solertia* optabat idem Heindorf. scil. vocc. *ratione atque* desunt in Glog. Paulo post, *natas esse putamus* Victor.—5 Ita B G H I K M N, Paris. 1. 2. 3. et Heindorf. *his* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *ex iis* Gud. 2. Paulo post, *et vulneribus eliciamus* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. Deinde, *usu et p. percipimus* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb.—6 Ita Victor. Dav. seqq. *terramque mariaque omnia cernere etiam spatia* edd. vett. Ita quoque Junt. Manut. Lamb. nisi quod Junt. *jam spatia*; Manut. Lamb. *et spatia.* Mox, *vestitus dens.* Glog. Red. Heindorf. *cum incredibili* Glog. Heindorf. Schutz.—7 *Nec vero tantum* Victor. Manut. Lamb.

NOTÆ

[n] *Epicurea*] Quod deliciis nostris adeo large providerit, ut ne Epicureus quidem liberalius aut providere aliis possit, aut sibi provisum velit.

[o] *Et oscines*] Oscines erant, quæ cantu auspicium faciebant; alites, quæ volatu. Inter oscines fuere cornix, noctua, &c. inter alites buteo, sanqualis, immissulus, vulturius. In utroque genere, picus, et parra. Vide Fest. Dictæ oscines ab 'os' et 'cano.' Non desunt qui *occines*, non *oscines*, ob 'occinendo' dici putent. Ita Guill. Canterus apud Dalecampium in Plin. x. 19.

[p] *Bellicæ disciplinæ*] Ideo genus illud venationis commendat Plato de Leg. lib. VII.

[q] *Et herbis*] De herbis salutiferis, præter Arist. Theophrast. Dioscor. Plin. Solinum, aliosque veteres, consulendi Fuchsius, Dodonæus, Ruellius, Lonicerus, Bauhinus, Cherlerus, Dalecampius, Matthiol. in Dioscoridem.

Digitized by Google

mis ejus tenebris, plurimarum rerum latet utilitas, quæ, ad usum hominum orta, ab hominibus solis invenitur.

LXV. Illud vero, quod uterque vestrum fortasse arripiet[1] ad reprehendendum (Cotta, quia[r] Carneades libenter in Stoicos invehebatur; Velleius, quia nihil tam irridet Epicurus, quam prædictionem rerum futurarum), mihi videtur vel maxime confirmare, Deorum providentia consuli rebus humanis. Est enim profecto divinatio, quæ multis locis, rebus,[2] temporibus apparet, tum in privatis, tum maxime in publicis. [*p.* 59.] 163. Multa cernunt haruspices: multa augures provident:[3] multa oraculis declarantur, multa vaticinationibus, multa somniis, multa portentis; quibus cognitis, multæ sæpe res hominum sententia atque utilitate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt. Hæc igitur, sive vis,[s] sive ars, sive natura, ad scientiam rerum futurarum homini profecto est, nec alicuiquam,[4] a Diis immortalibus data. Quæ si singula vos forte non movent, universa certe tamen,[5] inter se connexa atque conjuncta, movere debebunt.

164. Nec vero universo generi hominum solum, sed etiam singulis, a Diis immortalibus consuli et provideri solet. Licet enim contrahere universitatem generis humani, eamque gradatim ad pauciores, postremo deducere ad singulos. LXVI. Nam, si omnibus hominibus qui ubique

CAP. LXV. 1 Codd. aliquot, Victor. Dav. Orell. *arripiet fortasse.* Statim, *quam prædicationem* Victor.—2 Victor. omittit *rebus;* uncis inclusit Nobb. *quæ multis locis et temporibus apparet, tum in privatis rebus, tum, &c.* de Heindorfii conjectura Schutz. *locis, temporibus, rebus* conj. Wyttenb. Mox, *cum in privatis* codd. aliquot, Victor. Lamb. Dav. *maxime publicis* Junt. Victor.—3 Aldus *prævident.* Verba, *multa augures provident*, exciderunt ex ed. Grut. errore typogr. Mox, *res ex h. sententia* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *ex animi sententia* Lamb. Actutum, *atque utilitates* Mars. Lamb. Orell.—4 Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec alli cuiquam;* Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav. *nec ab alio alicui quam, &c.*—5 Manut. Lamb. omittunt *tamen.* Mox, *debebant* Glog. Heindorf. Moser.

NOTÆ

[r] *Cotta, quia*] Cotta Carneadis opiniones sequebatur; Velleius, Epicuri.

[s] *Sive vis*] In divinatione et vis, et ars, et natura fuit: vis, in iis qui furore vaticinabantur; ars, in Etruscis; natura, in somniis.

Digitized by Google

sunt, quacumque in ora ac parte terrarum, ab hujusce terræ, quam nos incolimus, continuatione distantium, Deos consulere censemus ob eas causas,[1] quas ante diximus; his quoque hominibus consulunt, qui has nobiscum terras ab Oriente ad Occidentem colunt. 165. Sin autem his consulunt,[2] qui quasi magnam quandam insulam incolunt, quam nos orbem terræ vocamus; etiam illis consulunt, qui partes ejus insulæ tenent, Europam, Asiam, Africam.[t] Ergo et earum partes diligunt, ut Romam, Athenas, Spartam, Rhodum:[u] et earum urbium, separatim ab universis, singulos diligunt, ut Pyrrhi bello[x] Curium,[y] Fabricium,[z] Coruncanium;[a] primo Punico Calatinum, Duillium,[3] Metellum, Lutatium; secundo Maximum, Marcellum, Africanum; post hos, Paulum, Gracchum, Catonem, patrumve memoria Scipionem, Lælium: multosque præterea et nostra civitas, et Græcia, tulit singulares viros; quorum neminem, nisi juvante Deo, talem fuisse, credendum est. 166. Quæ ratio poëtas, maximeque Homerum, impulit, ut

Cap. lxvi. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. *ob has causas.*—2 Red. Heindorf. *consulunt iis;* Junt. et Victor. omittunt *his*. Statim, *quandam magnam* nonnulli codd. Heindorf. Schutz. Moser.—3 *Duilium* nonnulli codd. et Orell. *Duellium* Glog. Red. A B C H I, Lamb. *Luctatium* Junt. Victor. Mox, *patrum vero memoria, &c.*

NOTÆ

[t] *Africam*] Nihil hic de America, quippe iis temporibus ignota; a Christophoro Columbo, Genuensi, anno 1492. detecta primum; deinde, ab Americo Vespucio, Florentino, lustrata, ab eodem nomen obtinuit.

[u] *Rhodum*] Insula et urbs in Carpathio Mari. Insula prius 'Ophiusa;' deinde 'Telchinis,' 'Trinacria,' 'Corymbia' appellata est: urbs a Cecrope condita; et, a rosarum excellentia, vel a nympha, cui Rosæ nomen, cognominata.

[x] *Pyrrhi bello*] Illud Florus Tarentinum vocat, quod Tarentini ejus auctores fuerint, vocato in auxilium Pyrrho.

[y] *Curium*] M. Curius Dentatus, Romanæ frugalitatis specimen, Samnitibus magnum auri pondus sibi deferentibus respondit, non aurum habere præclarum sibi videri, sed aurum habentibus imperare. De illo jam supra.

[z] *Fabricium*] C. Fabricium Luscinum, (non *Lucinum*, ut quidam prave legunt) qui medicum, venale Pyrrhi caput sibi offerentem, repudiavit. Cic. de Off. lib. III. quod tamen Curio tribuunt Flor. et Val. Max.

[a] *Coruncanium*] Pontificem, qui bello Tarentino consul fuit cum P. Valerio Lævino.

Digitized by Google

principibus heroum, Ulyssi,[4] [b] Diomedi, Agamemnoni, Achilli, certos Deos, discriminum et periculorum comites, adjungeret. Præterea ipsorum Deorum sæpe præsentiæ, quales supra commemoravi, declarant, ab his [5] et civitatibus [c] et singulis hominibus consuli. Quod quidem intelligitur etiam significationibus rerum futurarum, quæ tum dormientibus, tum vigilantibus, portenduntur. Multa præterea ostentis,[d] multa in extis,[6] admonemur, multisque rebus aliis, quas diuturnus usus ita notavit, ut artem divinationis efficeret. 167. Nemo igitur vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit. Nec vero ita [7] refellendum est, ut, si segetibus aut vinetis cujuspiam tempestas nocuerit, aut si quid e vitæ commodis casus abstulerit, eum, cui quid horum acciderit, aut invisum Deo, aut neglectum a Deo, judicemus. Magna Dii curant, parva negligunt. Magnis autem viris prospere semper eveniunt omnes res;[8] si quidem satis a nostris,[e] et a principe philosophorum Socrate, dictum est de ubertatibus virtutis et copiis.

LXVII. 168. Hæc mihi fere in mentem veniebant, quæ dicenda putarem de Natura Deorum. Tu autem, Cotta, si

Glog. Ascens. Heindorf. Moser. Orell. *patrumque mem.* Lamb.—4 *Ulyxi* codd. et Orell.—5 Orell. legendum putavit *ab iis*. Paulò post, *quæ cum* Victor.—6 Ita Junt. Victor. Dav. Moser. *multa extis* multi codd. margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *multa etiam extis* conj. Moser.—7 *Nec vero id ita* de Heindorfii conjectura Schutz. Mox, *si seg. vel vinetis* margo Venet. 1507. Junt. Ascens. Heindorf. Schutz. Nobb.—8 Ita Lamb. Schutz. Moser. Nobb. Orell. item Manut. nisi quod hic *prosperæ* habet; *prospere eveniunt semper omnes res* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Dav. Heindorf. *prospere semper omnes res* alii codd. Victor. Lall. 'Voc. *eveniunt* sane suspectum esse debet.' *Orell.* Mox, *et a principe philosophiæ* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Heindorf. Moser. Orell.

NOTÆ

[b] *Ulyssi*] Ulyssi quidem et Diomedi, Palladem; Achilli, Thetin matrem, Palladem, Deosque ac Deas fere omnes; Agamemnoni vero, quis Deorum comes fuerit, nihil apud Homerum.

[c] *Et civitatibus*] Sic Argis Juno, Ephesi Diana, Athenis Pallas præfuit.

[d] *Præterea ostentis*] Discrimen monstri, ostenti, portenti, &c. vide in lib. de Divinat.

[e] *A nostris*] Stoicis, quorum hoc paradoxum est: 'In quo virtus sit, huic nihil deesse ad beate vivendum.'

Digitized by Google

me audias, eandem causam agas; teque et principem civem et pontificem [1] esse cogites; et, quoniam in utramque partem [f] vobis licet disputare, hanc potius sumas: eamque facultatem disserendi, quam tibi a rhetoricis exercitationibus acceptam amplificavit Academia,[g] huc potius [2] conferas. Mala enim et impia consuetudo est contra Deos disputandi, sive ex animo id fit, sive simulate.

CAP. LXVII. 1 Ita Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *civem putes et pont.* margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. *civem* uncis inclusit Dav. *principem civitatis* conj. Ernesti; *civem esse et pontificem cogites* conj. Heindorf.—2 Multi codd. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. *potius huc*.

NOTÆ

[f] *In utramque partem*] Academicis, quorum est quid in quamque partem dici possit, expromere, judicium suum nullum interponere. Cic. de Divin.

[g] *Academia*] Dicere consueverat Tullius oratorem se non ex rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis extitisse.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE NATURA DEORUM

AD M. BRUTUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Hoc libro continetur Cottæ Academici contra Stoicam de Diis rationem disputatio. Ea, ut superior liber, in quatuor partes distributa est. Nam primo respondet, cap. 3—7. ad ea, quibus Balbus docere voluerat, esse Deos; et primo quidem ita, ut ostendat, præter rem, argumentis eam partem rationis Stoicæ confirmatam esse, si verum sit, quod Stoici dicant, non egere oratione eam rem, quod sit perspicua, et inter omnes constet; deinde vero ita, ut singula argumenta breviter reprehendat; quanquam ea pars non integra ad nos pervenit. Secunda parte, cap. 9—25. omnia ea impugnantur, quæ de Diis ipsis, quales essent, disputata erant. Itaque primo non ea argumenta solum dissolvit, quibus mundo, soli, lunæ, sideribusque divinitas asserta erat, sed etiam ea opinio quam absurda sit, pluribus argumentis demonstrat; quorum facile princeps est id, quo Carneades uti solebat contra Stoicos, Nullum, neque corpus, neque animal, quod patibilem naturam habeat, immortale et æternum esse posse; immortalitate autem et æternitate sublata, ipsam divinitatem tolli. Deinde poëticos Deos, et quos plebs superstitiosa venerabatur, σωρειτικαῖς ἐρωτήσεσι, quibus Carneades in hac disputatione uti solebat, aliisque argumentis, tollit. Tertia pars autem disputationis cum partibus duabus quartæ intercidit: nam quarta disputationis Stoicæ pars, quæ, Deos providisse et consuluisse hominibus, contendebat, quatuor argumentis nitebatur (vid. Argum. lib. II. in fine): horum secundo et quarto quæ respondisse Cotta fingitur, ea sola supersunt: cap. 26—40. Ostendit enim primo, quibus rebus hominibus consuluisse Dii dicantur, eorum pleraque, inprimis ratio-

Digitized by Google

nem, ad hominum perniciem converti; summosque homines, et virtutis amantissimos, plerumque mala fortuna usos esse.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 60.] QUÆ cum Balbus dixisset, tum arridens Cotta, Sero, inquit, mihi, Balbe, præcipis, quid defendam. Ego enim, te disputante, quid contra dicerem, mecum ipse meditabar, neque tam refellendi tui causa, quam ea, quæ minus intelligebam, requirendi. Cum autem suo cuique judicio [a] sit utendum, difficile factu est,[1] me id sentire, quod tu velis. 2. Hic Velleius, Nescis, inquit, quanta cum expectatione, Cotta,[2] sim te auditurus: jucundus enim Balbo nostro sermo tuus contra Epicurum fuit. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem: spero enim, te (ut soles) bene paratum venire. 3. Tum Cotta, Sim, mehercule,[3] inquit, Vellei: neque enim mihi par ratio cum Lucilio est, ac tecum fuit.[a] Qui tandem? inquit ille. Quia mihi[4] videtur Epicurus vester de Diis immortalibus non magnopere pugnare: tantummodo negare Deos esse non audet, ne quid invidiæ subeat, aut criminis.[b] Cum vero Deos nihil agere, nihil curare, confirmat, membrisque humanis[5] esse præditos, sed eorum membrorum usum nullum habere; ludere videtur, satisque putare, si dixerit, esse quandam beatam naturam et æternam. 4. A Balbo autem, animadvertisti, (credo) quam

[a] *Tum Cotta, Sic est, mehercule, inquit; paratum venire me oportet; neque enim mihi tale certamen cum Lucilio est, quale tecum fuit.*

[b] *Ne odium publicum incurrat, aut criminis suspicionem.*

CAP. I. 1 Ita B G H I M N, La, E ψ, Paris. 1. *factum est* A C K, Gud. 2. Paris. 2. 3.—2 Glog. Red. Heindorf. *inquit Cotta, q. c. expectatione.* Mox, *igitur me ego tibi* Paris. 1. 2. 3. M N, Glog. Red. Schutz. Moser. Nobb. *igitur ego me tibi* Victor.—3 *Sed mehercule* margo Venet. 1507. *Sane hercule* conj. Manut. *Sic est, me hercule* Lamb. *Sum mehercule* Glog. Heindorf. Nobb. *Non mehercule* Reg. Schutz. Moser. *Minime hercule* conj. Wyttenb. *Sim mehercule* est de conj. Bouhierii; id postea e cod. Reg. recepit Lall. Mox, *mihi par certatio* conj. Lamb.—4 *Quia mihi, inquit* Glog. Schutz. Nobb.—5 Red. Heindorf. Schutz. *membris quidem humanis.* Mox, *habere nullum* e cod.

NOTÆ

[a] *Suo cuique judicio*] Accommodate ad ingenium Academicorum, arrogans, et alieni judicii impatiens. Affine est illud ad Atticum: 'Ego meo judicio multo stare malim, quam omnium reliquorum.'

Digitized by Google

multa dicta sint, quamque, etiam si minus vera, tamen apta inter se et cohærentia. Itaque cogito, (ut dixi) non tam refellere ejus orationem,[6] quam ea, quæ minus intellexi, requirere. Quare, Balbe, tibi permitto, responderene mihi malis, de singulis rebus quærenti ex te ea quæ parum accepi, an universam audire orationem meam.[c] Tum Balbus: Ego vero, si quid explanari tibi [7] voles, respondere malo: sin me interrogare, non tam intelligendi causa, quam refellendi; utrum voles, faciam: vel ad singula, quæ requires, statim respondebo; vel, cum peroraris, ad omnia. 5. Tum Cotta, Optime, inquit. Quamobrem sic agamus, ut nos ipsa ducit oratio.[8] II. Sed, antequam de re, pauca de me. Non enim mediocriter moveor auctoritate tua, Balbe, orationeque ea, quæ me in perorando cohortabatur,[1] ut meminissem, me et Cottam esse [b] et pontificem: quod eo (credo) valebat, ut opiniones, quas a majoribus accepimus de Diis immortalibus, sacra, cærimonias, religionesque, defenderem. Ego vero eas defendam semper,[2] semperque defendi: nec me ex ea opinione, quam a majoribus accepi de cultu Deorum immortalium, ullius unquam oratio aut docti aut indocti movebit. Sed, cum de religione agitur, Ti. Coruncanium,[3] [c] P. Scipionem,[d] P. Scævolam,[e]

[c] *Permitto te eligere, an velis respondere mihi, interroganti de singulis rebus, quas in oratione tua parum intellexi; an potius audire orationem meam, continuato et non interrupto cursu.*

Uff. Moser. Orell.—6 Margo Venet. 1507. et Ascens. *ejus rationem.*—7 Victor. *tibi explanari.* Mox, *quæ requiris* Victor.—8 Glog. Reg. Heindorf. *ducit ratio;* Schutz. de Heindorfii conjectura *ducet ratio.*

CAP. II. 1 Lamb. conj. *qua me in perorando cohortabaris.* 'Verba *orationeque ea* sine causa suspecta Schutzio.' *Orell.*—2 Manut. Lamb. omittunt *semper.*—3 *T. Coruncanium* Junt. Victor. Lamb. correxerat jamjam Manut.

NOTÆ

[b] *Et Cottam esse*] Verba Balbi, sub finem libri superioris, sunt, 'Teque et principem civem putes, et pontificem esse.'

[c] *Ti. Coruncanium*] Coruncanius cognomine caruit, quippe ortus obscuri. Per omnes virtutum gradus, quo tempore labor, industria, consilium in urbe florebant, evectus, viam aperuit plebeiis ad pontificatum maximum, quem primus ex illis obtinuit, (ut habent Capitolina marmora) propter eximiam juris divini et humani scientiam. Camerio municipio oriundus, auctore Tacito, et Cicerone pro Plancio, qui tamen, pro Sulla,

Digitized by Google

pontifices maximos, non Zenonem, aut Cleanthem, aut Chrysippum, sequor: habeoque C. Lælium augurem,[f] eundemque sapientem, quem potius audiam de religione dicentem in illa oratione nobili, quam quenquam principem Stoicorum. Cumque omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia [4] divisa sit; tertium adjunctum sit, si quid, prædictionis causa, ex portentis et monstris, Sibyllæ interpretes [g] haruspicesve monuerunt; harum ego religionum nullam unquam contemnendam putavi: mihique ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis, fundamenta jecisse nostræ civitatis: quæ nunquam profecto, sine summa placatione Deorum immortalium,

Coruncanium, Scipionem, Scævolam margo Venet. 1507. Mox, *eundem sapientem* Manut. Lamb. Tum, *dicentem de religione* Med. Reg. Eliens. 1. 2. A B I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Hervag. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *et auspicia.* Statim, *et tertium* Glog. Reg. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. Tum, *ex por-*

NOTÆ

natum Tusculi scribit. Sed locum mendosum suspicor. De Vulsiniensibus, Vulcientibusque, Etruriæ populis, triumphavit; a quo triumpho nulla deinceps belli cum Etruscis mentio fuit. In senectute dictator, triennio post defunctus, anno U. C. 510. Successorem habuit in pontificatu L. Cæcilium Metellum, ut in Catone Majore dicitur.

[d] *P. Scipionem*] Nasicam; patremne, an filium, an nepotem, non admodum certum est; tres enim illi Nasicæ, pontifices maximi, suo quisque tempore creati sunt: pater, propter exceptam hospitio Matrem Deum, qui et 'vir optimus' a senatu judicatus; filius, propter juris divini humanique scientiam, qui 'Corculum' dictus; nepos, propter antepositam cognationi patriam, ut scribit Paterculus, oppressumque Ti. Gracchum, consobrinum suum; ob quam causam primus omnium absens pontifex maximus factus est. De Corculo mentionem hic esse crediderim.

[e] *P. Scævolam*] E gente Mucia: pontifex factus est in locum fratris sui, P. Licinii Crassi Muciani, ab Aristonico occisi in Asia: scripsit de Jure libros decem; extant tribunatus ejus denarii non inelegantes, quibus Hercules leonem Nemeæum strangulans exhibetur. Ad hunc, mortuo ejus secundo fratre Q. Scævola augure, Cicero se contulisse scribit in Lælio. De illo nos plura Acad. lib. II.

[f] *Lælium augurem*] De Lælio augure vide de Fin. lib. II. et Tuscul. l. I. De illius oratione, hæc in Bruto: 'Oratione Lælii de collegiis, nihil dulcius, in qua de religione disseruit.' Impræsentia nihil illius extat.

[g] *Sibyllæ interpretes*] Octodecim fuere Sibyllinorum carminum interpretes, penes quos cura esset Sibyllarum carmina consulere, cum opus erat.

Digitized by Google

tanta esse[h] potuisset.[5] [*p.* 61.] Habes, Balbe, quid Cotta, quid pontifex, sentiat. Fac nunc ergo[6] intelligam, tu quid sentias. 6. A te enim philosopho rationem accipere debeo religionis; majoribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, credere.[7] III. Tum Balbus, Quam igitur a me rationem, inquit, Cotta, desideras? Et ille, Quadripartita,[1] inquit, fuit divisio tua: primum ut velles docere, Deos esse; deinde, quales essent; tum, ab his mundum regi; postremo, consulere eos rebus humanis. Hæc, si recte memini, partitio fuit. Rectissime, inquit Balbus: sed expecto, quid requiras.

7. Tum Cotta, Primum quidque[2] videamus, inquit. Et si id est primum, (quod inter omnes, nisi admodum impios, convenit, mihi quidem ex animo exuri[3][i] non potest) esse Deos; id tamen ipsum, quod mihi persuasum est auctoritate[4] majorum, cur ita sit, nihil tu me doces. Quid est, inquit Balbus, si tibi persuasum est, cur a me velis discere? Tum Cotta, Quia sic[5] aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil unquam audierim de Diis immortalibus, nihil cogitaverim; rudem me discipulum et integrum

tentis et monitis cod. Ursin. *harum ergo religionum* Victor. Grut.—5 Ita Reg. Med. I N, Paris. 2. E O U, Bonon. 1494. Mars. Ascens. Thuan. Dav. *potuissent* Pall. A B C G H K M, Gud. 2. Junt. Victor.—6 Moser. et Orell. *fac nunc ego* e Lactant. Inst. II. 6. probantibus Walker. Wyttenb. Gœrenz.—7 Lactant. *reddita*, *rationis est credere*.

Cap. III. 1 *Quadripertita* Victor. Lamb. Mox *ab iis mundum* Reg. alii codd. et Orell.—2 *Primum quidem* Glog. Heindorf. Nobb. *Ac primum quidem illud videamus, inquit, quod inter, &c.* conj. Schutz. *Primum quidque videamus, inquit, etsi, &c.* Manut. Lamb. Heindorf. Moser. Orell.—3 Ita Victor. Manut. Lamb. Dav. *exui* e duobus codd. Lall. Moser. Nobb. *exire* Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *erui* de Walkeri conjectura Schutz. *exseri* suspic. Lamb. *excuti* conj. nescio quis ap. Lamb. probante Ernesti; *eximi* nescio quis ap. Orell.—4 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *persuasum est, esse Deos, auct.*—5 *Qui sic* Paris. 3. *aggredior, inquit, hanc* G H I, Paris. 1. Mox, *rudem me et integrum discipulum* Glog. Red. A B C H N, Paris. 1. 2. 3. Gud. margo Venet. 1507. Victor. Junt. Dav. Hein-

NOTÆ

[h] *Tanta esse*] Idem præclare habet in Orat. pro Haruspicum Responsis: 'Quam volumus licet, P. C. nos ipsi amemus; tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos; sed pietate ac religione superavimus.'

[i] *Animo exuri*] Forte *eximi*. Idem Muretus suspicatur.

Digitized by Google

accipe; et ea, quæ requiro, doce. 8. Dic igitur,[6] quid requiras. Egone? primum illud, cur, quod, [perspicuum in istam partem,][k] ne egere quidem oratione dixisses,[7] quod esset perspicuum, et inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris. Quia te quoque, inquit, animadverti,[8] Cotta, sæpe, cum in foro diceres, quam plurimis posses, argumentis onerare judicem, si modo eam facultatem tibi daret causa. Atque hoc[9] idem et philosophi faciunt, et ego, ut potui, feci. Tu autem, qui id quæris, similiter facis, ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, et non altero tantum, cum idem uno assequi possim. IV. 9. Tum Cotta, Quam simile istud sit, inquit, tu videris. Nam ego neque in causis, si quid est evidens, de quo inter omnes conveniat, argumentari soleo (perspicuitas enim argumentatione elevatur[d]);[1] nec, si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Cur contuerere[2] autem altero oculo, causa non esset; cum idem obtutus esset amborum, et cum rerum natura (quam tu sapientem esse vis) duo lumina ab animo ad oculos perforata nos habere voluisset. Sed, quia non confidebas, tam esse id[3] perspicuum quam tu velles, propterea multis

[d] *Minuitur.*

dorf. Moser. Orell.—6 *Dic igitur, inquit* A B C G H I M N, E O U ψ, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Reg. Med. Eliens. 1. 2. Bonon. 1494. Victor. Junt. Ascens. Lamb. Orell.—7 Moser. et Orell. *cur, qui id in ista partitione ne egere quidem oratione dixisses;* Crat. habet etiam *qui id;* Monac. *quod;* Lamb. *cur quod in istam partem, &c.* qui tamen volebat *in ista parte;* Schutz. de Heindorfii conjectura *cur quod in ista partitione, &c.* Tum, *quod esset conspicuum* Manut.—8 *Quippe qui te quoque, inquit, animadvertissem* conj. Heindorf. Mox, *possis* A B C H I M.—9 *Atqui hoc* conj. Heindorf. Statim, *quod quæris* G H I N, Paris. 1. 2. E ψ. *quid quæris* Gud. 2. Thuan. Deinde, *et non altero contuear, cum, &c.* codd. aliquot, Junt. Victor. Dav. Heindorf. Orell. *et non alterutro, cum, &c.* cod. Uff. probante Moser.

CAP. IV. 1 Codd. aliquot, et margo Venet. 1507. *levatur.*—2 *Cur contuereris* Reg. Med. Glog. G M N, Gud. 2. Paris. 2. E U, margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. *Cur contueres* A B C. *Cur contuerer* H I, Paris. 1. *Cur contueris* Paris. 3. Actutum, *autem me* de Heindorfii conjectura Schutz.—3 Red. Heindorf. Moser. *id esse.* Mox, *quam tu*

NOTÆ

[k] *Cur quod [perspicuum in istam partem]* Locum mendosum varii varie emendant. Sensus, sin minus verba, esse debet ejusmodi: Primum illud requiro, cur, cum istam partem ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicua, et inter omnes constaret, de ea tamen ipsa tam multa dixeris?

argumentis Deos esse docere voluisti. Mihi enim unum satis[4] erat, ita nobis majores nostros tradidisse. Sed tu auctoritates contemnis,[5] ratione pugnas. 10. Patere igitur, rationem meam cum tua ratione contendere. Affers hæc omnia argumenta, cur Dii sint: remque, mea sententia minime dubiam, argumentando dubiam facis. Mandavi enim memoriæ, non numerum solum, sed etiam ordinem argumentorum tuorum. Primum fuit, Cum cœlum suspexissemus, statim nos intelligere, esse aliquod numen, quo hæc regantur.[6] Ex hoc illud etiam,

Aspice hoc sublime candens, quem invocant[7] omnes
Jovem.

11. Quasi vero quisquam nostrum istum[8] potius, quam Capitolinum,[l] Jovem appellet; aut hoc perspicuum sit, constetque inter omnes, eos esse Deos, quos tibi Velleius, multique præterea, ne animantes quidem esse concedant. Grave etiam argumentum tibi videbatur, Quod opinio de Diis immortalibus et omnium esset, et quotidie cresceret. [p. 62.] Placet igitur, tantas res opinione stultorum judicari, vobis præsertim, qui illos insanos esse dicatis? v. At enim præsentes videmus[1] Deos,[a] ut apud Regillum[m] Postumius, in Salaria[n] Vatienus; nescio quid etiam de Lo-

[a] *At, inquies, videmus nobis Deos adesse et auxiliari.*

velis codd. et edd. ante Ernesti.—4 Glog. Eliens. Med. A B C G H I N, Paris. 1. 2. E, Victor. Dav. *sat.*—5 *Sed tu auctoritates omnes* cod. Uff. Manut. Lamb.—6 Glog. alii codd. Heindorf. *regerentur.*—7 Manut. *vocant.*—8 Heindorf. *illum.*

Cap. v. 1 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *videamus.* Mox, *Vatinius*

NOTÆ

[l] *Capitolinum*] Qui Tarpeius dicebatur, cum Tarpeio Monti nondum Capitolii nomen esset. Huc ex orbe toto pretiosa mittebantur donaria. Cum Latinis Græcisque scriptoribus celebratissimus sit, non est cur plura addam. Templum quoque habuit Jupiter Capitolinus et Antiochiæ, teste Livio, lib. XLI. et Corinthi, auctore Pausania in Corinth. Vide Justi Ricqui eruditum commentarium de Capitolio Romano.

[m] *Apud Regillum*] De lacu Regillo, de Postumio, de Vatieno, aliisque quæ sequuntur, vide quæ diximus lib. II. ubi Balbus ex iis omnibus concludebat Deos esse.

[n] *Salaria*] Via quæ ex urbe, per Anienis pontem, ducebat in Sabinos.

Digitized by Google

crorum apud Sagram prælio. Quos igitur tu Tyndaridas appellabas, id est, homines homine natos, et quos Homerus, qui recens ab illorum ætate[o] fuit, sepultos esse dicit[2] Lacedæmone, eos tu cantheris[p] albis, nullis calonibus,[q] obviam Vatieno venisse existimas, et victoriam populi Romani Vatieno potius, homini rustico,[r] quam M. Catoni,[s] qui tum erat princeps, nuntiavisse? Ergo et illud in silice, quod hodie apparet apud Regillum, tanquam vestigium ungulæ, Castoris equi credis esse? 12. Nonne mavis illud credere, quod probari[3] potest, animos præclarorum hominum, quales isti Tyndaridæ fuerunt, divinos esse et æternos, quam eos, qui semel cremati[t] essent, equitare, et in acie pugnare potuisse? Aut, si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet, quomodo, nec fabellas aniles proferas. 13. Tum Lucilius, An tibi, inquit, fabellæ videntur? Nonne ab A. Postumio[4] ædem Castori[u] et Polluci in foro dedicatam; nonne senatusconsultum de Vatieno[x] vides?

Heindorf. Moser. Nobb.—2 Glog. *sepultos etiam dicit;* unde Heindorf. conj. *sepultos etiam esse dicit;* Victor. *sepultos dicit,* omisso *esse.*—3 Glog. Heindorf. *approbari.* Paulo post in iisdem *ne fabellas.*—4 Victor. *nonne A. Posthumio,*

NOTÆ

[o] *Recens ab illorum ætate*] Inter Argonautas fuere Castor et Pollux: post utrumque vixit Homerus ducentos ferme et quadraginta annos, hoc est, 168. post excidium Trojanum, regnante Salemone.

[p] *Cantheris* [*canteriis*] Hoc distat canterius ab equo, quod ab ariete vervex, a capo gallus. Ita Fest. Suspicatur Muretus hæc verba, *canteriis albis, nullis calonibus,* esse alicujus poëtæ eam rem narrantis.

[q] *Nullis calonibus*] Calonem male quidem a 'calendis,' perperam Festus a 'calando' deducit. Melius Servius in Æneid. VII. 'Calas,' inquit, 'dicebant majores nostri, fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium, unde etiam calones.'

[r] *Homini rustico*] Reatinam in Sabinis præfecturam exercebat id temporis *Vatienus,* aut, ut alii legunt, *Vatinius.*

[s] *M. Catoni*] Non Liciniano, qui tamen eo quoque bello Macedonico floruit, et, re adversus Persen bene gesta, Æmiliam, L. Pauli filiam, uxorem obtinuit; sed Censorio, hujus patri.

[t] *Semel cremati*] Sive defuncti. Quo apparatu cremarentur defunctorum corpora, habet fuse Tiraq. Gen. Dier. III. 7.

[u] *Ædem Castori*] Ædis a Postumio votæ meminit Livius; miraculi non meminit. Excogitatum a Postumio scribit Frontinus, ad excitandos militum animos.

[x] *S. C. de Vatieno*] Eo S. C. et custodia in quam conjectus fuerat, libe-

Digitized by Google

Nam de Sagra, Græcorum etiam est[5] vulgare proverbium;[y] qui, quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa, quæ apud Sagram. His igitur auctoribus[6] nonne debes moveri? Tum Cotta, Rumoribus, inquit, mecum pugnas, Balbe; ego autem a te rationes requiro. * *

Desunt nonnulla.

VI. 14. Sequuntur, quæ futura sunt. Effugere enim nemo id potest, quod futurum est. Sæpe autem ne utile quidem est[1] scire, quid futurum sit. Miserum est enim, nihil proficientem angi, nec habere ne spei quidem extremum et tamen[2] commune solatium;[f] præsertim cum vos iidem fato fieri dicatis omnia; quod autem semper ex omni æternitate verum fuerit, id esse fatum. Quid igitur juvat, aut quid affert ad cavendum, scire aliquid futurum, cum id certe futurum sit? Unde porro ista divinatio? quis invenit fissum jecoris?[z] quis cornicis cantum notavit? quis sortes?[3] quibus ego credo: nec possum Attii Navii, quem commemorabas, lituum contemnere. Sed, qui ista intellecta sint,[4] a philosophis debeo discere, præsertim cum

[f] *Misera enim res est angi sine fructu, nec habere spem, quæ extremum quidem est solatium miserorum, sed commune tamen miseris omnibus.*

omisso *ab.*—5 Glog. Heindorf. *est etiam.*—6 *His igitur auctoritatibus* maluit Dav. ut habet Reg. auctore Lall. idem malebat Heindorf.

CAP. VI. 1 Red. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *est quidem.*—2 B I, Paris. 2. *et tam.* Statim, *cum vos idem* A C G I, E. *fieri fato* Glog. Red. Paris. 3. *ex omni æternitate semper* Red.—3 Glog. *soricis*, non improbante Moser. *quis sonum soricis* conj. Heindorf. *quis sortis* B C, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Dav. *possum attinuari* I. *atti navi* A B C H, O. *Acti Navi* N.—4 *Sed qui ista intelligenda sint* Red. G, E O U ψ, Junt. *Sed qui ista intelligenda sunt* Victor. Manut. *sunt* habent etiam H I M N, Gud. 2. Mox, *cum plurimis de*

NOTÆ

ratus est; et agro, necnon vacatione, sive immunitate ab omni publico munere, donatus est. Val. Max. I. 8.

[y] *Vulgare proverbium*] Græce sic habet ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Dictum in incredulos, qui nonnisi magno malo docti credant.

[z] *Fissum jecoris*] Vide notas in lib. I. de Divin. ad locum illum, 'Quid fissum in extis, quid fibra valeat, accipio.' A 'fisso' dictum 'fissiculare,' pro exta rimari. Ita Voss. Hanc artem Tages, Genii filius, Jovis nepos, invenit, auctore Festo. Cornicis cantum, sive disciplinam auguralem, Cares, vel, ut aliis placet, Tiresias, ut aliis, Apollo, ut aliis, Telegonus, ut aliis, Phryges; divinationem per sortes, Minerva. De sortibus erudite Bulengerus.

Digitized by Google

isti plurimis de rebus divini mentiantur. 15. At medici quoque (ita enim dicebas) sæpe falluntur. Quid simile medicina, cujus ego rationem video, et divinatio, quæ unde oriatur, non intelligo? [g] Tu autem etiam Deciorum devotionibus placatos Deos esse censes. Quæ fuit eorum tanta [5] iniquitas, ut placari populo Romano non possent, nisi viri tales occidissent? Consilium illud imperatorum [6] fuit, quod Græci στρατήγημα [a] appellant, sed eorum imperatorum, qui patriæ consulerent, vitæ non parcerent. Rebantur enim fore, ut exercitus imperatorem, equo incitato se in hostes immittentem, persequeretur; id quod evenit. Nam Fauni vocem equidem nunquam audivi: tibi, si audisse [7] te dicis, credam; etsi, Faunus omnino quid sit, nescio. VII. Non igitur adhuc, quantum quidem in te, Balbe, est,[1] intelligo Deos esse; quos equidem credo esse; sed nihil docent Stoici. 16. Nam Cleanthes, ut dicebas, quatuor modis formatas [2] in animis hominum putat Deorum esse notiones. Unus is modus est, de quo satis dixi, qui est susceptus ex præsensione rerum futurarum: alter ex perturbationibus tempestatum, et reliquis motibus: [p. 63.] tertius ex commoditate rerum quas percipimus,[3] et copia: quartus ex astrorum ordine, cœlique constantia. De

[g] *Quid simile inter se habent, medicina, cujus ego veritatem intelligo; et divinatio, cujus originem nescio?*

rebus isti divini mentiantur de Walkeri conjectura Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *cum plurimis de rebus divinis, &c.* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *cum isti plurimis de rebus divini, &c.* Dav. *cum pluribus de rebus divinis isti mentiuntur* Red. *cum plurimis de rebus divinis isti mentiuntur* A B C H I, Gud. 2.—5 *Quæ fuit tanta eorum* Victor. *Quæ fuit Deorum tanta* Lamb.—6 Ita Guelf. Victor. Dav. *imperatorium* A B C, La, Paris. 2. 3. E ψ. Tum, *strategema* A B C: *stratagema* Thuan. *qui, ut patriæ* codd. aliquot, etiam Glog. item Heindorf. *in hostem* cum plerisque codd. Victor.—7 Ita B G I M N, La, Paris. 2. 3. Thuan. Heindorf. *audivisse* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav.

CAP. VII. 1 A B G H I M, Paris. 1. Eliens. Med. Reg. Glog. Red. U, margo Venet. 1507. Junt. Victor. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *est, Balbe.* Actutum, *esse Deos* Paris. 1. 2. M, Glog. Heindorf.—2 Lamb. conj. *informatas.* —3 A B C G H M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Junt. Victor. Grut. *percepimus.*—

NOTÆ

[a] Στρατήγημα] Strategema est solers ducis consilium ad circumveniendum hostem. Ab ἄγειν, *ducere*, στρατὸν, *exercitum*.

Digitized by Google

præsensione diximus. De perturbationibus cœlestibus et maritimis et terrenis, non possumus dicere, cum ea fiant, non esse multos, qui illa[4] metuant, et a Diis immortalibus fieri existiment. 17. Sed non id quæritur, sintne aliqui, qui Deos esse putent: Dii utrum sint, necne,[5] quæritur. Nam reliquæ causæ, quas Cleanthes affert, (quarum una est de commodorum, quæ capimus, copia; altera de temporum[6] ordine, cœlique constantia) tum tractabuntur a nobis, cum disputabimus de providentia Deorum; de qua plurima a te, Balbe, dicta sunt. 18. Eodemque illa etiam differemus, quod[7] Chrysippum dicere aiebas, quoniam esset aliquid in rerum natura, quod ab homine effici non posset, esse homine aliquid melius: quæque in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, et cum totius mundi convenientiam consensumque afferebas, Zenonisque breves et acutulas conclusiones, in eam partem sermonis quam modo dixi, differemus. Eodemque tempore illa omnia, quæ a te physice[8] dicta sunt de vi ignea, deque eo calore ex quo omnia generari dicebas, loco suo quærentur: omniaque, quæ a te nudiustertius[b] dicta sunt, cum docere velles, [Deos esse,] quare et mundus universus, et sol, et luna, et stellæ, sensum ac mentem haberent, in idem tempus reservabo. 19. A te autem idem illud[9] etiam atque etiam quæram, quibus rationibus tibi persuadeas, Deos esse. VIII. Tum Balbus, Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refellis, ut, cum me interrogaturus

4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *qui ea.*—5 *Dii utrum sint, necne sint* codd. et edd. ante Lamb.—6 Walker. conj. *astrorum.* Mox, *cum de providentia Deorum disputabimus* Manut. Lamb.—7 Glog. Red. Paris. 2. 3. Heindorf. *quæ.* Mox, *quoniam si esset* B G H I N, Paris. 1. *aliquid homine melius* Glog. Paris. 2. 3. G I M, Victor. *quæ in domo* Victor. Lall. *et* ante *cum* omittit Lamb. *et quam* conj. Walker.—8 'Pro adverbio male habuit cum aliis Lamb. scribens *physicé.*' Orell. Mox, *suo loco* Glog. Heindorf. Verba *Deos esse* uncis incluserunt Dav. et Lall.—9 *A te autem illud* Glog. codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.

NOTÆ

b *Nudiustertius*] Id est, superiori libro. Sed cum horum trium librorum disputatio in unam diem conclusa sit, miror quid sibi velit *nudiustertius.* Forte adjectitium est.

Digitized by Google

esse videare, et ego me ad respondendum compararim, repente avertas orationem, nec des respondendi locum. Itaque maximæ res tacitæ præterierunt, de divinatione, de fato: quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere; sed ab hac quæstione,[1] quæ nunc in manibus est, separantur. Quare, si videtur, noli agere confuse; ut hoc[2] explicemus hac disputatione, quod quæritur.

20. Optime, inquit Cotta. Itaque, quoniam quatuor in partes totam quæstionem divisisti, de primaque diximus;[3] consideremus secundam; quæ mihi talis videtur fuisse, ut, cum ostendere velles, quales Dii essent, ostenderes nullos esse. A consuetudine enim oculorum animum abducere difficillimum dicebas: sed, cum Deo nihil præstantius esset, non dubitabas, quin mundus esset Deus, quod nihil[4] in rerum natura melius esset; modo possemus eum animantem cogitare, vel potius, ut cetera oculis, sic animo hoc cernere. 21. Sed, cum mundo[5] negas quicquam esse melius, quid dicis 'melius?' si pulchrius, assentior; si aptius ad utilitates nostras, id quoque assentior; sin autem id dicis, nihil esse mundo sapientius, nullo modo prorsus assentior; non quod difficile sit mentem ab oculis sevocare: sed, quo magis sevoco, eo minus id, quod tu vis, possum mente comprehendere. IX. Nihil est mundo melius in rerum natura: ne in terris quidem urbe nostra.[a] Num igitur idcirco in urbe esse rationem, cogitationem,

[a] *Nihil etiam in terris melius est urbe nostra.*

CAP. VIII. 1 B C G H I, Paris. 1. E O U ψ, Guelf. Glog. Red. Venet. 1494. Mars. margo Venet. 1507. Dav. Moser. *sed ab hac ea quæstione*; Schutz. et Nobb. de Heindorfii conjectura *ea*.—2 Dav. in ed. pr. e codd. *at hoc*; et sic Lall. Actutum, *explicemus hac ea quæstione* Victor. 'Scil. inserere in præcedd. volebat *ea*; operæ erravunt.' *Orell.*—3 Glog. alii codd. margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *de prima quidem diximus*. Statim, *talis mihi* Monac. Victor. Deinde, *ut ostenderes* codd. aliquot, Victor. *tu ostenderes* conj. Moser.—4 Ita Guelf. Red. G M, Gud. 2. ψ, Dav. seqq. *quo nihil* edd. vett. *qui nihil* Thuan. *esset mundo possemus* Red. Hinc conj. Heindorf. *esset mundo, modo possemus*.—5 *Sed cum item mundo* Glog. Heindorf. Schutz. *Sed cum mundo item* La. *Sed cum in mundo* M, Paris. 2. 3. *esse quicquam* Gud. 2. *quid dicis melius* omittunt Med. Reg. U. Paulo post, *ab oculis revocare* G H I N, Gud. 2. *ab oculis evocare* ψ, Hervag. *si quo magis* I. *revoco* G H I, Gud. 2. *evoco* Hervag.

Digitized by Google

mentem putas? aut, quoniam non sit, num idcirco existimas, formicam anteponendam esse[1] huic pulcherrimæ urbi, quod in urbe sensus sit nullus, in formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Videre oportet, Balbe, quid tibi concedatur, non te ipsum, quod velis, sumere. 22. [*p.* 64.] Istum enim locum totum illa vetus Zenonis, brevis et (ut tibi videbatur) acuta, conclusio dilatavit.[2] Zeno enim ita concludit: 'Quod ratione utitur, melius est,[3] quam id quod ratione non utitur. Nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur.' 23. Hoc si placet, jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis, hoc modo rationem poteris concludere: Quod literatum est, id est melius, quam quod non est literatum: nihil autem mundo melius: literatus igitur est mundus. Isto modo etiam disertus, et quidem mathematicus, musicus, omni denique doctrina eruditus, postremo philosophus, erit mundus.[4] Sæpe dixti,[5] nihil fieri sine Deo, nec ullam vim esse naturæ, ut sui dissimilia posset effingere. Concedam,[6] non modo animantem et sapientem esse mundum, sed fidicinem etiam et tibicinem, quoniam earum quoque artium homines ex eo procreantur. Nihil igitur affert pater iste Stoicorum, quare mundum ratione uti putemus, ne cur[7] animantem quidem esse. Non est igitur mundus Deus: et tamen nihil est eo melius: nihil est enim eo pulchrius, nihil nobis salutarius, nihil ornatius[8] aspectu, motuque constantius. Quod si mundus

CAP. IX. 1 Glog. Red. Heindorf. Moser. *esse anteponendam*.—2 Walker conj. *coarctavit*; Bonh. conj. *declaravit*.—3 Eliens. Med. Reg. A B C G H I M N, Gud. 2, Paris. 2. 3. E O, Victor. Dav. Heindorf. *id melius est*.—4 Glog. H I M, Paris. 1, 2. 3. E, et Victor. omittunt *erit mundus*.—5 Ita B G M, ψ, Paris. 2. Grut. Moser. Orell. *Sæpe dixisti* Red. Glog. margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Nobb. *Sæpe dixi* alii codd. Junt. Victor. Manut. *Sæpe dixit* Lamb. *Sæpe enim dixi* Paris. 3. unde *Sæpe etiam dixisti* conj. Heindorf. Actutum, *nihil fieri nisi ex eo* conj. Heindorf. *nihil fieri sine eo* suspic. Schutz. probante Moser. *nec illam* de Walkeri conjectura Schutz.—6 *Concedamne* conj. Heindorf. Mox, *et tubicinem* A B C, E O, Gud. 2.—7 Ita H M, Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nec cur* alii codd. et edd. vett. item Orell. Mox, *esse* de Gœrenzii conjectura delevit Moser.—8 Ita H, Grut. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *nihil salutarius nobis, nihil ornatius* B C I, Gud. 2. Paris. 1. Glog. Red. Heindorf. *nihil salutarius, nihil nobis orn.* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Manut. *nihil est sal. nihil nobis orn.* Victor. *nobis*

Digitized by Google

universus non est Deus, ne stellæ quidem, quas tu innumerabiles in Deorum numero reponebas; quarum te cursus æquabiles æternique delectabant; nec, mehercule, injuria: sunt enim admirabili incredibilique constantia. 24. Sed non omnia, Balbe, quæ cursus certos et constantes habent,[9] ea Deo potius tribuenda sunt, quam naturæ. X. Quid Chalcidico Euripo[c] in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius? quid freto Siciliensi?[d] quid Oceani fervore illis in locis,[e]

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda?

Quid? æstus maritimi, vel Hispanienses vel Britannici, eorumque certis temporibus vel accessus vel recessus, sine Deo fieri nonne[1] possunt? Vide, quæso, si omnis[2] motus, omniaque, quæ certis temporibus ordinem suum conservant, divina dicimus, ne tertianas quidem febres, et quartanas, divinas esse dicendum sit, quarum reversione et motu quid potest esse constantius? Sed omnium talium rerum ratio reddenda est: 25. quod vos cum facere non potestis, tanquam in aram, confugitis[3] ad Deum.

omittunt Manut. Lamb.—9 Codd. aliquot *habent vel servant*. Mox, *potius, quam naturæ tribuenda sunt* margo Venet. 1507. Manut. Lamb.

CAP. X. 1 Ernesti conj. *non*, quod placet Orellio; *minime* habet Red. *nonne* omittunt Glog. et Schutz.—2 Orell. et al. *omnes*. Statim, *divina ducimus* Lamb. Grut. Actutum, *ne tertianas quoque febres* Lamb. Schutz. Moser. Orell. *ne t. item febres* conj. Muret. *quidem* omittendum censet Heindorf.—

NOTÆ

[c] *Chalcidico Euripo*] Chalcidicus interdum dicitur, a Chalcide, urbe Eubœæ primaria; interdum Euboicus, ab insula. Angustia maris est inter Achaiam et Eubœam. Duplex quoque alius Euripus est; alter Taurominitanus, alter Hellespontiacus: de utroque Plinius; de illo II. 97. de hoc IV. 12.

[d] *Freto Siciliensi*] Quod et Mamertinum dicitur, Hadriaticum Orosio, Siculum Plinio, Rheginum Strabone, Scyllæum Athenæo, Trajectum Ausonio: angustia maris Siciliam ab ulteriore Calabria dirimens. *Il faro di Messina.*

[e] *Illis in locis*] Quod fretum, vulgo Gaditanum, seu Herculeum, Græcis Porthmos; Straboni, 'fretum columnarum;' Livio 'fretum Oceani;' Floro 'ostium Oceani;' Ausonio 'fretum Iberum;' Claudiano 'fretum Hispanum:' maris angustia inter Andalusiam, provinciam Hispaniæ australiorem, et Mauritaniam Tingitanam, seu regnum Fezzanum. *Le détroit de Gibraltar.* Carmen hoc rursus alibi a Tullio citatum: ignoti auctoris est.

Digitized by Google

Et Chrysippus tibi acute dicere videbatur, homo sine dubio versutus, et callidus: (versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur; callidos autem, quorum, tanquam manus opere, sic animus usu concalluit.)[f] Is igitur, 'Si aliquid est,' inquit, 'quod homo efficere non possit, qui id efficit, melior est[4] homine. Homo autem hæc, quæ in mundo sunt, efficere non potest: qui potuit igitur, is præstat homini. Homini autem præstare quis possit, nisi Deus? Est igitur Deus.' Hæc omnia in eodem, quo illa Zenonis, errore versantur. 26. Quid enim sit melius, quid præstabilius, quid inter naturam et rationem intersit, non distinguitur.[5] Idemque, si Dei[6] non sint, negat esse in omni natura quicquam homine melius. Id autem putare quenquam hominem, nihil homine esse melius, summæ arrogantiæ censet esse. Sit sane arrogantis, pluris se putare quam mundum. At illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere, se habere sensum et rationem; hæc eadem Orionem et Caniculam[7] non habere. [*p.* 65.] Et, 'Si domus pulchra sit, intelligamus eam dominis,' inquit,[8] 'ædificatam esse, non muribus. Sic igitur mundum Deorum domum existimare debemus.' Ita prorsus existimarem, si illum ædificatum,[9] non (quemadmodum docebo) a natura conformatum, putarem.

XI. 27. At enim quærit apud Xenophontem[g] Socrates,

3 Codd. aliquot et Victor. *confugistis.*—4 Red. Junt. Crat. Heindorf. Moser. *quicquid id efficit melius est;* Glog. *quod id efficit, melius est;* Manut. *effecit.*—5 E tribus codd. Moser. *distinguit,* uti volebat Ernesti.—6 *Idemque si Dii* Heindorf. Schutz. Mox, verba, *nihil homine esse melius*, suspecta sunt Davisio.—7 Ita Pall. Med. Glog. La, Paris. 3. Gud. 2. E U ψ, Lamb. Dav. seqq. *et rationem et orationem, hæc eadem et Caniculam* margo Venet. 1507. Junt. Manut. *Orionem* omittunt codd. aliquot et Victor. *orationem et niculam* A. *orationem* pro *Orionem* B C H I N, Paris. 1. 2.—8 Glog. Red. Heindorf. Schutz. *inquit, dominis.*—9 Ita G, Paris. 2. 3. *ædificatum esse* Glog. aliique codd. Heindorf. Schutz. Moser. Statim, *docebo, natura, &c.* A M E, Paris. 2, *confirmatum* A B C G E O I M, Paris. 1. 3. Thuan.

NOTÆ

f *Usu concalluit*] Deductum a 'callo,' quæ cutis est usu facta durior. Notum est illud Anacharsidis, de quo Tullius, Tuscul. lib. v. 'Mihi calceamentum est solorum callum.'

g *Apud Xenophontem*] Commentariorum primo.

Digitized by Google

unde animum arripuerimus, si nullus[1] fuerit in mundo. Et ego quæro, unde orationem, unde numeros, unde cantus; nisi vero loqui solem cum luna putamus, cum propius accesserit, aut ad harmoniam[h] canere mundum, ut Pythagoras existimat. Naturæ ista sunt,[2] Balbe, naturæ, non artificiose ambulantis, ut ait Zeno, (quod quidem quale sit, jam videbimus) sed omnia cientis et agitantis motibus et mutationibus suis. 28. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam[3] conspirare dicebas. Illud non probabam,[4] quod negabas id accidere potuisse, nisi ea uno divino spiritu contineretur. Illa vero cohæret et permanet[5] naturæ viribus, non Deorum: estque in ea iste quasi consensus, quam συμπάθειαν Græci vocant: sed ea, quo sua sponte major est,[i] eo minus divina ratione fieri existimanda est.

XII. 29. Illa autem, quæ Carneades afferebat, quemadmodum dissolvitis? Si nullum corpus immortale sit, nullum esse corpus sempiternum: corpus autem immortale nullum esse, ne individuum quidem, nec quod dirimi distrahive[1] non possit. Cumque omne animal patibilem naturam habeat, nullum est eorum, quod effugiat accipiendi aliquid extrinsecus, id est, quasi ferendi et patiendi, necessitatem. [Et, si omne animal mortale est, immortale nullum

CAP. XI. 1 Ita Reg. Dav. seqq. *animam a. si nullus* codd. plerique, Junt. Victor. *animam a. si nulla* margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Grut.—2 *Nature ita sunt* E. *Natura ista sunt* Paris. 2. Mox, pro *cientis* G H M, Paris. 1. 2. 3. E O U ψ habent *scientis.*—3 Codex unus Moseri, margo Venet. 1507. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. *cognationem continuatam*; Dav. conj. *cognatione continuata*, probante Ernesti.—4 *Illam non probabam* Paris. 3. *Illud non probem* N, E O U. *quod negabam* M, Paris. 2. 3. *illud accidere* G. *non potuisse* codd. aliqnot et Ascens. *nisi ea una* Heindorf. errore typogr. Deinde *contineretur* G M, Junt. Victor. Heindorf. Moser.—5 *Illa v. cohærent et permanent* Red. Heindorf. Moser. Mox, *iste quasi quidam consensus* Glog. Red. Heindorf.

CAP. XII. 1 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. *distrahique.*

NOTÆ

[h] *Ad harmoniam*] De Pythagorica mundi harmonia, vide notas in Somnium Scipionis.

[i] *Sponte major est*] Quod sponte agitur moveturque, Græce αὐτόματον vocant. Hinc Epicurei docebant mundi partes inter se coagmentatas αὐτομάτως.

est.] Ergo, itidem, si omne animal secari ac dividi potest, nullum est eorum individuum, nullum æternum. Atqui omne animal, ad accipiendam vim externam et ferendam, paratum est. Mortale igitur omne animal, et dissolubile et dividuum sit, necesse est.[2] 30. Ut enim, si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset; item nihil argenteum, nihil aëneum,[3] si commutabilis esset natura argenti et æris: similiter igitur, si omnia, quæ sunt, e quibus cuncta constant, mutabilia sunt; nullum corpus esse potest non mutabile. Mutabilia autem sunt illa, ex quibus omnia constant, ut vobis videtur: omne igitur corpus mutabile est. At si esset corpus aliquod immortale, non esset omne mutabile. Ita efficitur, ut omne corpus mortale sit. Etenim omne corpus aut aqua, aut aër, aut ignis, aut terra est, aut id, quod est concretum ex his, aut ex aliqua parte eorum: horum autem nihil est, quin intereat.[4] 31. Nam et terre-

—2 'Locus librariorum potius quam ipsius Tullii culpa vitiosus, jam restitutus videtur, si cum Heindorfio, Schutz. Moser. Nobb. legas *tale* pro *mortale*, mecumque deleas falsum illud et ratiocinationem prorsus perturbans *Ergo* ante *itidem*, ut sit: *Cumque omne animal . . . necessitatem; et si omne animal tale est, immortale nullum est. Itidem, &c.* Jam cum error invaluisset *si omne animal mortale est*, duplex rursus inde natus est. Aliquot nimirum librarii (codd. quatuor Davisii) vel cum absurdum id esse viderent, vel etiam casu aberrantes a verbis *Et si omne animal* ad ista *si omne animal secari*, id quod potius credo, omiserunt omnia ista, *Et, si omne animal mortale est, immortale nullum est;* iidemque pro *Ergo itidem si omne animal secari*, scripserunt *Et si omne animal secari.* Quæ omissio male correcta hanc dedit Marsi, Manutii, Lambini, Lall. lectionem: *necessitatem. Et si omne animal mortale est, immortale nullum est. Et si omne animal secari, &c.* quam secutus est Dav. ita tamen ut uncis incluserit verba *Et si omne animal mortale est, immortale nullum est;* quæ item uncis inclusit Ernesti, sed retentis illis, *Ergo itidem si omne animal secari.* Etsi mire turbant codd. ceteræ varietates nullius sunt momenti, scil. *nullum est immortale* Mars. Manut. Lamb. quod fortasse præferendum in logicis his. *identidem* codd. aliquot pro *itidem*, ex inscitia librariorum utrumque voc. sæpissime confundentium. Ceterum cave ne *ferendi* vocabulum accipias 'inferendi' significatu. *Ergo* autem, quod ego ejeci, ab interpolatore aliquo esse videtur, a cujus codice jam aberant ista, *Et si omne animal * tale est, immortale nullum est*, vel qui perverse in his syllogismi conclusionem quæreret. Nequaquam vero distinguere possumus, *immortale nullum est ergo. Itidem, &c.* quod primum in mentem mihi venerat.' *Orell.*—3 Glog. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *æreum;* al. *æneum.* 'Adhuc sub judice lis est, ut in omnibus hujuscemodi ad orthographiam spectantibus.' *Orell.* Vide tamen Markland. ad Stat. Sylv. init. et Bentl. ad Horat. Sat. II. 3. 183. et A. Gell. II. 3. Mox, *ex quibus* margo Venet. 1507. Lamb. Heindorf. Schutz. *si omnia, e quibus cuncta, quæ sunt, constant*, vel *si omnia, quæ sunt et e quibus cuncta constant* conj. Dav. *si omnia, e quibus, quæ sunt, cuncta constant* de Heindorfii conjectura Schutz. Nobb. *posset esse* Red. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Deinde, *nisi mutabile* Glog.—4 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Ma-

Digitized by Google

num omne dividitur; et humor ita mollis est, ut facile comprimi[5] collidique possit. Ignis vero, et aër, omni impulsu facillime pellitur; naturaque cedens est maxime, et dissipabilis. Præterea[6] omnia hæc tum intereunt, cum in naturam aliam convertuntur; quod fit, cum terra in aquam se vertit, et cum ex aqua oritur aër, et cum ex aëre æther, cumque eadem vicissim retro commeant. Quodsi ea intereant, ex quibus constet[7] omne animal, nullum est animal sempiternum. XIII. 32. Et, ut hæc omittamus, tamen animal nullum[1] inveniri potest, quod neque natum unquam sit, et semper sit futurum. Omne enim animal sensus habet: [*p.* 66.] sentit igitur et calida, et frigida, et dulcia, et amara; nec potest ullo sensu jucunda accipere, et non accipere contraria. Si igitur voluptatis sensum capit, doloris etiam capit: quod autem dolorem accipit, id accipiat etiam interitum, necesse est: omne igitur animal, confitendum est, esse mortale. 33. Præterea, si quid est, quod nec voluptatem sentiat nec dolorem, id animal esse non potest. Sin autem quod[2] animal est, id illa necesse est sentiat: et quod ea sentiat, non potest esse æternum: et omne animal sentit: nullum igitur animal est æternum. Præterea nullum potest esse animal, in quo non et appetitio sit et declinatio naturalis. Appetuntur autem, quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: et omne animal appetit quædam, et fugit[3] a quibusdam. Quod autem refugit,[4] id contra naturam est: et quod est contra naturam, id habet vim interimendi: omne ergo animal intereat, necesse est. 34. Innumerabilia sunt, ex qui-

nnt. Lamb. *quod non intereat.*—5 Codex Lambini, Reg. Med. Ascens. Bonon. 1494. *ut facilis premi;* A et Grut. *ut facilis comprimi.* Mox, *omni pulsu* Glog. Red. A I M, Paris. 1. 3. Gud. 2. E O U ψ.—6 *Prætereaque* Victor. Actutum, *hæc omnia* Red. Heindorf. *tum i. tum* margo Venet. 1507. *cum i. tum* Lamb. Tum, *aër et ex aëre* tres codd. Moseri.—7 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *intereunt, ex q. constat.*

CAP. XIII. 1 G, Glog. Paris. 3. *tamen nullum animal.*—2 De Heindorfii conjectura Schutz. et Moser. *quid;* Lamb. *et quod.* Mox, *et quod illa sentiat* Red. Heindorf. Schutz. *et quod ea sentit* Lamb. Tum, *et omne animal sentit* suspecta sunt Walkero. Deinde, *æternum est* A C I M N, Gud. 2. Glog. Red. Victor.—3 Lamb. in ed. 1566. de conj. *quædam, refugit;* margo ed. 1584. *quædam, et refugit.*—4 *A quo autem refugit* Lamb. non improbante

Digitized by Google

bus effici cogique possit,[5] nihil esse, quod sensum habeat, quin id intereat. Etenim ea ipsa, quæ sentiuntur, ut frigus et calor, ut voluptas et dolor, ut cetera, cum amplificata sunt, interimunt: nec ullum animal est sine sensu: nullum igitur animal est æternum. XIV. Etenim aut simplex est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis,[k] vel humida (quod quale sit, ne intelligi quidem potest), aut concreta[1] ex pluribus naturis, quarum suum quæque locum habeat, quo naturæ vi feratur; alia infimum, alia summum, alia medium. Hæc ad quoddam tempus cohærere possunt: semper autem nullo modo possunt: necesse est enim, suum quæque in locum[2] natura rapiatur. Nullum igitur animal est sempiternum.

35. Sed omnia vestri, Balbe, solent ad igneam vim referre, Heraclitum,[l] ut opinor, sequentes; quem ipsum non omnes interpretantur uno modo. Qui[3] quoniam, quid di-

Orell.—5 Glog. et Lamb. *colligique possit.* Statim, *quin intereat* Glog. Heindorf. Schutz. Moser. *etenim necesse est ea ipsa . . . amplificata sint, interimant* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *intereat: necesse est enim ea ipsa . . . amplificata sint, interimant* e vestigiis codd. Moser. 'Veram scripturam, prorsusque Tullianam, videtur servasse cod. Glog. quam h. l. saltem sum secutus, *etenim ea ipsa, quæ sentiuntur, ut frigus, calor, voluptas, dolor, ut cetera, cum amplificata sunt, interimunt.*' Orell. *ut frigus, ut calor, voluptas, ut dolor, et cetera* margo Venet. 1507. Junt. *ut frigus; ut calor, ut voluptas, ut dolor, ut cetera* Victor. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. sicque Dav. nisi quod *et cetera.* Denique, *æternum est* Glog. Red. C G I M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. *æternum'st* al.

CAP. XIV. 1 Ita H, E O U, Manut. Lamb. Dav. Moser. *aut concreta est* Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *aut concretum* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Grut. Mox, *vi efferatur* plurimi codd. et edd. vett. *vi afferatur* Reg. probante Dav. *feratur* est de conjectura Lambini. *quo natura sua feratur* volebat Bouh.—2 A B C H I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. U, Med. Reg. Victor. Dav. Orell. *in suum quæque locum;* G *ut suum quæque locum;* al. *in suum quemque locum.*—3 Junt. et Victor. *quem*, probante Dav. *qui quid diceret, quoniam* Glog. Heindorf. *quoniam, quid diceret, quod intelligi*, omisso *qui*, A B C E H, Paris. 1. 2. *omittutur* volebat Walker. Mox, *vim esse igneam* conj.

NOTÆ

[k] *Vel animalis*] Aërea et spirabilis, ab anima, quasi ἄνεμος, *ventus*, est. Simile est illud Tusc. lib. I. 'Perspicuum debet esse, animos, cum e corpore excesserint, sive illi animales, id est, spirabiles, sive ignei, in sublime ferri.'

[l] *Heraclitum*] Quæ naturæ principia statueret, dictum est alibi. Hæc quia obscure tradebat, Σκοτεινὸς cognominatus est.

Digitized by Google

ceret, intelligi noluit, omittamus. Vos autem ita dicitis, omnem vim esse ignem: itaque et animantes, cum calor defecerit, tum interire; et in omni natura rerum id vivere, id vigere, quod caleat. Ego autem non intelligo, quo modo, calore exstincto, corpora intereant, non intereant, humore aut spiritu amisso, præsertim cum intereant etiam nimio calore. 36. Quamobrem id quidem commune est de calido:[4] verumtamen videamus exitum. Ita vultis, opinor,[m] nihil esse animal extrinsecus[5] in natura atque mundo, præter ignem. Qui magis, quam præter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo anima dicitur? Quo modo autem hoc, quasi concedatur, sumitis, nihil esse animum,[6] nisi ignem? Probabilius enim videtur, tale quiddam esse animum, ut sit ex igne[7] atque anima[n] temperatum. Quod si ignis ex sese ipse animal est, nulla se alia admiscente natura, quoniam is, cum inest in corporibus nostris, efficit, ut sentiamus; non potest ipse esse sine sensu. Rursus eadem dici possunt. Quicquid est enim, quod sensum habeat, id necesse est, sentiat et voluptatem et dolorem: ad quem autem dolor veniat, ad

Heindorf. *animantis* E, Paris. 2. Gud. 2. *itaque ut animantes* N. *id vivere* omittunt A, Glog. Paris. 3. La. *illud vivere, illud vigere* Red. *id vivere, id vigere* B. *id vivere, id videre* Paris. 1. *id vivere, id augere* Gud. 2.—4 Glog. *cum calido*; Paris. 3. *commune est calido*, uti conj. Ernesti; *commune eis est et calido* conj. Bouh.—5 De Wyttenbachii conjectura Moser. et Orell. *nihil esse animal et sentiens*; Lamb. *nihil esse animale extrinsecus*; de Bouhierii sententia Heindorf. et Schutz. *n. e. animal intrinsecus*. Nobb. de Kindervat. sententia uncis inclusit voc. *extrinsecus*. Paulo post, *ex quo animal dicitur* de Lescaloperii conjectura Lall. Moser. *qui ex anima dicitur*, vel *ducitur*, conj. Ernesti.—6 Lamb. in marg. ed. 1584. conj. *animatum*.—7 A B C I, E, Paris. 2. Victor. et Orell. *ex igni*; Glog. et Paris. 3. *ex igne atque ex anima*; G *ex igne*

NOTÆ

[m] *Ita vultis, opinor*] Locum hunc interpretes ac se ipsos mire contorquent, ut sensum assequantur. Ego vero interpretor, Ita vultis, opinor, in natura atque mundo nihil esse animatum ab extrinseco, præterquam ab igne; quidni præterquam ab anima, præsertim cum ab illa, animantium quoque constet animus, et inde animal dicatur?

[n] *Ex igne atque anima*] Animum, aëra esse dixit Anaximenes; Hippocrates, spiritum tenuem per corpus omne dispersum; Democritus, spiritum insertum atomis; Boëthius, ex aëre et igne; Epicurus, speciem, ex igne, et aëre, et spiritu mixtam. Vide Macrob.

Digitized by Google

eundem etiam interitum venire. Ita fit, ut ne ignem quidem efficere possitis æternum. 37. Quid enim? non eisdem vobis placet, omnem ignem pastus[8] indigere? nec permanere ullo modo posse, nisi alatur? ali autem solem, lunam, reliqua astra, aquis, alia dulcibus, alia marinis? Eamque causam Cleanthes affert, cur se sol referat,[*] nec longius progrediatur solstitiali orbe,[9][o] itemque brumali, ne longius discedat a cibo. Hoc totum quale sit, mox: nunc autem concludatur illud, quod interire possit, id æternum non esse natura: [*p.* 67.] ignem autem interiturum esse, nisi alatur; non esse igitur natura ignem sempiternum.

XV. 38. Qualem autem Deum intelligere nos possumus nulla virtute præditum? Quid enim? prudentiamne Deo tribuemus? quæ constat ex scientia rerum bonarum et malarum, et nec bonarum nec malarum.[1] Cui mali nihil est, nec esse potest, quid huic opus est delectu bonorum et malorum? quid autem ratione? quid intelligentia? quibus utimur ad eam rem, ut apertis obscura assequamur. At obscurum Deo nihil potest esse. Nam justitia,[p] quæ suum cuique distribuit, quid pertinet[2] ad Deos? Hominum enim societas, et communitas, ut vos dicitis, justitiam procreavit. Temperantia autem constat ex prætermittendis voluptatibus corporis: cui si locus in cœlo est, est etiam voluptatibus. Nam fortis Deus intelligi qui potest? in dolore, an in labore,[3] aut in periculo? quorum

[*] *Regrediatur.*

et anima.—8 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *pastu.*—9 Tres codd. Moseri et Victor. *orbi.*

CAP. XV. 1 Red. omittit *et nec bonarum nec malarum*, probante Heindorf. —2 Glog. Heindorf. Schutz. *quid pertineat.* Mox, *enim* omittit Dav.—3 Red. et G *an in dolore.* Actutum, *an in periculo* A B C G I N, Gud. 2.

NOTÆ

[o] *Solstitiali orbe*] Seu tropico. Duplex est, alter Cancri, alter Capricorni. De utroque dictum est lib. II.

[p] *Nam justitia*] Ex doctrina Stoicorum, justitiam absque communitate esse, posse negantium. Cotta, lib. I. inferebat in homine justitiam non esse adversus Deum, quod homini cum Deo nulla sit communitas; ex eadem hic infert, nullam in Deo erga hominem justitiam esse.

Digitized by Google

Deum nihil attingit. 39. Nec ratione igitur utentem, nec virtute ulla præditum, Deum intelligere qui possumus?

Nec vero vulgi atque imperitorum inscitiam[4] despicere possum, cum ea considero, quæ dicuntur a Stoicis: sunt enim illa imperitorum. Piscem Syri[q] venerantur: omne fere genus bestiarum Ægyptii consecraverunt. Jam vero in Græcia multos habent ex hominibus Deos; Alabandum[r] Alabandi; Tenedii Tenem;[5] [s] Leucotheam,[t] quæ fuit Ino, et ejus Palæmonem filium, cuncta Græcia; Herculem, Æsculapium, Tyndaridas: Romulum nostri, aliosque complures, quos, quasi novos et ascripticios[u] cives, in cœlum receptos putant. XVI. 40. Hæc igitur indocti.

Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. et plurimæ edd. *aut periculo* M.—4 Lamb. *insscientiam*. Mox, *sunt autem illa, &c.* conj. Dav. *piscem Syrii venerantur* Victor.—5 *Alabandi, Tenedi Tenem* codd. aliquot Junt. Victor. Manut. Lamb. Grut. Orell. *Alabandei, Tenedii Tenem* Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *Tennem* codd. aliquot et Junt. Statim, *Herculem et Æsculapium* margo Venet. 1507. Junt. unde *Herculem etiam, Æsculapium* de Heindorfii conjectura Schutz. Moser. *Romulum nostrum* A B H I, Paris. 1. 2. E O: *quos* ante *quasi* uncis inclusit Orell. deest in M.

NOTÆ

[q] *Piscem Syri*] Derce, seu Derceto, Dea Syriæ, in animal, superne fœminam, inferne piscem, conversa, Syriis religiose colitur; ob eamque piscium esu abstinent. Ovid. Met. IV. Seldenus de Diis Syris, et Gyrald.

[r] *Alabandum*] Alabandus, Caris, vel, ut alii ferunt, Callirhoës, vel utriusque filius, ducta in Cariam, Asiæ regionem, colonia, urbem sibi cognominem condidit, ibique divinis honoribus ornatus est. 'Alabandi,' nomen est, non populi, sed urbis, adeoque in genitivo casu; ita et 'Tenedi.' Ea hodie *Eblebanda* Turcis vocatur, auctore Leunclav. De illa Juvenal. Sat. III. 'Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis.' Vide nonnihil infra de Alabando.

[s] *Tenem*] Cycni filium, ab Achille occisum, ut refert Plutarchus. Hinc nomen Achillis in Tenis templo proferre nefas. Templum illud a Verre direptum est. Cic. Verr. III.

[t] *Leucotheam*] Cadmi Thebarum regis filiam. Ea Athamantem conjugem, immisso divinitus furore correptum, fugiens, sese una cum filio Melicerta præcipitem dedit in mare. Ovid. Met. IV. Ipsa post mortem a Græcis 'Leucothea,' a Latinis 'Matuta,' quæ prius Ino vocabatur: filius a Græcis 'Palæmon,' a Latinis 'Portunus,' sive 'Portumnus,' cœpit vocitari.

[u] *Ascripticios*] Translatum a re senatoria: qui enim sine magno delectu ad patres conscriptos adjecti fuerant senatores, ascriptitii dicti sunt. Inter Deos Romanorum recense Janum, Saturnum, Picum, Faunum, Latinum, &c. De quibus, de Nat. Deor. lib. I.

Digitized by Google

Quid vos philosophi?[1] qui meliora? Omitto illa: sunt enim præclara. Sit sane Deus ipse mundus. Hoc credo illud esse[2]

Sublime candens, quem invocant omnes Jovem.

Quare igitur plures adjungimus Deos? quanta autem est eorum multitudo? Mihi quidem sane multi videntur: singulas enim stellas numeras Deos; eosque[3] aut belluarum nomine appellas, ut Capram, ut Nepam, ut Taurum, ut Leonem; aut rerum inanimatarum, ut Argo, ut Aram,[x] ut Coronam. 41. Sed, ut hæc concedantur, reliqua qui tandem non modo concedi, sed omnino intelligi possunt? Cum fruges, 'Cererem;' vinum, 'Liberum' dicimus, genere nos quidem sermonis[4] utimur usitato: sed ecquem tam amentem esse putas, qui illud, quo vescatur, Deum credat esse? Nam quos ab hominibus pervenisse dicis ad Deos, tu redde[5] rationem, quemadmodum idem fieri potuerit, aut cur fieri desierit; et ego discam libenter. Quomodo nunc quidem est, non video, quo pacto ille,[y]

CAP. XVI. 1 *Quis vero philosophi* E. *Quid philosophi? vos qui meliora* G. *num utiliora* Glog. La, unde Heindorf. *num meliora;* Paris. 3. *cum utiliora?* A a m. pr. *quid meliora.*—2 *Hic credo id esse* Reg. *Hoc credo id esse* Glog. *Hæc credo id esse* Paris. 3. *Hoc omne illud sublime, &c.* M. *Hoc credo illud sublime esse candens* Paris. 1. *quem vocant* Manut. *Jovem omnes* M.—3 Glog. a m. pr. margo Venet. 1507. Junt. Manut. *easque.* Tum, *numeratis . . . appellatis* e tribus codd. Heindorf. Schutz. Moser. Pro *ut Nepam*, quod servant tres codd. Oxon. cod. Ursin. E O U, Dav. seqq. *ut Lupam* habent A B C G H I N, Paris. 1. 2. ψ, Mars. Ascens. Thuan. Hervag. Junt. Victor. Manut. Lamb. *ut Lupum* Glog. Red. Paris. 3. La, Gud. 2. *aut rerum animarum* A. *aut rerum inanimarum* C H I, Paris. 1. Victor. Lamb. 'Haud displicet; attamen 'inanimata' sine hac varietate est in Gernhardi Lælio § 68. 'inanima' ibi dedit Beierus.' *Orell.* *ut Argon* C, margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—4 Glog. Red. Heindorf. *genere quidem sermonis nos;* Schutz. *genere quidem nos sermonis.* Cod. Uff. et Venet. 1507. omittunt *nos.* 'Statim, *esse putamus* editurus erat Heindorf. e Glog. si operæ sapientiores paruissent.' *Orell.* —5 Codd. aliquot, Victor. Manut. Lamb. Grut. *reddes;* Grut. conj. *redde, sis,* non improbante Heindorf. *quemadmodum id fieri* Glog. Red. G H I M, Paris. 1.

NOTÆ

x *Ut Argo, ut Aram*] De omnibus illis stellis vide notas lib. II.

y *Quo pacto ille*] Hercules, unde tragœdia Senecæ, Hercules Œtæus, quod occubuerit in Œtæo Thessaliæ monte, in limite Phocidis, cujus extrema ad Ortum Thermopylæ vocantur. Ibi rogum sibi instrui jussit, seque in illum injecit. Plura vide apud Ovid. Met. IX. 'Lampades' poëtice dixit Accius pro 'facibus.' Male autem lucernas intelligeres.

Digitized by Google

cui 'in monte Œtæo illatæ lampades fuerint,'[6] ut ait Accius, 'in domum æternam patris' ex illo ardore pervenerit:[b] quem tamen Homerus[a] conveniri apud inferos facit ab Ulysse, sicut ceteros, qui excesserant vita. 42. Quanquam, quem potissimum Herculem colamus, scire sane velim: plures enim[a] tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur et reconditas literas: antiquissimum, Jove natum, sed antiquissimo item Jove;[7] nam Joves quoque plures in priscis Græcorum literis invenimus. Ex eo igitur et Lisyto est is Hercules, quem concertavisse[b] cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus, Ægyptius;[c] quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius est ex Idæis Digitis,[8 d] cui inferias affe-

[b] *Ut se res habet hoc tempore, non video quomodo Hercules ille, qui in monte Œtæo, injectis in rogum facibus, consumtus est, transierit ab illo igne in domum Jovis, qui pater Herculis fuit.*

2. 3. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. uti conj. Walker. *potuerit aut cur fieri* exciderunt e Schutz. errore typogr.—6 Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *fuerunt*. Mox, *ut ait Attius* codd. et edd. vett. etiam Orell. Tum, *apud inferos conveniri* B C G I M N, Gud. 2. Paris. 1. *apud inferos convenire* Paris. 3. *apud inferos* omittit A. *Ulixe* A B M N, Dav. *Ulixi* I. *Ulixe* C. *excesserant e vita* codex unus Moseri et Lamb.—7 A B C I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. Mars. Ascens. Thuan. Dav. Orell. *aut. utrum Jove*. Pro *Lisyto*, quod exhibent codd. fere omnes et edd. vett. *Lysithoë* dedit Orell. de conjectura Creuzii: *Lisythoë* Moser. errore typogr.—8 Margo Venet. 1507. Manut. 1555. *indigenis*. Mox, *cui inferunt* Heindorf. Moser. 'In ipso v. *afferunt* latere videtur gentis nomen et v. *ferunt*.' Orell. *efferunt cui quartus* codd. multi, etiam A B C H M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O ψ, unde Gronov. volebat *afferunt Coi. Quartus, &c.* Dav. *afferunt Cretes. Quartus, &c.* Orell. *Quartus Jovis*, omisso *est;* A B C I, Paris. 1. 2. E U ψ, Heindorf. et Schutz. *Quartus Jovis est;* margo Venet.

NOTÆ

[a] *Homerus*] Odyss. Λ. sub finem.

[a] *Plures enim*] Varro quadraginta quatuor Hercules fuisse scribit. Ea nominum confusione evenit, ut uni ascriberentur quæ multorum facta fuerant.

[b] *Quem concertavisse*] Hercules ille, filius Lisytus nymphæ, seu, ut alii legunt, Licytus, aut Liscitus, cum oraculum Pythicum adiisset, responsum a sacerdote accepit, Deum nec domi tunc esse, nec edere oracula. Indignatus Hercules, subverso tripode, sacerdotem occidit. Hinc ortum certamen Apollinem inter et Herculem. Pindarus et cum Apolline et cum Plutone certasse Herculem canit.

[c] *Ægyptius*] Qui et Canopius dictus est, ab Osiri de rege, ut alii ferunt, natus. Orbe cum patre Osiride lustrato, columnam in Libya erexit, interfectis ibidem Busiride et Antæo.

[d] *Idæis Digitis* [*Dactylis*] Qui et Ca-

runt. [p. 68.] Quartus est Jovis et Asteriæ,[e] Latonæ sororis, qui Tyri maxime colitur; cujus Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus[f] dicitur. Sextus hic ex Alcumena,[9 g] quem Jupiter genuit, sed tertius Jupiter; quoniam, ut jam docebo, plures Joves etiam accepimus.

XVII. 43. Quando[1] enim me in hunc locum deduxit oratio, docebo, meliora me didicisse de colendis Diis immortalibus jure pontificio, et majorum more, capedunculis,[h] quas Numa nobis reliquit, (de quibus in illa aureola

1507. Junt. Victor. Manut. Lamb. *Quartus Jovis est Asteriæ.* Tum, *qui Tyrii m. colunt* cod. Uff. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—9 *Alcmena* A B C G H I, E O. *Alcimena* Paris. 1.

Cap. xvii. 1 *Quoniam* codex unus Moseri, Heindorf. Mox, *jure pontificum* Red. *et more majorum* Med. Reg. Vratisl. A B C I M N, Paris. 1. 2. 3. Gud. 2. U, et edd. vett. *cap. his, quas* codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. *cap. iis, quas* alii codd. et edd. vett. *ac cap. quas* conj. Orell. *ac vel cap. quas*, et *cap. etiam iis, quas*, et *immo cap. iis, quas* suspic. Heindorf. et Moser.

NOTÆ

retes, sive Corybantes, Magnæ Matris ministri, primique æris, ferri, et fabrilium operum inventores. Horum de grege fuit Hercules ille tertius. Strabo lib. x. et Diodorus lib. vi.

e *Asteriæ*] Quæ et Ortygia appellabatur. Hujus nomine Delos insula et Asteria et Ortygia nuncupata. De Asteria plura Callimachus, Diodorus Siculus, Arrianus, Q. Curtius, Boccacius. Necnon de Hercule Tyrio, et Carthagine ejus filia.

f *Qui Belus*] Belum patrem cum Semiramis consecrasset, cultum ejus, toto subacto Oriente, sparsit; inde in Indiam. Apud Sibas, Indiæ populos, præcipuum honorem sortitus est. Hinc Beli nomen ad omnes ferme Deos translatum: hinc *Bel* Hebræis, *Baal, Baal, Baalim*, commune falsis Diis nomen: hinc *Beelphegor*, Deus Moabitarum, *Beelzebuth*, Deus muscarum, &c. Vide Cornel. a Lapide in Numeror. cap. 25. et Ariam Montan. in Oseæ cap. 9.

g *Ex Alcumena*] Sive Alcmena. Græcis ejusmodi nominibus prisci Latini vocalem u plerumque interserebant, usque ad Julii tempora, qui tragœdiam 'Tecmessæ' pro 'Tecumessæ' primus scripsisse fertur. Eum secuti sunt deinceps alii in aliis vocibus. Hercules tamen et Æsculapius vocalem intercalarem retinuerunt.

h *Capedunculis*] 'Capedunculæ' vasa sunt fictilia. 'Capis,' inquit Festus, 'genus est poculi, a capiendo dictum, quod utrimque ansas habeat, quibus facile capiatur.' A 'capido,' 'capedo,' 'capedula,' 'capeduncula.' *Capedunculis* metonymice significatur Numæ frugalitas. Locus tamen nonnihil corruptus est. Ego quidem suspicor has voces, *pontificio jure et more majorum*, adjectas esse, quasi pro commentario, ad marginem manuscripti.

Digitized by Google

oratiuncula[i] dicit Lælius) quam rationibus Stoicorum.[e] Si enim vos sequar, dic, quid ei respondeam, qui me sic roget; Si Dii sunt, suntne etiam Nymphæ[2] Deæ? si Nymphæ, Panisci[k] etiam, et Satyri? Hi autem non sunt: ne Nymphæ quidem Deæ[3] igitur. At earum templa sunt publice vota[l] et dedicata. Quid igitur?[4] ne ceteri quidem ergo Dii, quorum templa sunt dedicata. Age porro, Jovem et Neptunum Deum[5] numeras. Ergo etiam Orcus, frater[m] eorum, Deus; et illi, qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegethon, tum Charon, tum Cerberus, Dii putandi. 44. At id quidem repudiandum. Ne Orcus quidem igitur.[6] Quid dicitis ergo de fratribus? Hæc Carneades aiebat,[7] non ut Deos tolleret, (quid enim philosopho minus conveniens?) sed ut Stoicos nihil de Diis explicare convinceret. Itaque insequebatur. Quid

[e] *Dicam me didicisse melius cultum Deorum immortalium præceptis frugalitatis, quæ nobis Numa reliquit, cum jus pontificium et morem majorum ad nos transmisit, quam rationibus Stoicorum;* vel, *Dicam me melius didicisse cultum Deorum jure pontificio, majorum more, et vasis fictilibus, quæ nobis Numa reliquit, in exemplum frugalitatis, quam rationibus Stoicorum.*

—2 *Si Dii sunt, sunt etiam N.* Lamb. *Nymph. etiam* Red. Heindorf. *Paniscine* codex unus Oxon. Heindorf. Schutz. *Paniscine et S.* cod. Ursini.—3 *Deæ quidem* A B C I, margo Venet. 1507. Victor. Dav. *igitur* omittunt duo codd. Moseri, Venet. 1507. Junt.—4 *Quid igitur* omittunt Glog. Pall. 1. 2. H I M O, Paris. 1. 3. Reg. Lall. *Igitur ne ceteri quidem Dii* cod. Uff. uti conj. Walker.—5 *Deos* codd. aliquot, Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Mox, *Cocytus, Styx, Phlegethon* Glog. Ascens. Junt. Manut. Lamb. Orell. *Cocytus, Styx, Pyriphlegethon* margo Venet. 1507. Heindorf. Schutz. Orell.—6 *Ne Orcus quidem Deus igitur* de Davisii sententia Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *Ne Orcus quidem Deus* codd. aliquot ap. Orell.—7 Junt. Manut. Lamb. *agebat;* Glog. *Hic C. agebat;* Schutz. *Sic C. agebat* de Heindorfii

NOTÆ

[i] *Oratiuncula*] Cujus iterum in superioribus meminit: ejus forte fragmenta sunt Læliana quæ Augustin. refert de Civit. Dei, IV. 27.

[k] *Panisci*] Parvi Panes: sic parvi Satyri, Satyrisci vocati sunt. Inter Panes autem et Satyros nihil ferme est discriminis.

[l] *Sunt publice vota*] Ædes illis in urbe exstructa, ad arcenda quibus urbs conflagrare consueverat incendia. Hanc a Clodio incensam Tullius non semel conqueritur.

[m] *Orcus, frater*] Hoc interdum nomine vocatum reperies Plutonem. Sic actione sexta contra Verrem Cic. 'Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus, venisse Ennam, et non Proserpinam, sed ipsam abripuisse Cererem, videretur.'

Digitized by Google

enim? aiebat, si ii fratres[8] sunt in numero Deorum, num de patre eorum Saturno negari[n] potest? quem vulgo maxime ad Occidentem colunt: qui si est Deus, patrem quoque ejus, Cœlum, esse Deum confitendum est. Quod si ita est, Cœli quoque parentes Dii habendi sunt, Æther, et Dies, eorumque fratres et sorores, qui a genealogis[9] antiquis[o] sic nominantur, Amor, Dolor, Metus, Labor, Invidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebræ, Miseria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcæ, Hesperides, Somnia; quos omnes Erebo et Nocte natos ferunt. Aut igitur hæc monstra probanda sunt, aut prima illa tollenda. XVIII. 45. Quid? Apollinem, Vulcanum, Mercurium, ceteros, Deos esse dices; de Hercule, Æsculapio, Libero, Castore, Polluce, dubitabis? At hi quidem coluntur æque atque illi; apud quosdam etiam multo magis. Ergo hi Dii[1] sunt habendi, mortalibus nati matribus? Quid Aristæus,[p] qui olivæ[2] dicitur inventor, Apollinis filius; Theseus, qui Neptuni; reliqui, quorum patres Dii, non erunt in Deorum numero? Quid, quorum matres?[3] Opinor

sententia.—8 Heindorf. Schutz. Moser. *si hi fratres.* Statim, *Saturno id negari* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Moser. *colunt ad occidentem* A B I M N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Reg. Med. U, Red. Glog. Victor. Ascens. Thuan. Dav. Heindorf. Orell. *apud occ. colunt* ψ. *qui si Deus est* M, Paris. 3. Glog. Mars. Ascens. Hervag. Thuan. Heindorf. Orell. *Cœlum Deum esse* Glog. Heindorf.—9 Ernesti conj. *theologis.* Mox, *Dolus* G H I M, Paris. 1. 2. 3. Dav. Orell. *Labor, Metus* Red. *Motus* O U, Manut. Lamb. *Modus* A B C H I, E, Paris. 1. 2. 3. *Morbus* cod. Ruslid. unde Moser. conj. *Motus, Morbus, Labor.* Pro *Gratia*, Dav. conj. *Gaudia.*

CAP. XVIII. 1 *Ergo hi Dei* Junt. Victor.—2 Olivet. conj. *olivi.* Mox, *Theseusque Neptuni* Guelf. Venet. 1494. *Theseus quid Neptuni* H I. *Theseus, Neptuni* Med. Dav. Heindorf. Schutz. *Theseus qui Neptunum* M. lect. nostram servant A B C G N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. Glog. Red. Mars. Ascens. Thuan. Hervag. *patres Dii sunt* Victor.—3 *Quid q. matres Deæ* e duobus codd.

NOTÆ

[n] *Saturno negari*] In Latio primum coli cœpit, ubi latuisse dicebatur; deinde Carthagine, ubi humanis illi victimis litatum est. Plato in Minoë.

[o] *Genealogis antiquis*] Ex illis omnibus genealogiarum scriptoribus nullus extat præter Homerum et Hesiodum; qui nec ipsi inter se, nec cum Cicerone, de cœli genealogia satis conveniunt; quisque enim, pro fabularum licentia, varias Deorum finxit origines.

[p] *Aristæus*] Ex Apolline, et Cyrene, Penei filia, genitus, in Arcadia regnavit, mellis inventor. Virgil.

Digitized by Google

etiam magis: ut enim in jure[4] civili, qui est matre libera, liber est; item jure naturæ, qui Dea matre est, Deus sit, necesse est. Itaque Achillem Astypalæenses[q] insulani sanctissime colunt:[5] qui si Deus est, et Orpheus et Rhesus Dii sunt, Musa matre nati;[r] nisi forte maritimæ nuptiæ terrenis anteponuntur. Si hi Dii non sunt, quia nusquam coluntur; quo modo illi sunt? 46. Vide igitur, ne virtutibus hominum isti honores habeantur, non immortalitatibus; quod tu quoque, Balbe, visus es dicere. Quo modo autem potes, si Latonam Deam putas,[6] Hecaten non putare, quæ matre Asteria est, sorore Latonæ? An hæc quoque Dea est? vidimus enim ejus aras delubraque[s] in Græcia. Sin hæc Dea est, cur non Eumenides?[t] quæ

Dav. Heindorf. Schutz. *opiner* codex unus Moseri et Grut.—4 *Ut enim jure* codd. aliquot, Heindorf. Schutz. uti volebat Walker. *de matre libera . . . . qui de Dea matre* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—5 Ita Dav. et seqq. *Astypalinenses insulani sanctissimum colunt* Victor. *Astypalæa insula sanctissime colit* codd. aliquot, et Lamb. *Astypalæa insula sanctissimum colit* margo Venet. 1507. Junt. Manut. *etiam Orpheus* conj. Heindorf. *matre Musa* margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb.—6 Ita Grut. et seqq. *putes* codd. et edd. vett. *Hecatam* e codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. *cujus matertera Asteria, mater Latona* Lamb. 1566. Paulo post, *si hæc Dea est* Lamb. *quæ vero Deæ sunt* Glog. Heindorf. Pro *lucus* Lamb. habet *lucum*. Schutz. de Heindorfii conj. omittit *Furiæ;* Moser. conj. *nam Furiæ Deæ sunt*. Deinde, *et fac. et sceleris* Victor. *scelerum* habent codd. aliquot, Manut. Lamb. Heindorf. Schutz.

NOTÆ

Georg. IV.

q *Astypalæenses* [*Astypalæa*] Urbs et insula maris Carpathii; una ex Cycladibus; patria Phalaridis tyranni. Multiplex sortita nomen: Pyrrha primum, cum eam Cares tenerent; tum Pylæa; denique Astypalæa, ab Ancæi matre. Ita Stephanus. Qui in ea colebatur Achilles, matrem habuit Thetidem.

r *Musa matre nati*] Orpheus quidem, aut Calliope, aut Polymnia; Rhesus vero, vel Terpsichore, vel Euterpe, et Strymone fluvio. Is Rhesus est, qui e Thracia, ubi regnavit, in auxilium Trojanorum venit, et, prodente Dolone, a Diomede et Ulysse occisus est. Æn. I. 473.

s *Aras delubraque*] Illi sacra Athenis fiebant in triviis, idque singulis mensibus, nascente luna. Apud Æginetas tamen et Bœotes singulari in honore fuit. Hecaten et Latonam, apud poëtas pro una eademque habitas, Hesiodus cum Tullio distinguit. De Asteria, ejus matre, nihil aliud extat apud mythologos.

t *Eumenides*] Hoc nomen, quod 'benevolas' sonat, ab Oreste primum sortitæ, postquam illas Palladis consilio placavit; Erinnyes prius dictæ. Harum templum, præter illud quod hic Tullius commemorat, aliud fuit Ceraunii, quod Achaiæ op-

Digitized by Google

si Deæ sunt, quarum et Athenis fanum est, et apud nos (ut ego interpretor) lucus Furinæ;[u] Furiæ Deæ sunt, speculatrices (credo) et vindices facinorum et sceleris. 47. Quod si tales Dii sunt, ut rebus humanis intersint; Natio[7] quoque[x] Dea putanda est; [*p.* 69.] cui, cum fana circuimus[y] in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ, quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Natio nominata est. Ea si Dea est; Dii omnes illi, qui commemorabantur a te, Honos, Fides, Mens, Concordia. Ergo etiam Spes,[z] Moneta,[a] omniaque, quæ cogitatione nobismet ipsi[8] possumus fingere. Quod si verisimile non est, ne illud quidem est, hæc unde fluxerunt.[9] XIX. Quid autem dicis? si Dii sunt illi, quos colimus et accipimus;[1] cur non eodem in genere Serapim[b] Isimque nu-

Moser. Nobb.—7 *Nascio* cum codd. aliquot, Mannt. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *circuminus* Dav.—8 Edd. ante Dav. *nobismet ipsis.*—9 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *hæc unde fluxere;* Glog. Red. Heindorf. Moser. *unde hæc fluxerunt.*

CAP. XIX. 1 Ita Reg. Med. Guelf. Glog. A G H I M N, Gud. 2. E O U,

NOTÆ

pidum erat, Orestis opus. Hoc quisquis subiret, diros repente in furores ibat.

[u] *Lucus Furinæ*] Furina Dea quæ fuerit, haud satis compertum fuit Romanis ipsis, teste Varrone. Hunc in lucum confugit Gracchus. Plin. de Viris Illustribus cap. 65. 'Lucus furiarum' vocatur a Plut. in Gracchis. Hinc 'furinalia sacra,' 'furinales feriæ,' 'furinalis flamen,' Festus et Varro.

[x] *Natio quoque*] Interdum *Nascio* scribitur. Diversam a Lucina Deam esse non puto, juxta illud Horat. in Carmine Seculari: 'Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.' Quanquam et Juno, quod partubus præsit, 'Natalis' apud Tibullum vocatur.

[y] *Fana circuimus*] Fana circuiri dicebantur, cum ad templa et pulvinaria Deorum supplicationes instituebantur.

[z] *Spes*] A Collatino consecrata primum est ædes, quæ in Foro Olitorio erat: fulmine icta, designatis coss. Servilio et Flaminio: iterum conflagravit, Q. Fabio et Semp. Graccho coss.

[a] *Moneta*] Junonis cognomen, de quo iterum de Divin. lib. I. et II. De vocis etymo non conveniunt auctores. Communis opinio est, auctore Suida, a monendo dictam, ex quo tempore Romani cum Pyrrho bellum gesserunt. Cum enim pecuniis egerent, voto Junoni facto, responsum ab illa est, non defuturam pecuniam, si juste pugnarent. Voti compotes Junonem Monetam coluerunt; decretumque ut in ejus templo nummi cuderentur: unde et pecuniæ nomen monetæ. Ovid. Fast. VI. 'Arce quod ex summa Junonis templa Monetæ Ex voto memorant, facta, Camille, tuo.'

Digitized by Google

meremus? Quod si facimus, cur barbarorum Deos repudiemus? Boves igitur, et equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas præterea belluas, in Deorum numero reponemus. Quæ si rejiciamus, illa quoque, unde hæc nata sunt, rejiciemus. 48. Quid deinde? Ino Dea[2] dicitur, quæ Leucothea a Græcis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Cadmi filia? Circe autem, et Pasiphaë, et Æe, e Perseide, Oceani filia, natæ, patre Sole, in Deorum numero non habebuntur? quanquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose[c] colunt. Ergo hanc Deam dicis. Quid Medeæ respondebis? quæ duobus avis, Sole et Oceano, Æeta patre,[3] [d] matre Idyia procreata est. Quid hujus Absyrto fratri, qui

Dav. Schutz. Moser. *accepimus* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Victor. Manut. Lamb. Heindorf. *columus et accepimus* C. *cur* omittunt M, La. *in* omittunt Junt. Heindorf. *Sarapim* Ursin. *cur ceteros barb.* conj. Heindorf. probante Schutz. *igitur equos, &c.* Heindorf. Tum, *Deorum numerum* A N, Gud. 2. Paris. 1. 2.—2 *Quid enim? Inone Dea* conj. Heindorf. *quæ et Leucothea* G H N, E O U. *quæ et Leuchathea* Á. *quæ et Neuchotea* I. *Matura* Paris. 3. *dicetur* G H I M, Gud. 2. Paris. 1. 3. U, tres Pall. Glog. Ascens. Victor. Mox, *et Æe* omittunt Venet. 1507. Manut. Lamb. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *et Pasiphaë et Hesperides Oceani filiæ natæ* Junt. Deinde, *Cicam* e codd. Moser.—3 *Quid de Medea . . . quid de hujus Absyrto fratre* conj. Heindorf. Statim, *est usitatius* Red. Glog. Heindorf.

NOTÆ

[b] *Serapim*] Græcis Σάραπις et Σέραπις persona, et nominis origo, tam varia quam incerta. Ægyptii Osiridem suum esse putant, et Serapim dictum quasi Osirapim; Hebræi Josephum, Ægypti servatorem, propterea quod modius capiti Serapidis imponi soleat, argumentum rei frumentariæ, quam Josephus egregie curavit; a voce Hebræa *sor* 'princeps,' unde *Sorapis*, 'princeps apis.' Utut sit de nomine, Isidem uxorem habuit; uterque propter inventas fruges Diis ascriptus. Templum Serapi Alexandriæ fuit, quo nihil in orbe terrarum, inquit Ammianus, si Capitolium demas, splendidius videtur. Plura de illo Baron. ad an. 389. De Iside multa Plut. de ejus sacris Minut. Felix in Octavio.

[c] *Circeienses religiose*] Circeienses erant incolæ Circæi urbis, et promontorii olim in Latio, nunc in Campania Romana, in ora littorali maris Tyrrheni. Nunc *Civita Vecchia*. Colonia quondam Romana.

[d] *Sole et Oceano, Æeta patre*] Sole quidem avo paterno; materno autem Oceano. Sunt qui Medeæ matrem Eurylyten, sunt qui Neæram aut Antiopen tribuant. Absyrtum fratrem interfecit. Hunc Colchi Phaëthontem, ob formæ præstantiam, vocant; Diodorus Egialium, Justinus Egialum.

Digitized by Google

est apud Pacuvium Ægialeus? sed illud nomen veterum literis usitatius. Qui si Dii non sunt, vereor quid agat Ino: hæc enim omnia ex eodem fonte fluxerunt. 49. An Amphiaraus[e] Deus erit,[4] et Trophonius?[f] Nostri quidem publicani, cum essent agri in Bœotia Deorum immortalium excepti lege censoria, negabant immortales esse ullos,[5] qui aliquando homines fuissent. Sed si sunt hi Dii,[6] est certe Erechtheus,[g] cujus Athenis et delubrum vidimus, et sacerdotem. Quem si Deum facimus, quid aut de Codro dubitare possumus, aut de ceteris, qui pugnantes pro patriæ libertate ceciderunt? Quod si probabile non est, ne illa quidem superiora, unde hæc manant, probanda sunt. 50. Atqui in plerisque[7] civitatibus intelligi potest, augendæ virtutis gratia, (quo libentius reipublicæ causa periculum adiret optimus quisque) virorum fortium memoriam honore Deorum immortalium consecratam. Ob eam enim ipsam causam Erechtheus Athenis, filiæque ejus, in numero Deorum sunt. Itemque Leonaticum[8] [h] est delubrum Athenis,

Schutz.—4 Victor. Dav. *erit Deus.* M omittit *erit.*—5 Walker. conj. *illos.* —6 *Sed si hi sunt Dii* Red. Heinderf. Schutz. Moser.—7 *Atque in plerisque* A B C G N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. E O U. *At in pluribus* Red. *Atque adeo in plerisque . . . acuendæ virtutis* Lall. e Lactant. I. 15. Paulo post, *esse consecratam* Victor.—8 *Leoidum* de Wyttenb. conjectura Orell. probante Schutz. *Leo natum* de Lambini sententia Nobb. *Lei filiarum* conj. Schutz. *Leonarticum* Glog. Paris. 3. La, E O U. Statim, *Leo chorion* A B. *leo corion* C.

NOTÆ

[e] *Amphiaraus*] Vates Argivus, apud Thebanos pro Deo religiose habitus. Templum quoque apud Oropios habuit, in quo nulli Thebano seu dormire, seu vaticinari, fas erat. In eo fons fuit, in quem, qui, accepto oraculo, valetudinem recuperabant, pecuniam mittere consueverant. Pausan. in Att. Plura Stat. in Theb.

[f] *Trophonius*] Hunc Lebadii, populus Bœotiæ, et Thebani præcipue coluerunt. Jupiter Trophonius ab aliquibus dictus est. Gyrald. de Diis. Trophonius tamen non Jupiter, sed Jovis filius fuit.

[g] *Erechtheus*] Rex Atheniensium, Ægyptius genere, qui bellum Thracibus inducturus, responsum ab oraculo cum accepisset, superiores Athenas fore, si unam e filiabus immolaret, filiæ, eam sibi laudem ambientes omnes, devovit. Sacra Eleusina Atticos docuit, qui et ab ipso Erechthidæ vocati. De Codro sæpe alibi.

[h] *Itemque Leonaticum*] Legendus sic locus est, *Itemque Leos, nam antiquum est delubrum Athenis, quod, &c.* Ita Lambinus, et manuscriptum Mureti, quod Romæ habui. Fuit autem Leus, seu Leos, Orphei filius. Filium

Digitized by Google

quod Leocorion nominatur. Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita,[1] quam quenquam nobilium Deorum: apud quos non inurbane Stratonicus[k] (ut multa), cum quidam ei molestus[9] Alabandum Deum esse confirmaret, Herculem negaret; 'Ergo,' inquit, 'mihi Alabandus, tibi Hercules sit iratus.' XX. 51. Illa autem, Balbe, quæ tu a cœlo astrisque ducebas, quam longe serpant, non vides: Solem, Deum esse, Lunamque, quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam, putant. Quod si Luna Dea est; ergo etiam Lucifer, ceteræque errantes, numerum Deorum obtinebunt: igitur etiam inerrantes. Cur autem Arci[1] species non in Deorum numero reponatur? est enim pulcher; et ob eam causam, quia speciem habet admirabilem, Thaumante[l] dicitur esse natus. Cujus si divina natura est, quid facies nubibus? arcus enim ipse ex nubibus efficitur quodam modo coloratis.[2] Quarum una etiam Centauros[m] peperisse dicitur.

Legrorion M. *Alabandis is quem Alabandi colunt* M.—9 Codd. aliquot et Victor. *molestius*.

Cap. xx. 1 Ita A I N, Gud. 2. U, Pal. 2. Reg. Med. Cantab. Dav. seqq. *Cur a. arcus* G H I L M, Paris. 1. 2. 3. ψ, margo Venet. 1507. Junt. Manut. *Cur a. arqui* Glog. Red. C E, Mars. Ascens. *Cur a. arcui* B O. *in numero Deorum* N. *reponantur* Gud. 2. Paris. 3. O. *ob eam speciem, quia causam* Glog. Med. A B C G H M N, Gud. 2. E U, Paris. 1. 2. 3. Bonon. 1494. Ascens. Victor. probante Dav. *ob eam speciemque causam* Red. *quia causa* I. *habeat* A B C G H I M N, E O U ψ, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. et edd. ante Ernesti. *esse nata* A B C G H I M N, ψ.—2 Ita Dav. et seqq. *coloratus*

NOTÆ

habuit Cylanthum; filias tres, Phasitheam, Theopen, et Eubulen, quas, ut fame Atticam liberaret, Diis inferis devovit. Hinc Leocorium, sacellum Atticæ, in medio Ceramico, a Λεὼς, *Leus*, κόρη, *puella*. Suid. Pausan. in Att. Aristides in Panathenaico.

[1] *Urbs illa condita*] Hujus nomen alii deducunt ab *alam*, quem Cares equum vocant, et *banda*, quæ victoria ab iisdem dicitur.

[k] *Stratonicus*] Citharœdus, cujus meminerunt Strabo et Eustathius.

[l] *Thaumante*] A θαυμάζω dicta: hinc Thaumantias apud Virg. Æn. IX. dicta. Matrem habuit Electram. Iris dicta, vel ab ἔρις, *discordia*, ut Servio in Æn. v. placet, quod, ut Mercurius ad concordiam, ita Iris ad discordiam mittatur; vel ab εἴρειν, *nuntiare*. Hinc Junonis nuntia. Ita Eustath.

[m] *Centauros*] Dicuntur nati e nube, quam Ixion, Junonem esse ratus, compressit. Fabulam Plutarchus in ambitiosos detorquet in Agide et Cleomene. De Centauris jam supra. Nubes divinis honoribus donatas vi-

Digitized by Google

Quod si nubes retuleris in Deos, referendæ certe erunt tempestates, quæ populi Romani ritibus [n] consecratæ sunt. Ergo imbres, nimbi, procellæ, turbines, Dii [3] putandi. Nostri quidem duces, mare ingredientes, immolare hostiam fluctibus [o] consueverunt. 52. [*p.* 70.] Tum, si [4] est Ceres a gerendo (ita enim dicebas), terra ipsa Dea est: et ita habetur; quæ est enim alia Tellus? Sin terra; mare etiam, quem Neptunum esse dicebas: ergo et flumina, et fontes. Itaque et Fontis delubrum Maso [5] [p] ex Corsica dedicavit; et in augurum precatione [q] Tiberinum, Spinonem, Almo-

codd. et edd. vett.—3 *Dei* Victor. *sunt Dei* margo Venet. 1507. Junt. *sunt Dii* Manut. Lamb. *putandi sunt* Glog. Heindorf.—4 *Jam si* Reg. Glog. Junt. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Tamen si* Red. et margo Venet. 1507. *Tam si* codex unus Moseri. Paulo post, *si terra* Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—5 Ita M O, margo Venet. 1507. Dav. seqq. *Marse* Glog. Paris. 2. 3. *Marso* A B C G H I N, Gud. 2. Paris. 1. E U ψ, Junt. Victor. Manut. Lamb. Mox, *Almonem* est de conjectura Ursini, receperunt Dav. Lall. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Anemonem* codd. plerique, margo Venet. Victor. Manut. Lamb. Heindorf. *Anienem* La, Junt.

NOTÆ

dere est apud Aristoph. in Nubibus. Eundem cultum Judæis falso attribuit Juvenal. Sat. XIV. 'Nil præter nubes et cœli numen adorant.'

[n] *P. R. ritibus*] Dea Tempestas sedem habuit in prima urbis regione, teste Aurel. Victor. positam Marcello consule. Ovid. in Fast. 'Te quoque, Tempestas, meritam delubra fatentur, Cum pæne est Corsis obruta puppis aquis.' Huic etiam mactari victimæ solebant, agnæ præsertim, sed nigræ. Virgil. Æn. III. et V. Horat. Epod. X. 'Et agna tempestatibus.'

[o] *Hostiam fluctibus*] Sic Æneas Æneid. V. 'Extaque salsos Porricit in fluctus.' Sic Scipio apud Liv. 'Cruda exta, cæsa victima, in mare porricit.'

[p] *Maso*] E gente Papiria: consul an. 522. cum Corsos ad deditionem usque subegisset, a senatu tamen, quod non sine clade vicisset, triumphum non obtinuit. Ipse igitur, vel voti reus, vel religione privata, vel gloriæ studio ductus, suismet auspiciis et sumtibus, in monte Albano primus triumphavit. Atque ab eo mos inductus, ut imperator, cui, rebus ex sententia sua bene gestis, triumphare a patribus negaretur, ipse in monte Albano, quod Romæ non liceret, triumpharet. Val. Max. III. 6. Fons ille, cujus delubrum Maso dedicavit, is ipse est fons 'Camœnarum' dictus extra portam Capenam, Camœnis consecratus: attributa illius aqua Vestalibus, ut ea templum quotidie abluerent. Plut. in Numa.

[q] *Augurum precatione*] Quæ forma esset ejusmodi precationis auguralis, non extat. Varias affert Brissonius libro primo de Formulis. In iis certe variorum Deorum nomina recensebant, inter quos Tiberinum, Spinonem, Anemonem, Nodinum fuisse constat ex hoc Tullii loco. De Spi-

Digitized by Google

nem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina, videmus. Ergo hoc aut in immensum serpet, aut nihil horum recipiemus, nec illa infinita ratio superstitionis probabitur. Nihil ergo horum probandum est.[6]

XXI. 53. Dicamus igitur, Balbe, oportet, contra illos etiam, qui hos Deos ex hominum genere in cœlum translatos, non re, sed opinione, esse dicunt, quos auguste omnes sancteque[r] veneramur. Principio Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur: ex quibus primum et secundum natos in Arcadia; alterum patre Æthere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, et Liberum; alterum patre Cœlo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt; tertium Cretensem, Saturni filium, cujus in illa insula sepulcrum ostenditur. *Διόσκουροι*[1 s] etiam apud Graios multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Anaces,[2] Athenis ex Jove, rege antiquis-

probante Lamb.—6 Margo Venet. 1507. Junt. Victor. *probandum horum est.*

Cap. XXI. 1 *Dioscuri* codd. aliquot, Venet. 1507. Heindorf. *apud Græcos* cod. Uff. probante Moser.—2 Ita Paris. 1. 2. 3. Victor. Manut. Lamb. *Anactes* codd. plerique, Junt. Dav. *ex rege Jove ant.* A B H I M, Paris. 1. 3. Glog. Red. Mars. Ascens. Junt. Victor. Heindorf. Orell. *Tritopatores, Zagreus, Eubuleus* ex Hemsterhusii conj. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Dio-*

NOTÆ

none, et Nodino, nulla apud geographos mentio. Anemo fluvius est Æmiliæ, sive Galliæ Togatæ, ex Apennino in Padum per Faventiam influens. Non bene Manutius pro *Anemone*, *Anienem*; non bene L'Escaloperius *Almonem*, substituunt.

[r] *Auguste omnes sancteque*] Amat Cicero illarum vocum conjunctionem: sic de Nat. Deor. lib. II. 'Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem nostri majores auguste sancteque Liberum:' et de Nat. Deor. lib. I. 'Eleusinam sanctam illam et augustam:' et Tusc. lib. V. 'Ex hoc Platonis sancto augustoque fonte.'

[s] Διόσκουροι] Jovis filii, ab Διὸς, *Jovis*, κόρος, seu κοῦρος, *filius*. Non Jovis tantum, regis Atheniensium, tres filii, vel Anaces, vel Anactes, Ἄνακτες, id est, *reges*, vocati sunt; sed etiam qui ex Jove et Leda nati sunt, Castor et Pollux. Hinc, non *Anaces*, sed *Anactes*, legi volunt non pauci, at perperam. Anachæ enim et Anaces appellati sunt Castor et Pollux, quod tempestates depellant. Anaces vel ab ἀνάσσω, ἀνακὸς, ut a φιλάσσω, φιλακός: vel ab ἀκακῶς, quod Atheniensibus feliciter affuerunt: vel ab ἄνω καὶ ἑκὰς, *supra et longe*, quod, navigantibus cum ita apparent, bene ominosi sint; vel ab ἀνακῶς ἔχειν. Ita Eustathius. Hinc festa apud Græcos ἀνάκεια, quasi *depulsoria*.

Digitized by Google

simo, et Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysus; secundi, Jove tertio nati ex Leda, Castor et Pollux; tertii dicuntur a nonnullis Alco, Melampus, et Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. 54. Jam Musæ[t] primæ quatuor, natæ Jove altero, Thelxiope,[3] Aœde, Arche, Melete; secundæ, Jove tertio et Mnemosyne, procreatæ novem; tertiæ, [Jove tertio] Piero natæ, et Antiopa,[u] quas Pieridas[x] et Pierias solent poëtæ appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proxime superiores. Cumque tu Solem, quia solus[4] esset, appellatum esse dicas; Soles ipsi[y]

nysius edd. ante Ernesti. *secundi duo* cum codd. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *nati et Leda* in iisdem. Deinde, *Melampus et Tmolus* Dav. Schutz. Nobb. item Orell. qui τὸ *et* uncis inclusit. *Alco et Melampus, Tmolus* Moser. *Aleo, et Melampus Eviolus* Junt. *Aleo et Melampus, Emolus* Victor. Manut. *a nonnullis Alco et Melampus sive Eurymedon, etiam Tymolus, Atrei filius* conj. Creuz. *Melampus, ab aliis Atrei filii* nescio quis ap. Moser. —3 *Jove altero et Neda, Thelxinoë* e vestigiis codd. et Pausan. Messen. 33. § 2. conj. Creuz. receperunt Moser. et Orell. *natæ Jove altero nata et Theïxinoë* Junt. *Jove altero Thelxinoë* Heindorf. Schutz. Nobb. *Mneme, Aœde, Melete,* omisso *Arche,* Manut. Lamb. *tertiæ Jove tertio Pieriæ natæ* Manut. Lamb. Mox, *et eodem numero* codd. aliquot, Heindorf. Moser. Deinde, pro *quo proxime,* quod servant A B C G H I M N, Paris. 1. 2. 3. ψ, Dav. Moser. Orell. *quo proximæ* habent edd. vett. *quas proximæ* E.—4 Dav. e

NOTÆ

[t] *Jam Musæ*] De nominibus numeroque Musarum varie scribunt mythologi, ex quibus hæc habe pauca: Myrtilus septem; octo Crates; Hesiodus novem. Ephorus apud Arnobium, et Eumelus, tres esse dixerunt filias Apollinis, Cephison, Apollonida, Boristhenida: Mnaseas, et Aratus, quatuor ex Jove, Ætheris filio, et Plusia nympha, Archen, Meleten, Thelxinoën, Aœden: Myrtilus et Epicharmus septem, ex Piero et Pimpleide nympha, Nilum, Tritonem, Asopum, Heptapolen, Achelöida, Tipoplum et Rodian: Crates, octo: Hesiodus et Homerus novem, quarum nomina nemo nescit. Eas alii, ut scribit Tzetzes, sic appellaverunt: Callichoren, Heliceen, Eunicen, Thelxinoën, Terpsichoren, Euterpen, Enceladen, Dian, et Enopen. Qui tres admiserunt, ternarium numerum a tribus tonis, tribus accentibus, tribus personis, et tribus numeris Græcorum deduxerunt; qui quatuor, a quatuor linguæ Græcæ dialectis; qui quinque, a quinque hominis sensibus; qui septem, a septem vocabulis, et septichorde lyra; qui novem, a novem inventis artibus; historia, musica, &c. Plura Gyrald. Porro Thelxiope sonat *suaviloquam;* Mneme, *memoriam;* Aœde *cantilenam;* Melete, *meditationem.*

[u] *Antiopa*] Nictei regis Æthiopiæ filia, et Lyncei Thebarum regis uxor fuit.

[x] *Quas Pieridas*] Ovid. Met. v. Pieridas a Musis diversas facit, quippe quas transformet in picas, quod cum Musis ausæ essent cantu contendere.

[y] *Soles ipsi*] Totidem soles recenset Arnobius, contra Gentes, lib. IV.

Digitized by Google

quam multi a theologis proferuntur! Unus eorum Jove natus, nepos Ætheris; alter, Hyperione; tertius, Vulcano, Nili filio; cujus urbem Ægyptii volunt esse eam, quæ Heliopolis appellatur; quartus is, quem heroicis temporibus Achanto [a] Rhodi peperisse dicitur, Ialysi, Camiri, et Lindi; [5] quintus, qui Colchis fertur Æetam et Circen procreavisse. XXII. 55. Vulcani item complures: [1] primus Cœlo natus, ex quo et Minerva Apollinem eum, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt; secundus in Nilo natus, Phthas, [a] ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt; tertius ex tertio Jove, et Junone, qui Lemni fabricæ traditur præfuisse; quartus Menalio natus, [2] qui tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ [b]

quatuor codd. *eo quod solus.*—5 Ita Grut. Schutz. Orell. nisi quod hic *Acantho.* Multum variant reliquæ edd. *quem h. t. Achanto R. p. d. avum Ialysi, Camerini et Lindi et Rhodo* Venet. 1507. *qui h. t. Acantho R. p. dicatur Ialysum, Camirum Lyndum* Junt. *quem h. t. A. R. p. d. Ialysum, Camirum, Lindum* Victor. *quem h. t. A. R. p. d. avum Ialysi, Camiri et Lindi* Manut. Lamb. *q. h. t. A. R. p. d.* [*pater*] *Ialysi, Camiri et Lindi* Dav. probante Schutz. *cui h. t. Achaiæ conditores Rhode p. d. avum et patrem Ialysi, Camiri et Lindi, unde Rhodii* de Creuzii conjectura Moser. *cui h. t. Acantho R. p. d. Cercaphum, quem dicunt genuisse Ialysum, Camirum, et Lindum Rhodii* conj. Heindorf. Cf. Arnob. IV. 14. Mox, *Circam* e codd. Dav. Heindorf. Moser. *procreasse* duo codd. Moseri.

CAP. XXII. 1 Lamb. omittit *complures.* Red. Manut. Lamb. omittunt *et* ante *Minerva.* Statim, *Apollinem is, cujus, &c.* de Davisii conjectura Schutz. Moser. *secdus Nilo natus* codd. et edd. ante Grut. Pro *Phthas*, quod de Gronovii conjectura dederunt Dav. Lall. Schutz. Moser. *Opas* habent codd. et reliquæ edd.—2 *Menano Palico natus* de conjectura Moser. 'Turbant codd. v. c. *Menmalio, Menabo, in Memalio, Inemalio, in Ebalia.*' Orell. *quæ V.*

NOTÆ

Horum secundus, Hyperione patre, matre Rhea genitus: tertius Vulcano, non Lemnio, sed Nili filio; a quo Heliopolis, quæ et Thebæ Diodoro, Solis oppidum Plinio, in qua rex Mithras primus obeliscos erexit, dicavitque Soli.

[z] *Achanto*] De illa Solis matre, nulla alibi mentio.

[a] *Phthas* [*Opas*] Legi velim *Phthas*, *Aphthas.* Sic enim ab Ægyptiis vocatur Vulcanus. Vide Jamblichum in Mysteriis. Hinc apud veteres, teste Suida, proverbium Ἀφθᾶς σοι λελάληκεν, *Vulcanus tibi vaticinatus est.* Post Mercurium in Ægypto regnavit, qui quia primus illis ferrea pro ligneis arma ministravit, Ægyptiorum custos creditur. Plura de Vulcanis Nat. Comes II. 6.

[b] *Vulcaniæ*] Græcis Hephæstiades; interdum et Æoliæ, ab Æolo, qui Trojanis temporibus ibi regnavit. Sitæ ex adverso Metauri amnis. Earum præcipua fuit Hiera. Plin. lib. III. cap. 8.

Digitized by Google

nominantur. 56. Mercurius unus Cœlo patre, Die matre,[3] natus; cujus obscœnius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinæ commotus sit; alter Valentis[c] et Phoronidis filius, is, qui sub terris habetur[a] idem Trophonius;[d] tertius Jove tertio natus, et Maia,[e] ex quo et Penelopa[f] Pana natum ferunt; quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare; quintus, quem colunt Pheneatæ, qui et Argum[4] dicitur interemisse, ob eamque causam Ægyptum profugisse, atque Ægyptiis leges et literas tradidisse. Hunc Ægyptii Thoth[5][g] appellant: eodem-

[a] *Sub terrie esse putatur.*

nominabantur plerique codd. et edd. ante Lamb.—3 Ita Glog. Paris. 1. 2. 3. A B C H I M N, Hervag. Ascens. *Dia matre* tres codd. Gruteri, Moser. Orell. *cælo patre natus, Dia matre* G. *Die matre natus dicitur* Paris. 2. Mox, *Valentis et Coronidis* de Davisii conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *qui sub terris habet* cum codd. aliquot Lamb. *tertius tertio Jove* Red. Heindorf.—4 Ita Victor. Dav. *qui Argum* A B C G H I N, Paris. 1. 2. 3. E, Red. margo Venet. 1507. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *qui argentum dicitur interemisse* E M, Paris. 2. 3. *qui argentum invenisse et Argum dicitur* Junt. Mox, *in Ægyptum* e Lactant. Inst. I. 6. Dav. Schutz. Moser. *Ægypto præfuisse* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Mannt. Lamb.—5 *Then* Glog. *Ten* Red. *Their* G, E O U. *Thoyt* Mars. Thuan. Ald. *Theyt* A.

NOTÆ

[c] *Valentis*] Valentem Jovem esse aliqui suspicantur, qui Mercurium suscepit ex Io, Inachi Argivorum regis filia, et Phoronei sorore, unde Phoronis dicta.

[d] *Trophonius*] Quoniam de Trophonio jam iterum ac tertio habetur mentio (nam et de illo sermo erat supra, et fuit Tuscul. lib. I.), de illo paulo prolixius dicendum hic est. Ejus historia varie narratur a Græcis. Sunt qui dicant eum architectum eximium fuisse, et fanum subterraneum exstruxisse in Lebadia, Bœotiæ regione, quod Trophonii nomen acceperit; et qui sciscitarentur oracula, in aditu specus sedere solitos, atque inde flatu quodam abripi sub terras, ac deinde per alium hiatum e specu emitti. Alii tradunt eum post direptas patris facultates fugisse in Lebadiam, Bœotiæ regionem, ibique vitam in specu subterranea duxisse; eoque defuncto, vulgo creditum esse, certa illic reddi oracula, ac Trophonio sacrificari cœptum. Hæc nos de Trophonio, ex Aristophanis interprete. Plura si velis, vide Herodot. lib. I. et Apollonium apud Philostrat. et Erasmum in illud, 'In antro Trophonii vaticinatus est.'

[e] *Maia*] Atlantis filia, quæ inter Pleiades stellas numeratur. Mercurium in Cyllene monte Arcadiæ genuit, unde Cyllenius Pheneatæ, a Pheneo urbe et lacu in Arcadia, apud Cyllenen montem.

[f] *Penelopa*] Diversa hæc est ab uxore Ulyssis.

[g] *Thoth* [*Thoyth*] Lactant. I. 6. tradit vocatum ab Ægyptiis non *Thoyth*, sed *Theut*. Is putatur fuisse Trismegistus.

Digitized by Google

que nomine anni primus mensis[h] apud eos vocatur. 57.
[*p.* 71.] Æsculapiorum[i] primus, Apollinis,[6] quem Arcades colunt; qui specillum[k] invenisse, primusque vulnus dicitur obligavisse; secundus, secundi Mercurii frater: is, fulmine percussus,[l] dicitur humatus esse Cynosuris:[m] tertius, Arsippi[n] et Arsinoæ, qui primus purgationem alvi, dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit; cujus, in Arcadia, non longe a Lusio flumine, sepulcrum et lucus ostenditur. XXIII. Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum; alter Corybantis filius, natus in Creta; cujus, de illa insula, cum Jove ipso[1] certamen fuisse traditur; tertius Jove tertio natus et Latona; quem ex Hyperboreis[o] Delphos ferunt

Theyn B C N, ψ, Victor. *Thetum* Paris. 1. *Thern* H. *Thernum* I. *Theutatem* Hervag. *Thent* Junt. *Thoyth* Venet. 1507. Manut. Lamb. *Thet* alii ap. Moser. Pro *eodemque*, quod servant A B C G H I M, Glog. Paris. 1. 2. 3. ψ, *eodem* exhibent Red. Reg. Med. Guelf. Eliens. Dav.—6 *Æsc. primus, primi Apollinis* conj. Creuz. Mox, *qui speculum* Glog. Red. margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. *dicitur obligasse* Glog. Red. Heindorf. *obligavisse dicitur* Lamb. *dicitur obligavisse* Venet. 1507. Deinde, *percussus et humatus esse Cynos. dicitur* Red. Heindorf. Schutz.

CAP. XXIII. 1 Glog. *cum ipso Jove;* alii codd. *cum Jove tertio;* unde Heindorf. conj. *cum ipso Jove tertio,* improbante Schutz. Pro *Delphos* Ernesti conj. *Delon.* Tum, *Arcades Νόμιον appellant* de Huetii conjectura Heindorf.

NOTÆ

[h] *Primus mensis*] Primus apud Ægyptios mensis est September.

[i] *Æsculapiorum*] Nominis etymon deducunt alii a σκέλλω, *contabesco*, ποιέω, *facio;* quasi ἀσκελοποιὸς, quod morbis homines contabescere non sineret. Alii ab ἀσκελῆ, *aspera*, et ἤπια, *levia*, quod aspera mitigaret. Qui ex Apolline natus est, matrem habuit Coronidem, patriam Arcadiam; hinc Arcadibus in honore fuit; illa, Phlegia patre comitante, dum Peloponnesum peragrat, in Epidauri monte Æsculapium exponit, qui ab Aresthana quodam repertus facie splendida, pro numine habitus est. Hinc Epidaurus tota illi consecrata. Vide Pausan.

[k] *Specillum*] Instrumentum est chirurgicum (non *speculum*, ut perperam Calepinus, et alii volunt) quo vulnerum et fistularum altitudo exploratur; *la sonde.*

[l] *Fulmine percussus*] Accusatus apud Jovem quod mortuos ab inferis excitaret. Ea Æsculapii morte Apollo indignatus, Cyclopas fulminis fabricatores interemit, cujus in pœnam Jupiter Apollinem homini servire jussit. Ita Diodor.

[m] *Cynosuris*] Quæ urbs est Arcadiæ. Vide Steph.

[n] *Arsippi*] Quis ille fuerit, obscurum est. Boccacius *Asipum* legit; Stephanus *Æsapum*, qui filius Bucolionis fuit, maximi filiorum Laomedontis. Vid. Iliad. 1.

[o] *Ex Hyperboreis*] Populi ad Sep-

Digitized by Google

advenisse; quartus in Arcadia, quem Arcades Nomionem [p] appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. 58. Dianæ item plures: prima Jovis et Proserpinæ, quæ pinnatum [2] [q] Cupidinem genuisse dicitur; secunda notior, quam Jove tertio et Latona natam accepimus; tertiæ pater Upis traditur, Glauce mater: eam Græci sæpe Upim paterno nomine appellant. Dionysos [3] multos habemus: primum e Jove [r] et Proserpina natum; secundum Nilo, qui Nysam [s] dicitur interemisse; tertium, Caprio patre, eumque regem Asiæ præfuisse dicunt; cui Sabazia [t] sunt instituta; quar-

Schutz. Moser. Orell. *Arcades Nomion appellant* Nobb.—2 Lall. de Bouhierii conjectura *primum*. Statim, *tertia patre Upi traditur, Glauca matre* Red. Victor. *eam sæpe Græci* I M, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. margo Venet. Junt. Victor. —3 *Dionysios* edd. ante Grut. Statim, *primum Jove* G H I N, Paris. 2. 3. Glog. Red. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Pro *interemisse* Heindorf. Schutz. Nobb. habent *condidisse*. Creuz. conj. *qui Nyssam* (sive *Nysam*) *dicitur interemisse eique tumulum condidisse*. Tum, *Cabiro patre* de Gronovii conjectura Heindorf. Lall. Moser. probante Ernesti; *e Apio patre* Glog. *Capro patre* codd. aliquot; *Capyro patre* Reg. *cui Cabiria sunt instituta* de Creuzii conj. Orell. *cui Sabazea, &c.* Lamb. *cui Abazea, &c.* Manut.

NOTÆ

temtrionem siti, dicti vel a loco quem incolunt, vel a vitæ diuturnitate, ultra centesimum enim annum vivunt; adeoque sæculi humani ὑπερβαίνουσιν ὅρον, *superant terminum*. Ita Festus. De illis mira Diodorus et Mela.

[p] *Nomionem*] Νόμος enim *lex* est, forte etiam *Nomio* dictus a νομὴ, *pascuum*, quod Apollo, cœlo pulsus, Admeti Thessaliæ regis armenta paverit.

[q] *Pinnatum*] Seu *pennatum*, ut distinguatur ab aliis, de quibus infra. Secunda Diana notior, quia huic vulgo tribuuntur quæcumque de Diana circumferuntur. Tertia a patre Upi, quæ vox, ὀῦπις, *humidum* quid sonat, nam ὀπὸς, *humor* est. Ipsa Opis interdum dicta.

[r] *E Jove*] Inferno, videlicet Plutone; Pluto enim sæpe Jupiter vocatur: reperitur apud Strabonem, et alios.

[s] *Qui Nysam*] De Nysa illa nihil uspiam comperi. Varias conjecturas affert Boccac. VII. 33. Ab ea forte dictus Dionysus Bacchus. De *Caprio* item nihil. Quare pro *Caprio* alii supplent *Cabrum*, Phaselitarum Deum; *Cabirum* alii. Jupiter enim infernus, qui fuit unus ex quatuor Cabiris ex Proserpina Dionysum suscepit. Vide Suid. in voce Ζαγρεύς.

[t] *Sabazia*] Festa in quibus Bacchum lætis clamoribus, ac præsertim hac voce Evoë, quasi εὖ ὦ, Bacchantes prosequebantur: a σαβάζειν, *vociferari*. Hinc Bacchus, apud Aristoph. in Avibus, Σαβάζιος appellatus. Sacra vero Orphica, quæ quarto Dionyso celebrabantur, erant ipsa Bacchi orgia, de quibus nos sæpe alibi. Bacchus Tharoco cuidam, a quo Thraciæ imperium accepit, modum tradidit celebrandi orgia: quibus cum nonnulla Orpheus addidisset, Orphica

Digitized by Google

tum Jove et Luna, cui sacra Orphica putantur confici; quintum Niso natum et Thyone, a quo Trieterides constitutæ putantur. 59. Venus prima [u] Cœlo et Die nata; cujus Elide [4] [x] delubrum videmus: altera, spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus; tertia, Jove nata et Diona; [y] quæ nupsit Vulcano (sed ex ea et Marte natus Anteros [z] dicitur); quarta, Syria, Tyroque [5] concepta, quæ Astarte [a] vocatur; quam Adonidi nupsisse proditum est. Minerva prima, [b] quam

cujus Abazea, &c. Junt. Victor. Pro *Luna* Moser. conj. *Semela.*—4 *Eli* margo Venet. 1507. *del. vidimus* multi codd. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Mox, *Jove nata et Dione* Glog. Junt. Mannt. Lamb.—5 *Syria Cyproque* ex Ampelio cap. 9. et Jo. Lydo p. 214. Rœth. de Creuzii conj. Moser. et Orell. *S. Cyroque* Venet. 1507. *S. Cyrroque* Junt. Mox, *nups. traditum est*

NOTÆ

dici cœpere. Vid. Diodor. Thyone, ex qua quintus extitit, Semeles cognomen est, a qua 'Thyades' dictæ mulieres Bacchæ, et 'Thyoneus' Bacchus. Thyone ipsa dicta, a θύω, *libo*, quia prima sacrificiorum inventrix. Trieterides, sive Trieterica orgia, appellata sunt sacra quæ instituit, quia tertio quoque anno agitari solita, propter triennalem Bacchi in Indiam expeditionem; a τρεῖς, *tres*, ἔτος, *annus*.

[u] *Venus prima*] Prima a patre Cœlo Urania dicta, estque illa forte 'virgo Venus' quam populi Orientis coluere, cujus cultus ab Assyriis et Arabibus ad Græcos manavit; ejusque delubrum esse crediderim illud de quo hic Tullius.

[x] *Elide*] Urbs est primaria totius Elidis, quæ regio est Peloponnesi.

[y] *Diona*] Dione filia fuit Oceani et Tethyos; et ab ea Venus interdum Dionæa, interdum et Dione appellatur. Ovid. Fast. v. 'Velles novisse Dionem.'

[z] *Anteros*] Ita dictus, vel quod amorem aversaretur; vel quod rivales in amore haberet. Rivales enim Græce, ἀντερασταί, ab ἔρως, *amor*.

[a] *Astarte*] De illa copiose Lucian. et Sacræ Literæ, Reg. I. 11. Nihil illa apud Syros augustius. Hinc creditur non alia fuisse, quam Semiramis, propter simillima quæ de utraque circumferuntur commenta. Ferunt enim Semiramidem a columbis nutritam; Deam vero Syriam ex ovo cui columba incubuerat, exortam; utramque ad Euphraten fluvium, ad quem sita Babylon, regia Semiramidis.

[b] *Minerva prima*] Prima Apollinem ex Vulcano suscepit. Secundam qui colunt Saitæ, incolæ sunt Saidis, quæ urbs est Ægypti intra Deltam, unde regio *Sahid*, vulgo *Sibnit*, teste Guilandino; sed hæc Sebennytus est veteribus. Quartæ matrem Coryphen, Suidas Polyphen, alii Coresiam appellant. Quintæ pater Pallas, unus e quatuor filiis Pandionis, Athenarum regis, fuit. Ita Strabo. Ab eo forte Pallas et ipsa Minerva dicta est. Alii volunt nomen illud sortitam, vel a Pallante gigante, quem ipsa interfecit, vel a Pallantiade, palude Africæ, ad quam primum vi-

Digitized by Google

Apollinis matrem supra diximus; secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt; tertia illa, quam Jove[6] generatam supra diximus; quarta Jove nata et Coryphe, Oceani filia; quam Arcades Coriam[7] nominant, et quadrigarum inventricem ferunt; quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem; cui pinnarum talaria affigunt. 60. Cupido primus,[c] Mercurio et Diana prima natus dicitur; secundus, Mercurio et Venere secunda; tertius quidem est[8] Anteros, Marte et Venere tertia. Atque hæc quidem, ejusmodi,[9] ex vetere Græciæ fama collecta sunt; quibus intelligis resistendum esse, ne perturbentur religiones. Vestri autem non modo hæc non refellunt, verum etiam confirmant, interpretando, quorsum quidque pertineat. Sed eo jam, unde huc digressi[10] sumus, revertamur.

XXIV. 61. Num censes igitur subtiliore ratione opus esse ad hæc refellenda? nam mentem, fidem, spem, virtutem, honorem, victoriam, salutem, concordiam, ceteraque ejusmodi,[1] rerum vim habere videmus, non Deorum. Aut enim in nobismet insunt ipsis, ut mens, ut fides, ut

Manut. Lamb.—6 Victor. *a Jove.* Actutum, *generatum esse diximus* ex uno cod. Moser. *generatum supra esse diximus* cod. Uff. *generatum diximus* malit Orell.—7 *Corian* Dav. *Coryphasiam* de Victorii sententia Lamb. Cf. Arnob. IV. 14. Mox, *quæ patrem suum dicitur* Glog. Red. Heindorf. *talaria affingunt* R. Steph.—8 Ita plurimi codd. et edd. vett. *tertius qui idem est* Reg. Lall. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. uti conj. Dav.—9 Ita Grut. et Dav. *Atque hæc quidem et ejusmodi* Glog. Red. H I, E O ψ, Paris. 1. Victor. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Atque hæc quidem atque ejusmodi* U, margo Venet. 1507. Junt. Hervag. Manut. Lamb.—10 Lamb. Schutz. Nobb. Orell. *degressi.*

CAP. XXIV. 1 Ita plurimi codd. Junt. Manut. Lamb. Dav. *ceteraque hujusmodi* Glog. Red. G I U, Gud. 2. Paris. 1. 3. Statim, *non Deorum autem: enim, &c.* Paris. 2. *in nobismet ipsis insunt* G H I, Paris. 3. *in nobismet ipsis*

NOTÆ

sa Pallas; vel a πάλλειν, *vibrare*, quod hastam vibrans pingatur.

[c] *Cupido primus*] Ortum Cupidinis aliter alii referunt: Theocritus ex Chao et Terra natum fabulatur; Orpheus ex Chao solo; Simonides ex Venere et Marte; Acusilaus ex Nocte et Æthere; Alcæus ex Lite et Zephyro; Sappho ex Venere et Cœlo. Infinita id genus commenta si amas, vide apud Gyrald.

Digitized by Google

spes,[a] ut virtus, ut concordia; aut optandæ nobis sunt, ut honos, ut salus, ut victoria: quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra. Quare autem [3] in his vis Deorum insit, tum intelligam, cum cognovero. Quo in genere vel maxime est Fortuna numeranda, quam nemo ab inconstantia et temeritate sejunget; quæ digna certe non sunt Deo.
62. Jam vero quid vos [4] illa delectat explicatio fabularum, et enodatio nominum? exsectum a filio Cœlum, vinctum itidem a filio Saturnum. [*p.* 72.] Hæc, et alia generis ejusdem, ita [5] defenditis, ut ii qui ista finxerunt, non modo non insani, sed etiam fuisse sapientes videantur. In enodandis autem nominibus, quod miserandum sit, laboratis. Saturnus, quia se saturat annis; Mavors, quia magna vertit; Minerva, quia minuit, aut quia minatur; Venus, quia venit ad omnia; Ceres, a gerendo. Quam periculosa consuetudo! [6] in multis enim nominibus hærebitis. Quid Vejovi [7] [d] facies? quid Vulcano? [e] quanquam, quoniam Neptunum a nando appellatum putas, nullum erit nomen, quod non possis una litera explicare, unde ductum sit. In quo

sunt M.—2 Ita Manut. Moser. Nobb. *ut spes, ut fides* B C H N, Paris. 1. Junt. Victor. Hervag. Lamb. Orell. *ut spes* omittunt codd. aliquot, unde Dav. uncis inclusit; Heindorf. et Schutz. *ut spes* posuerunt ante *ut honos*. Mox, *aut optanda* Red. Heindorf. *utilitatem video; video etiam* A B C H I N, La, E O U, tres Pall. Buslid. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb.—3 *Quæ autem* conj. Walker. Statim, *cum ex te cognovero* conj. Bouh.—4 *Jam siquidem vos* Glog. Nobb. *Jam vero si quidem vos* de Heindorfii conjectura Schutz. mox distinguens, *Saturnum, hæc, &c.*—5 Glog. Heindorf. Schutz. *vos ita*. Statim, *ut hi* Dav. *sapientes fuisse* Maunt.—6 *Qui periculosa multitudo* Glog. Paris. 3.—7 *Quidve Jovi* A C H, Paris. 1. 2. *Quidnam Jovi*

NOTÆ

[d] *Vejovi*] Qui *Vejovi* scribunt, deducunt a Jupiter et particula *ve*, quæ vim habet et augendi et minuendi: augendi, ut in 'vegrandis,' id est, admodum grandis; minuendi, ut 've-sanus,' id est parum sanus. Unde Vejovem interpretantur parvum Jovem, qui nocere tantum, juvare vix possit. Qui *Vajovi* legunt, ab interjectione imprecantis *væ* interpretantur dirum Jovem, et Plutonem esse volunt. Ita Martianus Capella. Vejupiter ædem habuit arcem inter et Capitolium.

[e] *Vulcano*] Vulcanus, quasi 'Volicanus' quod ignis volet canus seu candidus per aëra; sic 'Fulganus' a fulgore dictus. Vossius a 'Tubalcaino,' primo apud Sacras Literas fabro, 'Vulcanum' derivat, de Orig. Idol. I. 16.

Digitized by Google

quidem magis tu mihi natare visus es, quam ipse Neptunus. 63. Magnam molestiam suscepit, et minime necessariam, primus Zeno, post Cleanthes, deinde Chrysippus, commenticiarum fabularum reddere rationem; vocabulorum,[8] cur quique ita appellati sint, causas explicare. Quod cum facitis, illud profecto confitemini, longe aliter rem se habere,[9] atque hominum opinio sit: eos enim, qui Dii appellentur, rerum naturas esse, non figuras Deorum. XXV. Qui tantus error fuit, ut perniciosis etiam rebus non modo nomen Deorum [1] tribueretur, sed etiam sacra constituerentur. Febris enim fanum [2] in Palatio,[f] et Orbonæ [g] ad ædem Larum, et aram malæ Fortunæ Esquiliis consecratam videmus. 64. Omnis igitur talis a philosophia pellatur [3] error, ut, cum de Diis immortalibus disputemus, dicamus digna Diis immortalibus; de quibus habeo ipse, quod sentiam; non habeo autem, quod tibi assentiar. Neptunum esse dicis animum cum intelligentia per mare perti-

La. *Quid ne Jovi* G.—8 Codex unus Moseri *vocabulorum quoque;* unde Heindorf. conj. *vocabulorumque;* receperunt Schutz. et Moser. Actutum, *cur quidque ita appellatum sit* B H I N, Paris. 1. E, Victor. Lamb. Orell. *cur quique appellati sint* Venet. 1507. *cur quisque ita sit appellatus* Glog. M, Paris. 3. Heindorf. Schutz. Moser. *cur quicque ita appellatur unde sit* G U ψ.—9 A B C I N, Paris. 1. Reg. Med. Victor. Dav. Orell. *se rem habere;* Glog. Heindorf. Moser. *se aliter rem.* Mox, *appellentur* est de conjectura Ernestii; *appellantur* habent codd. et edd. vett. *non Deorum figuras* Red.

Cap. XXV. 1 Red. *non modo Deorum nomen;* A B C H I N, Paris. 2. 3. E O U, aliquot Pall. Hervag. Ascens. Junt. Victor. omittunt *modo;* Paris. 1. *non nomen solum Deorum.*—2 *Febris fanum* Glog. Paris. 3. *Febris per phanum* G. Verba *Orbonæ ad* desunt in Glog. Red. A B C G H I, La, M N, E O U ψ, et edd. vett.—3 B H I, Paris. 1. *talis philosophia appellatur.* Pro *ut* Moser. conj. *atque.* Tum, *disputamus, dicali usu loquamur* codd. aliquot, Venet. 1507. Heindorf. *digna iis loquamur* conj. Ursin. *error, ne . . . disputemus, Diis dicamus indigna* conj. Schutz. Lectionem nostram servant B C I, Gud. 2. Paris. 1. O U, Junt. Victor. Mannt. Lamb. Dav. Moser. Orell. *quid sentiam; n. h. a. quid* cum codd. Venet. 1507. Junt. Mannt. Lamb. Schutz. Moser. *quid . . . quod* Heindorf. *quod . . . quod* est de conj. Ernestii; recepit

NOTÆ

[f] *In Palatio*] Sive Palatino monte, uno ex septem Romæ collibus. Multa de illo Flavius Blondus, Pomponius Lætus, aliique, qui de Roma antiqua scripserunt. Item de Esquiliis, seu monte Esquilino.

[g] *Orbonæ*] De eadem Orbonæ Deæ ara, ad ædem Larium sita, mentionem facit Plin. II. 7. Orbona Dea fuit, non in cujus tutela essent orbati liberis parentes, ut male Arnob. lib. IV. sed quæ placaretur (quippe Dea malefica) ne rerum carissimarum orbitatem inferret.

Digitized by Google

nentem :[4] idem de Cerere. Istam autem intelligentiam aut maris aut terræ, non modo comprehendere[5] animo, sed ne suspicione quidem possum attingere. Itaque aliunde mihi quærendum est, ut et esse Deos, et quales sint Dii, discere possim ; quam quales tu eos esse vis.[6]

65. Videamus ea, quæ sequuntur : primum, Deorumne[h] providentia mundus regatur : deinde, consulantne[7] rebus humanis. Hæc enim mihi ex tua partitione restant duo ; de quibus, si vobis videtur, accuratius disserendum puto. Mihi vero, inquit Velleius, valde videtur : nam et majora expecto ; et his, quæ dicta sunt, vehementer assentior. Tum Balbus, Interpellare te, inquit, Cotta, nolo : sed sumemus tempus aliud. Efficiam profecto, ut fateare. Sed * * *

Multa desunt.

Nequaquam istuc[i] istac ibit : magna inest certatio :
Nam ut ego[8] illis supplicarem tanta blandiloquentia ?[a]

XXVI. 66. [*p.* 73.] Niobe parumne[1] ratiocinari videtur, et sibi ipsa nefariam pestem machinari ? Illud vero quam callida ratione !

[a] *Nequaquam res eo modo abibit. Magnum mihi cum Latona, ejusque liberis, Apolline ac Diana, dissidium est. Egone illis me submittam, et supplex veniam verbis officiosis ?*

Nobb.—4 Red. Venet. 1507. Manut. Lamb. *pergentem.*—5 Dav. *comprendere.*—6 A *quærendum mihi et ut esse Deos et quales sunt Dii dicere possim quales tu eos esse vis ;* B C H I N, Paris. 1. 2. habent *et ut* pro *ut et ;* voc. *quam* omittunt C H I M, Paris. 1. 2. *ita aliud mihi q. est, ut et esse Deos et quales sint Dii discere cognoscere possim, quales tu eos esse vis* Paris. 3. *Dii* omittunt Red. Manut. Lamb. Pro *vis* Junt. Victor. Manut. Lamb. habent *velis.*—7 Guelf. *consulaturne,* probante Ernesti.—8 *Egone ut* suspic. Heindorf.

Cap. xxvi. 1 *An Niobe parum* margo Venet. 1507. '*Niobe* falsum est supplementum pro *Medea*, quod ipsum hic reponi volebat Kindervater, probante Osann. Anal. p. 117. Sed personæ tragicæ nomen antecedentibus nunc deperditis insertum fuisse probabilius est.' *Orell.* *Niobe* uncis inclu-

NOTÆ

[h] *Primum Deorumne*] Tertia hæc libri tertii pars, vitio temporum, periit tota ; ac ne quarta quidem integra est.

[i] *Nequaquam istuc*] Verba forte Niobes, apud aliquem tragicum detrectantis divinos tribuere honores Latonæ. Nota est fabula apud Ovid. Met. vi. De carmine trochaico vide Julium Scaligerum Poët. lib. ii.

Digitized by Google

Qui volt[k] esse,[2] quod volt; ita dat se res, ut operam dabit.[b]

Qui est versus omnium seminator malorum.[l]

Ille transversa[3] [m] mente mihi hodie tradidit repagula;
Quibus ego iram omnem recludam,[c] atque illi perniciem dabo;
Mihi mœrores, illi luctum; exitium illi, exilium mihi.

Hanc videlicet rationem, quam vos divino beneficio homini solum[4] tributam dicitis, bestiæ non habent. 67. Videsne igitur, quanto munere Deorum simus affecti? Atque eadem Medea, patrem patriamque fugiens,

postquam pater
Appropinquat, jamque, pæne ut comprehendatur, parat,
Puerum interea[n] obtruncat, membraque articulatim dividit;
Perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
Ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret; illum ut mœror tardaret sequi;

[b] *Qui vult enixe, quod vult; tantum consequetur, quantum operæ dabit.*

[c] *Ille (Æeta), alieno a me animo, meis consiliis se opponit, quasi e transverso, et moras, seu repagula, objicit. Ego, contra, iram omnem effundam.*

serunt Heindorf. et Moser.—2 Ita cod. Uff. Dav. seqq. *esse* omittunt edd. vett.—3 *Ille traversa* codex unus Moseri, Victor. Manut.—4 Lall. e cod.

NOTÆ

[k] *Qui volt*] Verba Medeæ, in alia fabula indignantis, vel Jasoni, vel Creonti, vel Æetæ, patri suo. *Volt* familiare comicis pro *vult*.

[l] *Seminator malorum*] Nihil enim turpius, quam voluntas hominis ad propositum facinus quacumque via ruentis.

[m] *Ille transversa*] Forte Æeta pater, qui filiam, metu Argonautarum, in custodiam tradiderat. Nota est fabula. Hæc carmina habentur inter fragmenta Medeæ Ennianæ, apud Scriverium.

[n] *Puerum interea*] Absyrtum fratrem suum, filiumque Æetæ, cujus cædem eodem plane modo refert Tullius pro Lege Manil. Parricidium illud 'familiare' vocat poëta, propter cædes deinceps subsecutas, non anteriores. Cædes enim Absyrti prima a Medea perpetrata est (quæ prius adeo cæde non gaudebat) ut multos hospites patris sui furori subduceret.

Digitized by Google

Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

68. Huic ut scelus, sic ne ratio [5] quidem defuit. Quid? ille,[o] funestas epulas fratri comparans, nonne versat huc et illuc cogitatione rationem? [6]

Major mihi moles, majus miscendum est malum,
Qui illius acerbum cor contundam, et comprimam.

XXVII. Nec tamen ille ipse [p] est prætereundus, qui non sat habuit conjugem illexisse in stuprum; [1] de quo recte et verissime loquitur Atreus:

Quod re in summa summum esse arbitror
Periclum, matres coinquinari regias;
Contaminari stirpem; admisceri genus.[d] [2]

At id ipsum [3] quam callide, qui regnum adulterio quæreret!

Addo (inquit)[q] huc, quod mihi portento Cœlestum
Pater

[d] *Matres stupro violari, regiam stirpem commaculari, prolem confundi, ita ut incerti sint liberi.*

Reg. *soli.* 'Videtur tamen accommodatio facta ad v. *homini.*' Orell.—5 Margo Venet. 1507. Junt. Dav. *sic nec ratio.*—6 Reg. *cogitationem ratione,* non improbante Lall.

Cap. XXVII. 1 Hæc, *qui non sat habuit conjugem illexe in stuprum,* ut versiculum edidere Moser. et Orell. sicque volebat etiam Beier. ad Offic. tom. I. p. 216.—2 Hos versus Dav. Heindorf. Moser. Nobb. Orell. ita constituerunt:

Quod in re summa summum esse periclum arbitror,
Matres coinquinari regum, regiam
Contaminari, &c.

Et sic Schutz. nisi quod hic, *Quod re in s. e. periculum.* Codd. habent *in re.*

NOTÆ

[o] *Quid ille*] Atreus, qui Thyestæ fratris sui filios ipsi Thyestæ epulandos dedit.

[p] *Ille ipse*] Thyestes, qui Atrei conjugem Æropen illexit in stuprum. Hæ voces, *qui non sat habuit, &c.* conjungendæ sunt cum istis quæ sequuntur, *at id ipsum quam callide, &c.* ut sensus sit, Thyesten non solum induxisse Æropen in stuprum, sed id ipsum callide fecisse; ut regnum adulterio acquireret.

[q] *Addo, inquit*] Atreus cum vovisset Dianæ pecudem e suis gregibus pulcherrimam, nata est illi agna aurea. Atreum pœnituit voti, agnamque servavit; cumque multa ad populum de agna aurea jactaret, Thyestes invidus, corrupta Atrei uxore, agnam clepsit, id est, clam surripuit. Vid. Didym. in Iliad. Θ.

Digitized by Google

Prodigium misit, regni stabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma
Quondam Thyestem [4] clepere ausum esse e regia:
Qua [5] in re adjutricem conjugem cepit sibi.[*]

69. Videturne summa improbitate usus non sine summa esse ratione? Nec vero scena solum referta est his sceleribus, sed multo vita communis pæne majoribus. Sentit domus uniuscujusque, sentit forum,[r] sentit curia, Campus,[s] socii, provinciæ, ut, quemadmodum ratione recte fiat, sic ratione peccetur: alterumque [6] et a paucis et raro; alterum et sæpe et a plurimis; ut satius fuerit nullam omnino nobis a Diis immortalibus datam esse rationem, quam tanta cum pernicie datam. Ut vinum ægrotis, quia prodest raro, nocet sæpissime, melius est non adhibere omnino, quam, spe dubiæ salutis, in apertam perniciem incurrere; sic, haud scio an melius fuerit, humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam, quam rationem vocamus, (quoniam pestifera sit multis, admodum paucis

* *Ad hæc addo* (inquit Atreus) *Thyestem olim furari in palatio meo ausum esse agnum aureum, quem mihi Jupiter, Deorum pater, felici omine concesserat, et unde mihi portendebatur regni mei confirmatio; cujus quidem furti sociam sibi Thyestes ascivit conjugem meam.*

Maunt. et Lamb. *coinquinari regiam.*—3 *Ad id ipsum* codex unus Moseri, et Victor.—4 *Quem clam Thyestem* codd. aliquot, etiam Glog. Junt. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *Quendam Thyestem* A B C I, margo Venet. 1507. Mars. Ascens. Victor. *Quem dant Thyestem* Red. H N, Gud. 2. *Quem quendam dant Thyestem* H a m. sec. *Quem clam Thyestes clepere ausus e regia* G. *Quem chyean thyestem clepere esse ausum est regia* Paris. 2. *Quem cleac thyestem clepere esse ausum* Paris. 3. *clepere esse ausum* Heindorf. Moser. Orell. *ausu'st e regia* conj. Dav. non improbante Moser.—5 *A Qua* A B G H I, Gud. 2. Paris. 2. 3. O. *At qua* La.—6 Maunt. Lamb. *alterum.* Pro *sæpe,* quod servant Glog. Maunt. Lamb. Dav. Heindorf. Schutz. Nobb. *semper* exhibent codd. plerique, margo Venett. 1507. Victor. Grut. Moser. Orell. *et a pluribus* Paris. 1. Maunt. Lamb. *et plurimis* Paris. 2. Paulo post, idem Ms. *quam tan-*

NOTÆ

r *Sentit forum*] Quid 'forum' sit, quid 'curia,' vix est qui ignoret. De 'foro' hæc paucis Varro: 'Quo conferrent controversias, et quæ vendere vellent, et quo quæque ferrent, forum appellarunt.' De 'curia' hæc quoque breviter Varro: 'Curiæ duorum generum; nam et ubi curarent sacerdotes res divinas, et ubi senatus humanas, Curiæ dictæ sunt.'

s *Campus*] Martius, qui pars erat urbis ornatissima, teste Strabone. In eo habebantur comitia, et creabantur magistratus.

Digitized by Google

salutaris)[7] non dari omnino, quam tam munifice et tam large dari. 70. Quamobrem, si mens voluntasque divina idcirco consuluit hominibus, quod iis largita est[8] rationem; iis solis consuluit, quos bona ratione donavit; quos videmus, si modo ulli sunt, esse perpaucos. Non placet autem, paucis a Diis immortalibus esse consultum; sequitur ergo,[9] ut nemini consultum sit.

XXVIII. [*p.* 74.] Huic loco sic soletis occurrere: non idcirco[1] non optime nobis a Diis esse provisum, quod multi eorum beneficio perverse uterentur: etiam patrimoniis multos male uti; nec, ob eam causam, eos beneficium a patribus nullum habere. Quisquam istuc[2] negat? aut quæ est in collatione ista similitudo? Nec enim Herculi Deianira[t] nocere[3] voluit, cum ei tunicam, sanguine Centauri tinctam, dedit; nec prodesse Pheræo[u] Jasoni is, qui gladio vomicam ejus aperuit, quam sanare medici non poterant.[4] Multi enim, etiam cum obesse[5] vellent, profuerunt, et cum prodesse, obfuerunt. Ita non fit, ex eo quod

tam.—7 Manut. *pestifera sint multis.... salutaria;* Glog. Paris. 3. Heindorf. Schutz. Nobb. *pestifera sunt multis... salutaria.* H I M N habent *sint.* M et Paris. 1. *salutaria.*—8 Junt. Victor. Dav. *est largita.* Paulo post, *si modo ulli sint* A B C H ψ, Paris. 1. Victor. Dav. *si modo illi sint* G N, Red. Gud. 2. E O U. *esse paucos* Glog. margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—9 Ita A G H I M N, Paris. 1. 2. Reg. Med. Glog. Red. U, Bonon. Victor. Ascens. Dav. seqq. *et sequitur ergo* B C, Gud. 2. edd. vett.

Cap. xxviii. 1 Paris. 3. *nec idcirco;* Gud. 2. *ut idcirco.* Mox, *a Diis immortalibus* Glog. Red. Heindorf.—2 *Quisquamne istuc* duo Pall. Med. Reg. Red. G, Gud. 2. E O U ψ, Junt. Ascens. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *Quisquam istud* Paris. 3. N O. *Quis istuc* Glog. H I. Paris. 1. 2. Manut. Lamb. *Quisquis istuc* M. Mox, *ista in collatione* Glog. Heindorf. Schutz. *in collatione* delevit Lamb. uncis inclusit Dav.—3 Victor. et Dav. *nocere Deianira;* Reg. *nec autem Herculi obesse Deianira;* A B *dianæ ira nocere.*—4 Ita Guelf. margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *potuerant* A B C G H I K N, Gud. 2. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *potuerunt* Paris. 1. 2. 3. M, E U.—5 A B C G H I K M N, Gud. 2. Paris. 1. 3. E U, Junt. Victor. Dav. Heindorf. Schutz. Moser. Orell. *et cum obesse;* Paris. 2. *etiam et*

NOTÆ

[t] *Deianira*] Œnei, regis Ætoliæ, filia, quæ primum Acheloo, tum Herculi nupsit. De tunica Herculi data dictum jam sæpe supra.

[u] *Pheræo*] Pheræorum tyranno. Phera oppidum est Thessaliæ ad Bœbeidem lacum. Aliæ quoque in Attica, Peloponneso, Apulia, &c. Hunc insidiator cum gladio confodisset, vomicam (quod ulcus est latens, ita dictum quod saniem evomat) aperuit. Val. Max. i. 8. et Plin. vii. 50.

Digitized by Google

datur, ut voluntas ejus, qui dederit, appareat: nec, si is, qui accepit, bene utitur, idcirco is, qui dedit, amice dedit. 71. Quæ enim libido, quæ avaritia, quod facinus, aut suscipitur[6] nisi consilio capto; aut sine animi motu et cogitatione, id est, ratione, perficitur? Nam omnis opinio ratio est, et quidem bona ratio, si vera; mala autem, si falsa est opinio. Sed a Deo tantum rationem habemus, si modo habemus; bonam autem rationem, aut non bonam, a nobis. Non enim, ut patrimonium relinquitur, sic ratio[7] homini est beneficio Deorum data. Quid enim potius hominibus[8] dedissent, si iis nocere voluissent? Injustitiæ autem, intemperantiæ, timiditatis, quæ semina essent, si his vitiis ratio non subesset? XXIX. Medea modo et Atreus commemorabantur a nobis, heroicæ[x] personæ, inita subductaque[y] ratione, nefaria scelera meditantes. 72. Quid? levitates comicæ,[1] parumne semper in ratione versantur?[f] parumne subtiliter disputat ille in Eunucho?[z]

quid igitur faciam?[2]
Exclusit, revocat: redeam? non, si me obsecret.

Ille vero in Synephebis,[a] Academicorum[3][b] more, contra

[f] *Quid? ludi et joci, qui in comœdia habentur, parumne rationis habent?*

cum obesse.—6 E quatuor codd. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *aut scelus suscipitur.*—7 Victor. *si ratio.* Mox, *est homini* A B C G I M, Gud. 2. Paris. 1. 3. *Deorum beneficio* Paris. 1. *beneficiorum data* M.—8 Codd. aliquot, Victor. Heindorf. *hominibus Dii.*

CAP. XXIX. 1 Red. Heindorf. Schutz. *comicæ levitates.*—2 M *quid ergo faciam?* Verba, *quid igitur f. E. r. redeam* desunt in O. *sine me obsecret* N.—3 *Stoicorum* conj. Walker. *contra omnem opinionem* K, E, Paris. 2. 3. *contra*

NOTÆ

[x] *Heroicæ*] Graves et regiæ.

[y] *Inita subductaque*] Translatum a nummorum computo, ad significandam diligentiam, quam adhibebant Medea et Atreus ut impune peccarent, qualis adhibetur a trapezitis ineuntibus subducentibusque rationes in numerando.

[z] *Eunucho*] Quæ fabula est Terentii, contexta ex duabus Menandri Græcis, Eunucho et Colace. Nomen habet ab adolescente Chærea, qui se eunuchum, datum puellæ ad custodiam, simulat, ut ad illam opportunius admittatur. Verba quæ a Tullio commemorantur, sunt Phædriæ, qui, a Thaide contemtus, adversus fœminæ contumeliam obfirmat animum.

[a] *Synephebis*] Dictum de illa altera fabula Terentii, libro superiore, et alibi.

Digitized by Google

communem opinionem non dubitat pugnare ratione, qui, 'in amore summo, summaque inopia, suave esse' dicit,

Parentem habere[4] avarum, illepidum, in liberos
Difficilem, qui te nec amet, nec studeat tui.

73. Atque huic incredibili sententiæ ratiunculas suggerit:

Aut tu illum fructu fallas; aut per literas[c]
Avertas aliquod nomen; aut per servolum[5]
Percutias pavidum.[g] Postremo, a parco patre
Quod sumas, quanto dissipas[6] libentius!

Idemque facilem et liberalem patrem incommodum esse amanti filio disputat; quem

Neque quo pacto fallam, neque quid inde[7] auferam,
Nec quem dolum ad eum, aut machinam[8] commoliar,
Scio quicquam: ita omnes meos dolos, fallacias,
Præstigias, præstinxit[9] commoditas patris.

Quid ergo isti doli? quid machinæ? quid fallaciæ, præstigiæque? num sine ratione esse potuerunt? O præclarum munus Deorum! ut Phormio possit dicere,

Cedo[10] senem:[d] jam instructa mihi sunt in corde consilia omnia.

[g] *Aut terrebis tristi aliquo nuntio, quem per servulum mittes, puta de morbo aliquo tuo, &c.*

---

omnium opinionem La. Deinde, *suave dicit esse* Red. Paris. 2. *suave est dicit* Hervag. *si ave esse dicit* A.—4 *Habere parentem* Glog. Red. *in libertos D. qui te amet* Paris. 3. *studeat sui* G, Paris. 2. Thuan.—5 G I K, Paris. 3. *servulum.* Pro *pavidum* Red. habet *timidum.*—6 Red. Dav. Heindorf. *dissupas;* A G N *dissipes;* B C I, Paris. 1. *dissipis;* Lamb. conj. *dissicis,* improbantibus Heindorf. et Moser.—7 A B C G K N, Paris. 2. *neque unde;* H I *neque ut inde;* U, Thuan. Hervag. *nec quid inde;* Paris. 3. *neque autem auferam;* Glog. *neque aliquid auferam;* Heindorf. conj. *neque qui inde auferam.*—8 *Nec quem dolum aut machinam ad eum* G K, Paris. 1. *Neque quem, &c.* Lamb. *neque machinam* U, Thuan. *commolior* K.—9 Ita codd. aliquot, Lamb. Moser. Orell. *præstrinxit* alii codd. et edd. vett.—10 *Celo* Paris. 3. *Cædo* I. *Credo* K. *Cedo* deest in A. *sunt mihi* A B C H I M N, Glog. Red. Paris. 1. 3. Gud. 2. *sunt mi* Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. *instructa sunt in corde omnia consilia* G K. *omnia consilia* Paris. 1.

NOTÆ

[b] *Academicorum*] Qui omnia negant; omnes opiniones, etiam sensu communi receptissimas, refellunt.

[c] *Per literas*] Supposititias, quibus fingatur pater jubere aliquem, qui sit in ære suo, debitam pecuniam solvere filio, et quam filius acceptam convertat in usus suos.

[d] *Cedo senem*] Habetur hic versus in Phormione Terentii II. 2.

Digitized by Google

XXX. 74. Sed exeamus a theatro:[1] veniamus in forum. Sessum it prætor.[e] Quid? ut judicetur, qui tabularium[f] incenderit.[2] Quod facinus occultius? At se[3] Q. Sosius,[g] splendidus eques Romanus ex agro Piceno, fecisse confessus est. Qui transcripserit tabulas publicas? Id quoque L. Alenus[4] fecit, cum chirographum Sex-primorum[h] imitatus est. Quid hoc homine solertius? Cognosce alias quæstiones, auri Tolosani,[5][i] conjurationis Jugurthinæ. Re-

CAP. XXX. 1 *Sed exeamus theatro* Schutz. Mox, *ite precor* B C G H, La, Paris. 2. 3. margo Venet. Junt. Victor. Manut. *ite prætor* Glog. Red. I M, ψ. *ita prætor* N. *sensum ite precor* A. *iste precor* Paris. 1.—2 *Quid ut judicetur? Qui tab. inc.* Manut. 1555. Lamb. Heindorf. Moser. *quid tabularium* ψ.—3 *At id se* de Schutzii conjectura Moser. *Ad se* Reg. unde Dav. suspic. *Id se.*—4 *L. Allienus* margo Venet. 1507. Mars. Thuan. Heindorf. *L. Alenius* Gothofr. Manut. Lamb. *L. Labienus* Glog. G, La, Junt. *L. Allenus* Red. *L. Alemus* Gud. 2. Ascens. *Labenus* M. *lalenus* A. *L. aienus* U.—5 *Tolossani*

NOTÆ

[e] *Sessum it prætor*] Legunt alii *sessum ite precor*, an commode, tu videris. Loci sensus est, Prætor it sessum, (ut sedere solitus erat, idque in sella curuli, cum jus diceret) cur? ut judicet, quis tabularium, quod incensum esse constat, incenderit. Facinoris auctor latet; et tamen Q. Sosius, qui impune latere poterat, ejus auctorem se confitetur. Iterum sessum it prætor, cur? ut judicet quis transcripserit tabulas publicas, quas nefas est transcribere. Quis transcripserit, latet, et tamen L. Alenus eas a se transcripsisse declarat. Cognosce alias quæstiones, id est, intellige, quanta sit malitia in aliis quæstionibus, puta de auro Tolosano. Et hæc exempla adducit Tullius, ut significet quanta sit hominum malitia, qui admissis sceleribus latere cum possint, nolunt.

[f] *Tabularium*] Locus in quo tabulæ, seu acta publica, reponebantur. Innuitur a Tullio tabularium Heracliensium, quod bello Italico incensum est, cum tabulis omnibus. Cic. pro Archia Poëta.

[g] *Q. Sosius*] De illo nihil aliud extat. Crediderim eum fuisse e gente Sosia consulari, e qua fuit et Caius ille Sosius, de quo Cic. ad Att. Epist. VIII. 6. quem Dio quidem scribit quæstorem fuisse M. Lepidi, et in Syria et Ægypto militasse. Paterculus autem, adhæsisse Antonio post cædem Cæsaris, ac consulem denique fuisse an. 721. Glandorp.

[h] *Sex-primorum*] Viri exigendis vectigalibus publicis præfecti, qui si quid detrimenti fiscus acciperet, de suo resarcire jubebantur. De quinqueprimis in Verr. III. et decemprimis pro S. Roscio. De L. illo Aleno nihil extat uspiam. Meminit quidem Seneca, inter declamatores ætatis suæ, cujusdam Aleni pastoris.

[i] *Auri Tolosani*] Q. Cæpio consul in Gallias profectus, quicquid auri in Tolosæ templis inventum est, abstulit; videlicet, teste Justino, 1110. auri pondo, argenti quinquies decies centena millia. Anno sequente missus adversus Cimbros, ingenti accepta strage, imperio exutus est. Bona

Digitized by Google

pete superiora:[k] Tubuli[6] de pecunia capta ob rem judicandam: posteriora, de incestu[l] rogatione Peducæa: tum hæc quotidiana, [*p.* 75.] sicæ, veneni,[7] peculatus,[m] testamentorum etiam lege nova[n] quæstiones. Inde illa actio, 'Ope consilioque[o] tuo furtum aio factum esse.' Inde tot judicia de fide mala,[p] tutelæ, mandati; pro socio, fiduciæ;

A B C. *Tollossani* I.—6 *Tubuli* suspectum est Heindorfio.—7 Ita e codd.

NOTÆ

sub hasta vendita; ipse, in carcere publico mortuus, post mortem e carcere raptus est ad scalas Gemonias, vir consulatu et triumpho nobilis.

[k] *Repete superiora*] Quæstionem de Tubulo habitam an. 612. de qua hæc Tullius de Fin. lib. II. Cum prætor Tubulus quæstionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut anno proximo P. Scævola, tribunus plebis, ferret ad populum, velletne de ea re quæri. Vide notas nostras in eum locum.

[l] *Posteriora, de incestu*] An. 640. Sext. Peducæus, trib. pl. L. Metellum pont. max. totumque collegium pontificum criminatus est, quod de virginum Vestalium incesto male judicassent, Æmilia sola damnata, absolutisque Marcia et Licinia. L. Cassius Longinus, Peducæo rogante, potestate prætoria quæstor extra ordinem factus, judicium de stupro Vestalium de integro restituit. Ita Pædianus.

[m] *Peculatus*] Crimen est quo quis publicas pecunias in proprium peculium avertit. Festus tamen dictum putat a 'pecore,' quod inde initium hujus fraudis esse cœperit. Vide Sigonium de Judiciis II. 28. de Leg. Peculatus.

[n] *Lege nova*] Leges de testamentis fuere duplicis generis: antiquæ, quæ in XII Tabulis extant; novæ, quæ a Q. Voconio Saxa, quæ a P. Falcidio, aliisque, latæ. De Voconia dictum de Fin. lib. II. Falcidia restringebat legata, si dodrante excederent; jubebatque quartam, ad minus, bonorum partem hæredibus relinqui.

[o] *Ope consilioque*] Formula actionis in hominem, quo instigante scelus factum erat. Vide Brisson. de Formulis, lib. V. Reperitur identidem illa formula his duabus literis, O, C, per compendium expressa.

[p] *De fide mala*] Fidem, ut bonam, ita malam, esse posse in tutelis, mandatis, pro sociis, fiduciis, &c. dicetur de Off. lib. I. Tutela est, 'vis ac potestas in caput liberi, ad defendendum eum, qui per ætatem suam defendere se nequit:' mandatum est 'contractus bonæ fidei, de eo, quod fieri sine mercede convenit, periculo mandatoris exequendo, inter quos jure civili licet, factus.' Sigon. de Judiciis I. 5. 3. Judicium pro socio, spectat 'omnem actionem forensem, quæ nascitur ex contractu societatis.' Fiduciæ contractus est 'quo quis, fide alterius fretus, dicis causa, id est, per simulationem, rem aliquam illi mancipat, ea lege, ut eandem postmodum certo tempore redhibeat ac remancipet.' Fiduciæ solennia verba, ut de Off. lib. III. habetur, hæc erant: 'Uti ne propter te, fidemve tuam, captus fraudatusve sim.'

Digitized by Google

reliqua, quæ, ex emto, aut vendito, aut[8] conducto, aut locato, contra fidem fiunt. Inde judicium publicum rei privatæ lege Lætoria:[q] inde everriculum malitiarum omnium, judicium de dolo malo: quod C. Aquillius,[r] familiaris noster, protulit; quem dolum idem Aquillius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum. 75. Hanc igitur tantam a Diis immortalibus[9] arbitramur malorum sementem esse factam? Si enim rationem hominibus Dii dederunt, malitiam dederunt: est enim malitia,[10] versuta et fallax nocendi ratio. Iidem etiam Dii fraudem dederunt, facinus, ceteraque, quorum nihil nec suscipi sine ratione, nec effici, potest. Utinam igitur, ut illa anus[s] optat,

Dav. et seqq. *venena* edd. vett.—8 Ita A B C G H I M N, Paris. 1.2.3. E O U, Gud. 2. Glog. Red. Dav. et recentt. *aut* omittunt edd. vett. Maunt. Lamb. *condito* Paris. 2. Mox, *rei privatæ l. L. i. e. m. o. judicium* desunt in Paris. 3. *lege Plætoria* ex auctoritate Tabulæ Heracleensis vs. 112. Heindorf. Nobb. Orell. Cf. Maresoll. p. 139. et Beier ad Offic. tom. II. p. 290. *lege Lectoria* Junt. Maunt. *unde everr.* Schutz.—9 *Hanc igitur a Diis immortalibus tantam* Maunt. Lamb. *malorum sementim* Victor. et Bouh.—10 Duo codd. Moseri, Ascens. Heindorf. Schutz. *est etiam malitia*; margo Venet. 1507. Junt. Maunt. Lamb. *est et malitia*. Mox, *ratio nocendi* Med. Eliens. C H I M, Paris. 1. 3. Gud. 2. Victor. Ascens. Junt. Hervag. Dav. *iidem autem Dii* Maunt. Lamb. *Idem etiam Dii* A B C E. *Item etiam Dii* M N. Nostram lect. exhibent Paris. 1. 2. 3. G H I K, Gud. 2. Glog. Red. Victor. Ascens. Mars. Thuan. Hervag. Pro *fraudem* Gud. 2 habet *eundem*. M *facinusque*

NOTÆ

[q] *Lege Lætoria*] Lætoria gens consularis fuit, duas in familias divisa, Mergorum et Plancianorum. Non extat quis ex illis legem eam tulerit, qua 'cuivis e populo actio permittebatur,' ea enim publica judicia vocabantur, teste Sigonio de Judiciis lib. II. De comitiis quidem latam legem esse a Caio quodam Lætorio, una cum Publio Philone, extat in fastis Capitolinis ad annum 282. De judiciis autem publicis nullius Lætorii lex apparet. Ea lege adolescentium circumscriptio, seu fraus pupillis facta, coërcita est. Tull. de Off. lib. III.

[r] *C. Aquillius*] Cognomento Gallus, nobilis jurisconsultus. Hunc Cicero ubique, præsertim in Orat. pro A Cæcina, laudat. Collegam suum appellat, quia simul præturam gessere; et videbatur quoque consulatum cum eo petere voluisse, ex Epist. ad Att. I. 1. Constitutionis formulas primus protulit de dolo malo, in quibus dolum malum definivit esse, cum aliud simulatum, aliud actum est. Illud idem de dolo malo judicium, seu definitionem, commendat Cic. de Offic. lib. III. De C. Aquillio plura Rutil. in Catalogo illustrium jurisconsultorum.

[s] *Illa anus*] Nutrix Medeæ, quæ in Ennii tragœdia, quæ Medea inscripta erat, et ex Euripide translata, optat ut ne unquam fabricata esset navis

Digitized by Google

ne in nemore Pelio, securibus
Cæsa cecidisset[11] abiegna ad terram trabes;

sic istam calliditatem hominibus Dii ne dedissent! qua perpauci bene utuntur; qui tamen ipsi sæpe a male utentibus opprimuntur: innumerabiles autem improbe utuntur; ut donum hoc divinum rationis et consilii, ad fraudem hominibus, non ad bonitatem, impertitum[12] esse videatur.

XXXI. 76. Sed urgetis[1] identidem, hominum esse istam culpam, non Deorum; ut si medicus gravitatem morbi, gubernator vim tempestatis, accuset: etsi hi quidem homunculi; sed tamen ridiculi. Quis enim te adhibuisset, dixerit quispiam, si ista[2] non essent? Contra Deum licet disputare liberius? In hominum vitiis, ais, esse culpam. Eam dedisses[3] hominibus rationem, quæ vitia culpamque excluderet. Ubi igitur[4] locus fuit errori Deorum? nam patrimonia, spe bene tradendi, relinquimus; qua possumus falli: Deus falli qui potuit?[a] An ut Sol, in currum cum Phaëthontem filium sustulit? aut Neptunus,[5] cum Theseus

[a] *Respondetis identidem hominum esse istam culpam, non Deorum: sed illa responsio perinde inepta est, ac ineptus sit medicus, qui quod ægrotum non sanaverit, accuset gravitatem morbi, non inscitiam suam; aut gubernator, qui quod navis perierit, vim tempestatis accuset, non imperitiam suam: quanquam, non sine excusatione est medicus, cum sit homunculus, qui morbos quidem aliquos sanare possit, sed non eos qui nullum remedium admittant. Sed tamen ridiculus est. Dicere enim jure possit aliquis medico, Medice, quis te advocasset, nisi gravis esset morbus, et difficile remedium? morbum igitur aut sanare debuisti, aut conari ut sanaretur. Sed majorem vim habet in Deum illa exprobratio, nec ulla Deo est excusatio. Poteras videlicet eam hominibus dare rationem, quæ vitia culpamque excluderet. Non igitur Deus errorem excusare suum potest, sicut suum possunt parentes, qui patrimonia filiis relinquunt spe boni usus; falli quippe Deus non potest, homines possunt.*

ceteraque.—11 *Cæsa accidisset* e codd. Heindorf. Schutz. Moser. Orell.—12 Junt. Victor. *impartitum.*

Cap. xxxi. 1 *Sed urges* Gnd. 2. Statim, *istam culpam esse* M, Paris. 1. *ut si medicum* Paris. 1. 3. *gubernatorum tempest.* A. Deinde, *et siquidem hom.* N. *et sibi quidem hom.* A.—2 B E, H a m. pr. *sed ista.*—3 *Eam dedisset* Mars. *Eam dedisse* B H I M N, Glog. Paris. 2. 3.—4 *Ubi ergo* M, Red. *locus fuerit* A, Paris. 2. *fuit locus* N.—5 Dav. e codd. Heindorf. Schutz. Nobb. *aut ut Neptunus.* Mox, *e tribus optandi* conj. Ernesti. *patre* omittunt duo codd.

NOTÆ

Argonautarum quæ tanta mala in Medeam refudit. Vide notas nostras, de Fin. lib. v. in istos versus.

Digitized by Google

Hippolytum perdidit, cum ter optandi[t] a Neptuno patre habuisset potestatem? 77. Poëtarum ista sunt: nos autem philosophi esse volumus, rerum auctores, non fabularum. Atque ii[6] tamen ipsi Dii poëtici, si scissent perniciosa fore illa filiis, peccasse in beneficio putarentur. Et,[7] si verum est, quod Aristo Chius dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta male interpretarentur; posse enim asotos ex Aristippi,[u] acerbos a Zenonis schola exire; prorsus, si, qui audierunt, vitiosi essent discessuri, quod perverse philosophorum disputationem[8] interpretarentur; tacere præstaret philosophis, quam iis, qui se audissent, nocere. 78. Sic, si homines rationem, bono consilio a Diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt; non dari illam, quam dari, humano generi melius fuit. Ut, si medicus sciat, eum ægrotum, qui jussus sit[9] vinum sumere, meracius[b] sumturum, statimque periturum; magna sit in culpa; sic vestra ista Providentia reprehendenda, quæ rationem dederit iis, quos scierit ea perverse et improbe usuros. Nisi forte dicitis, eam nescisse.[10] Utinam quidem! Sed non audebitis: non enim ignoro, quanti ejus nomen[11] putetis.

[b] *Nulla dilutum et aspersum aqua.*

Moseri, non improbante Beiero ad Offic. tom. II. p. 361.—6 *Atque hi* Glog. Red. B G H, E, Paris. 2. Heindorf. Orell. *Atque tamen hi* Paris. 3. *Atque tamen ii* M. *Atque omittit* N. *peccasse ut beneficio* ψ.—7 *Ut* conj. Dav. Paulo post, *male interpretantur* Dav.—8 Eliens. Junt. Victor. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell. *disputationes.* Mox, *præstare* Manut. *philosophos* conj. Lamb. in marg. ed. 1584. *quam his* margo Venet. 1507. Junt. Victor.—9 Codd. aliquot *cui usus sit;* Ascens. Junt. *cui jussisset,* probante Dav.—10 Margo Venet. 1507. Junt. Manut. Lamb. *nescivisse.*—11 Dav. conj. *numen,* probante Ernestio.

NOTÆ

[t] *Ter optandi*] Theseus, potestate sibi a Neptuno patre facta tria petendi, tria petiit: 1. Ut ex inferis rediret; 2. ut labyrintho se expediret; 3. ut Hippolytum filium suum necaret, quem falso accusaverat Phædra tentatæ pudicitiæ, quia novercæ libidini noluisset assentiri.

[u] *Aristippi*] Aristippus auditor Socratis, auctor Cyrenaicorum. Voluptatem volebat esse finem ultimum hominis. Zeno nihil in bonis numerabat nisi virtutem. Sicut doctrina Aristippi, nisi bene intelligatur, inquit Cotta, qui hic loquitur, asotos, hoc est luxu perditos, efficere potest; ita Zenonis opinio, male intellecta, acerbos, seu vitæ durioris

Digitized by Google

XXXII. 79. Sed hic quidem locus concludi jam potest.[1] Nam si stultitia, consensu omnium philosophorum, majus est malum, quam si omnia mala et fortunæ[2] et corporis ex altera parte ponantur; sapientiam autem nemo assequitur; in summis malis omnes sumus, quibus vos optime consultum a Diis immortalibus dicitis. [*p.* 76.] Nam, ut nihil interest, utrum nemo valeat, an nemo possit valere;[3] sic, non intelligo, quid intersit, utrum nemo sit sapiens, an nemo esse possit. Ac nos quidem nimis multa de re apertissima. Telamo[4] autem uno versu locum totum conficit, cur Dii homines negligant:

> Nam si curent,[x] bene bonis sit, male malis; quod nunc abest.[e]

Debebant illi quidem omnes bonos efficere,[5] si quidem hominum generi consulebant. 80. Sin id minus, bonis quidem certe consulere debebant. C-- . ..

[e] *Si enim Dii curarent nostras, bene bo.*

CAP. XXXII. 1 *Sed hic q. l. c. j. p*
mala fortunæ. Mox, *ex altera ponantur*
2.—3 K *nihil interest utrum an nemo poss*
4 Ita plerique codd. et edd. recentt. T
1507. Junt. Manut. Lamb. Mox, *totu*
Paris. 3. *totum conficit locum* Paris. 1.
C H I K M N, ψ, Paris. 1. 2. 3. *utrum*
Ascens. Junt. Manut. Lamb. *ut* A, ma
et margo Venet. 1507.—5 Glog. Red.
6 *Cur igitur duos* Glog. Red. G K, Par
ante Dav. *Cur igitur duo* exhibent A

NOT

homines, facit. Quid enim durius, quam vivere quasi corporis expers sis; nihil timere, nihil dolere, nec si patria deleatur? quæ sunt scholæ Zenonicæ dogmata.

[x] *Nam si curent*] Apud quem poëtam hæc dicat Telamon, obscurum est: dicta putem ex dolore amissi filii sui Ajacis. A Telamone forte appellata Telamones ea signa virilis figuræ, quæ mutulos et coronas sustinent, vulgo *Termes:* si signa muliebris figuræ sint, Cariatides vocantur, pen-

t
f
f
si
le
c:
a

.annonem ad Iaci-

fortissimos et optimos viros, in Hispania Pœnus oppressit? Cur Maximus[z] extulit filium consularem? Cur Marcellum[a] Hannibal interemit? Cur Paulum Cannæ[b] sustulerunt? Cur Pœnorum crudelitati[7] Reguli corpus[c] est præbitum? Cur Africanum domestici parietes non texerunt? Sed hæc vetera, et alia permulta. Propiora[8] videamus. Cur avunculus meus, vir innocentissimus, idemque doctissimus, P. Rutillius[d] in exilio est? Cur sodalis meus interfectus domi suæ, Drusus?[e] Cur temperantiæ

seqq.—7 *Cur crudelitati Penorum* G K. *est præditum* B M. *est proditum* Glog. Paris. 3, *corpus præbitum est* Red.—8 A B C H K, E, *propriora*.—

NOTÆ

bile; iterum Magonem et Hasdrubalem, primum ad Illiturgum, tum ad Mundam, denique ad Auringen superarent. Sed tandem Punicæ insidiæ, alterum ferro castra metantem, alterum, cum evasisset in turrim, cinctum facibus, oppresserunt. Flor. II. 6.

[z] *Cur Maximus*] Locum hunc illustrat alter ex libro de Senect: 'Multa in eo viro (Q. Fabio Maximo) præclara cognovi; sed nihil est admirabilius quam quomodo ille mortem M. filii tulit, clari viri et consularis.' De patre et filio plura nos eo libro.

[a] *Marcellum*] M. Marcellus, cum primus Hannibalem vinci posse docuisset, eo bis fuso ad Nolam, nocte quadam speculandi gratia castris egressus, a multitudine hostium in Brutiis, apud Lucanos, circumventus, lancea transfixus est. Corpus, annulo ablato, punico sagulo et corona laurea magnifice ornatum, cremari Hannibal jussit. Val. Max. v. 1. Plut. in Vita Marcelli.

[b] *Paulum Cannæ*] De Æmilii Pauli morte ad Cannas, hæc pauca ex T. Livio habe: Funda ictus, et cruore conspersus, sedit in saxo; Cn. Cornelio equum sibi offerenti, has ultimas voces reddidit: 'Abi, nuntia publice patribus, urbem muniant, ac prinsquam hostis victor adveniat, præsidiis firment; privatimque Fabio, L. Æmilium, præceptorum ejus memorem, et vixisse et adhuc mori.' Illum deinde hostes, ignari quis esset, obruerunt telis.

[c] *Reguli corpus*] De Reguli morte plura de Finib. lib. v. et de Off. lib. III. de Africani junioris morte, de Nat. Deor. lib. II. Vide super ea re Paterculum et Appian. Bell. Civil. lib. I.

[d] *P. Rutillius*] Cos. an. 649. Quod, legatus C. Marii, ut scribit Florus, vel potius Q. Mucii, ut bene correxit Sigonius, a publicanorum avaritia Asiam defendisset, eorum conspiratione invisus equestri ordini, ex quo publicani plerumque legebantur, et penes quem id temporis ex Gracchanis legibus judicia erant, vel repetundarum, vel læsæ majestatis, injuste damnatus, Smyrnam secessit, ubi studiis literarum totum se tradidit. Asiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos obviam miserunt, ut triumphus magis quam exilium videretur. Constantiam ejus multis laudat Sen. de Provid. Valer. Max. II. 10.

[e] *Suæ Drusus*] M. Livius Drusus,

Digitized by Google

prudentiæque specimen, ante simulacrum Vestæ, pontifex maximus est Q. Scævola[f] trucidatus? Cur ante etiam[9] tot civitatis principes a Cinna[g] interemti? Cur omnium perfidiosissimus, C. Marius, Q. Catulum,[h] præstantissima dignitate virum, mori potuit jubere? 81. Dies deficiat,[10] si velim numerare, quibus bonis male evenerit; nec minus, si commemorem, quibus improbis optime. Cur enim Marius[11] tam feliciter, septimum consul, domi suæ senex est mortuus? cur, omnium crudelissimus, tam diu Cinna regnavit? At dedit pœnas.[12] XXXIII. Prohiberi melius

9 Glog. Red. G K M, Paris. 1. 3. margo Venet. 1507. Junt. Mars. Hervag. Ascens. Manut. Lamb. Moser. *cur etiam ante.*—10 *Dies deficiet* A G K, Red. *Dies desinat* Glog. *Dies me deficiat* duo codd. Davisii et Lamb. Actutum, *si v. enumerare* conj. Ernesti. Pro *commemorem* Glog. habet *connumerare*, unde *commemorare* fecit Heindorf. *communi more* Paris. 3. *sic commemorem* C O U.—11 *Cum enim Marius* Paris. 3. *septimo consul* Reg. *septies consul* Glog. Red. Pall. 1. 2. Wouw, Paris. 3. K M. *septimus consul* A. *septies morit domui* Paris. 2. *senex* omittit K. *mortuus est* G K.—12 *Addidit pœnas* H I. *Addit pœnas* Paris. 3.

NOTÆ

Cottæ in pontificia dignitate sodalis, tribunus plebis cum esset, varias leges populo Rom. odiosas tulit; præsertim legem de civitate sociis danda. Adversante vero omni civitate, Drusus anxius ut sociorum postulata differret, repente in publico concidens, sive morbo comitiali, sive hausto caprino sanguine, semianimis domum relatus: vota pro ejus salute per Italiam a sociis publice sunt suscepta: hinc bellum sociale exortum. Drusus in senatu, ut causa belli, accusatus, cum domum inde se reciperet, incerto auctore inter turbam cultro vulneratus, in atrio corruit. Invidia cædis penes Philippum et Cæpionem fuit, ut tradit auctor de Viris Illustribus; aut Q. Varium, collegam, ut Cicero mox. Leges ejus omnes, velut contra auspicia latas, Philippo cos. referente, senatus abrogavit; nec ulla quæstio de morte ejus habita. Plura de Leg. lib. II.

[f] *Q. Scævola*] E gente Mucia, cognomento Pontifex, qui L. Crassi oratoris fuit, tum in prætura, tum in consulatu, collega. Asiam prætor tam sancte administravit, ut aliis tanquam forma justi imperii proponeretur, et in ejus honorem festa Mucia ab Asianis instituta. Civili bello a L. Damasippo prætore in curia Hostilia cæsus est, quod Sullanis partibus faveret. Vell. Pat. Vitam ejus habet Bernard. Rutil. in Viris Jurisconsult.

[g] *A Cinna*] Cinnæ jussu interemti, Octavius, cos. L. Cornel. Merula, flamen Dialis; M. Antonius, princeps civitatis; et alii.

[h] *Q. Catulum*] E gente Luctatia, Marii in consulatu collegam, et socium in triumpho de Cimbris. Ad mortem quæsitus, conclusit se loco nuper calce arenaque perpolito, illatoque igne qui vim odoris excitaret, exitiali hausto spiritu, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Paterc. lib. II.

Digitized by Google

fuit, impedirique, ne tot summos viros interficeret, quam ipsum aliquando pœnas dare. Summo cruciatu supplicioque Q. Varius,[i] homo importunissimus, periit: si, quia[1] Drusum ferro, Metellum veneno, sustulerat; illos conservari melius fuit, quam pœnas sceleris Varium pendere. Duodequadraginta Dionysius[k] tyrannus annos[2] fuit opulentissimæ et beatissimæ civitatis. 82. Quam multos ante hunc, in ipso Græciæ flore, Pisistratus![l] At Phalaris, at Apollodorus,[3] pœnas sustulit. Multis quidem ante cruciatis et necatis. Et prædones multi[4] sæpe pœnas dant: nec tamen possumus dicere, non plures captivos

Cap. xxxiii. 1 Ita cum codd. Venet. 1507. Grut. seqq. *sed quia* G K, Paris. 1. 3. Junt. Victor. Manut. Lamb. *sic quia* N. *periit. Quia . . . sustulerat. Illos, &c.* vir quidam doctus ap. Moser. *Drusum febro Metallum* Paris. 3. *Sed quid? quia Drusum ferro, &c.* I.—2 *Duodequadraginta annos Di. tyrannus* Glog. Red. Heindorf. Schutz. Nobb. Orell.—3 *Quam multas autem hoc ipso Græciæ flore P. ac P. et Apoll.* Glog. *Quam multas autem hoc ipso genere flore P. a falaris Apoll.* Red. *Quam multas . . . P. ac P. ac Apoll.* E G. *ac P. ac Apoll.* habet item K. *Quam in multis autem ante hunc ipso Græciæ, &c.* M. Lect. nostram exhibent codd. Lambini, A B C H I N, Gud. 2. Paris. 1. 2. 3. O U ψ. *Quam multos . . . Pisistratus, ac P. atque Apollodorus sustulit? At pœnas dederunt. Multis, &c.* Lamb. in ed. 1566. Wyttenb. volebat *tulit*; vel *Phalaridem et Apollodorum pœna sustulit.*—4 *Et p. quidem multi* Red. Heindorf.

NOTÆ

[i] *Q. Varius*] Patria Sucronensis, homo vastus et fœdus. Cic. de Orat. lib. I. Ob jus civitatis obscurum dictus est Hybrida. Tribunus plebis accusavit M. Æmilium Scaurum. Val. Max. III. 7. Tulit et legem adversus collegarum intercessionem, et ipse deinceps lege sua damnatus est. Val. Max. VIII. 6. Dicitur item in Bruto orator acutus in inveniendo. Vide porro ne hunc Q. Varium putes esse familiarem illum Antonii triumviri, quem ædilicium Antonius, per tempus obsidionis Mutinensis, cum mandatis ad senatum misit; et qui, cum ædilis esset, jussu Antonii, per servos publicos in convivio loris cæsus est. Cic. Philip. VIII.

[k] *Dionysius*] Senior cognominatus, qui annos 25. natus, occupata per fraudem tyrannide Siciliæ, sua crudelitate nobilitatus est. Vir tamen bello strenuus, a quo victi sæpe Carthaginienses.

[l] *Pisistratus*] Hippocratis filius, doctrina et eloquentia insignis, tyrannidem Athenis ter occupavit: primum quidem, omnium consensu, uno Solone repugnante: denuo Megaclis auxilio, cujus factione primum regno dejectus fuerat: tertio denique, dimissis quos prælio vicerat Atheniensibus, restitutus est. Apollodorus, Cassandriæ, quam alii Potidæam vocant, in Macedonia, tyrannus fuit. Eo ille forte supplicii genere affectus est, quod per somnium vidisse dicitur a Plut. lib. De his qui sero a numine puniuntur. Se enim a Scythis excoriari, dein elixari somniavit.

Digitized by Google

acerbe, quam prædones, necatos. Anaxarchum[5] [m] Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus: Zenonem[n] Eleæ in tormentis necatum. Quid dicam de Socrate? cujus morti[6] illacrymari soleo, Platonem legens.[o] Videsne igitur, Deorum judicio, si vident res humanas, discrimen esse sublatum? XXXIV. 83. Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum,[p] qui temporibus illis prædo felix[1] habebatur, contra Deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret. Dionysius (de quo ante dixi), cum fanum Proserpinæ Locris expilavisset, navigabat Syracusas: isque cum[2] secundissimo vento cursum teneret, ridens, 'Videtisne,' inquit, 'amici, quam bona a Diis immortalibus navigatio sacrilegis detur?' Atque[3]

Schutz.—5 *Anaxarcum* A C I M. *Anaxartum* K. *Democritum* Paris. 1. I. *Democritium* Manut. Lamb. Orell. Mox, *Zenonem Elateum* Venet. 1507. Manut. Lamb.—6 N, Med. *mortem*, improbantibus Heindorf. et Moser. Davisius conf. Corn. Nepot. Alcib. c. 6.

CAP. XXXIV. 1 Red. *prædo infelix Pamphylia;* unde Heindorf. et Schutz. *prædo in Pamphylia felix;* Creuz. *prædo felici in Babylonia.*—2 *Syracusas; quo cum* conj. Heindorf. *secundissime cursum* codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Manut. Lamb.—3 *Atque* H I, Paris. 1. *At quæ* Junt. *Idque* de Lam-

NOTÆ

[m] *Anaxarchum*] Democriti, vel, ut aliis placet, Metrodori Chii, aut Dionis Smyrnæi, sectatorem. Alexandrum secutus est; qui cum satrapas suos laute exciperet, jussit Anaxarchum regiam ad mensam sedere. Quæsivit quid cœnæ deesset; tum Anaxarchus, 'Nihil, præter caput unius e convivis;' simul oculis signans Nicocreontem Cyprium tyrannum, qui tunc aderat. Nicocreon, quamdiu vixit Alexander, odium dissimulavit; sed, eo exstincto, Anaxarchum comprehensum, nudatumque, misit in mortarium, et pistillo contundi jussit: ille vero, dum tunderetur, 'Tunde, tunde,' inquit, 'Anaxarchi sacculum, nam Anaxarchum ipsum attingere non potes.' Plura Val. Max. III. 3. et nos Tuscul. lib. II. 2.

[n] *Zenonem*] Jussu Phalaridis, auctore Val. Max. Nearchi, vel Diomedontis, ut Laërtio et Suidæ melius placet: Phalaris enim Zenone paulo superior ætate fuit. Mortem Zenonis narrat Val. Max. III. 3.

[o] *Platonem legens*] In extremo Phædone. Accusatio Socratis triplex fuit: quod patrios Deos respueret; quod novos induceret; quod juventutem corrumperet.

[p] *Harpalum*] Alexandro Magno carissimum, et ab eo, post Mazæi mortem, satrapia Babyloniæ donatum, thesaurorumque custodiæ præfectum. Is, profecto ad Indicam expeditionem Alexandro, nunquam reversurum ratus, quinque talentorum millia ex gaza regia rapuit; sed, reverso Alexandro, varias in provincias profugus, dum in Cretam navigat, ab uno e familiaribus interfectus est. Q. Curt. X. 6.

Digitized by Google

homo acutus, cum bene planeque percepisset, in eadem sententia perseverabat: qui, cum ad Peloponnesum[q] classem appulisset, et in fanum venisset Jovis Olympii, aureum ei detraxit amiculum, grandi pondere, quo Jovem ornarat ex manubiis Carthaginiensium tyrannus Gelo.[4 r] Atque in eo etiam cavillatus est, æstate grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum; eique laneum pallium injecit, cum id esse ad omne anni tempus diceret. Idemque Æsculapii Epidauri[5] barbam auream demi jussit: neque enim convenire, barbatum esse filium, cum in omnibus fanis pater imberbis[s] esset. 84. [*p.* 77.] Jam mensas[6] argenteas de omnibus delubris jussit auferri; in quibus quod, more veteris Græciæ, inscriptum esset, 'Bonorum Deorum,[t]' uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem Victo-

bini conjectura Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. Orell. Mox, *bene plane percepisset* Orell. ut Tusc. II. 44.—4 Ita plerique codd. et edd. antiquiss. item Grut. Heindorf. Schutz. *tyrannus Hiero* Glog. tres codd. Moseri, Ascens. Junt. Moser. ut ap. Val. Max. I. ext. 1. 3. Mox, *gravem esse* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Tum, *id esse aptum ad omne* Reg. Med. Eliens. Glog. Red. Gud. 2. G, E O U, Bonon. 1494. Mars. Ascens. Junt. Manut. Lamb. Heindorf. Schutz. Moser. Nobb. *id esse apte ad omne* N. *ad omni anni* A K. *tempus* omittit K.—5 *Epidaurii* Pal. 5. Lamb. Ap. Val. Max. l. l. est 'Epidauri Æsculapio.'—6 Ita plurimi codd. et edd. etiam Schutz. et Nobb. *Idem mensas* cum Val. Max. l. l. codd. aliquot, etiam Red. Heindorf. Moser. Orell. *Idemque mensas* e Reg. Dav. Mox, *more Græciæ veteri* e codd. vestigiis

NOTÆ

[q] *Ad Peloponnesum*] Petrus Victorius Ciceronem temere hic corrigit, aitque detractum Jovi amiculum aureum non in Peloponneso, sed Syracusis, ubi templum Jovis Olympii fuisse auctor est ipse Cicero in Verr. IV. Fuit quidem Syracusis templum Jovis Olympii, at ideone non fuit in Peloponneso alterum? Male quoque pro Gelone Hieronem substituit Val. Max. I. 25. ubi multa illius Dionysii sacrilegia congerit.

[r] *Gelo*] Tyrannus Siculus: dum Xerxes invadit Græciam, Carthaginienses, icto cum ipsis fœdere, impulit, ut Siciliam totis viribus aggrederentur. Sed ut Xerxes a Græcis victus fugatusque est, ita ipsi, Gelonis dolo, cæsi sunt tanta strage, ut, amissis suorum 150 millibus, vix pauci cladis nuntii domum redierint. Vide Diodor.

[s] *Pater imberbis*] Apollo, qui imberbis adolescens pingi solebat, quod vi solis adolescant omnia; barbatus vero Æsculapius, ut medicorum principem decet. Epidaurus sita est in Peloponneso, ad sinum Saronicum.

[t] *Bonorum Deorum*] Athenæus semel tantum id a Dionysio factum narrat, remque paulo aliter refert. Mos erat, Æsculapio 'merum boni dæmonis,' ut aiebant, 'præbibere,' in eo delubro; cum ergo posita es-

Digitized by Google

riolas[u] aureas, et pateras, coronasque,7 quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat; eaque se accipere, non auferre, dicebat; esse enim stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere. Eundemque ferunt hæc,8 quæ dixi, sublata de fanis, in forum protulisse, et per præconem vendidisse; exactaque pecunia, edixisse, ut, quod quisque a sacris haberet, id ante diem certam in suum quodque fanum referret. Ita, ad impietatem in Deos,9 in homines adjunxit injuriam. XXXV. Hunc igitur nec Olympius Jupiter fulmine percussit, nec Æsculapius misero diuturnoque morbo tabescentem 1 interemit: atque in suo lectulo mortuus, in Tympanidis [x] rogum illatus est; eamque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam et legitimam, hæreditatis loco filio [y] tradidit. 85. Invita

Heindorf.—7 Glog. Nobb. *et pateras et coronas;* Red. *paterasque coronas;* Heindorf. conj. *paterasque et coronas.* Statim, *quæ simulacra p. m. sustinebant* Glog. et Monac.—8 Glog. Heindorf. Schutz. Nobb. *hæc omnia.* Mox, *pecunia dixisse* tres codd. Moseri et Lamb. *quisque ex sacris* Glog. Heindorf. Schutz. *quisque sacri* codex unus Moseri, Victor. probante Orell. Deinde, *quidque fanum* Junt. Victor. Manut. Lamb. Dav.—9 *Ita adimpleta temeritate in Deos* duo codd. Moseri: *Ita ab impia temeritate in Deos* Victor. *injunxit injuriam* duo codd. Moseri et Victor.

CAP. XXXV. 1 Duo codd. Moseri, Manut. Lamb. *intabescentem.* Statim *in Tympanidiis rogo* margo Venet. 1507. *in tyrannidis rogum* B H, Hervag. Junt. Victor. *in typanidis rogum* C G N. *mortuus vi tympanitidis, rogo, &c.*

NOTÆ

set ante Æsculapium mensa, præbibit merum boni dæmonis Dionysius; et ubi præbibisset, mensam, ut in cœnis assolet, exportari jussit.

[u] *Victoriolas*] Exiguas Deæ Victoriæ statuas, quas victores consecrabant. Illarum formam describit Prudent. contra Symmach. lib. II. et ex illo Turneb. Advers. XIII. 12. 'Puella,' inquit, 'formabatur pexo crine, pennigera, nudo pede suspensa, strophio revincta, sinu vestis fluitante,' &c.

[x] *Tympanidis*] Quod illius vocis nulla uspiam mentio sit, hinc locum plerique omnes mendosum esse aiunt, leguntque alii in *Tyrannidis rogum*, sive *in regium rogum;* alii *in tympanidiis, in rogum.* Tympanidia esse volunt tympana minora, adduntque, quo auctore nescio, ut Latinos tibiis, ita Græcos tympanis in funeribus uti solitos. Ego vocem ipsam omnino tolli velim, ac legi *in rogum illatus est.*

[y] *Filio*] Dionysio juniori, de quo nos alias sæpe. Is, cum varias fortunæ vices expertus esset, et quartum fuisset exul, in turpissimo exilio consenuit apud Corinthios. Ita Justin.

Digitized by Google

in hoc loco versatur oratio: videtur enim auctoritatem afferre peccandi. Recte [2] videretur, nisi et virtutis et vitiorum, sine ulla divina ratione, grave ipsius conscientiæ pondus esset: qua sublata, jacent omnia. Ut enim [3] nec domus nec respublica ratione quadam et disciplina designata videatur, si in ea nec recte factis præmia extent ulla, nec supplicia peccatis; sic mundi divina in homines moderatio profecto nulla est, si in ea discrimen nullum est bonorum et malorum.

86. At enim minora Dii negligunt, neque agellos singulorum nec viticulas persequuntur; nec,[4] si uredo aut grando quippiam nocuit, id Jovi animadvertendum fuit. Ne in regnis [5] quidem reges omnia minima curant. Sic enim dicitis; quasi ego paulo ante de fundo Formiano [a] P. Rutillii sim questus, non de amissa salute. XXXVI. Atque [1] hoc quidem omnes mortales sic habent, externas commoditates, vineta, segetes, oliveta, ubertatem frugum et fructuum, omnem denique commoditatem prosperitatemque vitæ, a Diis se habere: virtutem autem nemo unquam acceptam Deo retulit. 87. Nimirum recte. Propter virtutem enim jure laudamur, et in virtute [2] recte gloriamur: quod non contingeret, si id donum a Deo, non a nobis, haberemus. At vero aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti [3] boni, aut depulimus

conj. Meyer. *immortuus tyrannidi, in Temenite rogo, &c.* conjecerunt Hemsterh. et Wyttenb.—2 Ita Victor. et Dav. *et recte* codd. aliquot, margo Junt. Manut. Lamb. Schutz. Nobb. *recteque* Glog. Red. Heindorf. Moser. Statim, *ipsi conscientiæ* conj. Dav.—3 *Ut autem* conj. Dav. Paulo post, *mundi* uncis inclusit Dav. 'Assentimur Davisio delenti vocc. *in homines*.' Lall. *in homines divina* Glog. Red. Heindorf.—4 Lamb. *neque*. Mox, *cuipiam nocuit* Red. Victor. *cuipiam quidpiam nocuit* conj. Heindorf. *id Jovi advertendum* Pal. 1. probante Grut. *ideo in Deos anim.* Glog. Paris. 3. La. *in animo advertendum* N.—5 *Nec in regnis* E K, Paris. 1. 2. 3. *Nec in regnis quia nec reges* Glog.

CAP. XXXVI. 1 *Atqui* conj. Dav. ut habet codex unus Moseri. Paulo post, *autem* post *virtutem* omittunt Red. et Manut. probante Heindorf. *Deo acceptam retulit* Red. Heindorf. Schutz. Nobb.—2 Lamb. *et de virtute*.—3 A I,

NOTÆ

[a] *Formiano*] Agrum quem habuit Rutillius prope Formias, urbem Campaniæ, damnatus exilio, amisit. Illum quod amiserit, non queritur Cotta, levis est enim jactura agelli; sed quod vitam amiserit, hoc queritur.

mali, cum Diis gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumtum arbitramur. Num quis, quod bonus vir esset, gratias Diis egit unquam? At quod dives, quod honoratus, quod incolumis. Jovemque Optimum, Maximum,[4] ob eas res appellant, non quod nos justos, temperatos, sapientes efficiat, sed quod salvos, incolumes, opulentos, copiosos. 88. Neque Herculi quisquam [a] decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. Quanquam Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem [b] immolasse[5] dicitur. Sed id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. Ad rem autem ut redeam, judicium hoc omnium mortalium est, fortunam a Deo petendam, a se ipso sumendam esse sapientiam. Quamvis licet[6] Menti delubra, et Virtuti, et Fidei, consecremus; tamen hæc in

Gud. 2. *fortuitu*, quod non displicet Mosero. Mox, *tum Diis* Glog. Red. A B C E G H K, Paris. 2. 3. Venet. 1507. Junt. Victor. Heindorf. Moser. 'Sane contra veram loci sententiam, quæ est: At tum nihil . . . arbitramur, cum honoribus aucti, &c. uti facere solemus, Diis gratias agimus.' *Orell.*—4 Med. Reg. G N, La, Gud. 2. E O U ψ, Victor. Dav. *optimum et maximum*. Actutum, *ob eas res* suspecta sunt Ernestio; Heindorfio et Mosero non item. Pro *temperatos* Lamb. legit *temperantes*.—5 Victor. et Dav. *immolavisse*. Paulo post, *sanguine respergeret* e duobus codd. Dav.—6 Ita Pall. 1. 2. Buslid. Vossian. Gronov. Dav. Heindorf. Moser. Orell. *Quamvis enim* Reg. *Quamvis enim licet* conj. Heindorf. *licet* omittunt G K, Gud. 2. E O U, Bonon. 1494. Mars. Ascens. Hervag. Pro *Menti* Paris. 3 habet *nostra*; La *nostro*. Tum, *et Fidei, et Spei consecremus* de Pearcii conjectura Lall. improbantibus Moser. et Orell. *consecramus* Gud. 2. *ipsis ita videmus* A B G H I K M, Paris. 1. 2. 3. E U, Junt. Victor.

NOTÆ

[a] *Herculi quisquam*] Solenne fuit apud Romanos bonorum decimam Herculi consecrare. Ita Plaut. passim. Moris originem investigat Plut. in Quæstionibus Romanis.

[b] *Musis bovem*] Hecatomben immolasse refert Laërt. Ferunt alii Pythagoram nec Herculi, nec Apollini, nec ulli Deorum hostias unquam immolasse, vel quod negaret mortua mortuis expianda, vel ne animas, quas e corporibus in corpora transfundi docebat, cædibus pollueret: quare fertur aram solius Apollinis veneratus esse, quod in ea non victimæ, sed hordeum et placentæ offerrentur. Aristot. apud Laërt. Bovem igitur fictilem ab eo oblatum aliqui tradiderunt, cum propositionis, quæ apud Euclidem est 47. lib. I. demonstrationem invenit; videlicet, 'In triangulo rectangulo quadratum hypothenusæ æquale esse quadratis laterum.'

Digitized by Google

nobis ipsis sita videmus: [p. 78.] Spei, Salutis, Opis, Victoriæ, facultas a Diis expetenda est. Improborum igitur prosperitates secundæque res redarguunt (ut Diogenes dicebat) vim omnem Deorum ac potestatem. XXXVII. 89. At nonnunquam bonos exitus habent boni. Eos quidem arripimus,[1] attribuimusque sine ulla ratione Diis immortalibus. At Diagoras,[2] cum Samothraciam[c] venisset, Atheos ille qui dicitur, atque ei quidam amicus, 'Tu, qui Deos putas humana negligere, nonne animadvertis, ex tot tabulis[3] pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint, in portumque salvi pervenerint?' 'Ita fit,'[4] inquit: 'illi enim nusquam[d] picti sunt, qui naufragia fecerunt, in marique perierunt.' Idemque, cum ei naviganti vectores, adversa tempestate timidi et perterriti, dicerent, non injuria sibi illud[5] accidere, qui illum in eandem navem recepissent; ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes; quæsivitque, num etiam in iis navibus Diagoram vehi crederent. Sic enim res se[6] habet, ut ad prosperam adversamve fortunam, qualis sis, aut quemadmodum vixeris, nihil intersit. 90. Non animadvertunt, inquit,[e] omnia Dii:

CAP. XXXVII. 1 Red. C G, Gud. 2. Ascens. Thuan. Hervag. Junt. Manut. Lamb. *ascribimus.* Actutum *attribuimus sine, &c.* Thuan.—2 *Atque Diagoras* Gud. 2. *Ac Diagoras* N. *Samothracam* tres codd. Leidd. A H, probante Schradero. *Atheus* Glog. Red. A B C G I N, E, Mars. Ascens. Thuan. *atteus* K. *ἄθεος* Manut. Schutz. *amicus* omittit codex unus Moseri, uti volebat Heindorf.—3 Junt. Manut. Lamb. *tabellis.*—4 *Ita sit* Ernesti, errore typogr. Statim, *illi autem* Reg. a m. pr. et margo Venet. 1507. probante Dav. *qui naufragium* codex unus Oxon. margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut. Lamb.—5 Glog. *illud sibi.* Mox, *navim* Glog. Red. Heindorf. Schutz.—6 *Sic enim se res* Red. Heindorf. Schutz. Nobb. *Sic enim sese res* Manut. Lamb.—

NOTÆ

[c] *Samothraciam*] Triplex Samos apud veteres: 1. Samus Ciceroni, Parthenia Straboni, a Parthenio fluvio; insula maris Icarii, Ioniæ adjacens, a qua vasa Samia nomen habuere: 2. insula maris Ægæi, propter Thraciæ viciniam Samothracia appellata; hinc Sibylla Samia: 3. oppidum Magnæ Græciæ, in ora Calabriæ ulterioris, nunc *Crepacuore*, teste Barrio, apud Locros, seu Hieracium urbem, ubi Pythagoram habitasse ferunt.

[d] *Illi enim nusquam*] Paulo aliter dictum refert Laërt. 'Multo plura,' inquit, 'essent, si qui naufragium fecerunt, sua quoque donaria obtulissent.' Sunt qui dictum illud Diagoræ Melio tribuant.

[e] *Non animadvertunt, inquit*] Stoi-

Digitized by Google

ne reges quidem. Quid est[7] simile? Reges enim si scientes prætermittunt, magna culpa est. At Deo ne excusatio quidem est inscientiæ. XXXVIII. Quem vos præclare defenditis, cum dicitis, eam vim Deorum esse, ut, etiam si quis morte pœnas sceleris effugerit, expetantur eæ pœnæ[1] a liberis, a nepotibus, a posteris. O miram æquitatem Deorum! Ferretne ulla civitas[2] latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?

Quinam Tantalidarum[f] internecioni modus
Paretur? aut[3] quænam unquam, ob mortem Myrtili,[g]
Pœnis luendis[4] dabitur satias supplicii?[*]

91. Utrum poëtæ Stoicos[h] depravarint,[5] an Stoici poëtis

[*] *Quis erit finis internecionis Tantalidarum, et quando satiati erunt Dii suppliciis pœnisque repetendis ob mortem Myrtili?*

7 *Qui id est* conj. Heindorf.

CAP. XXXVIII. 1 Glog. Red. G K, E U, margo Venet. 1507. Junt. Heindorf. Moser. *hæ pœnæ*. Mox, *ac nepotibus ac posteris* duo codd. Moseri, Venet. 1507. Victor. Junt.—2 *Ferretne civitas ulla* A B C I M, Paris. 1. Junt. Victor. Dav.—3 Manut. conj. *sit? aut*. Mox, *Mircoli* Paris. 1. *Myrtoli* I. *Mystili* E. *Mystibili* U.—4 *Pœnis luendi* H. *satietas* Red. Glog. A G I K M N, La, Paris. 1. 2. 3. Junt. Victor. *satias* est e cod. Maff. *supplici* Manut. Lamb. Heindorf. Moser.—5 Manut. Lamb. *depravarerunt*. Mox, *portenta autem* conj. Dav. *ab utrisque et flagitia* codd. aliquot, Junt. Victor. Dav.

NOTÆ

cus, qui paulo supra sic excusavit Deos.

[f] *Tantalidarum*] Tantalidæ dicuntur posteri Tantali, quorum plurimi pœnas paterni flagitii tulerunt continuatis cædibus: 1. Pelops patre Tantalo puer obtruncatus est; 2. Atreus et Thyestes mutuis certarunt odiis, quæ diras demum in cædes et Thracias epulas eruperunt; 3. Ægisthus, Thyestæ filius, incitante patre, Atreum; Agamemnonem, Atrei filium, uxor Clytemnæstra; Clytemnæstram Orestes filius sustulit. Tribuuntur hi versus Accio poëtæ.

[g] *Myrtili*] Pelops, qui, a patre Tantalo occisus, Diisque hospitibus appositus fuerat, Deorum beneficio revocatus ad vitam, ad Œnomaum regem Elidos se contulit: qui cum Hippodamiam filiam suam in uxorem deposcentibus, certamen curule proposuisset ea lege, ut victor Hippodamia potiretur, victus plecteretur capite; Pelops Myrtilum, Œnomai aurigam, pecunia corrupit, ut fragiles rotas regio currui adjungeret. Victor Pelops, rogante Œnomao, Myrtilum, in pœnam perfidiæ, in mare præcipitem dedit.

[h] *Poëtæ Stoicos*] Extat apud Plut. fragmentum commentarii, de poëtarum et Stoicorum comparatione, utri absurdiora dicant. Vide quoque ejus-

Digitized by Google

dederint auctoritatem, non facile dixerim: portenta enim et flagitia ab utrisque dicuntur. Neque enim, quem Hipponactis [i] iambus læserat, aut qui erat Archilochi [k] versu vulneratus, a Deo immissum dolorem, non conceptum a se ipso, continebat: nec, cum Ægisthi [l] libidinem, aut cum Paridis videmus, a Deo causam requirimus, cum culpæ pæne vocem audiamus: nec ego [6] multorum ægrorum salutem non ab Hippocrate potius, quam ab Æsculapio, datam judico: nec Lacedæmoniorum disciplinam dicam unquam ab Apolline potius Spartæ, quam a Lycurgo,[m] datam. Critolaus,[n] inquam, evertit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal.[7] Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt, non iratus alicui,[8] quem omnino irasci posse negatis, Deus.[b] 92. At subvenire certe potuit, et conservare urbes

[b] *Hi (Critolaus et Hasdrubal) duas oræ maritimæ pulcherrimas civitates (Corinthum et Carthaginem) destruxerunt, non illas destruxit iratus alicui Deus; nam Deum irasci posse omnino negatis.*

Orell.—6 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. *nec ergo.*—7 *Hannibal* Red.—8 Ita edd. ante Heindorf. qui *aliquis* edidit; *aliqui* cum codd. Schutz. Moser. Nobb. probante Osann. Anal. p. 4. cf. Beier. ad Offic. tom. I. p. 246. Deinde, *Deum* margo Venet. 1507. Junt. Victor. Manut.

NOTÆ

dem Plut. libellum de Repugnantiis Stoicorum.

[i] *Hipponactis*] Hipponax, poëta Ephesius, carminis, quod Scazon vocant, auctor. Is cum vultu deformi esset, Bupalus et Anthermus, sculptores illius ætatis insignes, imaginem ejus ridiculam efformarunt: ipse indignatus, carmen in illos adeo mordax scripsit, ut eos ad laqueum compulisse dicatur. Plin. XXXVI. 5.

[k] *Archilochi*] Poëta Parius, iamborum auctor, temporibus Romuli floruit. Ejus libri propter obscœnitatem a Lacedæmoniis damnati. Lycamben, qui filiam, sibi promissam, alteri collocaverat, insectatus est carmine tam injurioso, ut vitam reste claudere maluerit, quam ducere infamem.

[l] *Ægisthi*] Noti sunt Ægisthi et Clytemnæstræ, Paridis et Helenæ amores.

[m] *Quam a Lycurgo*] 'Lycurgus,' inquit Cic. de Divin. lib. I. 'qui Lacedæmoniorum remp. temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit.' Vide Plut. in Lycurgo.

[n] *Critolaus*] Achæorum dux, belli Achaici fax, et causa excidii Corinthiaci, violatis, quos Corinthum Romani miserant, legatis. Victus ad Thermopylas, ubi viginti millia suorum cæsa sunt, neque post pugnam visus uspiam, neque inter cadavera repertus est. Pausan. Veneno sibi mortem conscivit. Liv. Non ad Thermopylas, sed in Achaia debellatum a Metello, tradit Polybius.

Digitized by Google

tantas atque tales. XXXIX. Vos enim ipsi dicere soletis, nihil esse, quod Deus efficere non possit,[1] et quidem sine labore ullo: ut enim hominum membra, nulla contentione, mente ipsa ac voluntate moveantur; sic numine Deorum omnia fingi, moveri, mutarique posse. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter, sed physica constantique ratione: materiam[2] enim rerum, ex qua et in qua omnia sint, totam esse flexibilem et commutabilem, ut nihil sit, quod non ex ea quamvis subito fingi convertique possit: ejus autem universæ fictricem[3] et moderatricem divinam esse providentiam. Hanc igitur, quocumque se moveat, efficere posse, quicquid velit. Itaque aut nescit, quid possit; aut negligit res humanas; aut, quid sit optimum, non potest judicare. Non curat singulos homines. 93. [p. 79.] Non mirum:[4] ne civitates quidem. Non eas? ne nationes quidem et gentes.[5] Quod si has etiam contemnet,[6] quid mirum est, omne ab ea genus humanum esse contemtum? Sed quomodo iidem dicitis, non omnia Deos persequi, iidem[7] vultis, a Diis immortalibus hominibus dispertiri ac dividi somnia? Idcirco hæc[8] tecum, quia vestra est de somniorum veritate sententia.[c] Atque iidem etiam vota suscipi dicitis oportere. Nempe singuli vovent: audit igitur mens divina etiam de singulis. Videtis ergo, eam non esse[9] tam occupatam, quam putabatis? Fac esse distentam,[d] cœlum versantem, terram tuentem, maria

[c] *Idcirco hæc somnia tibi relinquo, quia vos Stoici existimatis veritatem in somniis esse.*

[d] *Valde occupatam.*

Cap. xxxix. 1 Glog. Heindorf. Schutz. *non possit efficere.*—2 A B C E *materia.* Mox, *omnia sunt* Glog. E H I.—3 M *fictionem.* Actutum, *et moderationem* in eodem cod. Tum, *hæc igitur* A B C H I K N, Paris. 2. 3.—4 *Nimirum* cod. Ursin. et Schutz. *Nec mirum* Glog. *Non mirum: nec, &c.* B C K N, O U, Junt.—5 *Non eas nationes q. et sentis* E M. *Non eas etiam?* conj. Heindorf.—6 Ita plurimi codd. et edd. ante Heindorf. *contemnit* Glog. Red. Heindorf. Schutz. Moser.—7 *Sed q. m. idem . . . idem* A B C I N. *Sed quomodo iidem . . . qui* margo Venet. 1507. *Sed q. m. iidem . . . qui iidem* Junt. Lamb. *Sed q. m. qui . . . iidem* de Ernestii conj. Schutz. et Moser. *ac dividi omnia* codd. aliquot, margo Venet. 1507. *ac dividi omina* conj. Heindorf. —8 *Idcirco somnia hæc* Manut. Lamb. *Idcirco hæc omnia* Glog. Red. Mox, *de somniorum omniumque omnium veritate* conj. Heindorf.—9 Multi codd. Vic-

Digitized by Google

moderantem: cur tam multos Deos nihil agere, et cessare patitur? Cur non rebus humanis aliquos otiosos Deos præficit?[10] qui a te, Balbe, innumerabiles explicati sunt. Hæc fere dicere habui de natura Deorum, non ut eam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset obscura, et quam difficiles explicatus haberet.

XL. 94. Quæ cum dixisset, Cotta finem.[1] Lucilius autem, Vehementius, inquit, Cotta, tu quidem[2] invectus es in eam Stoicorum rationem, quæ de providentia Deorum ab illis sanctissime et providentissime constituta est. Sed, quoniam advesperascit,[o] dabis diem nobis[3] aliquem, ut contra ista dicamus. Est enim mihi tecum[4] pro aris et focis[p] certamen, et pro Deorum templis atque delubris, proque urbis muris, quos[q] vos, pontifices, sanctos esse dici-

tor. Heindorf. Moser. Orell. *non esse eam.*—10 Codd. aliquot, margo Venet. 1507. Lamb. *præfecit.*

Cap. xl. 1 Ita cum multis codd. Dav. et seqq. *finem fecit* edd. vett.—2 Manut. Lamb. *tu quidem, Cotta.* Actutum, *invectus es in meram S. rationem* codd. aliquot, margo Venet. 1507. Junt. Lamb. *invectus es in veram, &c.* Glog. *inv. es in aërem,* vel *in aram,* vel *in horam* alii codd. ap. Orell. *in auream istam St. rationem* conj. Dav. Pro *providentissime* Wyttenb. suspic. *prudentissime,* probante Mosero; et sic legitur in codd. G H I K N, Paris. 3. 'Qua tamen conj. verborum lusus perit.' *Orell.*—3 Glog. A B C I N, Med. Ascens. Junt. Victor. Dav. *nobis diem.*—4 *Est enim hoc tecum* Glog. *Etenim hoc mihi tecum* Red. *Est enim hoc mihi tecum* conj. Heindorf. recepit Schutz. probante

NOTÆ

[o] *Advesperascit*] Eadem concludendi forma usus est de Fin. lib. iv. 'Sed quoniam advesperascit, nunc quidem hactenus,' &c.

[p] *Pro aris et focis*] Vulgare quidem adagium; illius tamen significatio non ideo obvia. Ulpius, eruditus adagiographus, existimat idem esse ac profana defendere; focos enim sumi vult pro privatis, seu profanis ædibus. Nos cum Erasmo censemus idem esse, 'tanquam pro aris focisque pugnare,' ac 'de re cara ac sacra certamen habere:' atque eo loco, focum esse quandam aræ partem in qua ignis accenderetur; seu potius ignitabulum aræ impositum, quod ex ara auferri posset: atque eo sensu dictum reperies apud Virg. Æn. xii. 285. 'Craterasque, focosque ferunt.' Turneb. x. 7.

[q] *Muris, quos*] Muri apud Romanos sacri, non portæ: illi, quod pro eorum tutela pugnare cives et mori juberentur; istæ, quod per eas mortui efferrentur. Hinc Romanis solenne erat, cum urbem a fundamentis conderent, aratro designare muros; ad portarum vero spatia cum ventum erat, exemto vomere, aratrum attollere, ne terram attingeret: quæcumque enim arata erant, sacra habebantur. Plut. in Quæst. Rom.

Digitized by Google

tis; diligentiusque urbem[5] religione, quam ipsis mœnibus, cingitis: quæ deseri a me, dum quidem spirare potero, nefas judico. 95. Tum Cotta, Ego vero et opto redargui me, Balbe: et ea, quæ disputavi, disserere malui, quam judicare: et facile me a te vinci posse, certo scio. Quippe,[r] inquit Velleius, qui etiam somnia putet ad nos mitti ab Jove. Quæ ipsa tamen tam levia non sunt, quam est Stoicorum de natura Deorum oratio.[6] Hæc cum essent dicta, ita discessimus, ut Velleio Cottæ disputatio verior, mihi Balbi ad veritatis similitudinem[s] videretur esse propensior.

Mosero.—5 Glog. Heindorf. *diligentius enim urbem.*—6 Heindorf. et Schutz. *ratio,* de Walkeri conjectura, probante Nobb.

NOTÆ

[r] *Quippe*] Ironice dictum, et sensus est: 'Quasi vero,' inquit Velleius, 'te, Cotta, facile sit vinci a Balbo, qui etiam somnia putat esse vera, et mitti a Diis.'

[s] *Veritatis similitudinem*] Oratio conveniens homini ex Academicorum schola profecto, nihil verum, omnia dubia, aliqua aliis verisimiliora esse, docentium.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS[a]

AD MARCUM FILIUM[b]

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Cum Cicero, reipublicæ libertate sublata, se ad philosophiæ studium retulisset, multosque illustres ejus locos Latinis literis illustrasset; suscepit ad filium, Athenis studiis literarum operam dantem, de officiis scribere, non modo, ut hic quoque locus, qui latissime patet, Latinis literis illustraretur, sed etiam, quod esset ætati Ciceronis filii et auctoritati parentis aptissimus. Quanquam autem hæc quæstio communis est omnium philosopho-

NOTÆ

[a] *De Officiis*] Tria hic primum exponenda: 1. quando libros De Officiis scripserit Tullius: 2. cur ita inscripserit: 3. a quibus similes scripti. 1. Mortuum an. U. C. 709. Cæsarem cum Antonius in funere laudasset, plebem ita concitavit, ut ad ædes Bruti et Cassii aliorumque cum facibus telisque discursum sit. Diffugientibus qui partibus Antonianis infensi erant, Tullius, urbe quoque relicta, initio Aprilis in villas suas abiit: ibi libros De Nat. Deor. tres, duos De Divinat. De Senect. unum, ut suo loco dictum est, scripsit. Extremo Maio, cum resp. composita videretur, Romam versus proficiscens ut Kalendis Junii, in senatu, sicut Antonius edixerat, adesset, audit Antonium armatum urbem ingressum esse; quare, dilapsis senatoribus ab urbe, et ipse abfuit usque ad Kal. Sept. Eo tempore libros De Officiis aggressus, (Epist. ad Att. xv. 13.) eosdem absolvit post reditum e cursu Achaico. In Achaiam enim, cum jus legationis liberæ haberet, navigaverat; Romam nonnisi Kal. Jan. quibus Hirtius et Pansa consulatum erant inituri, redire cogitans; ea navigatione ad filium Athenas, ut scribit lib. III. venisset, nisi, mutatis temporibus, factaque spe pacis cum Antonio, illum 'de medio cursu clara voce patria revocas-

Digitized by Google

rum, tamen his pæne propria est, qui summum bonum honestate metiuntur, nempe Academicorum, Peripateticorum, et Stoicorum, qui in constituendo summo bono verbis magis quam re discrepabant. Secutus ergo Cicero est in hac quæstione potissimum Stoicos, et ex eorum fontibus, judicio arbitratuque suo, quantum quoque modo visum est, hausit. Tradita officii et definitione et divisione, quinque facit genera deliberationis in consilio capiendo: primum, honestumne factu sit an turpe, quod in deliberationem cadit; alterum, conducatne an noceat; reliqua vero, ubi cum honesto pugnat id quod videtur utile, et cum aliud alio honestius aut utilius videtur, utrum alteri sit præponendum. In tres igitur partes totam disputationem distribuit, quarum prima est de honesto, altera de utili, sed dupliciter utraque; et tertia de comparatione eorum. cap. 3. Primum formam quandam honesti exhibet a natura humana ductam, ejusque quatuor partes facit, sapientiam, justitiam, temperantiam, et fortitudinem seu magnitudinem animi, ex quibus singulis certa quædam officia nascuntur. cap. 4. Ac de his quatuor partibus accurate disputat, et quomodo ab iis officia ducantur, ostendit. cap. 5–42. Huic disputationi subjicit de comparatione honesti, de duobus honestis utrum honestius. cap. 43. s.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 1.] QUANQUAM te, Marce fili, annum

NOTÆ

set:' 2. 'De Officiis' libros inscripsit, non 'De Officio,' ut videntur Calcagnino inscribi debuisse, exemplo Panætii, qui suos Περὶ τοῦ Καθήκοντος inscripserat. Secus cur fecerit Tullius, scribit ad Att. l. XVI. 'Quid de inscriptione quæris? non dubito quin τὸ καθῆκον officium sit, sed inscriptio plenior 'De Officiis.'' Sic libros quoque 'De Finibus,' non 'De Fine,' inscripsit, quos Zeno Περὶ Τέλους suos inscripserat: 3. De Officiis ante Tullium scripserunt Zeno Cittiæus, ex Laërt. et Suida; Panætius Rhodius, et Chrysippus, ex Plut. Cleanthes, et Posidonius, ex Laërt. Brutus, ex Seneca.

[b] *Ad M. filium*] Cicero, ex Terentia, quam senex repudiavit, geminam prolem suscepit, Marcum et Tulliolam, quæ ter nupsit: 1. Pisoni Frugi: 2. Furio Crassipedi: 3. Dolabellæ. Marcus, antequam Athenas peteret, bello Pharsalico admodum juvenis interfuit, præfectus etiam alæ alteri a Pompeio; in quo munere summam laudem, uti l. II. videbitur, consecutus est. Occiso Pompeio, Tullius cum se a rep. ad studia literarum contulisset, filium quoque ab armis ad eadem studia traductum, Athenas, ut moris erat id temporis, misit. Ibi commoratum anno uno, et aliquanto plus eo, Brutus ex Italia in Græciam, vel metu ut aliqui scripsere, vel alia de causa profectus, Marcum Ciceronem sibi adjunxit, aliosque multos adolescentes nobiles, quorum magna multitudo illic bonarum artium causa erat. In Macedoniam transgressus, M. Cicerone legato usus multa feliciter gessit: Plut. in Bruto; et Brutus in ep. ad Cic. quæ est quarta ep. ad Brutum. Cicero mox, defuncto patre, domesticæ virtutis oblitus, gulosus et bibax habitus est, auctore Plinio. Subinde tamen ad meliorem frugem receptus, (ut ipse ad Tirenem scribit) collegam in consulatu Octavianum Cæsarem habuit an. U. C. 723. obtinuitque ut ex S. C. statuæ Antonii dejicerentur, memoria aboleretur, ac ne quis ex gente Antonia Marci præ-

Digitized by Google

jam audientem Cratippum,[c] idque Athenis, abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ, propter summam et doctoris auctoritatem, et urbis; quorum alter te scientia augere[1] potest, altera exemplis; tamen, ut ipse, ad meam utilitatem, semper cum Græcis Latina[d] conjunxi, neque id in philosophia solum, sed etiam in dicendi exercitatione feci;[2] idem tibi censeo faciendum, ut par sis in utriusque orationis facultate. Quam quidem ad rem, nos (ut videmur[3]) magnum attulimus adjumentum hominibus nostris, ut non modo Græcarum literarum rudes, sed etiam docti, aliquantum se arbitrentur adeptos et ad dicendum, et ad judicandum. 2. Quamobrem disces[4] tu quidem a principe hujus ætatis philosophorum; et disces, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit. Sed tamen nostra legens,[5] non multum a

Cap. i. 1 Bern. 4. *scientia te augere.* Statim, *alter exemplis* Bern. 2. Tum, *ad meam utilitatem* omittit Cur. probante Ernestio. *cum Græcis semper* Bern. 4.—2 Facciol. cum uno cod. omittit *feci.* Actutum, *id tibi* Bern. 5. Heusing. *item tibi* Lamb. in marg. ed. 1584. probante Heusing. *identidem tibi* Basil. *itidem tibi* codd. aliquot, probante Gulielm. *ita idem tibi* conj. Ernesti. *faciendum censeo* Facciol. Deinde, *rationis facultate* conj. Gernh.—3 Erf. *ut videtur;* Ernesti conj. *ut videmur nobis.* Statim, *adjumentum attulimus* Victor. *literarum Græcarum* Basil. *aliquantulum se arb.* Basil. Manut. *arb. se aliquantulum* Bern. 5. *et ad discendum* Bern. 1. 3. 4. 5. Basil.—4 *Quam ob rem disce* Bern. 4. *Quamobrem addisces* Basil. Mox, *autem* omittit ed. Petri an. 1568. Pro *quoad te* Erl. habet *quousque.*—5 Basil. et Pearc. *leges;* Facciol. *et nostra leges.* Tum, *non multum Peripat.* Bern. 1. *quoniam utrumque* Gronov. suspic. probante Græv. *quoniam utique* codd. aliquot, probante Ernesti. Actutum *et* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. uncis inclusit Orell. *volumus esse* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. Orell. *judicio tuo* Bern. 4. Deinde *efficies profecto legendis nostris pleniorem* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Lamb.

NOTÆ

nomine (quod Tullii prænomen fuisset) uteretur. Itaque ultima paternæ mortis ultio facta filio consule.

[c] *Cratippum*] Patria Mitylenæum, secta Peripateticum, qui ut civitate Romana donaretur, apud Cæsarem; ut Atheniensi juventuti instituendæ præficeretur, apud Areopagitas egit Marcus Tullius. De M. filii cum Cratippo conjunctione extat illius ad Tironem epistola: alio quoque magistro usus est, nomine Gorgia; a quo luxu et voluptate fractus est; quare Cicero pater Græca, ut Plut. refert, epistola, Gorgiæ nati consuetudine interdixit.

[d] *Cum Græcis Latina*] Se præter ceteros φιλέλληνα et esse et haberi testatur ad Att. l. i. Cum apud Rhodum Græce declamaret, Apollonius exclamasse fertur, 'Te quidem, o Cicero, et laudo et admiror,' &c. Vide Plut. in Cicer.

Digitized by Google

Peripateticis dissidentia (quoniam utrique, et Socratici et Platonici, esse volumus), de rebus ipsis utere tuo judicio: nihil enim impedio: orationem autem Latinam profecto, legendis nostris, efficies pleniorem. Nec vero arroganter hoc[6] dictum existimari velim. Nam philosophandi scientiam concedens multis;[7] quod est oratoris proprium, apte, distincte, ornateque dicere, quoniam in eo studio ætatem consumsi, si id mihi assumo, videor id meo jure quodam modo vindicare. 3. Quamobrem magnopere[8] te hortor, mi Cicero, ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui jam illas fere æquarunt,[a] studiose legas. Vis enim dicendi major est in illis:[9] sed hoc quoque colendum est æquabile et temperatum orationis genus. Et id quidem[10] nemini video Græcorum contigisse, ut idem utroque in genere laboraret, sequereturque et illud forense dicendi, et hoc quietum disputandi genus; nisi forte Demetrius[e] Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens; dulcis tamen; ut Theophrasti[f] discipulum possis agnoscere. Nos autem

[a] *Qui jam tam multi sunt, quam multæ sunt orationes.*

Beier. Orell. *profecto efficies legendis nostris pleniorem* Schutz.—6 Bern. 1. 3. 4. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. *hoc arroganter.*—7 Bern. 5. *concedens scientiam multis.* Pro *apte* Cur. habet *aperte*, probante Ernesti. Tum, *ornate dicere* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Lamb. Pearc. Heusing. Beier. Orell. *ætatem consumsimus* Bern. 5. *modo* delendum putat Ernesti, vel legendum *mihi.*—8 Heusing. Gernh. Schutz. Orell. *magno opere.* Paulo post, *qui jam illis fere æquarunt* Bern. 1. 2. 4. 5. Heusing. Gernh. Beier. Olshausen. Orell. *qui se jam illis, &c.* Erf. Victor. Lamb. Lall. *qui jam se illis, &c.* Magnol. Manut. Facciol. *qui jam illis fere se æq.* Bern. 3. Basil. *qui jam illis f. æquantur* ed. Petri an. 1568.—9 *Vis enim major in illis dicendi* Bern. 2. Erf. Lamb. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Vis enim major in illis dicendi est* Bern. 4. *Vis enim major in illis est dicendi* Basil. *Vis enim major est in illis dicendi* Bern. 1. *Vis enim in illis major dicendi* Bern. 3. Statim, *est et æquabile* Bern. 5. Basil. *genus orationis* Bern. 3.—10 *Et quidem* Facciol. *Græcorum video adhuc contigisse* Victor. Lamb. *video Gr. adhuc contigisse* edd. vett. Facciol. Heusing. Orell. *elaboraret* Gud. 2. Lamb. 1584. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *consequereturque* cod. Cur. probante Ernesti. *et illud genus fo-*

NOTÆ

[e] *Demetrius*] Bibliothecarius eximiæ illius Ptolemæi Philadelphi bibliothecæ, teste Du Ryer. Phalereus dictus ἀπὸ Φαλήρου, Atticæ portu. Ex vita ejus apud Laërt.

[f] *Theophrasti*] Aristotelis discipuli, qui, quo pacto delectus sit a magistro successor, refert Gellius. Aristoteles,

Digitized by Google

quantum in utroque profecerimus, aliorum sit judicium: utrumque certe secuti sumus. 4. Equidem et Platonem existimo, si genus forense[11] dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere; et Demosthenem, si illa, quæ a Platone[g] didicerat, tenuisset, et pronuntiare voluisset, ornate splendideque facere potuisse. Eodemque modo de Aristotele[h] et Isocrate[12] judico; quorum uterque, suo studio delectatus, contemsit alterum. II. Sed, cum statuissem aliquid hoc tempore ad te scribere,[1] et multa posthac, ab eo ordiri volui maxime, quod et ætati

---

rense Bern. 1. *et illud forense dicendi genus* Bern. 2.—11 Bern. 5. Magnol. Manut. ed. Petri 1568. *genus id forense*; Beier. conj. *genus illud forense*; Schutz. *forense genus dicendi.* Mox, *dicere potuisse* Basil. *quæ a Platone* desunt in Bern. 1. *potuisse facere* Bern. 4. *facere* omittunt codd. aliquot, probante Ernesti.—12 *Socrate et Aristotele* Bern. 3. *delectatus suo studio* in eodem cod.

CAP. II. 1 Bern. 1. 3. Erf. Basil. ed. Petri 1568. Lall. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *scribere ad te aliquid hoc tempore*; Bern. 2. *aliquid hoc tempore scribere ad te*; Lamb. *ad te scribere aliquid hoc tempore*; Venet. *scribere aliquid ad te hoc tempore*; codex unus ap. Gœrenz. omittit *scribere*, probante ipso ad Fam. IV. 8. et ad Att. XVI. 10. improbante vero Orell. *et* omittunt ante *multa* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. ed. Petri 1568. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *ab eo maxime ordiri volui* Victor. *ab eo exordiri, &c.*

NOTÆ

inquit, corpore ægro affectoque cum esset ac spe vitæ tenui, rogatus est ut magisterii successorem sibi delegeret. Scholæ tunc principes erant Theophrastus et Menedemus; ille ex insula Lesbo, hic Rhodo. Petit Aristoteles, ut vinum sibi exoticum, vel Rhodium, vel Lesbium, quæratur; suum asperum esse et insalubre. Quæritur, affertur: tum Aristoteles, degustato Rhodio, 'Firmum,' inquit, 'vinum et jucundum.' Accepto deinde Lesbio, 'Utrumque,' ait, 'oppido bonum; sed suavius Lesbium.' Discipuli, quasi illa voce successorem, non vinum delegisset, mortuo magistro, ad Theophrastum omnes concesserunt. Gell. XIII. 5.

g *Quæ a Platone*] Platonem quidem et Academiam primum sectatus est. Sed domo aliquando egressus, ut ad Platonem, pro more, pergeret; cum populum ad Callistratum, Athenis oratorem, concurrere videret, visum est paulum divertere, et experiri an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Audivit Callistratum, nobilem illam Περὶ Ὠρωποῦ causam dicentem, qua ita captus est Demosthenes, ut Callistratum jam inde sectari cœperit, relicto Platone. Gell. III. 13.

h *De Aristotele*] Isocrate jam seniore, Aristoteles pomeridianis scholis, inquit Quintil. III. 1. præcipere artem oratoriam cœpit, noto illo versu ex Philocteta frequenter usus, 'Turpe est tacere, et Isocratem pati dicere.'

Digitized by Google

tuæ esset aptissimum, et auctoritati meæ. Nam cum multa sint in philosophia, et gravia et utilia, accurate copioseque a philosophis disputata;[2] latissime patere videntur ea, quæ de officiis tradita ab illis et præcepta sunt. Nulla enim vitæ pars, neque publicis neque privatis, neque forensibus neque domesticis in rebus; [*p.* 2.] neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest: in eoque colendo[3] sita vitæ est honestas omnis, et in negligendo turpitudo. 5. Atque hæc quidem quæstio communis est omnium philosophorum. Quis est enim,[4] qui, nullis officii præceptis tradendis, philosophum se audeat dicere? Sed sunt nonnullæ disciplinæ, quæ, propositis[5] bonorum et malorum finibus, officium omne pervertant. Nam qui summum bonum sic instituit,[6] ut nihil habeat cum virtute conjunctum; idque suis commodis, non honestate, metitur; hic, si sibi ipse consentiat, et non interdum naturæ bonitate vincatur,[b] neque amicitiam colere possit, nec justitiam, nec liberalitatem. Fortis vero, dolorem summum malum judicans; aut temperans, voluptatem summum bonum statuens, esse certe nullo modo potest. 6. Quæ quanquam ita sunt[7] in promtu, ut res disputatione non egeat, tamen sunt a nobis alio loco disputata. Hæ disciplinæ igitur, si sibi consentaneæ esse velint,[8] de officio nihil queant dicere: neque ulla officii præcepta firma, stabilia, conjuncta naturæ, tradi possunt,

[b] *Si semper idem sentiat, nec se vinci patiatur interdum a natura; quæ, cum optima parens sit, nihil nisi optimum suadet.*

Bern. 5. Magnol. Manut. ed. Petri 1568. Facciol. Gernh. Schutz. *et auct. meæ gravissimum* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut.—2 Bern. 3. *tractata*. Mox, *præcepta sunt et consumata* Magnol.—3 Bern. 1. 2. 4. Lamb. Hensing. Gernh. Beier. Orell. *in eoque et colendo;* Bern. 5. Basil. Erf. Petr. 1568. Facciol. *in eoque excolendo*. Actutum, *sita est vitæ* Græv. Pearc. Colon. Schutz. *et negligendo* Bern. 1. 2. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568.—4 *Quis enim est* Victor.—5 Eliens. *præposteris*, probb. Dav. et Pearc. *malorum et bonorum* Bern. 5. Magnol. Manut. *pervertunt* plurimi codd. et edd. vett.—6 Grut. *bonum instituit*, omisso *sic;* Basil. *sic instituit bonum*. Statim, *ut nullum h. c. v. commercium* Bern. 4. *commercium* etiam Basil. Paulo post, *vincatur, fit, ut neque* Magnol. Manut.—7 *Quæ q. i. sint* Bern. 1. 3. 5. Victor. Lamb. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. *non egeant* Bern. 4. *sunt tamen* Bern. 5. Victor. Petr. 1568. *disputata alio loco* Bern. 4.—8 Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Hensing. Gernh. Schutz. *velint esse*. Statim, *nil queant* Petr. 1568. *aut ab iis . . . aut ab iis* Orell. *aut ab his* Bern. 1. 3. utrobique; *ab his* secundo loco omittit Bern.

Digitized by Google

nisi aut ab iis qui solam, aut ab his qui maxime, honestatem propter se dicant expetendam. Itaque propria [9] est ea præceptio Stoicorum, Academicorum, Peripateticorum: quoniam Aristonis, Pyrrhonis, Herilli, jampridem explosa sententia [i] est; qui tamen haberent jus suum disputandi de officio, si rerum aliquem delectum reliquissent, ut ad officii inventionem aditus esset. Sequemur [10] igitur hoc quidem tempore, et hac in quæstione, potissimum Stoicos, non ut interpretes; sed (ut solemus) e fontibus eorum, judicio arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus.

7. Placet igitur, quoniam omnis disputatio [11] de officio futura est, ante definire, quid sit officium; quod a Panætio præfermissum esse miror: omnis enim, quæ a ratione suscipitur de aliqua re, institutio, debet a definitione proficisci; ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur. III. Omnis de officio duplex est quæstio. Unum genus est,[k] quod pertinet ad finem bonorum; alterum,[1] quod positum est in præceptis, quibus in omnes partes usus vitæ conformari

2.—9 *Ita propria* Bern. 2. Basil. Erf. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernb. Schutz. Beier. Orell. Mox, *et Peripat.* Bern. 5. Victor. *et A. et Per.* Mignol. Manut. Pearc. Colon. 1748. Facciol. *et Herilli* Bern. 4. 5. Basil. Mignol. Manut. Petr. 1568. *explosa est sententia* Victor.—10 *Sequimur* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *et in hac* Bern. 4. 5. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. Paulo post, *quoquo modo* Bern. 5. Erf. Græv. *quocumque modo* Basil.—11 Victor. *disputatio omnis.* Statim, *quæ ratione* ed. Lips. 1513. Facciol. Beier. Billerb. *a* uncis inclusit Orell. *de quo disputatur* Victor.

CAP. III. 1 Basil. *alterum est.* Mox, *est positum* in eodem cod. *in* omittit Bern. 2. *partes* omittit Bern. 3. *confirmari possit* Bern. 1. 4. 5. Basil.

NOTÆ

[i] *Explosa sententia*] Eorum sententia fuit, in rebus iis, in quibus nihil aut honestum aut turpe sit, nullam esse causam cur aliud alii anteponatur, neque inter eas res quicquam omnino interesse. Cic. De Fin. l. v. ubi de Aristone, Pyrrhone, et Herillo plura. Nos ex Laërtio.

[k] *Unum genus est*] Ut medicinæ, ita officii duplex tractatio; altera θεωρητικὴ, πρακτικὴ altera; in medicina, altera causas morborum et remedia inquirit; altera præcepta tradit sanitatis: in officio, altera finem bonorum μεθοδικῶς investigat; altera bene vivendi præcepta continet. Θεωρητικὴν in libris De Finibus prosecutus est, πρακτικὴν hoc loco tractat.

Digitized by Google

possit. Superioris generis hujusmodi exempla sunt:[2] Omniane officia perfecta sint? num quod officium aliud alio majus sit? et quæ sunt generis ejusdem. Quorum autem officiorum præcepta traduntur, ea, quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus[3] apparet, quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur: de quibus est nobis his libris explicandum. 8. Atque[4] etiam alia divisio est officii: nam et medium quoddam officium dicitur, et perfectum. Perfectum officium,[5] rectum, opinor, vocemus, quod Græci *κατόρθωμα*,[1] hoc autem commune *καθῆκον* vocant. Atque ea[6] sic definiunt, ut, rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant; medium autem officium id esse dicant, quod cur factum sit, ratio probabilis reddi possit. 9. Triplex igitur est,[7] ut Panætio videtur, consilii capiendi deliberatio: nam, honestumne factu sit an turpe, dubitant, id, quod in deliberationem cadit: in quo considerando sæpe animi in contrarias senten-

Victor. Magnol. Manut. Pearc.—2 Bern. 3. Basil. Erf. *sunt exempla;* Bern. 1. 2. Victor. omittunt *sunt*, probante Beier. uncis inclusit Orell. *numquid officium* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *sit* post *majus* omittit Bern. 2. *et quæ sint* Bern. 1. 5. *ejusdem generis* Bern. 5. Victor.—3 Bern. 1. 4. Basil. Petr. 1568. Schutz. Beier. Orell. *minus id;* Erf. *eminus id;* unde Wunder. suspic. *eo minus id*, improbante Beier. Mox, *nobis expl. in his libris* Bern. 3.—4 *Atqui* Bern. 5. Erf. *est divisio* Bern. 3.—5 *P. quidem off.* Bern. 4. *P. autem off.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *quoniam Græci* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Petr. 1568. *commune officium καθῆκον vocant* Pearc. Gernh. Beier. Orell. *commune officium vocant* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Magnol. Heusing. *commune quod ii καθῆκον vocant* Manut. Facciol. *Perfectum . . . vocant* suspecta erant Facciolato. *commune officium, quod ii καθῆκον vocant* Petr. 1568. *commune off. καθῆκον μέσον vocant* Hervag. probante Schutz. *hoc autem medium, commune, quod ii καθῆκον vocant* Lamb. *officium* delendum putant Nobb. et Orell.—6 *Atque*, omisso *ea*, Victor. *id officium perfectum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Orell. *definiant* uncis inclusit Pearc. pro quo *velint* conj. Facciol. *id esse dicunt* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Magnol. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—7 *Triplex est igitur* conj. Beier. *nam aut honest.* Bern. 1. 4. 5. Basil. *factum* Bern. 4. *aut*

NOTÆ

[1] *Κατόρθωμα*] *Κατόρθωμα* genus est officii, quo, ut in dicendo perfectus orator, in canendo perfectus musicus, sic in agendo vir perfecte bonus existit; *καθῆκον*, quo mediocriter boni sumus. Prioris generis, homines aut pauci aut nulli; posterioris, ut humanæ conditioni accommodatioris, longe plures. Nota divisiones officii hic afferri a Cicerone, qui definitionem promiserat. *Calcagnin.* in Disquisitionibus in lib. Offic.

Digitized by Google

tias distrahuntur. Tum autem aut anquirunt,[8] aut consultant, ad vitæ commoditatem jucunditatemque, [*p.* 3.] ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint juvare, et suos, conducat id, necne, de quo deliberant: quæ deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est,[9] cum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur; fit, ut distrahatur deliberando[10] animus, afferatque ancipitem curam cogitandi. 10. Hac divisione,[11] (cum præterire aliquid maximum vitium in dividendo sit) duo prætermissa sunt. Nec enim solum, utrum honestum an turpe sit, deliberari solet, sed etiam,[12] duobus propositis honestis, utrum honestius; itemque, duobus præpositis utilibus, utrum utilius. Ita, quam ille triplicem putavit esse rationem, in quinque partes distribui debere reperitur. Primum igitur est[13] de honesto, sed dupliciter, tum pari ratione de utili, post de comparatione eorum, disserendum.

IV. 11. Principio generi animantium omni est a natura tributum,[1] ut se, vitam, corpusque tueatur, declinetque ea, quæ nocitura videantur, quæque ad vivendum sint necessaria, anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia ejusdem generis. Commune item[2] animantium omnium

turpe Bern. 4. 5.—8 *Tum aut anquirunt* Petr. 1568. Pearc. Gernh. Schutz. Beier. *Tum autem inquirunt* Mignol. Manut. *inquirunt* etiam Bern. 1. 3. 4. 5. Basil. *atque ad copias* Beier. *ad potentias* Bern. 4. *ac potentiam* Facciol. *de quo deliberatur* Bern. 4.—9 Bern. 2 omittit *est*. Mox, *esse* omittunt codd. aliquot.—10 Bern. 3. 5. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Heusing. seqq. *in deliberando*.—11 *Hac in divisione* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—12 Bern. 3 omittit *etiam*.—13 *Primum est igitur* Bern. 5. Schutz. *est* delevit Beier. Mox, *sed* omittunt Bern. 5. Basil. *disserendum est*, retento priore *est*, Basil.

CAP. IV. 1 Edd. vett. et Lamb. *attributum*. Mox, *declinet ea* Bern. 1. Erf. Lamb. *et declinet ea* Bern. 4. *quæ ei nocitura* Bern. 5. Mignol. *videntur* tres codd. Oxon. Basil. Beier. *omniaque, quæ sunt ad viv. necess.* Bern. 3. Beier. *omniaque quæ sint ad v. n.* Bern. 1. 2. 4. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. *omniaque quæ ad v. sunt n.* Gernh. Schutz. *omnia quæcumque ad v. sint n.* Grut. *omnia quæcumque sint ad v. n.* Basil. *ad videndum* Ernesti errore typogr. *acquirat* Bern. 4. 5. Basil. Erf. Facciol. *inquirat* Bern. 1. 5. Magnol. Manut. *generis ejusdem* Bern. 3. 4. Magnol. Orell.—2 Plurimi codd. et edd. *autem*. Mox, *procreata sint* Bern.

Digitized by Google

est conjunctionis appetitus, procreandi causa, et cura quædam[m] eorum quæ procreata sunt. Sed inter hominem et belluam hoc maxime interest, quod hæc tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest, quodque præsens est, se accommodat, paululum[3] admodum sentiens præteritum, aut futurum. Homo autem (quod[4] rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt; earumque progressus, et quasi antecessiones, non ignorat; similitudines comparat, et rebus præsentibus adjungit atque annectit futuras) facile totius vitæ cursum videt, ad eamque degendam præparat res necessarias. 12. Eademque natura[5] vi rationis hominem conciliat homini, et ad orationis et ad vitæ societatem: ingeneratque inprimis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt; impellitque, ut hominum cœtus et celebrationes esse, et a se obiri, velit; ob easque causas studeat parare ea, quæ suppeditent et ad cultum et ad victum; nec sibi soli, sed conjugi, liberis, ceterisque, quos caros habeat, tuerique debeat. Quæ cura exsuscitat etiam animos, et majores ad rem gerendam[6] facit. 13. Inprimisque hominis est propria[7] veri inquisitio, atque investigatio. Itaque, cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiscere:[8] cognitionemque

1. 2. Erf. *procreantur* Bern. 3.—3 Plerique codd. et edd. vett. *paulum.*—4 Victor. Pearc. Facciol. *quoniam;* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *qui;* Beier. suspic. *Homo autem rat. particeps, per, &c.* Victor. omittit *per quam.* Bern. 4. *consequentiam.* Magnol. Manut. Lamb. *principia et causas.* Bern. 4. *eorumque;* Schutz. *eventorumque;* Bern. 1. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *prægressus;* codd. aliquot et edd. vett. *rebusque præsentibus.* Manut. *ad eam degendam;* Facciol. *ad eumque regendum;* Basil. *ad eamque regendam.*—5 *Eadem natura* Lamb. Petr. 1568. Pearc. *rationis vi* Basil. *ad societatem vitæ* Bern. 4. *ut cœtus hominum* Bern. 3. *et celebrationes, et esse* codd. et edd. ante Ernesti; *ac celebritates esse* conj. Facciolat. *celebrari inter se et obediri* Bern. 4. *et celebrari inter se et sibi obedire* Basil. Victor. Magnol. Manut. et sic Bern. 5. nisi quod habet *obediri.* Bern. 1. *parare et quæ, &c.* Facciol. *suppetant.* Actutum Bern. 4. 5. Manut. Lamb. Facciol. omittunt *et.*—6 Erf. *agendam;* Gronov. conj. *quærendam.*—7 Bern. 3. *propria est.*—8 Basil. Magnol. Manut. Heusing. *ac discere.* Statim, *aut mirabilem* Bern. 5. *ad bene beateque viv.* codex unus Oxon. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier. *sit* post *sincerumque*

NOTÆ

[m] *Cura quædam*] De prolis educatione insignis est oratio Favorini apud Gell. XII. 1. Vide quoque Platonem, Plut. Macrob. V. 11.

Digitized by Google

rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus: ex quo intelligitur, quod verum, simplex, sincerumque sit, id esse naturæ hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quædam principatus, ut nemini parere animus bene a natura informatus[9] velit, nisi præcipienti, aut docenti, aut, utilitatis causa, juste et legitime imperanti:[a] ex quo animi magnitudo existit, humanarumque rerum contemtio. 14. Nec vero illa parva vis naturæ est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo;[10] quid sit, quod deceat; in factis dictisque qui modus. Itaque eorum ipsorum, quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal[11] pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit: quam similitudinem natura ratioque[12] ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandum putat: [*p.* 4] cavetque, ne quid indecore effœminateve faciat: tum, in omnibus et opinionibus et factis, ne quid libidinose aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quærimus, honestum; quod, etiam si nobilitatum non sit, tamen honestum sit;[13] quodque vere dicimus, etiam si a nullo laudetur, natura esse laudabile.

V. Formam quidem ipsam, Marce fili, et tanquam fa-

omittit Bern. 5.—9 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Orell. *bene informatus a natura.* Mox, *animi magnitudo* Bern. 1. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *consistit* Bern. 3.—10 Petr. 1568. *qui sit ordo;* hæc verba desunt in Bern. 4. Actutum, *quid sit* omittit Facciol. *quî sit modus* Bern. 5. Facciol.—11 Basil. *animal aliud.*—12 Idem cod. omittit *ratioque.* Paulo post, *conservandam* Bern. 1. 4. Basil. Erf. *conservanda* Bern. 5. Heusing. Gernh. *faciat* suspectum est Heusingero et Beier. *faciat: t. in o. et o. et factis* delevit Schutz. *tum . . . faciat* pro gloss. habuit Facciol. *et dictis . . . aut dicat* conj. Gernh.—13 Gernh. Beier. Orell. *honestum est.* Statim, *quodque vere dicatur* codex unus Oxon. *natura laudabile esse* Victor. *laudabile esse natura* Bern. 5. Mignol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.

NOTÆ

[a] *Legitime imperanti*] Septem legitimi imperii formas recenset Plato, De Leg. III. 1. parentum in filios; 2. nobilium in ignobiles; 3. seniorum in juvenes; 4. dominorum in servos; 5. potentiorum in debiliores; 6. prudentum in imperitos; 7. sortis.

Digitized by Google

ciem, honesti vides; quæ si oculis cerneretur, mirabiles amores (ut ait Plato)[1] excitaret sui. Sed omne, quod honestum est,[2] id quatuor partium oritur ex aliqua: aut enim in perspicientia veri solertiaque versatur; aut in hominum societate tuenda, tribuendoque suum cuique, et rerum contractarum fide; aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore; aut in omnium, quæ fiunt, quæque dicuntur, ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia. 15. Quæ quatuor quanquam inter se colligata atque implicata[3] sunt,° tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur: velut ex ea parte, quæ prima descripta est, in qua sapientiam et prudentiam ponimus, inest indagatio atque inventio veri: ejusque virtutis hoc munus est proprium. 16. Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit, quique acutissime[4] et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic, quasi materia, quam tractet, et in qua versetur, subjecta est veritas. 17. Reliquis autem tribus virtutibus[5] necessitates propositæ sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitæ continetur: ut et societas hominum conjunctioque servetur, et animi excellentia magnitudoque, cum in augendis opibus, utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despiciendis, eluceat. Ordo autem,[6] et constantia, et moderatio, et ea quæ

Cap. v. 1 Victor. *ut ait Plato, mirabiles amores;* Facciol. conj. *m. a. ut ait Plato de sapientia.* Pro *sui,* quod de Faërni conj. dederunt Facciol. Ernesti, Schutz. *sapientiæ* habent codd. et reliquæ edd. Hanc voc. uncis inclusit Gernh.—2 Bern. 1. 2. 3. Basil. Erf. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *est honestum.* Mox, *aut enim id in persp.* Victor.—3 Magnol. Manut. Græv. Pearc. *implicita.* Actutum, *sint* Basil. Paulo post, *quæ primo descr.* Bern. 5. Victor. Pro *inest,* quod delevit Beier. et uncis incluserat Nobb. codex unus Oxon. habet *est.* Deinde, *virtutis munus* Bern. 4.—4 Victor. Magnol. Manut. *quique et acut.* Ernesti conj. *utque acut.* Statim, *possit videre* Victor.—5 Codd. aliquot, Lamb. Petr. 1568. Facciol. omittunt *virtutibus.* Paulo post, *ut societas* Bern. 5. Erf. Magnol. Manut. *tum in augendis* Bern. 3. 5. Basil. Victor. Facciol. *in ipsis hiis* Basil.—6 *Ordo*

NOTÆ

° *Colligata atque implicata sunt*] Cum Stoicis loquitur; id vero Peripatetici negant, Tusc. l. II. et III.

Digitized by Google

sunt his similia, versantur in eo genere, ad quod adhibenda est actio quædam, non solum mentis agitatio. 18. His enim rebus,[7] quæ tractantur in vita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

VI. Ex quatuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiæ cupiditatem; in qua excellere pulchrum putamus: labi autem, errare,[1] nescire, decipi, et malum et turpe ducimus. In hoc genere, et naturali[2] et honesto, duo vitia vitanda sunt; unum, ne incognita pro cognitis habeamus, hisque temere assentiamus: quod vitium effugere qui volet, (omnes autem velle debent) adhibebit, ad considerandas res, et tempus et diligentiam. 19. Alterum est vitium, quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias: quibus vitiis declinatis, quod, in rebus honestis et cognitione dignis, operæ curæque ponetur, id jure laudabitur;[3] ut in astrologia C. Sulpicium[p] audivimus; in geometria Sex.

enim suspic. Facciol. *Ordo item* conj. Pearc. probante Lall. Mox, *est adhibenda* Bern. 1. 3. 4. Basil. Erf. Petr. 1568. Heusing. *est* omittit Bern. 2. *quædam actio* Bern. 5. Magnol. *actio non solum quædam* Bern. 4.—7 *Iis enim rebus* Basil. Orell. *His rebus enim* Bern. 4. *rebus* omittit Bern. 3. *adhibentes et ordinem* Bern. 4. Magnol. Manut. Facciol.

Cap. VI. 1 Bern. 5. *et errare*. Mox, *et decipi* Magnol. Manut. Pro *ducimus* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. et Erf. habent *dicimus*.—2 *In hoc genere naturali* Bern. 5. Magnol. *sunt vitanda* Victor. *iisque temere* Basil. Petr. 1568. *assentiamur* codd. aliquot, edd. ante Manut. al. et Orell. Tum, *omnes a. v. debebunt* Bern. 3. *omnis a. v. debet* Erf.—3 Erf. *laudatur*. Mox, *audimus* Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Pompeium ipsum* Græv. *in dialectica* Manut. Græv. Pearc. Colon. 1748. *in investigatione veri* Bern. 3. 4. *in veri vestigatione* Bern. 5. Lamb. Petr. 1568. Cf. Oudend. ad Apul. tom. I. p. 382. *a rebus agendis* Bern. 2. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. Cf. de Divin. I. § 102.

NOTÆ

[p] *Sulpicium*] C. Sulpicius Gallus, qui de Liguribus triumphavit, avo consulari, patre prætorio natus, vir omni genere scientiarum insignis; orator, poëta, ut ejus opera usum esse feliciter in scribendis comœdiis Terentium, referat Suetonius. Astronomiæ vero peritia plurimum reip. profuit; cum enim an. U. C. 595. L. Pauli legatus esset, vel, ut Livio placet, tribunus militum; prædicta eclipsi lunæ futura ante prælium cum Perse, expositisque ejus causis, fecit ne miles eo portento terreretur. Liv. l. XLIV. Plut. in Vita L. Pauli; Val. Max. VIII. 11.

Digitized by Google

Pompeium[q] ipsi cognovimus; multos in dialecticis, plures in jure civili: quæ omnes artes in veri investigatione versantur; [*p.* 5.] cujus studio a rebus gerendis abduci, contra officium est. Virtutis enim laus omnis in actione consistit: a qua tamen sæpe fit intermissio,[4] multiqué dantur ad studia reditus: tum agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis, etiam sine opera nostra, continere. Omnis autem cogitatio, motusque animi,[5] aut in consiliis capiendis de rebus honestis, et pertinentibus ad bene beateque vivendum, aut in studiis scientiæ cognitionisque versatur. Ac de primo quidem officii fonte diximus.

VII. 20. De tribus autem reliquis latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos,[1] et vitæ quasi communitas, continetur: cujus partes duæ sunt;[2] justitia, in qua virtutis splendor est maximus; ex qua boni viri nominantur; et huic conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. Sed justitiæ primum munus est, ut[3] ne cui quis noceat, nisi lacessitus

a rebus gerendis vel agendis Basil.—4 Ita Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. Heindorf. *a qua tamen fit intermissione sæpe* Bern. 1. 2. *a qua tamen fit intermissio sæpe* Bern. 3. 5. Basil. Erf. Petr. 1568. Gernh. Schutz. Beier. Orell. Mox, *quæ nunquam requiescit* Bern. 4. *quæ nunquam quiescit* Bern. 3. Facciol. Pro *cogitationis*, quod gloss. videbatur Schutzio, *cognitionis* exhibent Basil. aliique codd. Facciol. et Orell. Pro *etiam* Basil. 5. Magnol. Manut. habent *et*. Tum, *sine nostra opera* Bern. 4.—5 Erf. *animique motus*. Mox, *cogn. versabitur* Bern. 1. 3. 4. 5. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell.

CAP. VII. 1 Facciol. delevit *inter ipsos*.—2 Bern. 1. 2. Erf. omittunt *sunt*. Statim, *est splendor* Bern. 1. 2. Petr. 1568. *est* omittit Basil. *viri boni* Bern. 1. 2. 3. Basil. Erf. Victor. Petr. 1568. Pearc. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *est conjuncta* Bern. 5. *beneficientia* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Græv. Pearc. Heusing. Schutz. hoc loco et alibi. *appellare licet* Magnol. Manut. Lamb.—3 Bern. 5 omittit *ut*. Mox, *ut communibus pro communibus utatur* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. Gernh. Beier. Orell. *privatis autem*

NOTÆ

q *Sext. Pompeium*] Frater Cn. Pompeii Strabonis consularis ac triumphalis, patruus Cn. Pompeii Magni, eruditione et sapientia celebrior quam magistratibus gestis. Cic. in Bruto illum commendat propter summam juris civilis, geometriæ, rerumque Stoicarum scientiam. Pulchrum est quod P. Vettio Catoni, Marsorum duci, respondit, ut habetur apud Cic. Philipp. XII. 'Quem te appellem?' inquit Cato: 'Voluntate hospitem,' respondit, 'necessitate hostem.'

Digitized by Google

injuria; deinde, ut communibus utatur pro communibus, privatis ut suis. 21. Sunt autem privata nulla natura;[4] sed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt; aut victoria, ut qui bello potiti sunt; aut lege, pactione, conditione, sorte: ex quo fit, ut ager Arpinas[r] Arpinatum dicatur, Tusculanus Tusculanorum; similisque est privatarum possessionum descriptio: ex quo, quia suum cujusque fit;[5] eorum, quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat: eo si qui sibi plus appetet, violabit jus humanæ societatis. 22. Sed quoniam (ut præclare scriptum est a Platone[s]) non nobis solis[6] nati sumus, ortusque nostri partem patria vindicat, partem amici; atque, ut placet Stoicis, quæ in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos, ut ipsi inter se, aliis alii prodesse possent; in hoc naturam debemus ducem sequi, communes utilitates in medium afferre, mutatione officio-

Bern. 5. Magnol. Manut.—4 Bern. 5. Victor. *natura nulla.* Statim, *vetere* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *ut qui in v. v. quondam* Basil. *aut bello, ut qui victoria potiti sunt* Lamb. *aut lege, aut pactione* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *Arpinatium* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Tusculanum Tusc.* Gernh. errore typogr.—5 Codex unus *sit*, probante Gœrenz. ad Fin. p. 44. improbante vero Orell. *cuique obtingit* Bern. 3. 4. *eo*, quod de Gœrenzii sententia ad Fin. p. 367. delevit Beier. habent Bern. 5. alii codd. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Heusing. Schutz. Orell. *e quo si, &c.* Bern. 1. 2. 3. 4. Grut. *ex quo si, &c.* Basil. Erf. Græv. *quis sibi* codd. et edd. vett. *plus si quis sibi* Basil. *eo si quis plus sibi, &c.* Bern. 5. *plus* omittunt Bern. 2. 3. Erf. Græv. *appetat* exhibet Bern. 3.—6 Ita conj. Ernesti; *solum* codd. et reliquæ edd. *sed ortus nostri* Magnol. Manut. *ortus quoque nostri* Bern. 5. *partem patria, partem parentes vendicant* Magnol. Manut. *partem patria vendicat, partem parentes, partem amici* codd. Balduini, Lamb. Petr. 1568. Gernb. Schutz. Beier. Orell. Verba *partem parentes* desunt in Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Grut. Græv. Pearc. Heusing. Nobb. Orell. *atque ita placet* codex unus Oxon. *atque placet* Bern. 4. Facciol. *quæ in terra* e duobus codd. Gernb. et Schutz. *gignuntur* Bern. 4. 5. et edd. vett. *ad usus* Petr. 1568. *esse genitos* Facciol. *inter sese* Bern. 3. *alii aliis* Bern. 5. Lamb. Beier. *alii alius* Magnol. Manut. *alius alii* Basil. Gud. 3. Facciol. probante Oudend. ad Sueton. Cæs. 89. *prod. possint* Basil. Victor. *ducem debemus* Victor. *et communes* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. *in medium conferre* Basil. *mutuatione* Lamb. *accipiendoque*

NOTÆ

[r] *Arpinas*] De Arpino, et agro Arpinate, multa geographi.

[s] *Scriptum est a Platone*] Epist. 9. ad Archytam Tarentinum.

Digitized by Google

rum, dando, accipiendo, tum artibus, tum opera, tum facultatibus, devincire hominum inter homines societatem. 23. Fundamentum est autem justitiæ fides;[7] id est, dictorum conventorumque constantia et veritas. Ex quo, quanquam hoc videbitur fortasse cuipiam[8] durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta, credamusque, quia 'fiat,' quod dictum est, appellatam 'fidem.'

Sed injustitiæ genera duo[9] sunt; unum eorum, qui inferunt; alterum eorum, qui ab iis quibus infertur, si possint, non propulsant injuriam. Nam qui injuste impetum in quempiam facit, aut ira aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus afferre videtur[10] socio: qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, injuriæ, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat. 24. Atque illæ quidem injuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe a metu[11] proficiscuntur; cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne, nisi id fecerit, ipse aliquo afficiatur incommodo. Maximam autem partem[12] ad injuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiscantur ea, quæ concupiverunt: in quo vitio latissime patet avaritia. VIII. Expetuntur autem[1] divitiæ cum ad usus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. 25. In quibus autem major

---

Bern. 3. *tum artibus, opera, facultatibus* Facciol.—7 *F. autem j. est fides* Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *F. autem est j. fides* Bern. 1. 2. Erf. Victor. *est* delendum putavit Orell. *constantia veritasque* Basil.—8 Bern. 3. *cuipiam fortasse.* Mox, *qui s. inquirunt* Bern. 3. Victor. *sunt ducta* codd. aliquot, Basil. Gernh. Beier. *credamus, quia* Basil. Victor. Pearc. Pro *fiat*, Bern. 5. Basil. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. habent *fit.*—9 Magnol. Manut. Facciol. *duo genera.* Mox, *qui ab his* Bern. 1. 2. 5. *si possunt* Bern. 1. 2. 4. 5. Erf. Victor. Heusing. Beier. Orell.—10 Codd. aliquot, Victor. Facciol. Beier. *videtur afferre;* Bern. 5. Magnol. Manut. *violenter videtur afferre.* Statim, *nec defendit* Victor. *quam si parentes, aut amicos, aut patriam deserat* Bern. 1. 3. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. 1566. Petr. 1568. Græv. Pearc. Gernh. Beier. Orell. *quam si parentes, aut patriam, aut amicos* Basil. Facciol. *aut amicos* omittit Victor. uncis inclusit Heusing.—11 Manut. *sæpe e metu.* Mox, *alteri nocere* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *timet, nisi*, omisso *ne*, Bern. 2. Basil. *id alteri fecerit* Magnol. Manut. *afficiatur aliquo incommodo* Bern. 3. Basil.—12 *Maxima autem parte* Bern. 3. *Ex maxima autem parte* Basil. *aggrediuntur nonnulli* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *concupierunt* Bern. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut.

CAP. VIII. 1 *Expetuntur enim* conj. Facciol. *tum ad usus* Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Schutz. Beier. *tum ad fruendas* Basil.—

Digitized by Google

est animus, in iis[2] pecuniæ cupiditas spectat ad opes, et ad gratificandi facultatem; [*p.* 6.] ut nuper M. Crassus[t] negabat, ullam satis magnam pecuniam esse ei qui in republica princeps vellet esse, cujus fructibus exercitum alere non posset. Delectant etiam[3] magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia et copia: quibus rebus effectum est, ut infinita pecuniæ cupiditas esset. Nec vero rei familiaris amplificatio, nemini nocens, vituperanda:[4] sed fugienda semper injuria est. 26. Maxime autem adducuntur plerique, ut eos justitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriæ,[5] cupiditatem inciderint. Quod enim est apud Ennium,[6]

Nulla sancta societas, nec fides, regni est,

id latius patet: nam, quicquid ejusmodi est, in quo non possint[7] plures excellere, in eo fit plerumque tanta contentio, ut difficillimum sit sanctam servare societatem. Declaravit id modo temeritas[8] C. Cæsaris,[u] qui omnia jura divina atque humana pervertit, propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum. Est au-

2 Bern. 1. 5. Magnol. Manut. *in his.* Paulo post, *esse vellet* Bern. 3. *qui suis fructibus* Manut.—3 *Delectant enim* Erf. Mox, *sit cupiditas* Bern. 3.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. *vituperanda est.* Mox, *est* post *injuria* omittunt Manut. Lamb. Gernh. Schutz. Beier.—5 Victor. Magnol. Manut. Lamb. *gloriæve.* Statim, *inciderunt* Bern. 1. 2. 4. Erf. Petr. 1568. Græv. Heusing. Gernh. Beier. Orell. —6 Basil. *apud Ennium est.*—7 Victor. et Pearc. *possunt.* Mox, *plerumque fit* Bern. 5. Magnol. Manut. *servare sanctam* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *servare societatem sanctam* Basil.—8 Magnol. Manut. *tempestas.* Statim, *divina et humana* Bern. 1. 3. 4. Basil. Erf. Magnol. Ma-

NOTÆ

t *M. Crassus*] E gente Licinia, Romanorum omnium ditissimus; hinc illi cognomentum Divitis. Duplici et oratione et consulatu ornatus, bellum Parthicum sortitus, exercitu filioque amissis, ab hoste per fraudem circumventus occisusque est. Priusquam in Parthos moveret, septem millium ac centum talentorum summam collegit, qui paterna hæreditate trecenta tantum acceperat. Primus templum Hierosolymitanum expilavit. De ejus avaritia vide Plut. Dion. et Appianum in Parthicis.

u *C. Cæsaris*] 'Divina pervertit,' cum templa Deorum donis referta expilavit, ingentemque vim auri e Capitolio furatus est; 'humana,' cum urbes ad deditionem paratas diripuit, societates et regna pretio vendidit.

Digitized by Google

tem in hoc genere molestum, quod, in maximis animis, splendidissimisque[9] ingeniis, plerumque existunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates: quo magis cavendum est, ne quid in eo genere peccetur. 27. Sed in omni injustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi (quæ plerumque brevis est, et ad tempus), an consulto et cogitato,[10] fiat injuria. Leviora enim sunt,[11] quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea, quæ meditata et præparata inferuntur. Ac de inferenda quidem injuria satis dictum est. IX. 28. Prætermittendæ autem defensionis, deserendique officii, plures solent esse causæ.[1] Nam, aut[2] inimicitias, aut laborem, aut sumtus suscipere nolunt; aut etiam negligentia, pigritia, inertia, aut suis studiis quibusdam occupationibusve sic impediuntur, ut eos, quos tutari debeant, desertos esse patiantur. Itaque videndum est,[3] ne non satis sit id, quod apud Platonem[x] est in philosophos dictum: quod in veri investigatione versentur, quodque ea, quæ plerique vehementer expetant, de quibus inter se digladiari soleant, contemnant, et pro nihilo ducant, propterea justos esse. Nam alterum[4] justitiæ genus assequun-

nut. Lamb. Petr. 1568.—9 Manut. *splendidissimis;* Bern. 3. et Petr. 1568. *splendidisque.* Paulo post, *eo in genere* Victor.—10 Codd. aliquot et Orell. *cogitate;* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. *cogitata.*—11 *Leviora enim sunt ea* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. *L. enim ea sunt* Beier. de conjectura et Nobb. *Leviora sunt enim* Facciol.

CAP. IX. 1 Bern. 3. *causæ esse solent;* Basil. *esse solent causæ.*—2 *Aut enim* Bern. 3. *aut labores* Bern. 4. *aut etiam n. p. inertia* suspecta sunt Facciolato. *quibusdamve occupationibus* Bern. 5. Magnol. Manut. *tutari debebant* conj. Gesner.—3 *Atqui videndum est* conj. Facciol. *Itaque verendum est* Petr. 1568. *an non satis* Bern. 3. *in philosophis* Gud. 2. *veri vestigatione* Bern. 5. *de quibusque* Lamb. Petr. 1568. *expetant . . . soleant* e codd. et edd. vett. recepit Ernesti; et sic etiam Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Erf. *expetunt . . . solent* edd. plurimæ ante Ernesti; *expetant . . . solent* Basil. Schutz. Statim, *et* omittit Bern. 2. Pro *ducant,* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Pearc. Heusing. Beier. *putent:* al. *putant.*—4 *Nam dum alt.* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Pearc. Facciol. *Nam cum alt.* codd. aliquot ap. Orell. *justiciæ* omittunt cod. Lubec. Beier. Nobb. Orell. *in inferenda* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Magnol. Lamb. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *non inferenda injuria ne cui noc.* Petr. 1568. *in alterum injustitiæ incidunt* Lamb. Petr. 1568. *in alterum inci-*

NOTÆ

[x] *Apud Platonem*] De Rep. 6. quem consule; eo enim non mediocriter illustratur locus hic Ciceronis. Vide quoque Lactant. I. 16.

Digitized by Google

tur, inferenda ne cui noceant injuria; in alterum incidunt. Discendi enim studio impediti, quos tueri debent, deserunt. Itaque eos[5] ad rempublicam ne accessuros quidem putant, nisi coactos: æquius autem erat id voluntate fieri: nam hoc ipsum ita justum est, quod recte fit, si est voluntarium. 29. Sunt etiam, qui, aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se[6] negotium agere dicant, ne facere cuiquam videantur injuriam; qui altero injustitiæ genere vacant; in alterum incurrunt. Deserunt enim vitæ societatem, quia nihil conferunt in eam studii, nihil operæ,[7] nihil facultatum.

Quoniam igitur,[8] duobus generibus injustitiæ propositis, adjunximus causas utriusque generis, easque res ante constituimus, quibus justitia continetur; facile, quod cujusque temporis officium sit, poterimus (nisi nosmetipsos valde amabimus) judicare. 30. Est enim[9] difficilis cura rerum alienarum; quanquam Terentianus ille Chremes[y] 'humani nihil a se alienum' putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera aut adversa eveniunt, quam illa, quæ ceteris [*p.* 7.] (quæ, quasi longo intervallo interjecto, videmus); aliter de illis, ac de nobis, judicamus. Quocirca bene præcipiunt, qui vetant quicquam agere, quod, dubites, æquum sit an ini-

dunt injustitiæ Facciol. Gernh. *in alterum incidunt justitiæ genus* Schutz. *in altero delinquunt* Bern. 3. *discendique studio* Basil. *tueri debeant* Gud. 2. Lubec. Petr. 1568. Pearc. Gernh. Beier. Orell.—5 *Itaque nos* Bern. 2. *ne ad remp. quidem accessuros* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *ad remp. nec quidem acc.* Bern. 5. *ad remp. non accessuros quidam* conj. Facciol. *putat* codd. aliquot, Magnol. Manut. Lamb. Heindorf. Gernh. Beier. Nobb. Orell.—6 Bern. 2. *suum sibi.* Statim, *nec facere* Bern. 1. *qui dum altero* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *genere injustitiæ* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—7 Bern. 5. Basil. *operum.*—8 *Quando igitur* Bern. 1. 2. Basil. Erf. Petr. 1568. *Quo magis* Bern. 5. *præpositis* Ernesti errore typogr. *justitia contineretur* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *amabimus valde* Bern. 5.—9 *Est quidem* conj. Pearc. Mox, *putet* Bern. 5. Basil. Paulo post, *quasi quodam longo* Gud. 3. Beier. *videmus inter-*

NOTÆ

[y] *Terentianus ille Chremes*] In Heautontimorumeno. Sententia illa Chremetis cum in theatro audita est, ingens plausus, teste Augustino, factus est.

Digitized by Google

quum.[10] Æquitas enim lucet ipsa per se:[11] dubitatio cogitationem significat injuriæ. x. 31. Sed incidunt sæpe tempora, cum ea, quæ maxime videntur[1] digna esse justo homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntque contraria: ut reddere depositum, promissum facere, quæque pertinent ad veritatem et ad fidem, ea migrare[a] interdum, et non servare, sit justum. Referri enim decet ad ea,[2] quæ proposui in principio, fundamenta justitiæ: primum, ut ne cui noceatur; deinde, ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempore[3] commutantur, commutatur officium, et non semper est idem. 32. Potest enim[4] accidere promissum aliquod et conventum, ut id effici sit inutile vel ei cui promissum sit, vel ei qui promiserit. Nam si (ut in fabulis est) Neptunus, quod Theseo promiserat, non fecisset, Theseus[b] filio Hippolyto[5] non esset orbatus. Ex tribus enim optatis, (ut scribitur[6]) hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit:

jecto Gud. 1. Beier. *aliter de aliis* Bern. 4.—10 Bern. duo *an æq. aut iniquum.* —11 Bern. 3. *per sese.* Beda omittit *ipsa;* Basil. habet *ipsa lucet.* Magnol. et Manut. *dubitando autem.* Bern. 4. *significat injuriæ cognitionem;* Basil. *significat cognitionem injuriæ.*

Cap. x. 1 Petr. 1568. *videantur.* Mox, *ut r. d. facere promissum, &c.* Petr. 1568. Facciol. alii, et Orell. *ut r. d. etiam ne furioso facere prom.* Bern. 1. 2. 4. Erf. *ut r. d. et non furioso facere prom.* Bern. 3. *ut non r. d. etiam ne furioso prom. fac.* Magnol. Manut. *ut non r. d. furioso, nec fac. prom.* Lamb. 1566. *ut non r. d. etiam prom. non fac.* Reg. Lamb. in marg. 1584. Lall. *et ad virtutem* Victor. *ea negare* Bern. 3. Magnol. Manut. *fit justum* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Lamb. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *fit virtus* Bern.—2 Basil. *ad ea decet.* Mox, *quæ posui* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *in* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Heusing. *in principio* cum Gud. 3. et Basil. delevit Beier.—3 *Ea cum tempora* Bern. 4. Græv. Pearc. *Cum tempora* Facciol. *semper idem est* Bern. 4. *ne semper sit idem* Bern. 5. *ut non semper sit idem* Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. et sic Bern. 2. nisi quod habet *et* pro *ut.*—4 *Potest etiam* Victor. *ut effici,* omisso *id,* Gud. 1. *conv. esse tale, ut id effici* Basil.—5 *Hippolyto filio* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Orell. *filio Hippolyto suo* Facciol. *Hip-*

NOTÆ

[a] *Migrare*] Antiqua vox pro 'mutare.' Sic De Fin. lib. iii. 'qui id conservaret, eum justum; qui migraret, injustum fore:' et De Leg. iii. 'quod quis earum rerum migrassit, noxiæ pœnæ par esto:' et De Divin. i. 'Ne communia jura migrare videatur.'

[b] *Theseus*] Theseum Hippolyti filii sui mortem a Diis postulasse, fraudibus Phædræ circumventum, dictum est De Nat. Deor. lib. iii.

Digitized by Google

quo impetrato, in maximos luctus incidit. Nec promissa igitur servanda sunt ea, quæ sint[7] iis, quibus promiseris, inutilia: nec, si plus tibi noceant, quam illi prosint, cui promiseris, contra officium est, majus anteponi minori: ut, si constitueris te cuipiam advocatum in rem præsentem[b] esse venturum, atque interim graviter ægrotare filius cœperit, non sit contra officium, non facere, quod dixeris; magisque ille, cui promissum sit, ab officio discedat, si se destitutum queratur. Jam illis[8] promissis standum non esse, quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo, promiserit? 33. quæ quidem pleraque jure prætorio[c] liberantur, nonnulla legibus. Existunt etiam sæpe injuriæ[9] calumnia quadam, et nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione. Ex quo illud, 'Summum jus, summa injuria,' factum est jam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam in republica[10] multa peccantur: ut ille, qui,

polyto suspectum Beiero.—6 Victor. et Facciol. *ut dicitur.*—7 Erf. Gernh. Beier. *sunt.* Actutum, *his* Bern. 1. 3. 4. 5. *tibi ea noc.* Bern. 1. 2. 3. 4. *ea tibi noc.* Basil. *illi* omittit Bern. 4. *cui quid promiseris* Bern. 2. 4. *cui quidem promiseris* Magnol. Manut. *damnum majus* Basil. *majus damnum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *cui promiseris. Contra o. est, majus non anteponi* codd. aliquot, Grut. Græv. Pearc. *cuipiam te adv.* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *cuipiam const. te adv.* Basil. *filius tuus cœperit* in eodem cod. *non fit* Basil. Petr. 1568.—8 *Jam in illis* Bern. 5. *non standum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quis metu aut deceptus* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—9 *Existunt e. injuriæ sæpe* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *sæpe* suspectum est Heusingero. *et n. c. et malitiosa* Gud. 1. Magnol. Manut. Lamb. Gernh. Schutz. *et n. c. seu malitiosa* Facciol. *et n. c. sed etiam malitiosa* Bern. 3.—10 *Quo in genere et in rep.* Petr. 1568. *multa peccant* ibid. *centum triginta* Bern. 5. *induciæ factæ* Bern. 1. 3. 4. Heusing. *induciæ pactæ* Bern. 1. Basil.

NOTÆ

[b] *In rem præsentem*] Vox juris: 'advocatus in rem præsentem' erat qui locum aliquem (puta prædium, de cujus limitibus finibusque lis esset) vel oculo vel digito definiebat, certosque loci fines describebat. Budæus, in Annot. in Pandect. Alii negant esse vocem juris, et 'præsentem' ad advocatum, non ad 'rem' referunt, ut sensus sit: Si constitueris te cuipiam advocatum præsentem futurum; hoc est, adfuturum, in rem, seu in causa et negotio, illius.

[c] *Jure prætorio*] Jus prætorium erant tabulæ, quibus servabantur decreta a prætoribus lata: prætoris enim fuit jus dicere, ut meminimus, De Fin. II. De Leg. III. ejusque tanta fuit auctoritas, ut et jus vetus abrogare, et novum condere posset; tantus honos, ut jus prætorum 'jus honorarium' vocaretur. Hinc Ovidio 'prætor honoratus' dictus est.

Digitized by Google

cum triginta dierum[d] essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium, induciæ. Ne noster[11] quidem probandus, si verum est, Q. Fabium Labeonem,[e] seu quem alium, (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datum, cum ad locum venisset, cum utrisque separatim locutum, ut ne cupide quid agerent, ne appetenter, atque ut regredi quam progredi mallent. Id cum utrique fecissent, aliquantum agri in medio relictum est. Itaque illorum fines, sicut ipsi[12] dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit.[f] Decipere hoc quidem est, non judicare:[13] quocirca, in omni re, fugienda est talis solertia.

XI. Sunt autem quædam officia etiam adversus eos servanda,[1] a quibus injuriam acceperis. Est enim ulciscendi et puniendi modus. Atque haud scio, an satis sit, eum,[2] qui lacessierit, injuriæ suæ pœnitere; ut et ipse ne quid

Lamb. Petr. 1568.—11 *Nec noster* Bern. 5. Magnol. Manut. Græv. Pearc. *probandus est* Basil. Magnol. Manut. Lamb. *habeo præter auditum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. *de finibus agri* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Statim, *ut* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Græv. Pearc. *nec appetentur* Bern. 5. *nec appeterent* Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *neve appeterent* Lamb. *ne appeterent* Gernh. *atque* omittit Bern. 2.—12 Petr. 1568. omittit *ipsi*; cod. Pith. *ut ipsi discesserant*, probante Græv.—13 Manut. *quidem, non judicare est*; Bern. 5. *quidem est, non judicare est*. Deinde, *est re fugienda* Bern. 1. 4. *solertia est* Erf.

Cap. xi. 1 Basil. *officia servanda etiam adversus eos*.—2 Bern. 3 omittit *eum*. Mox, *ut ipse*, omisso *et*, Manut. *posthac faciat* Bern. 3. cum gloss. su-

NOTÆ

[d] *Triginta dierum*] Cleomenes, Lacedæmonius, ut refert Plut. in Apophth. Laconicis.

[e] *Fabium Labeonem*] Qui avum habuit Fabium Cunctatorem; patrem, Q. Fabium Maximum, cos. an. 540. Ipse Labeonis cognomine distingui se voluit a fratre juniore II. Maximo, qui prætor fuit suo tempore. Labeonem doctrina insignem et poëtam fuisse testatur Donatus, in Vita Terentii Comici, ex Suetonio; oratorem, Cicero in Bruto; consulem an. 570. Fasti Capitolini. Alium ejus dolum refert Val. Max. VII. 3. superato enim Antiocho rege, ictoque fœdere de navium dimidia parte accipienda, medias omnes secuit, ut eum tota classe privaret.

[f] *Populo Romano adjudicavit*] Simile quid narrat Liv. l. III. de pop. Romano, qui judex ab Ardeatibus et Aricinis allectus de agro, illum sibi adjudicavit, suadente Scaptio quodam, trib. pleb. invitis autem coss. et patribus; quare mox restitutus est.

Digitized by Google

tale posthac, et ceteri sint ad injuriam tardiores. 34. Atque in republica maxime conservanda sunt[3] jura belli. Nam, cum sint duo genera decertandi;[4] unum per disceptationem, alterum per vim; [*p.* 8.] cumque illud proprium sit hominis, hoc belluarum; confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore. 35. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur: parta autem victoria, conservandi ii,[5] qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt; ut majores nostri Tusculanos,[g] Æquos,[h] Volscos,[i] Sabinos,[k] Hernicos,[l] in

perser. 'committat;' *posthac committat* Basil. Magnol. Manut.—3 Basil. *sunt observanda.*—4 Bern. 4. *certandi.* Mox, *illud proprie* Gud. 2. probante Heusing. *confugiendum ad post.* Bern. 2.—5 Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol.

NOTÆ

g *Tusculanos*] Ii, cum frequentibus rebellionibus meruissent ut urbs everteretur, Furio Camillo, ad illam diruendam accedenti, veniunt omnes obviam supplices, commeatus offerunt, permittunt armatum intrare. Ipse, convocato eorum senatu, 'Soli,' inquit, 'arma invenistis, quibus muros ab ira Romanorum tutaremini.' Romam deinde deducti, pacem imprræsentia, mox civitatem impetrarunt. Val. Max. VII. 3.

h *Æquos*] Populi Latii, quorum urbes fuere Alba, Tibur, Præneste, Carseoli, aliæque. 'Æquicolas' Livius vocat, apud quem continuata cum illis Romanorum prælia leguntur a lib. III. ad IX. Domiti præsertim, ac sub jugum missi sunt a L. Quintio Cincinnato, qui, ut Minucium, ab Æquis in castris obsessum, liberaret, ab altero consule dictator dictus, devictis illis, peractoque triumpho, dictaturam die 16. deposuit.

i *Volscos*] Populi prope Circeios locati a Plin. III. 5. a Mela prope Campanos cis et ultra Ufentem, mare versus, quos Latio quidem ex parte inclusos, sæpius antiqui inter Latinos non numerarunt, sicut nec Æquos nec Hernicos, quia in eadem cum priscis Latinis societate non erant; regionis tamen situ inter Latinos semper numerati. L. Florus pervicacissimos Latinorum appellat. Volscorum principes populi fuere Antiates, Artenates, Ægrites, Anxures, Veliterni, Signii. Oppida præcipua Circeii, Arpi, Corioli, Cenone, Suessa Pometia, Sora, Priverrnum, Longula, Fregellæ.

k *Sabinos*] Qui Romulo, ob raptas virgines, grave bellum, T. Tatio rege duce, intulerunt, vario eventu. Fœdus tandem ictum est, uti potestate pari Romulus et Tatius in urbe regnarent; Sabinis jus civitatis esset; communicatisque utrimque sacris, in tribus et curias reciperentur; urbi a Romulo nomen maneret; populi, a Curibus, Tatii patria, Quirites appellarentur. Æquato igitur imperio, Roma duos reges annos quinque habuit, videlicet usque ad mortem Tatii.

l *Hernicos*] Populi in Latio, medii inter Campanos, Latinos, et Volscos; metropolis Anagnia; dicti ab Herno,

Digitized by Google

civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem et Numantiam funditus sustulerunt: nollem Corinthum: sed credo aliquid secutos, opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Mea quidem sententia, paci, quæ nihil habitura sit insidiarum, semper est consulendum. In quo si mihi esset obtemperatum;[6] si non optimam, at aliquam rempublicam (quæ nunc nulla est) haberemus. Et cum iis, quos vi deviceris, consulendum est; tum ii, qui, armis positis,[7] ad imperatorum fidem confugient, quamvis murum aries percusserit, recipiendi sunt. In quo tantopere apud nostros[8] justitia culta est, ut ii, qui civitates aut nationes devictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent more majorum. 36. Ac belli quidem æquitas sanctissime feciali[9][m] populi Romani jure perscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis[n] geratur, aut de-

Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *conservandi sunt ii;* Bern. 1. *conservandi hi.* Mox, *nec immanes* Victor. Magnol. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *Hernicos etiam in civitate* Petr. 1568. *Hernicos etiam in civitatem* Lamb. *credo illos secutos* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. *credo illos aliquid secutos* Petr. 1568. *ob opportunitatem* Erf. Petr. 1568.—6 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *obtemperatum esset.* Actutum, *etsi non* Bern. 5. Pearc. *at* cum Gud. 2. delevit Heusing.—7 Basil. *depositis.* Mox, *confugerint* Gud. 3. Beda, probante Ernesti; *confugiunt* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *sunt* post *recipiendi* omittunt Bern. 1. 2. 3. Erf. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Gernh. Beier. Orell.—8 Basil. *apud nostros tantopere.* Vocc. *devictas bello* omittit Bern. 3. *in f. cepissent* Bern. 5. Magnol.—9 Bern. 5. Basil. Erf. *feciali.*—

NOTÆ

Pelasgo, eorum duco, ut Macrobio placet; vel, ut aliis, ab agro saxoso, quem incolunt; saxa enim 'Hernias' vocabant. Virg. Æneid. lib. VII. 'et roscida rivis Hernica saxa colunt, quos dives Anagnia pascit.' De iis a Sp. Cassio et Q. Marcio Tremulo variis temporibus triumphatum.

[m] *Feciali*] Feciale jus fuit septima pars legum sacrarum, complexa leges quibus suberant feciales, sive qui fidei publicæ inter populos præerant: ab his bella et fœdera pendebant; a Numa instituti. Eorum munus (ex Dion. l. II.) fuit, dare operam ne bellum injuste inferretur, illatas injurias cognoscere, pacem conficere, male confectam reficere, &c. Vide plura apud Plut. in Numa, et Rosinum, III. 21.

[n] *Rebus repetitis*] Rerum ab hoste repetendarum is mos erat. Verbenam ex arce evellebat fecialis qui ad hostes mittebatur clarigatum, seu clare repetiturus res raptas. Hinc fecialis 'verbenarius' vocatus; et herba summo apud Romanos in honore. Plin. XXII. 2.

Digitized by Google

nuntiatum ante sit, et indictum.[10] Pompilius[11] [o] imperator tenebat provinciam: in cujus exercitu Catonis filius[p] tiro militabat. Cum autem Pompilio videretur unam dimittere legionem; Catonis quoque filium, qui[12] in eadem legione militabat, dimisit. Sed cum, amore pugnandi, in exercitu remansisset, Cato ad Pompilium scripsit, ut, si eum pateretur[13] in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento; quia, priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat. 37. Adeo summa erat observatio in bello movendo.[14] M. quidem Catonis senis epistola est[15] ad M. filium, in qua scripsit, se audisse, eum missum factum[q] esse a consule, cum in Macedonia Persico bello miles esset. Monet igitur, ut caveat, ne prælium ineat: negat enim jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste.[16] XII. Equidem illud etiam[1] animadverto, quod, qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi

10 Facciol. conj. *nisi quod et rebus r. g. et d. a. sit atque indictum.*—11 *M. Popillius* Lamb. *Hostilius* de Gronovii et Perizonii conjectura Lall.—12 *Catonis quoque, qui* Petr. 1568. *Catonis filium, qui* Bern. 4.—13 Bern. 1. 2. 4. et Victor. *patitur;* Bern. 3. *patiatur.* Mox, *secundo obliget* codex unus Oxon. Beier. Nobb. *secundo eum obliget* Bern. 1. 3. 4. 5. Erf. Petr. 1568. Heusing. Beier. *pugnare cum hostibus* Magnol. Manut. Lamb.—14 Hæc, *Adeo ... movendo*, de Bongarsii et Facciolati sententia uncis inclusit Gernh. delevit Schutz.—15 Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Magnol. Manut. Gernh. Orell. *est epistola*; Bern. 5. Basil. omittunt *est*. Statim, *in qua scribit* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Petr. 1566. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *factum a consule esse* Bern. 3. *factum esse ad consulem* Bern. 4. *bello Persico* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Magnol. Maunt. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Beier. Hæc, *cum in M. P. b. m. esset*, uncis incluserunt Gernh. Nobb. delevit Schutz.—16 Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. *cum hoste pugnare.* Hæc omnia, *M. quidem Catonis ... pugnare cum hoste*, uncis inclusit Beier.

CAP. XII. 1 *Equidem etiam illud* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. *Equidem etiam*

NOTÆ

o *Pompilius* [*P. Æmilius*] Mendosam putavimus lectionem vulgatam, tum quia nullus Popilius in bello Macedonico, (de quo hic mentio est) imperator fuit, temporibus M. Catonis; tum quia in vetustioribus codicibus (qualem Romæ vidi cum notis manuscriptis Mureti) legitur *Pompilius*, mendose et illud quidem, sed tamen minus remote a *P. Æmilio*; tum quia P. Æmilius bellum Macedonicum contra Persen gessit, et sub eo tunc militavit Cato, teste Plut. in Catone.

p *Catonis filius*] M. Cato Licinianus, quem ex Licinia, prima sua uxore, juvenis suscepit. Is ante patrem decessit, designatus prætor.

q *Missum factum*] De missione militum, et de bello Macedonico, pleraque obvia.

Digitized by Google

tristitiam rei mitigatam. Hostis enim, apud majores nostros, is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus.[r] Indicant duodecim tabulæ:[2] 'aut status dies cum hoste.' Itemque,[3] 'adversus hostem æterna auctoritas.' Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? eum quicum[4] bellum geras, tam molli nomine appellari? Quanquam id nomen durius[5] jam effecit vetustas: a peregrino enim recessit, et proprie in eo, qui arma contra ferret, remansit. 38. Cum vero de imperio decertatur, belloque quæritur gloria,[6] causas omnino subesse tamen oportet easdem, quas dixi paulo ante justas causas esse bellorum. Sed ea bella, quibus imperii gloria proposita est,[7] minus acerbe gerenda sunt. Ut enim, cum civiliter[8] contendimus, aliter, si est inimicus, aliter, si competitor; cum altero, certamen honoris et dignitatis est; cum altero, capitis et famæ; sic cum Celtiberis,[s] cum Cimbris,[t] bellum, ut cum inimicis, gerebatur, uter esset, non

animadverto illud Bern. 3. *rei tristitiam* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. *mitigante* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. Facciol. Gernh. Schutz.—2 Goth. et Heusing. omittunt *tabulæ*. Actutum, *ut status* Bern. 2. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *aut statutus* Bern. 3. 4. 5. Basil.—3 *Item*, omisso *que*, Bern. 3. Facciol.—4 Bern. 1. *eo quocum;* Bern. 2. *eum quocum;* Bern. 5. *eum cum quo*. Actutum, *bella geras* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. *appellare* quinque Bern. Basil. Erf. al. ap. Heusing. Magnol. Manut. Lamb. Beier. Nobb. Orell.—5 *Quanquam id durius* Bern. 3. *effecit jam* codd. aliquot, Magnol. *efficit jam* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Manut. *enim jam recessit* Bern. 3. Græv. Facciol. *contra feret arma* Bern. 5. Magnol. Manut. *contra fert arma* Basil. *ferret arma contra* Lamb. Petr. 1568. Facciol.—6 Victor. *gloria quæritur*. Mox, *quas diximus* Basil. *causas* omittit Victor. *bellorum esse* Bern. 3.—7 Bern. 1. 2. Basil. Gernh. Beier. Orell. *proposita gloria est;* Bern. 3. 4. *proposita est gloria*.—8 *Ut enim cum civi aliter* Bern. 4. a m. pr. Bern. 5. codex unus Manutii, Græv. Facciol. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *Ut e. cum cive aliter* Schutz. *aliter* ante *si* retinuit Nobb. cum codd. Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. id vero delerunt Græv.

NOTÆ

[r] *Peregrinum dicimus*] Quia peregrini in urbe accepti æquales erant civibus; inde *hostire* pro æquare; et *hostimentum* apud Plautum, in Asinar. pro compensatione; et *hostorium*, instrumentum quo mensura, ne quid desit aut supersit, æquatur.

[s] *Celtiberis*] Populi Hispaniæ Tarraconensis, in quibus magna pars Arragoniæ, trans Iberum fluvium, cum parte Castellæ, est. Cum iis bellum 20. annis duravit, teste Strabone, nec nisi Numantiæ excidio finitum est. Vide historiam apud Appianum in Ibericis, qui belli originem eventumque latius enarrat.

[t] *Cimbris*] Cimbri, antiqua Celtarum lingua, Latrones sonant, teste Plut. in Mario, et Sex. Pompeio. Septentrionales interioris Germaniæ

uter imperaret; cum Latinis,[u] Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho, de imperio dimicabatur. Pœni fœdifragi, crudelis Hannibal; reliqui justiores. Pyrrhi quidem, de captivis reddendis,[9] illa præclara:[x] [p. 9.]

Nec mi aurum posco, nec mi pretium dederitis;
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes,[10]
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Vosne velit, an me regnare, hera quidve ferat Fors,[11]
Virtute experiamur. Et hoc simul accipite[12] dictum:
Quorum[13] virtuti belli fortuna pepercit,
Eorumdem[14] me libertati parcere certum est.
Dono, ducite, doque, volentibu' cum magnis Diis.[15]

Regalis sane, et digna Æacidarum[y] genere, sententia.

Facciol. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—9 Basil. *de reddendis captivis.* Statim, *præclara est* Petr. 1568. *præclara sententia est* Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Manut.—10 *Non cauponantis bellum est, sed belligerantis* Petr. 1568. Mox, *non auro vita* Bern. 5. Petr. 1568.—11 Bern. 3. Basil. Magnol. Manut. *sors.* —12 Ita Goth. et Heusing. *accipe* ceteri.—13 *Quorumque* Bern. 2. 4. Erf. *virtute* Bern. 1. 2. Erf.—14 *Horumdem* Victor.—15 Petr. 1568. *volentibus id magnis Dis.*

NOTÆ

populi. Horum regiones, Oceani inundationibus obrutas, Cimbrisque discedentibus vacuas, undis subinde residentibus, Dani et Holsatii occupavere, vel, ut alii tradunt, Frisii et Saxones. Plura de iis, eorumque moribus, Plut. in Vita Marii, et Tacitus in Germania. Hos Marius primo consul funditus profligavit ad Veronam, cæsis hostium 140. millibus cum duobus regulis; captis 60. millibus cum duobus item regulis; eaque victoria Cimbricum nomen omnino deletum. Eam fusius Plut. in in Mario et Sulla; brevius L. Flor. III. 3. Vell. II. Eutrop. et Appian. in Celticis.

[u] *Cum Latinis*] De bello Latinorum, Samnitico, Sabino, Punico, Pyrrhi, multa quoque Florus.

[x] *Illa præclara*] Ex Ennio, qui bellum Tarentinum μετρικῶς scripsit. Cum primo prælio P. Valerius Lævinus, cos. inter Pandosiam et Heracleam, ad Sirim amnem parum prospere pugnasset, elephantorum inusitato aspectu et insultu turbatis ordinibus; C. Fabricius ad Pyrrhum, de captivis redimendis acturus, missus est: captivi a Pyrrho gratis redditi. Mox Pyrrho per Cyneam legatum pacem petente, licet victore, unius Appii Claudii Cæci sententia denegata est. Justin. l. XVIII. Plut. in Pyrrho: qua de re nos plura lib. De Senect.

[y] *Æacidarum*] Pyrrhus ad Æacum, Jovis filium, genus referebat: Æaci enim filius fuit Achilles, Achillis Neoptolemus, Neoptolemi Pyrrhus, ita dictus propter igneum capilli colorem; Pyrrhi (multis intermediis, qui silentur) nepos Tharritas, Tharritæ filius Alectes, Alectæ Arymbas, A-

Digitized by Google

XIII. 39. Atque etiam, si quid singuli,[1] temporibus adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda: ut, primo Punico bello, Regulus, captus a Pœnis, cum de captivis commutandis Romam missus esset, jurassetque se rediturum; primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit; deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. 40. *Secundo*[2] *autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam astrictos misit*[3] *jurejurando se redituros esse, nisi de redimendis iis qui capti erant, impetrassent; eos omnes censores, quoad quisque eorum vixit, qui pejerassent, in ærariis reliquerunt; nec minus illum, qui jurisjurandi fraude culpam invenerat. Cum enim, Hannibalis permissu,*[4] *exisset de castris, rediit paulo post, quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus e castris, jurejurando se solutum putabat: et erat verbis, re non erat. Semper autem*[5] *in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est justitiæ in hostem a majoribus nostris constitutum. Cum a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi daturum, et eum*[6] *necaturum; senatus et C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, et potentis, et bellum ultro inferentis, interitum cum scelere*[7] *approbavit.* 41. Ac de bellicis quidem officiis satis dictum est.

Meminerimus autem, etiam[8] adversus infimos, justitiam

CAP. XIII. 1 Bern. 2. Basil. *singulis*. Mox, *promiserunt* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Erf. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *fides servanda* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Paulo post, *captivos non red. in senatu* Gud. 3. *et amicis* Victor. Pearc. *datam hosti* Bern. 3.—2 Hæc omnia literis Italicis excusa absunt a codd. tantum non omnibus. *Semper autem in fide . . . cum scelere approbavit* extant in Bern. 3.—3 Lamb. Petr. 1568. *misit astrictos.* Paulo post, *quod pejerassent* Lamb. *qui jurejurando fraudis culpam invenerat* cod. Lincoln. *qui jure jurando fraude culpam inv.* Anemœc. *qui jurisjurandi fraudiculam inv.* conj. Heusing. *qui jurisjurandi calumniam inv.* conj. Hotting. *qui jurisjurandi calumnia fraudem inv.* conj. Schutz.—4 *Cum enim permissu Han.* Petr. 1568. *e castris* Facciol.—5 *Semper enim* Petr. 1568. *cogitandum est* Bern. 3.—6 Idem codex omittit *eum.* Mox, *C. Fabr. eum Pyrrho dedit* in eodem cod. *dedidit* Lamb. Petr. 1568. Heusing. Orell.—7 Lamb. Petr. 1568. *cum scelere interitum.*—8 Pro *etiam* Magnol. et Manut. habent *et.* Actutum, *adversum* Bern.

NOTÆ

rymbæ Æacides, Æacidæ Pyrrhus: hic Epirotarum rex. De Regulo nos sæpe alibi.

Digitized by Google

esse servandam. Est autem infima conditio et fortuna servorum: quibus, non male præcipiunt, qui ita jubent uti, ut mercenariis; operam exigendam,[9] justa præbenda. Cum autem duobus modis, id est,[10] aut vi aut fraude fiat injuria; fraus, quasi vulpeculæ, vis, leonis videtur: utrumque homine alienissimum: sed fraus odio digna majore. Totius autem injustitiæ nulla capitalior est,[11] quam eorum, qui, cum maxime fallunt, id agunt ut viri boni esse videantur. De justitia satis dictum est.[12]

XIV. 42. Deinceps (ut erat propositum) de beneficentia ac liberalitate[1] dicatur; qua quidem nihil est naturæ hominis accommodatius: sed habet multas cautiones. Videndum est enim primum,[2] ne obsit benignitas et iis ipsis quibus benigne videbitur fieri, et ceteris; deinde, ne major benignitas sit, quam facultates; tum, ut pro dignitate cuique tribuatur. Id enim est justitiæ[3] fundamentum, ad quam hæc referenda sunt omnia. Nam et qui gratificantur cuipiam,[4] quod obsit illi cui prodesse velle videantur, non benefici neque liberales, sed perniciosi assentatores, judicandi sunt: et, qui aliis nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut si in suam rem alienam convertant. 43. Sunt autem multi, et quidem cupidi[5] splendoris et gloriæ, qui eripiunt aliis, quod aliis largiantur:

5.—9 Bern. 5. Magnol. Manut. *ad operam exigendam;* Facciol. *opera exigenda;* Rom. *operam exigendo, et justa præbendo,* non improbante Heusing.—10 Basil. omittit *id est;* Magnol. et Manut. habent *et id.* Mox, *utrumque ab homine* Bern. 5. Basil. Pearc. *alienissimum ab homine est* codd. aliquot, Magnol. Manut.—11 Heusing. conj. *est pestis;* Bern. 2. 3. 4. Basil. Erf. Beier. Orell. omittunt *est.* Statim, *qui tum, cum, &c.* Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. *id tamen agunt* Magnol. Manut. *viri esse boni* Bern. 5.—12 Bern. 1. 2. Erf. omittunt *est.*

CAP. XIV. 1 Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Heusing. Beier. Orell. *ac de liberalitate;* Basil. et Facciol. *et liberalitate.* Mox, *hominis naturæ* Bern. 3.—2 *Videndum est primum* Basil. *et his ipsis* Bern. 1. 2. *quam facultas* Magnol. Manut.—3 *Id est enim just.* Beda probante Schutz. *Id enim just. est* conj. Beier. *referenda hæc* Erf. *referenda sunt hæc* Basil. *omnia sunt referenda* Bern. 5. Victor. *hæc* omittunt codd. aliquot, Beda, Beier.—4 Facciol. conj. *quidpiam,* vel *cui.* Mox, *velle videantur prodesse* Victor. *velle* omittunt Gud. 2. et Heusing. *cui se prodesse velle videantur* Basil. *in* ante *eadem* omittit Erf. *ut si ipsi* Victor. *aliena* codd. plurimi et edd. ante Pearc. *alienam* Bern. 1. a m. pr. Bern. 4. 5. Basil.—5 *Sunt autem, et quidem multi cupidi* conj. Facciol. *et* omittit codex ejusdem. *ab aliis* Basil. Magnol. Manut. *aliis quod larg.* Lamb. Petr. 1568. *quod alii larg.* Magnol. Manut. *hiique* Bern. 5. *iique* Bern. 4. Basil. *amicos*

Digitized by Google

hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacumque ratione. Id autem tantum abest officio,[6] ut nihil magis officio possit esse contrarium. Videndum est igitur, ut ea liberalitate utamur, quæ prosit amicis, noceat nemini.[7] Quare L. Sullæ,[a] et[8] C. Cæsaris,[b] pecuniarum translatio a justis dominis ad alienos non debet liberalis videri. Nihil est enim[9] liberale, quod non idem justum. 44. Alter erat locus[10] cautionis, ne benignitas major esset, quam facultates: quod, qui benigniores volunt esse, quam res patitur, primum in eo peccant, quod injuriosi sunt in proximos: quas enim copias his et suppeditari æquius est et relinqui, eas transferunt ad alienos. Inest autem in tali liberalitate cupiditas plerumque rapiendi[11] et auferendi per injuriam, ut ad largiendum suppetant copiæ. [*p.* 10.] Videre etiam[12] licet plerosque (non tam natura liberales, quam quadam gloria ductos), ut benefici videantur, facere multa, quæ proficisci ab ostenta-

fieri Bern. 2. *amicos videri* Bern. 4.—6 Bern. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. *ab officio.*—7 Bern. 5. *nemini noceat.*—8 Bern. 1. 3. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568. omittunt *et.* 'Tale asyndeton est II. § 59.' *Beier. videri liberalis* Basil.—9 *Nihil enim*, omisso *est*, codd. aliquot, Lamb. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *Nihil enim est* Bern. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. *non idem sit* Basil. Facciol. *non sit idem* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *non idem justum sit* Bern. 5.—10 *Alter locus erat* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Erf. Magnol. Manut. *Alter locus cautionis erat* Basil. Pro *quod* Facciol. edidit *nam.* Tum, *perbenigniores* Bern. 4. *esse volunt* Victor. *patiatur* Bern. 5. Basil. *copias et supp. eis æquius* Bern. 3. *relinquere* Bern. 5. *transferunt eas* in eodem cod.—11 Bern. 3. Basil. Magnol. Manut. *rapiendi plerumque.* Statim, *suppeditent* Gud. 3. 5. Beda.—12 *Videre autem* Erf. *Videre autem etiam* Bern. 4. *ab ostentatione proficisci* Magnol. Manut. *quæ videntur magis proficisci ab ostentatione, &c.* Bern. 5. *quæ videntur ab ost. magis, quam a vol. prof.* Fac-

NOTÆ

[a] *L. Sullæ*] Proscriptionem illam celebrem intellige, qua tabulam ingentem proposuit, ubi nomina proscriptorum continerentur: in his, ex ipso equestris et senatorii ordinis flore, bis mille capite damnati, bona partim sub hasta vendita, partim amicis Sullæ donata. Plura Plut. in Sulla, Appian. Bell. Civ. lib. I. Val. Max. lib. IX. c. 2.

[b] *C. Cæsaris*] Multa Cæsar amicis largitus est ex contrariæ factionis bonis, quanquam moderatior postquam rerum plene potiri cœpit. Sueton. C. Scribonium Curionem præsertim, tribunum plebis an. 703. filium pessimum viri optimi consularis ac triumphalis, ingenti ære alieno liberavit, ut rationes suas Romæ defenderet. Dio, Sueton. Appian. Plut. in Cæsare et Pompeio. Val. Max. IX. 1.

Digitized by Google

tione magis quam a voluntate videantur. Talis autem simulatio vanitati est[13] conjunctior, quam aut liberalitati aut honestati. 45. Tertium est[14] propositum, ut in beneficentia delectus esset dignitatis: in quo et mores ejus erunt spectandi, in quem beneficium conferetur, et animus erga nos, et communitas ac societas vitæ, et ad nostras utilitates officia ante collata: quæ ut concurrant omnia, optabile est; sin minus, plures causæ, majoresque, ponderis plus habebunt. XV. 46. Quoniam autem vivitur, non cum perfectis hominibus, planeque[1] sapientibus, sed cum iis, in quibus, præclare agitur, si sunt simulacra virtutis; etiam hoc intelligendum puto, neminem omnino esse negligendum, in quo aliqua significatio virtutis appareat: colendum autem esse ita quemque maxime, ut quisque maxime his virtutibus lenioribus erit ornatus, modestia, temperantia, hac ipsa (de qua jam multa dicta sunt) justitia. Nam fortis animus et magnus, in homine non perfecto nec sapiente,[2] ferventior plerumque est: illæ virtutes virum bonum videntur potius attingere. Atque hæc in moribus.[3] 47. De benevolentia autem, quam quisque habeat erga nos, primum illud est in officio, ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimur:[3] sed benevolentiam, non, adolescentulorum more, ardore quodam amoris, sed stabilitate potius et constantia, judicemus. Sin erunt merita, ut non ineunda, sed referenda sit gratia; major quædam cura

ciol. *videntur* etiam Victor. Lamb.—13 Erf. omittit *est*.—14 *Tertium autem est* Basil. *dilectus esset* Bern. 1. 2. Lamb. *esset* omittit Bern. 3. *quæ si conc.* Bern. 5. Basil. *si minus* omnes codd. edd. antiquiss. Heusing. Gernh. Facciol. Schutz.

CAP. XV. 1 Bern. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. *pleneque*. Mox, *sed cum his* Bern. 1. 2. *in* omittit Lang. *non præclare* Basil. *si sint* Victor. Magnol. Manut. *si insunt* Lamb. Petr. 1568. Paulo post, *ut quisquis* Erf. *quisque* delendum putavit Ernesti. *virtutibus iis* Bern. 3. Basil. *virtutibus his* Bern. 1. 2. 4. Erf. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *levioribus* Basil. Victor. *ac ipsa* Bern. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. *multa jam dicta* Bern. 1. 2. 3. Erf. Victor. *jam dicta multa* Basil.—2 Codex Langii omittit *nec sapiente;* Gernh. conj. *non sapiente*. Mox, *illæ vero virt.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *bonum virum* Bern. 1. 3. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *potius* superscr. a m. sec. in Bern. 2. *propius* conj. Gulielm. probante Facciol. Paulo post *Atque hæc in m. consideranda* Bern. 3. *Atque h. in m. considerentur* Bern. 3. Basil. Magnol. Manut.—3 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Petr.

Digitized by Google

adhibenda est: nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est. 48. Quod si ea, quæ utenda acceperis,[4] majore mensura (si modo possis) jubet reddere Hesiodus;[b] quidnam, beneficio provocati, facere debemus? an non imitari agros fertiles, qui multo plus efferunt, quam acceperunt? Etenim, si in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus officia[5] conferre; quales in eos esse debemus, qui jam profuerunt? Nam,[6] cum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi; demus, necne, in nostra potestate est: non reddere, viro bono non licet, modo id facere possit sine injuria. 49. Acceptorum autem beneficiorum sunt delectus habendi. Nec dubium, quin[7] maximo cuique plurimum debeatur. In quo tamen, inprimis, quo quisque animi studio[8] benevolentia fecerit, ponderandum est. Multi enim faciunt multa[9] temeritate quadam, sine judicio vel modo; in omnes repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati: quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea, quæ judicio, considerate, constanterque delata sunt. Sed, in collocando beneficio, et in referenda gratia, si cetera paria sint,[10] hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari: quod contra fit

1568. *diligamur.* Mox, *referenda gratia sit* Bern. 3. *cura quædam* Basil.—4 Bern. Magnol. Manut. Facciol. *quæ acceperis utenda.* Statim, *si* omittit Lamb. *si m. possit* Bern. 4. *debemus facere* Bern. 3. *an imitari* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Reg. alii codd. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Lall. Heusing. Gernh. *plus afferunt* Bern. 1. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Facciol. *plus offerunt* Bern. 4.—5 Basil. *beneficia.* Statim, *debemus esse* Bern. 3. *profuerint* Bern. 5.—6 *Num* Victor. *duo sint genera liberalitatis* Bern. 3. *bono viro* Bern. 5. *si modo id* Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. *facere possis* Basil.—7 Bern. 2. *qui in;* Bern. 4. *est qui in.*—8 Ita Bern. 4. alii codd. et Victor. *animi studio et benev.* Pearc. *animo, studio* ceteri.—9 Basil. Magnol. Manut. Lamb. *multa faciunt.* Mox, *vel morbo* Bern. 1. 2. Græv. Gernh. *velut morbo* conj. Beier. *vel modo in omnes* Bern. 3. *vel repentino* codd. et edd. ante Grut. item Heusing. Gernh. Beier. Orell. *judicio* extat tantum in marg. Goth. *considerate* delendum censet Heusing. *habenda .... delata sunt* desunt in Bern. 2. a m. pr.—10 Plurimi codd. et edd. *sunt.*

NOTÆ

[b] *Reddere Hesiodus*] Libro inscripto Ἔργα καὶ Ἡμέραι, *Opera et Dies.* Locus Hesiodi est, Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι· *Eadem mensura, et melius, si quidem possis.*

Digitized by Google

a plerisque. A quo enim plurimum sperant,[c] etiamsi ille his non eget,[11] tamen ei potissimum inserviunt. XVI. 50. Optime [1] autem societas hominum conjunctioque servabitur, si, ut quisque erit conjunctissimus, ita in eum benignitatis plurimum conferetur. Sed, quæ natura [2] principia sint communitatis et societatis humanæ, repetendum altius videtur. Est enim primum, quod cernitur in universi generis humani societate: ejus autem vinculum est ratio et oratio;[3] [*p.* 11.] quæ, docendo, discendo, communicando, disceptando, judicando, conciliat inter se homines, conjungitque naturali quadam societate. Neque ulla re longius absumus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem sæpe dicimus, ut in equis, in leonibus; justitiam, æquitatem, bonitatem, non dicimus. Sunt enim rationis et orationis expertes. 51. Ac [4] latissime quidem patens hominibus inter ipsos, omnibus inter omnes, societas hæc est; in qua omnium rerum, quas ad communem hominum usum natura genuit, est servanda communitas; ut, quæ descripta sunt legibus et jure civili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum: e quibus ipsis cetera sic observentur, ut in Græcorum proverbio[d] est, 'Amicorum esse omnia communia.'[5]

Mox, *a plerisque* desunt in Basil.—11 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Erf. et edd. ante Hensing. *etiam si ille his non egeat* Basil. *etiam si is non egeat* Facciol. *etiam si is non eget* codex unus Oxon. Goth. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell.

CAP. XVI. 1 *Et optime* Bern. 2. *est conj. ita in eum b. p. conferatur* Basil. —2 *Sed, quæ naturæ* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *Sed naturæ quæ* Bern. 2. *videtur altius* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Petr. 1568. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—3 *Est autem primum, quod . . . societate; vinculum, ratio et oratio* conj. Facciol. *discendo* omittit codex unus Oxon. Pro *disceptando* Basil. habet *disputando*. Petr. 1568. omittit *judicando*. Mox, *et in leonibus* Basil. *sunt autem rationis* Bern. 1. 2.—4 *At* Basil. *inter ipsos, omnibus* desunt in Petr. 1568. *usum hominum* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Pro *ut* Hensing. conj. *at*. Mox, *ex quibus* Bern. 3. 4. Basil. *constitutum, e quibus ipsis: cetera* distinguit Hensing. *e quibus ipsis* delenda videbantur Facciolato, probante Schutz. *teneantur, ut sit constitutum, æque omnibus ipsis: cetera* conj. Gernh. *ut sit constitutum legibus ipsis* conj. Gulielm. *ut constitutum est civibus ipsis* conj. Pearc.—5 Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. Vic-

NOTÆ

[c] *A quo plurimum sperant*] Scitum est illud Martialis, 'Pauper eris semper, si pauper es, Æmiliane; Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus.'

[d] *Græcorum proverbio*] Græce sic habet: τὰ τῶν φίλων πάντα κοινά. Ejus

Digitized by Google

Omnia autem communia hominum[6] videntur ea, quæ sunt generis ejus, quod, ab Ennio[e] positum in una re, transferri in multas potest.

Homo[7] qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine[8] accendat, facit:
Nihilominus[9] ipsi luceat, cum illi accenderit.

Una ex re[10] satis præcipitur, ut, quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. 52. Ex quo sunt illa communia, Non prohibere aqua profluente;[11] Pati ab igne ignem capere, si quis velit; Consilium fidele deliberanti dare: quæ sunt iis utilia qui accipiunt, danti non molesta. Quare et his[12] utendum est, et semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Sed, quoniam copiæ parvæ singulorum sunt; eorum autem, qui his egeant,[13] infinita est multitudo; vulgaris liberalitas referenda est ad illum Ennii finem ('Nihilominus ipsi luceat'), ut facultas sit, qua in nostros simus liberales. XVII. 53. Gradus autem plures sunt societatis hominum.[1] Ut enim ab infinita illa discedatur,[2] propior est ejusdem gentis, nationis, lin-

tor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *esse communia omnia;* Bern. 3. *communia esse omnia;* Magnol. Manut. *omnia esse communia.*—6 Bern. 3. *omnium.* Mox, *generis ejusdem* Magnol. Manut. Lamb. *transferri per multas* Erf. Magnol. Manut. Facciol. *transferri in permultas* Bern. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. *in multas potest transferri* Bern. 3.—7 *Ut homo* Basil. Magnol. Manut. *comiti* Bern. 4. Basil. Erf. Victor. Magnol.—8 *Quasi de suo lumine lumen* Bern. 5. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *faciat* Petr. 1568.—9 *Ut nihilominus* Basil. Victor. Magnol. Manut. *ipsi lucet* codd. aliquot, edd. vett. et al. post Manut. *ipsi ut luceat* Bern. 1. *ut ipsi luceat* Reg. Lall.—10 *Una enim ex re* Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *Qua ex re* Basil. *satis præcipit* Bern. 1. 3. Basil. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Heusing. Schutz. *commodari possit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *tribuatur cuique* Magnol. Manut.—11 Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Græv. Pearc. *aquam profluentem.* Mox, *si qui velit* plurimi codd. et edd. vett. item Heusing. Gernh. Beier. Orell. *utilia iis* Lamb. *his utilia* Bern. 1. *iis* omittunt Bern. 4. Facciol.—12 *Quare et iis* Bern. 3. 5. Basil. Victor.—13 Basil. Victor. Orell. *qui iis egeant;* Gud. 5. Facciol. Gernh. omittunt *iis.* Mox, *ad illum ref. est E.* Bern. 3. *ipsi lucet* plurimi codd. et edd. vett. *ut ipsi luceat* Bern. 5. Magnol. Manut.

CAP. XVII. 1 Basil. *societatis hominum plures sunt.*—2 *Ut enim ab illa infi-*

NOTÆ

auctorem ferunt fuisse Pythagoram Samium. Brevius Aristot. Pol. 2. *κοινὰ τὰ φίλων.*

[e] *Quod ab Ennio*] Ex quo Ennii opere excerptum illud sit, obscurum est.

Digitized by Google

guæ, qua maxime homines conjunguntur: interius etiam est, ejusdem esse civitatis. Multa enim sunt[3] civibus inter se communia: forum, fana, porticus, viæ, leges, jura, judicia, suffragia, consuetudines, præterea, et familiaritates, multisque cum multis res rationesque contractæ. Arctior vero colligatio est societatis[4] propinquorum: ab illa enim immensa societate humani generis in exiguum angustumque concluditur. 54. Nam, cum sit hoc natura[5] commune animantium, ut habeant libidinem procreandi, prima societas in ipso conjugio est; proxima in liberis; deinde una domus, communia omnia. Id autem est principium urbis, et quasi seminarium reipublicæ.[6] Sequuntur fratrum conjunctiones; post, consobrinorum, sobrinorumque;[f] qui cum una domo jam capi non possint,[7] in alias domos, tanquam in colonias, exeunt. Sequuntur connubia, et affinitates; ex quibus etiam plures propinqui: quæ propagatio et soboles origo est rerum[8] publicarum. Sanguinis autem conjunctio benevolentia devincit homines et caritate.[9]

nita disc. Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568. Gernh. *Ut e. illa ab inf. disc.* Basil. *Ut e. ab illa disc. inf.* Victor. Manut. Beier. Nobb. *Ut e. ab illa disc. infinitate* Bern. 5. Magnol. *interius est etiam* Basil. alii codd. et Beier. *civitatis esse* Bern. 4.—3 *Multa sunt enim* Magnol. Manut. Schutz. Beier. *civitatibus inter se* Grut. *judicia* omittit Bern. 5. *multæque cum multis* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol.—4 Basil. Magnol. Manut. *societas.* Mox, *generis humani* Petr. 1568.—5 *Nam cum hoc natura sit* Bern. 3. *Nam cum hoc sit naturæ* Bern. 4. Erf. *commune omnium animantium* Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *in ipso est conjugio* Magnol. Manut. Facciol. *omnia communia* Bern. 5. *cui omnia communia* Facciol. *cui sunt communia omnia* Bern. 1. *et communia omnia* Basil.—6 Hæc, *Id autem . . . reipub.* suspecta Facciolato, uncis inclusit Schutz. *principium est* Basil.—7 Bern. 3. Goth. Lamb. *non possunt*, probante Heusing. *quasi in colonias* Bern. 5.—8 Bern. 3. *rerum est.* Verba, *Quæ prop. . . . publicarum*, suspecta Facciolato, uncis inclusit Schutz. —9 Facciol. *et caritate homines*, probante Heusing. *et benev. devincit ho-*

NOTÆ

[f] *Consobrinorum, sobrinorumque*] Consobrinorum sobrinorumque, qui interdum confunduntur, discrimen hoc est. Duarum sororum liberi proprie 'consobrini' dicuntur, quasi *consorini* auctore Nonio, sicut fratrum duorum liberi, 'patrueles;' fratris sororisque, 'amitini.' 'Sobrini' vocantur qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis, aut amitinis, undique propagati sunt. Est itaque sobrinorum gradus, graduum cognationis ultimus; unde sobrinorum liberi se mutuo sobrinos appellant de proximo nomine, quia proprium non habent. Donatus in Hecyr. ait 'sobrinos' vocari, quos 'consobrinos' vocandos ex Nonio diximus. 'Consobrinum' late usurpat Cic. pro Ligar. ubi sic vocat natum ex matris fratre.

Digitized by Google

55. Magnum est enim, eadem habere monumenta [10] majorum, iisdem uti sacris, sepulcra habere communia. Sed omnium societatum nulla præstantior est,[11] nulla firmior, quam cum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti. Illud enim honestum, (quod sæpe dicimus [12]) etiam si in alio cernimus, tamen nos movet; atque illi, in quo id inesse videtur, amicos facit. 56. [*p.* 12.] Et, quanquam omnis virtus nos ad se allicit, facitque [13] ut eos diligamus, in quibus ipsa inesse videatur; tamen justitia et liberalitas id maxime efficit. Nihil autem est [14] amabilius nec copulatius, quam morum similitudo bonorum. In quibus enim eadem studia sunt,[15] eædemque voluptates, in his fit, ut æque quisque altero delectetur, ac seipso; efficiturque id, quod Pythagoras ultimum in amicitia putavit, ut unus fiat ex pluribus. Magna etiam illa communitas est, quæ conficitur ex beneficiis ultro citro datis, acceptis: [16] quæ et mutua et grata dum sunt, inter quos ea sunt, firma devinciuntur societate. 57. Sed, cum omnia [17] ratione animoque lustraris, omnium societatum nulla est gravior, nulla carior, quam ea quæ cum republica est unicuique nostrum. Cari sunt parentes, cari liberi, pro-

mines et caritate Græv. *et benev. dev. homines caritate* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568. *et benev. dev. caritate homines* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut.—10 *Magnum enim est habere eadem monumenta* Basil. *eisdem* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Manut. Lamb. Heindorf. Beier. *eisdemque* Magnol.—11 Basil. *est præstantior.* Actutum, *nulla firmior est* Bern. 4. *familiaritate conjuncti sunt* Victor. *similes sunt moribus, fam. conj.* Basil. —12 Bern. 2. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *diximus;* Bern. 3. *prædicimus.* Mox, *cernamus* Lamb. *id adesse* Bern. 1. *id* omittit Victor. *videatur* Lamb.—13 Bern. 4. 5. Basil. Græv. Pearc. *alliciat faciatque.* Statim, *eos* omittunt Magnol. Manut. *ipsa* omittit Victor.—14 *Nihil enim est* Basil. *est* omittunt Bern. 5. et Beier. *copulantius* Manut. Pearc.—15 Basil. *sunt studia;* verb. *sunt* deest in Bern. 2. a m. pr. *eædem vel.* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Heusing. Beier. Orell. *in iis* Bern. 1. 2. 4. Basil. Lamb. Orell. *ut quisque altero æque* Facciol. *Pyth. ultimum in amicitia putavit* est e Nonio; codd. vero omnes et edd. ante Lamb. habent *Pyth. vult in amicitia, ut, &c.*—16 Ita codex unus Gulielm. Lang. Græv. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *ultro et citro datis exceptis* Bern. 2. *ultro et citro datis acceptisque* Bern. 1. 3. 4. 5. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *ultro citro datis acceptisque* Gernh. *ultro citroque datis acceptisque* Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *quæ mutua* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *quæ et mutua gratia* Bern. 4. *firma ii* Lamb. *devinciunt* conj. Perizon.—17 *Sed cum omni* Bern. 1. *lustraveris* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *est gratior* Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *nulla*

Digitized by Google

pinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est; pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus? Quo est detestabilior istorum immanitas, qui lacerarunt[18] omni scelere patriam, et in ea funditus delenda occupati et sunt et fuerunt.[g] 58. Sed, si contentio quædam et comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, principes sunt[19] patria et parentes, quorum beneficiis maximis obligati sumus: proximi, liberi, totaque domus, quæ spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium: deinceps bene convenientes propinqui, quibuscum etiam communis plerumque fortuna est. Quamobrem necessaria præsidia vitæ[20] debentur iis maxime, quos ante dixi: vita autem, victusque communis, consilia, sermones, cohortationes, consolationes, interdum etiam objurgationes, in amicitiis vigent maxime: estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit. XVIII. 59. Sed, in his omnibus officiis tribuendis, videndum erit, quid cuique maxime necesse sit, et quid quisque,[1] vel sine nobis, aut possit consequi, aut non possit. Ita[2] non iidem erunt necessitudinum gradus, qui temporum. Sunt quædam officia,[3] quæ aliis magis quam aliis debeantur: ut vicinum citius adjuveris in fructibus percipiendis, quam aut fratrem aut familiarem: at, si lis in judi-

est carior, omisso mox *est*, Bern. 5. Paulo post, *omnes hominum*, omisso *sed*, Bern. 4. *dubitat* in eodem cod. *mortem appetere* Basil. Erf.—18 *Quo est istorum detest. i. qui laceraverunt* Petr. 1568.—19 Plurimi codd. et edd. vett. *tribuendum sit o. p. sint*. Statim, *maxime obl.* Bern. 5. Magnol. Manut. Græv. Facciol. Hensing. *spectat nos* Bern. 1. *profugium* Bern. 5. Victor. *quibus communis* Bern. 5. Magnol. Manut. *communis etiam* codd. et edd. ante Græv. *fortuna plerumque est* Bern. 1. 2. 3. Erf. Victor. Lamb. Hensing. Gernh. Beier. Orell. *plerumque etiam communis fortuna est* Basil.—20 Magnol. Manut. *vitæ præsidia*. Mox, *his maxime* Bern. 1. 2. 4. *consolationes* omittunt Vinc. Bellov. Facciol. *in amicis* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *maxime, eaque jucund.* Bern. 5. *m. est eaque, &c.* Basil. Pro *conjugavit* idem cod. habet *colligavit*.

Cap. XVIII. 1 Bern. 5. Basil. Reg. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. Lall. *quisque nobiscum*.—2 *Itaque* Victor. *qui sunt temp.* Bern. 4. Erf. *qui et temp.* Bern. 2. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol.—3 *Suntque officia* Bern. 1. 2. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Sunt autem officia* Bern. 3. *Sunt namque officia* Petr. 1568. *uti vicinum* Petr.

NOTÆ

[g] *Et sunt et fuerunt*] Cæsarem notat et Antonium.

Digitized by Google

cio sit, propinquum potius et amicum, quam vicinum, defenderis. Hæc igitur et talia circumspicienda sunt in omni officio; et consuetudo exercitatioque[4] capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus, et, addendo deducendoque, videre, quæ reliqui summa fiat: ex quo, quantum cuique debeatur, intelligas. 60. Sed, ut nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magna[5] laude dignum sine usu et exercitatione consequi possunt; sic officii conservandi præcepta traduntur illa quidem, ut facimus ipsi: sed rei magnitudo usum quoque exercitationemque desiderat. Atque, ab iis[6] rebus quæ sunt in jure societatis humanæ, quemadmodum ducatur honestum, ex quo aptum est officium, satis fere diximus.

61. Intelligendum est autem,[7] cum proposita sint genera quatuor, e quibus honestas officiumque manaret, splendidissimum videri, quod animo magno, elatoque, humanasque res despiciente, factum sit. Itaque in probris[8] maxime in promtu est, si quid tale dici potest:

Vos etenim,[9] juvenes,[h] animum geritis muliebrem;
Illa virago[10] viri:

in frugibus Magnol. Mannt. Facciol. *in judicio lis sit* Basil.—4 Bern. 2. a m. pr. *exercita;* a m. sec. *exercitatio.* Hæc, *et consuetudo e. capienda*, suspecta Facciolato, uncis incluserunt Gernh. Schutz. Beier. Nobb. *ducendoque* Bern. 1. 2. 4. Erf. *discendoque* Bern. 1. a m. sec. *demendoque* Bern. 3. *ducendo* Lamb. *quantum debeatur unicuique intelligatur* Bern. 3.—5 Basil. omittit *magna*. Mox, *et* omittit Bern. 4. *ut faciamus* Basil. Magnol. Mannt. Lamb. Petr. 1568. *et exercitationem* Basil.—6 *Atque ab his* Bern. 1. 2. 4. *rebus* omittit Basil. *quæ sunt jure* Bern. 4. *ex quo ortum est* Magnol. Mannt. Facciol. *est* omittit Bern. 2.—7 *Int. autem est* Bern. 1. 3. Basil. *est* omittit Bern. 2. *ex quibus* Bern. 4. Basil. Hensing. Beier. *elato magnoque* Goth. *elatoque* delerunt Hensing. et Schutz. *humanus res* codd. aliquot, Gernh. Beier.—8 *Itaque improbis* Bern. 1. 2. Erf.—9 *Vos enim* Bern. 3. 4. *Vos autem* Erf. *animos g. muliebres* Bern. 4. Facciol.—10 *Illa virgo* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. *Illaque virgo* Victor. Magnol. Mannt. Lamb. *et si quid est* Basil. Victor. Facciol. *hujusmodi* Magnol. Mannt.

NOTÆ

[h] *Vos etenim, juvenes*] Cujus sint illi versus, non assequor, nisi forte inscriptio fuit ad pedes equestris statuæ Clæliæ in Sacra Via collocatæ, quæ juvenum increparet socordiam in ea urbe, in qua fœminæ equis donatæ sint, teste Senec. De Consolat. ad Marciam: Plut. in Publicola: Plin. xxxiv. 6. Val. Max. iii. 2.

Digitized by Google

Et si quid ejusmodi:

Salmaci, da [11] spolia,[i] sine sudore et sanguine.

[*p.* 13.] Contraque in laudibus, quæ magno animo, et fortiter [12] excellenterque gesta sunt, ea, nescio quomodo, quasi pleniore ore laudamus. Hinc rhetorum campus de Marathone,[k] Salamine, Platæis,[l] Thermopylis, Leuctris: hinc noster Cocles,[13] hinc Decii, hinc Cn. et P. Scipiones,[m] hinc M. Marcellus, innumerabilesque alii: maximeque ipse populus Romanus animi magnitudine excellit. Declaratur autem studium bellicæ gloriæ, quod statuas quoque videmus ornatu fere militari. XIX. 62. Sed ea animi elatio,

Lamb.—11 *Salmacidas* codd. aliquot; *Salmaci das* Venet. 1493. *sine sanguine et sudore* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—12 Bern. 1. 2. 4. Gernh. Beier. Orell. *animo, fortiter;* Bern. 5. edd. antiquiss. Heusing. Schutz. *animo et elato fortiter;* Bern. 3 omittit *fortiter.* Mox, *pleno ore* Bern. 5. Petr. 1568.—13 *Leuctris stercoles* Bern. 1. 2. *Leuctris ttoches* (sic) Bern. 4. *stercode* Bern. 5. Basil. *hinc noster Cocles* omittit Bern. 3. *Leuctris, Stratocle; hinc n. C.* Magnol. Manut. *hinc Marcellus* Facciol. *innumerabiles alii* Bern. 1. 2. 4. 5. Petr. 1568. Heusing. Beier. Orell. *et innumerabiles alii* Bern. 3. Victor.

NOTÆ

[i] *Salmaci, da* [*Salmacida*] *spolia*] Locum mutilum lege ut libet: vel cum iis qui duas ex una voces efficiunt, sensumque esse volunt, *O Salmaci, da spolia, &c.* vel cum iis qui unam ex duabus vocem componunt adjectivam, *Salmacida spolia.* Utrique consentiunt notari fabulam Salmacis, de qua Ovid. cujus fons abluentes se e viris fœminas redderet: 'Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir,' &c.

[k] *De Marathone*] Urbe Atticæ, ad quam reportata ab Atheniensibus insignis de Persis victoria. Justin. II. 9. Atque ea est Themistoclis victoria, qua, ut ad Marathonem ingentes Darii copiæ, tenui Græcorum manu, ita apud Salaminas ingens Xerxis classis, parvo navium numero a Themistocle devicta est.

[l] *Platæis*] Urbe Bœotiæ, ad quam Mardonius, copiarum Xerxis præfectus, cujus etiam sororem duxerat uxorem, victus est; Persæ omnes ad unum occisi. Post victoriam Pausanias coquis et pistoribus Persis jussit, ut cœnam sibi, sicut Mardonio, instruerent; quod cum illi fecissent, ipse aureos lectos, mensas aureas, lautumque cœnæ apparatum miratus, ministris imperavit suis, ut Laconicam pararent cœnam, convocatisque Græcorum ducibus, 'Videte,' inquit, 'amentiam Medorum ducis, qui, cum talem vitam duceret, ad nos subigendos venit, qui tam misere victitamus.' Herod. Tunc primum Græcos, diviso inter se auro Persico, divitiarum luxuria cepit. Justin. De Thermopylarum pugna, et Leuctris, de Horatio Coclite, de Deciis, quam multa philologi.

[m] *Cn. et P. Scipiones*] Fratres; quorum ille Nasicæ, hic P. Africani et Lucii Asiatici pater fuit. De utroque vide Livium; uti et de M. Marcello.

Digitized by Google

quæ cernitur in periculis et laboribus, si justitia vacat, pugnatque, non pro salute communi, sed pro suis commodis, in vitio est. Non enim modo [1] id virtutis non est, sed potius immanitatis, omnem humanitatem repellentis. Itaque probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt [2] propugnantem pro æquitate. Quocirca nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitia, laudem est [3] adeptus: nihil enim honestum esse potest, quod justitia vacet. 63. Præclarum igitur Platonis illud: [4] [n] 'Non solum,' inquit, 'scientia, quæ est remota a justitia, calliditas potius quam sapientia est appellanda; verum etiam animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat, quam fortitudinis.' Itaque viros fortes, magnanimos, [5] eosdem bonos et simplices, veritatis amicos, minimeque fallaces, esse volumus: quæ sunt ex media laude justitiæ. 64. Sed illud odiosum est, quod, in hac elatione et magnitudine animi, facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur. Ut enim apud Platonem [o] est, omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum [6] esse cupiditate vincendi; sic, ut quisque animi magnitudine maxime excellit, ita maxime vult princeps omnium, vel potius so-

CAP. XIX. 1 *Non modo enim* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Lamb. Gernh. Beier. *sed potius* Bern. 3. Basil. Erf. Heusing. Gernh. Beier.—2 Lamb. et Petr. 1568. *dicunt esse.* Actutum, *pugnantem* Bern. 5. Facciol.—3 Basil. *est laudem.* Mox, *nihil honestum* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *vacat* codd. et edd. ante Ernesti.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Beier. Orell. *illud Platonis.* Mox, *Non, inquit, solum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. *inquit* delendum putat Beier. *ab justitia* Bern. 1. 2. 4. Erf. Heusing. Gernh. Beier. *communi utilitate* Basil.—5 Codd. aliquot, et edd. ante Græv. *fortes et magn.* Mox, *eosdemque bonos* Basil. Magnol. Lamb.—6 Gronov. conj. *morem L. inflammatam;* Erf. et Lips. *ut enim apud Platonem cum omnem morem, &c.* unde Wunder. conj. *ut ... est, communem morem,* probante Beier. *omnem vim ... inflammatam* cod. Ursin. *maxime excellet* Bern. 2. 3. 4. Petr. 1568. Heusing. *ita vult princeps omnium maxime, &c.* Petr. 1568. *omnium esse, vel potius solus esse* Basil. Mag-

NOTÆ

[n] *Platonis illud*] In Epitaphio, seu in Menexen. Πᾶσα τε ἐπιστήμη χωριζομένη δικαιοσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, πανουργία, οὐ σοφία φαίνεται.

[o] *Apud Platonem*] In Lachete, sive De Fortitudine; et De Leg. lib. I.

Digitized by Google

lus, esse. Difficile autem est,[7] cum præstare omnibus concupieris, servare æquitatem, quæ est justitiæ maxime propria. Ex quo fit, ut neque disceptatione vinci se, nec ullo[8] publico ac legitimo jure, patiantur: existuntque in republica plerumque largitores et factiosi, ut opes quam maximas consequantur, et sint vi potius superiores, quam justitia pares. Sed, quo difficilius,[9] hoc præclarius: nullum est enim tempus, quod justitia vacare debeat. 65. Fortes igitur et magnanimi sunt habendi, non, qui faciunt, sed qui propulsant, injuriam. Vera autem et sapiens animi magnitudo honestum illud, quod maxime natura[10] sequitur, in factis positum, non in gloria, judicat: principemque se esse mavult, quam videri. Etenim, qui ex errore[11] imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Facillime autem ad res injustas impellitur, ut quisque est altissimo animo, et gloriæ cupido.[12] Qui locus est sane lubricus, quod vix invenitur, qui, laboribus susceptis, periculisque aditis, non, quasi mercedem rerum gestarum, desideret gloriam.

XX. 66. Omnino[1] fortis animus, et magnus, duabus rebus maxime cernitur; quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit, nihil hominem, nisi quod honestum decorumque sit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere; nullique neque homini, neque perturbationi animi, nec fortunæ, succumbere. Altera est res, ut, cum ita sis affectus animo,[2] ut supra dixi, res

nol. Manut. Lamb. Facciol. *vel* omittit Bern. 2.—7 *Difficile est enim* Gud. 3. Beier. *est* omittit Bern. 2. *concupiveris* Bern. 5. Facciol. Beier. —8 Lamb. *neque ullo.* Mox, *existantque* Facciol. *potius vi* Basil. Victor. Petr. 1568. *ut potius* Bern. 2. Erf. *sint potius sup. vi* Bern. 5. *sint utcumque potius sup.* Bern. 3. *vi* omittit Bern. 4.—9 *Sed quo hoc est diff.* Victor. *tanto est hoc* Bern. 4. *nullum enim est* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—10 Victor. et Pearc. *naturam.* —11 *Etenim qui errore* Bern. 2.—12 Gud. 1. Reg. Lall. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *ut quisque alt. a. est, gloriæ cupiditate,* uti conj. Pearc. *ut quisque alt. a. et g. cupiditate* Bern. 2. 4. *ut q. alt. a. et g. cupidus est* Bern. 1. *ut q. est alt. a. et g. cupiditate* Bern. 5. Basil. Græv. Pearc. *ut q. est a. a. et gloria et cupiditate* Bern. 3. *ut q. est alt. a. et gloriæ maxime cupido* Petr. 1568. *sana est* Erf. *quoniam vix, &c.* Bern. 1. Pro *quasi* Gud. 1 habet *sibi*, probantibus Heusing. et Gernh. *desiderat* Græv.

CAP. XX. 1 *Omnis* Bern. 3. Paulo post, *aut expetere oportere* desunt in Bern. 1. 2. *nulli neque, &c.* Bern. 5. *neque fortunæ* Lamb.—2 Bern. 5. Basil.

Digitized by Google

geras, magnas illas quidem, et maxime utiles, [*p.* 14.] sed et vehementer arduas, plenasque laborum et periculorum, tum vitæ, tum multarum aliarum rerum, quæ ad vitam pertinent. 67. Harum rerum duarum[3] splendor omnis et amplitudo (addo etiam utilitatem) in posteriore est: causa autem, et ratio efficiens magnos viros, est in priore: in eo enim est[4] illud, quod excellentes animos, et humana contemnentes, facit. Id autem ipsum cernitur in duobus, si et[5] solum id, quod honestum sit, bonum judices, et omni animi perturbatione liber sis. Nam et ea, quæ eximia plerisque et præclara videntur, parva ducere, eaque ratione stabili firmaque contemnere, fortis animi magnique[6] ducendum est: et ea, quæ videntur acerba, (quæ multa et varia in hominum vita fortunaque versantur) ita ferre, ut nihil a statu naturæ discedas, nihil a dignitate sapientis, robusti animi est, magnæque constantiæ. 68. Non est autem consentaneum,[7] qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate; nec, qui invictum se a labore præstiterit, vinci a voluptate. Quamobrem et hæc[8] videnda, et pecuniæ fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi, tamque parvi, quam amare divitias; nihil honestius, magnificentiusque, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si

Victor. *animo affectus.* Mox, *sed ut veh.* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *et* omittunt Victor. Lamb. Petr. 1568. *cum vitæ* Bern. 1. 2. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. *tum causa vitæ* Bern. 5. Magnol. Manut. *tum multarum rerum* Bern. 2. 3. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *multarum* omittit Bern. 4. Petr. 1568. *tum multarum causa rerum* Bern. 5. Basil.—3 *Harum duarum rerum* Bern. 3. *duarum* omittit Basil. *omnis amplitudo* Bern. 1. 2. 3. 4. Petr. 1568. *omnis amplitudo est* Bern. Magnol. Manut. *omnis amplitudo est animi* Basil. Statim, *est* Bern. 2. 5. Victor. Magnol. Manut. Beier. *in priore est* Victor. *est* omittunt Bern. 1. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Orell.—4 *In eo est enim* Bern. 1. 2. 4. Erf. Heusing. Gernh. Beier. Nobb.—5 Bern. 1. 2. 5. Basil. *et si;* Bern. 3. *et et si.* Mox, *et ab omni* quinque Bern. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—6 Bern. 3. *et magni;* Basil. *esse magnique.* Actutum, *dicendum* codd. aliquot, Magnol. Manut. Beier. *quorum multa* Bern. 5. *discedat, nihilque* Bern. 3. *hoc robusti* Bern. 1. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *est* omittit Bern. 2. *robusti animi hoc est constantiæ*, omisso *magnæque*, Bern. 4.—7 *Non est cons. autem* Bern. 4. *qui se invictum* Bern. 3. *vinci voluptate* Bern. 5. Basil.—8 *Quamobrem hæc* Bern. 4. Basil. *videnda est* Bern. 4. *videnda sunt* Victor. Pearc. Gernh. *vitanda* Petr. 1568. *vitanda sunt* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *nihil est enim* Schutz. *est* omittunt Bern. 2. et Beier. *magnificentius*

Digitized by Google

habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre. Cavenda est etiam[9] gloriæ cupiditas, ut supra dixi. Eripit enim libertatem, pro qua magnanimis viris omnis debet esse contentio. Nec vero imperia expetenda, ac, potius, aut non[10] accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. 69. Vacandum autem est omni[11] animi perturbatione, tum cupiditate, et metu, tum etiam ægritudine, et voluptate animi, et iracundia; ut tranquillitas et securitas adsit, quæ affert, cum constantiam, tum etiam dignitatem. Multi autem[12] et sunt et fuerunt, qui, eam (quam dico) tranquillitatem expetentes, a negotiis publicis se removerint, ad otiumque perfugerint. In his, et nobilissimi philosophi longeque principes, et quidam homines severi et graves, nec populi nec principum mores ferre potuerunt; vixeruntque nonnulli in agris, delectati[p] re sua familiari. 70. His idem propositum fuit, quod regibus,[13] ut ne qua re egerent, ne cui parerent, libertate uterentur; cujus proprium est, sic vivere, ut velis. XXI. Quare, cum hoc commune sit[1] potentiæ cupidorum cum iis, quos dixi, otiosis;

Manut. *et magnificentius* Bern. 4.—9 *Cavenda etiam est* Bern. 1. 2. 4. Erf. Heusing. *est* omittit Beier. *viris omnibus* Petr. 1568.—10 Basil. Magnol. Manut. *ac potius non.*—11 *Vacandum autem omni est* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. Heusing. Gernh. Beier. *Vac. est autem omni* Schutz. *Vac. autem omni animi est* Bern. 3. *cum cupiditate* Bern. 1. 2. Erf. Victor. Petr. 1568. *et voluptate nimia* Reg. Lall. *et voluptate et iracundia* Gud. 3. Ascens. Beier. *animi* uncis incluserunt Gernh. et Nobb. *ut tranquillitas animi* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Pearc. Heusing. Schutz. Beier. *ut tr. animi adsit et sec.* Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. *ut tr. adsit et sec.* Bern. 5. Lamb. *quæ afferat* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quæ afferant* Bern. 5. *quæ ferat* Bern. 4. *tum const.* Bern. 3. Basil. Lamb. Facciol. Schutz. *cum* omittunt Bern. 5. Erf. —12 *Multi autem sunt* Basil. *autem* omittit Basil. 4. Mox, *removerunt ... perfugerunt* plurimi codd. et edd. vett. *qui nec populi* Gud. 3. Heusing. Gernh. Beier. Nobb.—13 Magnol. Manut. *quod et regibus.* Deinde, *cui proprium* Bern. 5.

CAP. XXI. 1 Bern. 3. *hoc sit commune.* Statim, *cum his* Bern. 1. 2. 4. *otiosos* Bern. 4. a m. sec. Magnol. Victor. *id adipisci* Basil. *contenti sunt* Bern. 3.

NOTÆ

p *In agris delectati*] Qualis fuit Q. Cincinnatus, qui, ab aratro ad dictaturam vocatus, ut obsessum ab hostibus consulem liberaret, eo liberato, fascibus confestim depositis, quos festinantius victor reddiderat quam sumserat imperator, ad eosdem juvencos et quatuor jugerum prædiolum rediit. Colum. Simile est quod de C. Fabricio et Cur. Dentato diximus.

Digitized by Google

alteri se adipisci id posse arbitrantur, si opes magnas habeant; alteri, si contenti sint et suo, et parvo: in quo[2] neutrorum omnino contemnenda est sententia: sed et facilior et tutior, et minus aliis gravis aut molesta, vita est otiosorum; fructuosior autem hominum generi, et ad claritatem amplitudinemque aptior, eorum qui se ad rempublicam et ad res magnas gerendas accommodaverunt. 71. Quapropter, et iis[3] forsitan concedendum sit, rempublicam non capessentibus, qui, excellenti ingenio, doctrinæ sese dediderunt; et iis, qui, aut valetudinis[q] imbecillitate, aut aliqua graviore causa impediti, a republica recesserunt, cum ejus administrandæ potestatem aliis, laudemque, concederent. Quibus autem talis nulla sit causa,[4] si despicere se dicant ea, quæ plerique mirentur, imperia et magistratus, iis non modo non laudi, verum etiam vitio, dandum puto. Quorum judicium, in eo quod gloriam contemnant et pro nihilo putent,[5] difficile factu est non probare: [*p*. 15.] sed videntur labores et molestias, tum offensionum, tum repulsarum, quasi quandam ignominiam, timere, et infamiam. Sunt enim, qui in rebus contrariis parum sibi constent; voluptatem severissime contemnant, in dolore sint molliores; gloriam negligant, frangantur infamia: atque ea quidem non satis constanter. 72. Sed iis,[6] qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum,

5. Basil. *et parvo et suo* Bern. 4.—2 *In quo quidem* Magnol. Manut. Facciol. *sententia est* Bern. 1. 2. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *molesta est vita* Bern. 3. Paulo post, *magnas res* quinque Bern. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *gerendas* omittit Bern. 1.—3 *Q. et his* Bern. 1. 4. Magnol. Manut. Lamb. *qui excellente* Pearc. *sese dederunt* Basil. *et his* Bern. 1. 4. *qui valet*. omisso *aut*, Bern. 4.—4 Bern. 3. *nulla talis sit causa;* Magnol. Manut. Lamb. *talis nulla est causa.* Acutum, *sed despicere* Bern. 4. *admirentur* Bern. 5. Manut. Facciol. *admirantur* Victor. Magnol. Beier. *his non modo* Bern. 1. 4. Magnol. Manut. Lamb.—5 Basil. *contemnunt ... putant.* Statim, *est factu* Bern. 2. *cum offens.* Petr. 1568. *et repuls.* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *et tum repuls.* Basil.—6 *Sed his* Bern. 1. 2. 4. *adjumentum* Bern. 3. *omni ab-*

NOTÆ

[q] *Valetudinis*] Qualis fuit P. Scipio, Africani majoris filius; qui, cum infirma esset valetudine, liberisque careret, filium L. Pauli adoptavit; atque is est P. Scipio Æmilianus Africanus Minor.

Digitized by Google

abjecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, et gerenda respublica est. Nec enim aliter aut regi civitas, aut declarari animi magnitudo, potest. Capessentibus autem rempublicam nihilo minus,[7] quam philosophis, haud scio an magis etiam, et magnificentia, et despicientia adhibenda sit rerum humanarum, et ea, quam sæpe dico, et tranquillitas animi atque securitas; si quidem nec anxii futuri sunt, et cum gravitate constantiaque victuri. 73. Quæ eo faciliora[8] sunt philosophis, quo minus multa patent in eorum vita, quæ fortuna feriat, et quo minus multis rebus egent; et quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere non possunt. Quocirca, non sine causa majores motus animorum[9] concitantur, majoraque efficienda, rempublicam gerentibus, quam quietis; quo magis his et magnitudo animi est adhibenda, et vacuitas ab angoribus. Ad rem[10] gerendam autem qui accedit, caveat, ne id modo consideret, quam illa res honesta sit, sed etiam, ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere desperet,[r] propter ignaviam, aut nimis confidat,[s] propter cupiditatem. In omnibus autem negotiis, prius, quam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.

jecta Bern. 3. *adipiscendi sunt* Bern. 5. *adipis. mag. sunt* Magnol. Manut. Lamb. *neque enim* Basil.—7 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. *nihil minus.* Mox, *adhibenda est* Magnol. Manut. Lamb. Facciol. probante Schutz. *sit rerum adhibenda hum.* Basil. *rer. hum. quam sæpe dico, et tranq.* Erf. Victor. Magnol. Manut. Petr. Græv. Facciol. Heusing. Schutz. *rer. hum. et, quam s. d. animi tranq.* cod. Langii, Lamb. *rer. hum. et ea, quam s. d. tranq.* margo ed. 1584. Pearc. Gernh. Beier. Orell. *constantiaque futuri* Bern. 5.—8 Ita Bern. 1. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Facciol. *Quæ faciliora* Bern. 2. 3. Erf. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *eo* uncis inclusit Nobb. *patent multa* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol.—9 Basil. *animorum motus.* Mox, *majorque cura efficiendi* Bern. 1. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *majora efficiendi* Petr. 1568. *majoraque efficienda* Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. Schutz. *quo magis iis* Bern. 2. 3. 4. Basil. *est animi* Bern. 1. 2. 4. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *magnitudo animi adhibenda est* Basil. *est* omittit Erf.—10 *Ad rempublicam* Bern. 4. *honesta res* Bern. 3. *res sit honesta* Basil. *in quo cons. est ipso* Bern. 5.

NOTÆ

[r] *Temere desperet*] Dictum id de Pompeio, qui, victus in Pharsalia, bellum mari reparare potuit, cum classis integra esset, et Cæsaris classe instructior.

[s] *Aut nimis confidat*] Ex confidentia Flaminii ad Thrasymenum; ex cupiditate pugnandi Varronis apud Cannas, clades.

Digitized by Google

XXII. 74. Sed cum plerique arbitrentur res bellicas majores esse quam urbanas; minuenda est hæc[1] opinio: multi enim bella sæpe quæsierunt propter gloriæ cupiditatem; atque id in magnis animis ingeniisque plerumque contingit, eoque magis, si sunt ad rem militarem apti, et cupidi bellorum gerendorum. Vere autem si[2] volumus judicare, multæ res extiterunt urbanæ majores clarioresque quam bellicæ. 75. Quamvis enim Themistocles jure laudetur, et sit ejus nomen,[3] quam Solonis, illustrius, citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis ei, quo primum constituit Areopagitas;[t] non minus præclarum hoc, quam illud, judicandum est. Illud enim semel[4] profuit, hoc semper proderit civitati: hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta, servantur. Et Themistocles quidem nihil dixerit,[5] in quo ipse Areopagum adjuverit; at ille vere, a se adjutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio senatus ejus, qui a Solone erat constitutus.[6] 76. Licet eadem de Pausania[u] Lysandroque[x] dicere; quorum rebus

CAP. XXII. 1 Basil. *hæc est.* Mox, *sæpe quæsiverunt* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb.-Gernh. Pearc. Orell. probante Beier. *atque in magnis*, omisso *id*, Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *id plerumque* Bern. 5. Magnol. Manut. *si sint* Bern. 5. Victor. *apti et callidi* de Heusingeri conjectura Schutz.—2 *Verum autem si* Bern. 2. *Vere si autem* Bern. 3. *multæ res extitere* Victor.—3 Erf. *nomen ejus.* Mox, *ei consilio Solonis* Bern. 3. *hoc præclarum* Bern. 3. *præclarum est hoc q. i. judicandum* Schutz.—4 *Illud semel* Basil.—5 Idem cod. et Victor. *dixit.* Statim, *ipse* omittit Lamb. *ab se a. Th.* Bern. 2. 3. 4. Erf. *at ille vere a se dixit a. Th.* Lamb. *at ille adjuvit Th.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *at illo verum est esse a. Th.* Bern. 1. *at ille reapse adjuvit Th.* de Gernhardi conjectura Beier. et Nobb.—6 Bern. *consti-*

NOTÆ

[t] *Areopagitas*] Sunt qui a Cicerone dissentiant, et institutionem Areopagi antiquiorem Solone esse velint; et quia Aristoteles Solonem laudat De Rep. 5. quod Areopagi consilium non sustulerit; et quia Plutarchus Solonis legem quamdam allegat, qua ad Areopagi auctoritatem recurrit; et quia Laërtius, in Vita Solonis, de illa institutione nihil habet. De Areopagi judiciorum forma, et ratione nominis, diximus.

[u] *Pausania*] Nobili Lacedæmoniorum duce, Cleombroti filio, qui, Mardonio cum ducentis et amplius Persarum millibus, ut dictum est, ad Platæas, cæso, Persis iterum in Thracia vel fusis vel fugatis, occupato Byzantio; cum semel atque iterum proditionis et accusatus et absolutus esset, denique conspirationis cum Helotis convictus, in asylum

Digitized by Google

gestis quanquam imperium Lacedæmonis[7] dilatatum putatur; tamen ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinæ conferendi sunt. Quinetiam, ob has ipsas causas,[8] et parentiores habuerunt exercitus, et fortiores. Mihi quidem neque, pueris nobis, M. Scaurus[y] C. Mario, neque, cum versaremur in republica, Q. Catulus[z] Cn. Pompeio, cedere videbatur. Parvi[9] enim sunt foris arma, nisi est consilium domi. Nec plus Africanus, singularis[10] et vir et imperator, in excidenda Numantia reipublicæ profuit, quam eodem tempore P. Nasica privatus, cum Ti. Gracchum interemit: [*p.* 16.] quanquam hæc quidem res non solum ex domestica est ratione: attingit etiam bellicam, quoniam vi manuque confecta est: sed tamen id ipsum gestum est consilio urbano, sine exercitu. 77. Illud

tutus erat.—7 *Lacedæmoniis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. Græv. Schutz. *Lacedæmoniorum* Magnol. Manut. *putatur dilatatum* Bern. 4. alii codd. Gernh. Orell. *dilatum putatur* Bern. 4. a m. pr. unde *delatum* conj. Gronov. *dilatatum Lac. putatur* Bern. 3. *partum putatur* Lamb. Facciol. *dilatatum* omittunt Bern. 1. 2. Erf. Heusing. *cum Lycurgi* Lamb. Petr. *disciplina* Bern. 1. 2. 4. Erf. Lamb.—8 *Quinetiam has causas ipsas* Basil. *has* omittit Petr. 1568. *et paratiores* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol.—9 *Parva* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. *Parvi sunt enim* Bern. 4. Schutz. *Parvi enim foris sunt arma, nisi sit consilium domi* Beier. Nobb.—10 *Nec plus sing. Afr.* Basil. *excidenda* Bern. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. Beier. Orell. *excindenda* Bern. 1. 2. Erf. *Exscindenda* Lamb. Petr. 1508. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. *profuit reip.* Basil. Mox, *ratione est* Basil. Bern. 1. Victor. *sed attingit* Bern. 1. Victor. *et bellicam* Bern. 5. Facciol. *enim et bell.* codd. aliquot, Magnol. Manut. Petr. 1568. *enim etiam bell.* Lamb. *enim bell.* Gud. 3. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *est gestum* Bern. 2. 4. Basil. Heusing. Beier. *sed*

NOTÆ

fugit, ubi fame necatus est.

[x] *Lysandro*] Lacedæmoniorum quoque duce nobili, qui Athenienses fudit in Peloponneso, et eorum classem apud Ægos flumen. Plura Plut. in ejus Vita.

[y] *M. Scaurus*] E gente Æmilia, vir summæ probitatis, duplici consulatu, altero 638. altero 646. censura, et triumpho de Gallis, nobilis. Insigne est quod de illo refert Val. Max. III. 7. A Q. quodam Vario, homine fœdo et seditioso, accusatus, quod ad bellum socios concitasset, paucis his verbis causam suam egit: ‘Q. Varius Sucronensis M. Scaurum, senatus principem, socios in arma ait concitasse: M. Scaurus, princeps senatus, negat: testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?’ De C. Mario, vide Plutarchum.

[z] *Q. Catulus*] Quem Cicero disputantem inducit.

Digitized by Google

autem optimum est, in quod [11] invadi solere ab improbis et invidis [a] audio:

Cedant arma togæ, concedat laurea laudi.

Ut enim alios omittam, nobis rempublicam gubernantibus, nonne [12] togæ arma cessere? Neque enim [13] in republica periculum fuit gravius unquam, nec majus otium. Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa [14] ceciderunt. Quæ res igitur gesta [15] unquam in bello tanta? qui triumphus conferendus? 78. Licet enim mihi,[16] Marce fili, apud te gloriari, ad quem et hæreditas hujus gloriæ, et factorum imitatio, pertinet. Mihi quidem certe vir abundans bellicis laudibus, Cn. Pompeius, multis audientibus, hoc tribuit,[17] ut diceret, frustra se triumphum tertium [b] deportaturum fuisse, nisi, meo in rempublicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Sunt ergo [18] domesticæ fortitudines non inferiores militaribus; in quibus plus etiam, quam

id ipsum tamen est gestum Bern. 3.—11 Bern. 4 omittit *in quod;* Bern. 5. et Basil. habent *in quo;* Manut. Lamb. *in quo me;* Reg. Petr. 1568. Lall. *in quo invadi me.* Bern. 5. *ab invidis et improbis me audio;* Victor. Magnol. Manut. Lamb. etiam *ab invidis et improbis.* Mox, *laurea linguæ* Bern. 1. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Gernh. Beier. Nobb. *laurea paci* Bern. 3.—12 Bern. 1. 2. Basil. Victor. omittunt *nonne.* Statim, *arma cessere* plurimæ edd.—13 *Nec enim* Lamb. *periculum in rep.* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Lamb. Petr. Heusing. Beier. *nec majus odium* Bern. 5. Basil. Victor.—14 Gronov. conj. *arma impia;* voc. *ipsa* omittit Basil.—15 Bern. 5 omittit *gesta.* Victor. *in bello unquam;* Magnol. Manut. Lamb. *est unquam in bello.* Victor. Magnol. Manut. *quis triumphus.*—16 Voc. *mihi* omittit Manut. *ad quem hæreditas* Bern. 3. *gloriæ hujus* Basil.—17 Bern. 3. *attribuit.* Mox, *tertium triumphum* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. Schutz. Beier. *beneficio in remp.* Basil. *in rep. beneficio* Bern. 5. Magnol.—18 *Sunt igitur* plurimi codd. et edd. vett. *etiam plus quam* Bern. 3. Basil. *etiam quam plus* Bern. 4.

NOTÆ

[a] *Ab invidis*] Ab Antonio, L. Pisone, et Sallustio objectum Ciceroni est, quod hunc versum, pulso ex urbe Catilina, in laudem suam evulgasset. De laurea vide, cum de coronis diximus.

[b] *Triumphum tertium*] Primum de Africa, occiso Iarba, rege Numidiæ, triumphum egit, anno ætatis 24. præter leges, nondum gesto magistratu; secundum de Hispaniis, superato Sertorio; tertium de Mithridate, rege Ponti, et Tigrane. Ita triplicem de tribus mundi partibus triumphum egit; primum ex Africa, secundum ex Europa, tertium ex Asia.

Digitized by Google

in his, operæ studiique ponendum est. XXIII. 79. Omnino illud[1] honestum, quod ex animo excelso magnificoque quærimus, animi efficitur, non corporis, viribus. Exercendum tamen corpus,[2] et ita afficiendum est, ut obedire consilio rationique possit in exequendis negotiis, et in labore tolerando. Honestum autem id, quod exquirimus, totum est positum in animi cura et cogitatione;[3] in quo non minorem utilitatem afferunt, qui togati reipublicæ præsunt, quam qui bellum gerunt. Itaque, eorum consilio sæpe,[4] aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata; ut, M. Catonis, bellum tertium Punicum; in quo etiam mortui valuit[c] auctoritas. 80. Quare expetenda quidem magis est[5] decernendi ratio, quam decertandi fortitudo: sed cavendum, ne id bellandi magis fuga, quam utilitatis ratione, faciamus.

Bellum autem ita[6] suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quæsita videatur. Fortis vero[7] et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici, ut dicitur; sed præsentis animi uti consilio, nec a ratione discedere. 81. Quanquam hoc animi,[8] illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, et aliquanto ante

---

CAP. XXIII. 1 *Omnino enim illud* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—2 Bern. 4. *corpus est;* Magnol. Manut. *est corpus.* Mox, *est* omittunt eædem edd.—3 *Honestum autem . . . cogitatione* suspecta sunt Facciolato: *bella gerunt* Basil. Magnol. Manut. Lamb.—4 Bern. 3. Basil. omittunt *sæpe.* Statim, *n. autem illata* Victor. Pearc. *ut M. Catonis consilio* Bern. 5. Manut. *consilio Punicum* Basil. *Punicum tertium* Gud. 5. Beier.—5 *Quare e. magis quidem*, omisso *est*, Bern. 3. Basil. *fortitudo* omittunt Lamb. Petr. 1568. *ne illud* Bern. 5.—6 *Bellum autem et ita* Bern. 2.—7 *Fortis vero animi* quinque Bern. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *nec tumultu* Bern. 3. *sed præsenti animo uti et consilio* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. Lamb. Pearc. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *præsentis animi uti consilio* Basil. *præsentis animi niti consilio* Petr. 1568.—8 *Q. h. animi est* Basil. *et aliquando* Bern. 1. 2. 4. Magnol. *nec committere aliquid* Bern. 5. Basil. Magnol.

NOTÆ

[c] *Mortui valuit*] Mortuus est Cato ante Carthaginis excidium, seu finem tertii belli Punici, quod tamen illo auctore susceptum est; suadente enim Nasica ne Carthago deleretur, Cato, producta apud patres præcoce ficu, 'Scitote,' inquit, 'ficum hanc tertium ante diem ex arbore decerptam Carthagine; tam prope a muris habemus hostem.' Itaque excidium urbis suasit.

Digitized by Google

constituere, quid accidere possit in utramque partem; et, quid agendum sit, cum quid evenerit; nec committere, ut aliquando dicendum sit, 'Non putaram.'[d] Hæc sunt opera magni animi et excelsi, et prudentia[9] consilioque fidentis. Temere autem in acie versari, et manu cum hoste confligere, immane quiddam et belluarum simile est.[10] Sed, cum tempus necessitasque postulat, decertandum manu est, et mors servituti turpitudinique anteponenda. XXIV. 82. De evertendis autem diripiendisque urbibus, valde[1] considerandum est, ne quid temere, ne quid crudeliter: idque est viri magni, rebus agitatis, punire sontes, multitudinem conservare, in omni fortuna recta atque honesta retinere. Ut enim sunt, (quemadmodum supra dixi) qui urbanis rebus bellicas anteponant;[2] sic reperies multos, quibus periculosa et calida consilia, quietis et cogitatis et splendidiora et majora videantur. 83. [*p.* 17.] Nunquam omnino, periculi fuga, committendum est, ut imbelles timidique videamur: sed fugiendum etiam illud,[3] ne offeramus nos periculis sine causa: quo nihil potest esse stultius. Quapropter, in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est,[4] qui leviter ægrotantes leniter curant,

Manut. *putaveram* Bern. 5.—9 Basil. *et excelsi animi prudentia.*—10 Bern. 4. Basil. *est simile.* Mox, *tempus est* Magnol. Manut. Lamb. *anteponenda est* Bern. 3.

CAP. XXIV. 1 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *valde illud.* Mox, *ne quid temere fiat* Bern. 3. *ne q. cr. fiat* Bern. 2. a m. sec. Bern. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. *est magni viri* Basil. Victor. Pearc. *est viri magnanimi* Bern. 5. Magnol. Manut. *viri magni est* Lamb. *rebus agitatis* omittit Gud. 1.—2 Bern. 3. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. Heusing. Gernh. Beier. *anteponunt.* Statim, *sic reperias* Bern. 1. 3. 4. 5. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *callida consilia* Bern. 1. 2. 3. 5. *et quietis et cogitatis spl.* Victor. *quietis et cogitatis spl.* Pearc. *quietis cogitationibus spl.* Bern. 4. Basil. Magnol. Manut. Lamb. *quietis cogitationibus et spl.* Petr. 1568. Græv. Facciol. *et quietis et cogitationis spl.* Bern. 1. 2. Erf. *et quietis cogitationibus splendida* Bern. 3.—3 Bern. 1. 2. 4. Erf. *illud etiam.* Mox, *quo esse nihil potest* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Petr. 1568. Heusing. *esse* delendum censet Beier.—4 Bern. 3. Basil. *medicorum imitanda est;* Bern. 2 omittit *est.* Pro *leniter* Basil. Magnol. Manut. habent *leviter.*—

NOTÆ

[d] *Non putaram*] Solenne illud fuit Scipioni Africano, turpe esse in re militari dicere, 'non putaram.' Val. Max. VII. 2. Idem de Fabio Maximo circumfertur. Sen. De Ira, II. 31.

Digitized by Google

gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur. Quare, in tranquillo tempestatem adversam[5] optare, dementis est; subvenire autem tempestati quavis ratione, sapientis; eoque magis, si plus adipiscare, re explicata, boni, quam, addubitata,[e] mali. Periculosæ autem rerum actiones partim iis sunt,[6] qui eas suscipiunt, partim reipublicæ. Itemque alii de vita, alii de gloria, et benevolentia civium, in discrimen vocantur. Promtiores igitur debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia, dimicareque paratius[7] de honore et gloria, quam de ceteris commodis.

84. Inventi autem multi sunt, qui non modo pecuniam, sed vitam etiam,[8] profundere pro patria parati essent: iidem gloriæ jacturam ne minimam quidem facere vellent, ne republicâ quidem postulante: ut Callicratidas, qui, cum Lacedæmoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello, multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis[f] removendam, nec cum Atheniensibus dimicandum, putabant. Quibus ille respondit, Lacedæmonios, classe illa amissa, aliam parare posse,[9] se fugere sine suo dedecore non posse. Atque hæc quidem Lacedæmoniis[10] plaga mediocris: illa

5 Bern. 2 omittit *adversam;* Basil. habet *optare adversam.*—6 Bern. 4. *sunt partim his.*—7 Gud. 2. Hensing. Schutz. *parcius.*—8 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. *sed etiam vitam.* Voc. *etiam* delendum putavit Beier. *idem gloria* Bern. 1. 4. *hi idem gloriæ* Bern. 5. *ne re quidem publica* Petr. 1568. *quidem* omittit Bern. 3. *ut Callicratides* Petr. 1568. *dux esset* codex unus Oxon. Gud. 3. 5. Magnol. Manut. Gernh. Beier. *evertit ad extr.* Reg. Lall. *pervertit ad extr.* duo codd. Oxon. *non pareret* Bern. 2. a m. sec. *Arginusis* plerique codd. et edd. ante Græv. item Schutz. Beier. Nobb. Orell.—9 Basil. *posse parare.* Actutum, *sed fugere* Bern. 2. Basil.—10 *Atque h. q. de Laced.* Bern. 1. 2. 3. Basil. *mediocris fuit* Bern. 3. 5. Bern. 1. a m. sec. Victor.

NOTÆ

[e] *Addubitata*] In discrimen adducta. Simili phrasi usus est De Divin. I. 'addubitato salutis augurio.'

[f] *Ab Arginusis*] Arginusæ insulæ tres sunt in conspectu Maleæ, promontorii Lesbi, contra Mitylenen. Ab Argeno, promontorio Lesbi illis proximo, nomen habent. Strabo. Dictum Callicratidæ paulo aliter refert Plutarch. in Apoph. Lacon. de pugnæ eventu: Xenophon, l. VI. et Thucyd.

Digitized by Google

pestifera, qua, cum Cleombrotus,[g] invidiam timens, temere cum Epaminonda conflixisset, Lacedæmoniorum opes corruerunt. Quanto Q. Maximus[h][11] melius! de quo Ennius:

Unus homo nobis cunctando[12] restituit rem.
Non ponebat enim rumores[13] ante salutem.
Ergo, postque magisque[14] viri nunc gloria claret.

Quod genus peccandi vitandum est etiam in rebus urbanis. Sunt enim, qui, quod sentiunt, etsi[15] optimum sit, tamen invidiæ metu non audeant dicere.

XXV. 85. Omnino, qui reipublicæ præfuturi sunt,[1] duo Platonis præcepta[i] teneant; unum, ut utilitatem civium sic tueantur, ut, quæcunque agunt, ad eam referant, obliti commodorum suorum; alterum, ut totum corpus reipublicæ curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Ut enim tutela, sic procuratio reipublicæ, ad utilitatem eorum[2] qui commissi sunt, non ad eorum quibus

Magnol. Manut. Lamb.—11 *Quantoque Max.* Bern. 1. 2. 4.—12 Bern. 3. *cunctando nobis.*—13 *Non enim rumores ponebat* quinque Bern. Basil. Erf. Heusing. Orell. et sic optimi codd. in Catone § 10. ubi sic edidit Gernh. *Non hic ponebat rumores* codex unus Oxon. Paris. Beier. Nobb.—14 *Ergo postea magis magisque* Bern. 3. *Ergo magisque magisque* Lamb. Petr. 1568. Lall.—15 Gud. 3. Victor. Magnol. Heusing. Beier. Orell. *etiam si.* Deinde, *audent dicere* codd. et edd. ante Ernesti.

CAP. XXV. 1 Bern. 1. *profuturi sunt.* Actutum, *duo præcepta teneant Plat.* Basil. *ut quicquid agant* Victor. *ut quicquid agunt* Goth. Magnol. Lamb. Facciol. *nec dum* Bern. 4. a m. pr. Facciol. Gernh. Beier. *neve dum* Beier. in Addend. *tueantur* Bern. 3. Basil.—2 Bern. 1. 2. 3. Basil. Erf. Victor. Gernh. Beier. Orell. *ad eorum utilitatem.* Mox, *quibus commissa est* Basil.

NOTÆ

g *Cleombrotus*] Pausaniæ filius. Is, Lysandro socio ab Epaminonda superato, cum se viribus inferiorem videret, turpe tamen ratus pugnam cum Epaminonda detrectare, cum exercitu cæsus est; fugientes copias ad Spartæ usque mœnia insecutus est Epaminondas. Actum erat de re Spartanorum, nisi Agesilaus ex Ægypto, ubi rem strenue agebat, revocatus esset. Plut. in Pelopida.

h *Q. Maximus*] De illa Fabii prudentia addo hæc pauca ex Livio: 'Novam Fabius de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare. Hinc ei cognomen novum, et reip. salutare, Cunctator, primo ab æmulis in dedecus impositum, deinde in gloriam versum: per Samnium totum, per Falernos, Gauranosque saltus, sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur.' Sunt illi Ennii versus ex Annal. l. XII. teste Macrob. VI. 1.

i *Duo præcepta*] Primum habetur Polit. I. et De Rep. I. alterum Polit. IV. et De Leg. IV.

Digitized by Google

commissa est, gerenda est. Qui autem parti civium[3] consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, ut alii populares, alii studiosi optimi cujusque videantur, pauci universorum. 86. Hinc apud Athenienses[k] magnæ discordiæ;[4] in nostra republica non solum seditiones, sed pestifera etiam bella civilia: quæ gravis et fortis civis, et in republica dignus principatu, fugiet, atque oderit; tradetque se totum reipublicæ, neque opes aut potentiam consectabitur: totamque eam sic tuebitur, ut omnibus consulat. Nec vero criminibus falsis in odium aut invidiam quenquam vocabit: omninoque ita justitiæ honestatique adhærescet,[5] ut, dum ea conservet, quamvis graviter offendat, mortemque oppetat potius, quam deserat illa, quæ dixi. 87. Miserrima est omnino ambitio,[6] honorumque contentio; de qua præclare apud eundem est Platonem:[l] 'Similiter facere eos, qui inter se contenderent, uter potius rempublicam administraret, [*p.* 18.] ut si nautæ certarent, quis eorum potissimum gubernaret.' Idemque præcipit,[7] ut eos adversarios existimemus, qui arma contra ferant; non eos, qui suo judicio tueri rempublicam velint; qualis fuit inter P. Africanum et Q. Metellum sine acerbitate[m] dissensio.

---

quibus commissi, gerenda est Magnol. Manut. Facciol.—3 Bern. 4 omittit *civium.*—4 Bern. 5. Magnol. Manut. *discordiæ ortæ.* Mox, *sed non solum* Bern. 3. *etiam pestifera* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. Victor. *sed etiam bella pestifera* Basil. *etiam* delendum putavit Beier. *civis, in rep.* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *principatu dignus* Victor. *totamque eam tuebitur* Petr. 1568.—5 Bern. 3. *omnino ita j. h. adhærebit.* Actutum, *ut dum eam* Victor. Magnol. Manut. Pearc. *ut eam* Facciol. *quemvis grav.* Bern. 1. Victor. Lamb. *mortem appetat* Basil. Magnol. Manut. *mortemque appetat* Bern. 5. Erf.—6 *Miserrima omnino est ambitio* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. *Miserrima omnino ambitio est* Nonius, Heusing. Beier. *Miserrima est omnino itaque ambitio* Bern. 5. *honorum cont.* Erf. *Platonem est* Bern. 3. *eos facere* Erf. *contendunt* Goth. Gud. 3. Gernh. Schutz. Beier. *remp. administret* codd. aliquot, Magnol. Manut. Gernh. Beier.—7 *Idemque præcepit* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. Græv.

NOTÆ

[k] *Apud Athenienses*] Puta, Cyloniorum; (Plut. in Solone) Diacriorum popularium contra Pediæos, oligarchiæ studiosos; et aliæ τῶν ἐκτημορίων adversus divites, quibus obærati erant; et plebis contra Pisistratum; quas omnes Solon composuit.

[l] *Eundem Platonem*] Polit. VI.

[m] *Sine acerbitate*] Illam Africani Minoris et Metelli Macedonici dis-

Digitized by Google

88. Nec vero audiendi,[8] qui graviter irascendum inimicis putabunt, idque magnanimi et fortis viri esse censebunt. Nihil enim laudabilius, nihil magno[9] et præclaro viro dignius, placabilitate atque clementia. In liberis vero populis, et in juris[10] æquabilitate, exercenda etiam est facilitas, et altitudo animi, quæ dicitur; ne, si irascamur aut intempestive accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem et odiosam incidamus. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur, reipublicæ causa, severitas, sine qua administrari civitas non potest. Omnis autem et animadversio[11] et castigatio contumelia vacare debet: neque ad ejus, qui punitur aliquem, aut verbis castigat, sed ad reipublicæ, utilitatem referri. 89. Cavendum est etiam,[12] ne major pœna quam culpa sit; et ne, iisdem de causis, alii plectantur, alii ne appellentur quidem. Prohibenda autem maxime est ira in puniendo: nunquam enim, iratus qui accedet[n] [13] ad pœnam, mediocritatem illam tenebit, quæ est inter nimium et parum; quæ placet Peripateticis; et recte placet, modo ne laudarent

Pearc. *contra ferunt* Bern. 4. Basil.—8 *Nec v. a. sunt* Bern. 3. Basil. Victor. *graviter qui* Nonius, Heusing. Beier. probante Garat. ad Milon. p. 124. Bon. *inimicis irascendum* Bern. 2. 3. 4. Erf. Victor. Heusing. Beier. *putabant . . . censebant* Bern. 5. Basil. Magnol. *putant . . . censent* Gud. 3. Manut. Facciol. —9 *Nihil e. l. tam magno* Bern. 4.—10 Magnol. et Manut. *et juris.* Actutum, *æqualitate* Bern. 4. *etiam facultas* Basil. *est etiam facultas* Bern. 4. Beier. Nobb. *et lenitudo animi* Bern. 3. Facciol. Orell. *et lentitudo animi* conj. Facciol. *aut imprudenter* Bern. 3. 4.—11 *Omnis a. anim.* Bern. 4. *qui punit* Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. *qui puniet* Bern. 3. 5. Basil. *qui puniat* Bern. 4. *aut verbis fatigat* Gud. 2. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—12 *Cavendum etiam* conj. Beier. *ne iisdem causis* Bern. 4.—13 Pearc. *accedit.* Paulo post, *et recte placaret* conj. Walker. probante Heusing. *utiliter* omittit Bern.

NOTÆ

sensionem, acrem quidem, sed innocentem appellat Vell. Paterc. Ab æmulatione virtutis ortam ad graves testatasque inimicitas progressam esse auctor est Val. Max. IV. 1. Cum tamen Scipionem domi suæ necatum audivit Metellus, 'Concurrite,' inquit, 'cives; mœnia urbis nostræ eversa sunt.' Defuncti corpus a quatuor liberis suis efferri voluit, addens non fore, ut postea id officium ab illis viro majori præstari posset. Val. Max.

[n] *Iratus qui accedet*] Sapientis exemplum citra iram punientis, vide apud Gell. l. I. c. ultimo, in Plutarcho servum castigante.

iracundiam, et dicerent utiliter a natura datam. Illa vero omnibus in rebus repudianda est;[14] optandumque, ut ii, qui præsunt reipublicæ, legum similes sint, quæ ad puniendum, non iracundia, sed æquitate, ducuntur.

XXVI. 90. Atque etiam in rebus prosperis, et ad voluntatem[1] nostram fluentibus, superbiam, fastidium, arrogantiamque, magno opere fugiamus. Nam, ut adversas res, sic secundas, immoderate ferre, levitatis est: præclaraque est æquabilitas in omni vita, et idem semper vultus, eademque frons; ut de Socrate,[o] item de C. Lælio, accepimus. Philippum quidem, Macedonum regem, rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate[2] et humanitate video superiorem fuisse.[p] Itaque alter semper magnus,[3] alter sæpe turpissimus fuit: ut recte præcipere videantur, qui monent, ut, quanto superiores simus, tanto nos geramus submissius. Panætius quidem Africanum, auditorem[4] et familiarem suum, solitum, ait, dicere, ut equos,

3.—14 *Illa vero repudianda est in omnibus rebus* Basil. *insuper etiam optandumque, &c.* Bern. 4. *ut hi, qui* Bern. 1. 2.

CAP. XXVI. 1 Bern. 1. 2. 4. *voluptatem.* Mox, *superbiam magno opere, fastidium, arrogantiamque fugiamus* quinque Bern. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Paulo post, *est æqualitas* Bern. 4. *itemque de, &c.* plurimi codd. et edd. vett. *idemque de, &c.* Bern. 3. *et item . . . idem de, &c.* Bern. 5. *de C. quoque Lælio* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *accipimus* Bern. 4. Erf. Beier.—2 Basil. Magnol. Manut. *facilitate vero.*—3 *Itaque a. magnus semper* Bern. 3. *fuit turpissimus* Bern. 3. *fuit* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. Erf. Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *superiores sumus* Bern. 1. 2. Lamb. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *summissius geramus* Bern. 5. Magnol. Manut.—4 Iidem libri *auditorem Africanum.*

NOTÆ

o *Ut de Socrate*] De ea quam præ se ferebat Socrates vultus æquabilitate, diximus Tusc. III. Hunc, uxor Xantippe dicere consueverat, quo vultu egressus esset, eodem semper domum redire.

p *Superiorem fuisse*] Quid patrem inter et filium interesset, paucis Justinus. Philippo Alexander successit, et virtute et vitiis major; vivendi ratio utrique diversa. Hic aperta vi, ille artibus bella tractabat: deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis; prudentior ille consilio, hic animo magnificentior; iram pater dissimulare plerumque et vincere; huic, ubi exarsisset, nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini uterque avidus, sed ebrietatis diversa vitia. Pater de convivio in hostem procurrere; filius, non in hostem, sed in suos. Vide Dialog. Luciani Alexandrum inter et Philippum.

propter crebras contentiones prœliorum ferocitate exultantes, domitoribus tradere soleant, ut his facilioribus possint uti; sic homines, secundis rebus effrænatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis et doctrinæ duci oportere, ut perspicerent rerum humanarum imbecillitatem, varietatemque fortunæ. 91. Atque, etiam in secundissimis rebus, maxime est utendum consilio amicorum; hisque [5] major etiam, quam ante, tribuenda auctoritas. Iisdemque temporibus [6] cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus: in quo falli facile est. Tales enim nos esse putamus,[7] ut jure laudemur: ex quo nascuntur innumerabilia peccata; cum homines, inflati opinionibus, turpiter irridentur, et in maximis versantur erroribus. Sed hæc quidem hactenus. 92. [*p.* 19.] Illud autem[8] sic est judicandum, maximas geri res, et maximi animi, ab iis qui respublicas regant, quod earum administratio latissime pateat, ad plurimosque pertineat: esse autem magni animi, et fuisse, multos etiam in vita otiosa, qui aut investigarent aut conarentur magna quædam, seseque suarum rerum finibus continerent; aut, interjecti inter philosophos et eos qui rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari, non eam quidem omni ratione exaggerantes, neque excludentes ab ejus usu suos;[9] potiusque et amicis impertientes, et reipublicæ, si quando usus esset. Quæ primum bene parta sit,[10] nullo neque turpi quæstu, neque odioso: tum quam plurimis,

Paulo post, *tradere solent* Bern. 4. Lamb. Petr. 1568. Schutz. *ut hiis* Bern. 3. Basil. *varietatem fortunæ* Bern. 3.—5 Bern. 2. 4. Basil. Orell. *iisque*. Actutum, *etiam major* Magnol. Manut. *etiam* omittit Bern. 5. *tribuenda est* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—6 *Iisdem temp.* Victor. *ne adulari* Bern. 5. *neve adulari* Gud. 3. Heusing. Gernh. Beier. *facile est falli* Bern. 4 —7 *Tales e. n. putamus esse* Beier. *T. e. n. esse putemus* Basil. *T. e. nos tunc putamus esse* Victor. Pearc. Paulo post, *et maximis* Bern. 3.—8 *Illud enim* Facciol. *Illud autem . . . amice* suspecta erant eidem Facciol. *et m. a. ab his* Bern. 2. 4. *esse m. a. ab his* Bern. 1. *res maxime ab his* Bern. 3. *qui remp.* Bern. 5. Magnol. Manut. *gerant* Bern. 4. *quod eorum* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *multos et fuisse et in vita* Bern. 3. *seque suarum* Victor. Facciol. *rerum suarum* Basil.—9 Basil. *ab ejus usu suos excludentes.*—10 Bern. 1. 3. 4. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Petr. 1568. Græv. *parata sit.* Actutum, *nulloque turpi* Bern. 5. Magnol. Manut. *nec ullo turpi* Basil. Paulo post, *et nec lubidini* Bern. 4. *quam l. beneficentiæque* Bern. 5. Victor. *pareat* Bern. 1. 2. 3. 4. Ba-

Digitized by Google

modo dignis, se utilem præbeat: deinde augeatur ratione, diligentia, parcimonia; nec libidini potius luxuriæque, quam liberalitati et beneficentiæ, pateat. Hæc præscripta[11] servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, vitæque hominum amice.

XXVII. 93. Sequitur,[1] ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit; in qua verecundia, et quasi quidam ornatus vitæ, temperantia, et modestia, omnisque sedatio perturbationum animi, et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine 'decorum' potest: Græce enim[2] πρέπον dicitur. Hujus vis ea est,[3] ut ab honesto non queat separari. Nam, et quod decet, honestum est; et quod honestum est, decet. 94. Qualis autem[4] differentia sit honesti et decori,[q] facilius intelligi quam explanari potest. Quicquid est enim, quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiam in tribus superioribus, quid deceat, apparet: nam et ratione uti, atque oratione prudenter; et agere, quod agas, considerate; omnique in re, quid sit veri,[5] videre et tueri decet: contraque falli, errare, labi, decipi, tam dedecet, quam delirare, et mente esse captum. Et justa omnia decora sunt; injusta contra, ut turpia, sic indecora. Simi-

sil. Erf.—11 *Hæc quemquam præscripta* Bern. 4. *graviter, magnifice* Victor. *et fideliter* Bern. 1. *vitæ hom.* Bern. 5. Hensing. Schutz. Orell. *et vitæ hom.* Victor. Gernh. Beier. *vere hom.* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. *vere hominibus amici vivere* Bern. 8.

CAP. XXVII. 1 *Sequitur autem* Bern. 3. *ut de illa* Magnol. Manut. *et* ante *quasi* delevit Facciol. *et temperantia* idem Facciol.—2 *Græce autem* Facciol. *πρέπον dicitur decorum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf.—3 *Hujus vis est ea* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *nequeat sep.* Bern. 4. Victor.—4 Bern. 5 omittit *autem.* Actutum, *sit differentia* Basil. *quicquid enim est* Bern. 5. Victor.—5 Codex unus Oxon. Victor. Gernh. Schutz. Beier. *quid sit verum.* Mox, *mente captum esse* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *injusta om-*

NOTÆ

q *Honesti et decori*] Decori et honesti eam esse differentiam puto, ut honesto decorum sit, quod corporis habitudini color est; ut enim ille, si bona sit, colorem bonum gignit, malum si mala; ita honestas decorum parit; est itaque decorum virtutis quasi color quidam.

lis est ratio[6] fortitudinis: quod enim viriliter animoque magno fit, id dignum viro, et decorum videtur: quod contra, id, ut turpe, sic indecorum. 95. Quare pertinet quidem[7] ad omnem honestatem hoc (quod dico) decorum: et ita pertinet, ut non recondita quadam ratione cernatur, sed sit in promtu. Est enim quiddam, idque intelligitur in omni virtute, quod deceat; quod cogitatione magis a virtute potest, quam re, separari. Ut[8] venustas et pulchritudo corporis secerni non potest a valetudine; sic hoc (de quo loquimur) decorum, totum illud quidem est cum virtute confusum; sed mente et cogitatione distinguitur. 96. Est autem ejus descriptio duplex: nam et generale quoddam decorum intelligimus,[9] quod in omni honestate versatur; et aliud, huic subjectum, quod pertinet ad singulas partes honestatis. Atque illud superius sic fere[10] definiri solet: Decorum id esse, quod consentaneum sit hominis excellentiæ, in eo, in quo natura ejus a reliquis animantibus differat. Quæ autem pars subjecta[11] generi est, eam sic definiunt, ut id decorum esse velint, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat, cum specie quadam liberali. XXVIII. 97. Hæc[1] ita intelligi, existimare possumus, ex eo decoro quod poëtæ sequuntur; de quo alio loco plura dici solent. Sed tum[2] servare illud poëtas dicimus, quod deceat, cum id, quod quaque persona dignum est, et fit, et dicitur: ut, si Æacus aut Minos[r] diceret,

nia contra Magnol. Manut. Lamb. *injusta vero contra* Basil.—6 *Similis ratio est* Bern. 3. *ut turpe est* Basil.—7 Voc. *quidem* delevit Facciol. Statim, *sit* omittit Petr. 1568. Paulo post, *id quod intelligitur* Victor.—8 *Et ut* Lamb. Petr. 1568. Facciol. *Ut enim* Bern. 1. 4. Magnol. Manut. *est quidem* Victor. *totum quidem illud est* Manut. *illud totum quidem*, omisso *est*, Bern. 5. Magnol. *et cogitatione destinctum* (sic) Bern. 3.—9 Idem cod. *intelligitur*.—10 Basil. omittit *fere*. Mox, *natura ejus reliquis, &c.* Bern. 5. Basil.—11 *Quæ autem subjecta pars* Victor. *velint esse* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.

CAP. XXVIII. 1 *Hoc* Bern. 4. *Nec* Erf. Magnol. *possumus existimare* quinque Bern. Erf. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *a philosophis possumus existimare* Magnol. Manut.—2 *Sed ut tum* Bern. 2. Erf. *quod deceat*,

NOTÆ

[r] *Aut Æacus aut Minos*] Jovis uterque filius; Æacus quidem ex Ægina,

Digitized by Google

[*p.* 20.] Oderint, dum[a] metuant:

aut,

Natis sepulcro[3] ipse est parens:

indecorum videretur; quod eos fuisse justos accepimus. At, Atreo dicente, plausus excitantur: est enim digna persona oratio. Sed poëtæ, quid quemque deceat, ex persona judicabunt. Nobis autem personam imposuit ipsa natura, magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum.[4] 98. Quocirca poëtæ, in magna varietate personarum, etiam vitiosis quid conveniat, et quid deceat,[5] videbunt: nobis autem cum, a natura, constantiæ, moderationis, temperantiæ, verecundiæ partes datæ sint; cumque eadem natura doceat, non negligere, quemadmodum nos adversus homines geramus; efficitur, ut et illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit, appareat; et hoc, quod spectatur in unoquoque genere virtutis. Ut enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum movet oculos, et delectat hoc ipso, quod inter se omnes partes[6] cum quodam lepore consentiunt; sic hoc decorum, quod elucet in vita, movet approbationem eorum quibuscum vivitur, ordine, et constantia, et moderatione dictorum omnium atque factorum. 99. Adhibenda est igitur quædam reverentia adversus homines,[7] et optimi cu-

dicimus Bern. 2. 3. 4. Basil. Erf. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *dignum sit* Basil. *ut si aut Æacus* Magnol. Manut. *ut si aut ea causa ut* Bern. 2. a m. pr.—3 *Natis sepulcrum* Gud. 2. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Gernh. Beier.—4 Bern. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. *reliquorum.*—5 Bern. 5. *et deceat.* Mox, *itaque tum a natura* Bern. 3. *verecundiæque partes* Bern. 5. a m. sec. *ut illud* in eodem cod. *honestatem omnem* Basil. *ut in unoquoque* Bern. 4.—6 Basil. *partes omnes.* Actutum, *cum* omittit Victor. *et* ante *moderatione* omittunt Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol.—7 Lamb. omittit *adversus homines;* Gud. 3 habet *adversus omnes*, non improbante J. F. Heusing. Mox, *arrogantiæ est* Bern. 5. *etiam* delerunt cum Basil. et uno co-

NOTÆ

Asopi filia; Minos ex Europa, Agenoris. Propter summam æqui observantiam, jus apud inferos dicere crediti sunt.

[a] *Oderint dum*] Dictum Ennii. 'Natis sepulcrum,' ex quo poëta deductum sit, incertum est: dictum certe de Thyeste, qui Tantalum, Plisthenen, Harpagum, filios suos, ab Atreo fratre sibi appositos, comedit. Ennius et Maternus 'Thyestem' scripsere, Attius 'Atreum.'

Digitized by Google

jusque, et reliquorum: nam negligere, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti. Est autem, quod differat, in hominum ratione habenda,[8] inter justitiam et verecundiam. Justitiæ[9] partes sunt, non violare homines; verecundiæ, non offendere: in quo maxime perspicitur vis decori. His igitur expositis, quale sit id, quod decere dicimus, intellectum puto.

100. Officium autem, quod ab eo ducitur, hanc primam habet viam,[10] quæ deducit ad convenientiam conservationemque naturæ; quam si sequemur ducem, nunquam aberrabimus: consequemurque et id quod acutum et perspicax natura est, et id quod ad hominum consociationem accommodatum, et id quod vehemens atque forte. Sed maxima vis decori[11] in hac inest parte, de qua disputamus. Neque enim solum corporis, qui ad naturam apti sunt, sed multo etiam magis animi motus probandi, qui item ad naturam accommodati sunt.[12] 101. Duplex est enim[13] vis animorum, atque naturæ: una pars in appetitu posita est (quæ est ὁρμὴ[1] Græce), quæ hominem huc et illuc rapit; altera in ratione, quæ docet et explanat, quid faciendum fugiendumve sit. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtem-

dice Oxon. Gernh. Beier. Nobb. uncis inclusit Orell.—8 Bern. 4. *in omnem rationem habendam;* Magnol. Manut. *in omni ratione habenda;* Basil. *in omni ratione*, omisso *habenda.* Actutum, *inter verecundiam et justitiam* in eodem codice.—9 *Justitiæ quidem* Basil. *nec offendere* Bern. 4. *vis perspicitur* Bern. 1. 2 3. 4. Basil. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Orell.—10 Ita e cod. Erf. edidit Ernesti: *primum habet viam* quinque Bern. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *primam habet vim* Victor. *primum habet vim* Heusing. Schutz. *quæ ducit* Petr. 1568. *quam si sequimur* Bern. 4. et Pearc. *aberrabimus, assequemurque* cum uno codice Facciol. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *aberrabimus, sequemurque* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. *et* omittunt Bern. 4. Basil. *accommodatum est* Bern. 3. Victor. *vehemens est* Basil.—11 Bern. 3. *decoris.*—12 Facciol. *sunt accommodati*, cui hæc *neque enim . . . acc. sunt* suspecta erant.—13 Gud. 1 omittit *enim*, probante Gernh. *atque natura* cod. Groning. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *huc atque illuc* Goth. Basil. Victor. *altera est* Basil. *fugiendumque* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Heusing. *quid fugiendum* Beier. e duobus codd. *sit* omittit Victor. *itaque fit* Basil. *et appetitius* Bern. 3. *appetitius vero* Bern. 5. Magnol. Manut.

NOTÆ

[1] Ὁρμὴ] Vocem explanavimus, De Nat. Deor. lib. II.

Digitized by Google

peret. XXIX. Omnis autem actio [1] vacare debet temeritate et negligentia; nec vero agere quicquam, cujus non possit causam probabilem reddere. Hæc est enim fere [2] descriptio officii. 102. Efficiendum autem est,[3] ut appetitus rationi obediant, eamque neque præcurrant, nec, propter pigritiam aut ignaviam, deserant; sintque tranquilli, atque omni perturbatione animi careant: ex quo elucebit omnis constantia, omnisque moderatio. Nam qui appetitus longius evagantur, et (tanquam exultantes sive cupiendo sive fugiendo) non satis a ratione retinentur, hi [4] sine dubio finem et modum transeunt: relinquunt enim et abjiciunt obedientiam; nec rationi parent, cui sunt subjecti lege naturæ: a quibus non modo animi perturbantur, sed etiam corpora. Licet ora ipsa [5] cernere iratorum, aut eorum qui aut libidine aliqua aut metu commoti sunt, aut voluptate nimia gestiunt; quorum omnium vultus, voces, motus, statusque, mutantur. 103. [*p.* 21.] Ex quibus illud intelligitur, (ut ad officii formam revertamur) [6] appetitus omnes contrahendos sedandosque, excitandamque animadversionem et diligentiam, ut ne quid temere ac fortuitu, inconsiderate, negligenterque agamus. Neque enim ita generati a natura sumus,[7] ut ad ludum et jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius, et ad quædam studia graviora atque majora. Ludo autem et joco uti illo quidem licet; sed (sicut somno, et quietibus ceteris) tum, cum gravibus [8] seriisque rebus satisfecerimus. Ipsumque genus jocandi

CAP. XXIX. 1 *Omnis autem ratio* Bern. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. *nec agere*, omisso *vero*, Basil. *nec agere debes* Bern. 3. 4. *debet* Bern. 4. a m. sec. *non possis* Bern. 5. Basil. Manut. Lamb. Petr. 1568.—2 *Hæc est fere* Lamb. Hæc omnia, *ita fit, ut ratio . . . . . . descriptio officii*, suspecta sunt Facciolato.—3 *Eff. est autem* Bern. 4. Beier. *præcurrant propter temeritatem* Victor. Facciol. Gernh. Schutz. *neque propter pigr.* Lamb. *animi perturbatione* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. *animi* uncis inclusit Gernh. delerunt Facciol. Beier. Deinde, *omnis ratio constantiæ, omnis mod.* Bern. 4. —4 Bern. 2. 3. 4. Basil. Orell. *ii.* Mox, *transeant* Petr. 1568. *et omnino abjiciunt* Bern. 3. 4. *lege subjecti* Bern. 4.—5 *Licet ipsa ora* Basil.—6 Bern. 3. *redeamus.* Actutum, *omnes appetitus* Erf. *sedandosque esse* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *excitandamque esse* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *ne quid aut temere* Bern. 4. *ac fortuito* Bern. 1. 2. Basil. Erf. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—7 Erf. *sumus a natura.* Mox, *et ad jocum* Gud. 2. 4. Heusing. *videamur: ad severitatem* Bern. 3. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *sed* uncis inclusit Nobb.—8 *Cum*

Digitized by Google

non profusum, nec immodestum,[9] sed ingenuum et facetum, esse debet. Ut enim pueris non omnem ludendi licentiam[10] damus, sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena; sic, in ipso joco, aliquod probi ingenii lumen eluceat. 104. Duplex omnino est[11] jocandi genus: unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum; alterum, elegans, urbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modo Plautus noster, et Atticorum antiqua comœdia,[u] sed etiam philosophorum Socraticorum libri referti sunt: multaque multorum facete dicta,[12] ut ea, quæ a sene Catone[x] collecta sunt; quæ vocant ἀποφθέγματα. Facilis igitur est[13] distinctio ingenui et illiberalis joci. Alter est (si tempore[14] fit, ac remisso animo) libero dignus; alter, ne homine quidem,

gravioribus Basil. *severisque reb.* Bern. 4. a m. pr.—9 Bern. 3. *neque immodestum.*—10 Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. *licentiam ludendi.* Statim, *honestatis actionibus* Bern. 1. 2. 3. Erf. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. *honestatis actione* Basil.—11 *Duplex est omnino* Beier. Nobb. *Duplex est enim* Basil. *est* omittunt Bern. 3. 4. *ingeniosum, nobile, facetum* Basil.—12 Bern. 1. a m. sec. *dicta sunt.* Statim, *sunt collecta* Basil. Magnol. Facciol. *quæ vocantur* Erf. Lamb.—13 *Facilis est igitur* Victor. Beier. Orell.—14 *Alter si temp.* Bern. 2. a m. sec. *temperate* Goth. et Bern. 4. a m. pr. *fiat* Bern. 4. Basil. *fit, remisso homine dignus; alter ne libero quidem* e vestigiis cod. Goth. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *fit ut si remisso animo homine dignus* Bern. 2. Erf. Lamb. Petr. 1568. *fit ut si remisso animo homine libero dignus* Bern. 1. *fit ac si remisso animo homine dignus* Basil. *fit et si remisso animo homine dignus* Bern. 3. 4. *fit ac remisso animo homine dignus* Bern. 5. Victor. Græv. *si rerum turpitudo adhibetur aut verb. &c.* Bern. 3. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *si r. turpitudini adhibeatur verb. &c.* Bern. 4. Basil. Victor. *si r. turpitudini verb. adhibeatur*

NOTÆ

[u] *Antiqua comœdia*] Antiquæ comœdiæ princeps fuit Aristophanes, novæ Menander. Antiquæ licentia posteaquam omnibus odiosa fieri cœpit, remedium a legibus petitum est. Vetuit magistratus Atheniensis, ne quis cujusquam famam, aut poëta carmine violaret, aut traduceret actor in theatris. Eo decreto, ex binis partibus, quibus tum comœdia constaret, actu et choro; altera, in qua facetiæ asperiores, sublata prorsus est. Chorus, inquit Horat. 'Turpiter obticuit sublato jure nocendi:' altera comœdiæ pars emendata dupliciter; et quod nemo deinceps perstrictus sit nominatim, et quod, omissis rebus gestis et veris virorum ac præsentium, fabula primum fingi cœpit, retentis salibus et felle abjecto. Poëtas et antiquæ et novæ comœdiæ recensuimus.

[x] *A sene Catone*] Censorio. Sunt qui eum auctorem velint esse sententiarum quæ sub Catonis nominè circumferuntur. 'Apophthegmata' sunt concisæ sententiæ, verbo breves, pondere graves.

Digitized by Google

si rerum turpitudini adhibetur verborum obscœnitas.[y] Ludendi etiam est[15] quidam modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate, in aliquam turpitudinem delabamur. Suppeditant autem et Campus noster,[z] et studia venandi, honesta exempla ludendi.

XXX. 105. Sed pertinet ad omnem officii quæstionem, semper[1] in promtu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque belluis antecedat. Illæ nihil[2] sentiunt, nisi voluptatem; ad eamque feruntur omni impetu: hominis autem mens discendo alitur, et cogitando; semper aliquid aut anquirit, aut agit; videndique et audiendi delectatione ducitur. Quinetiam, si quis est paulo[3] ad voluptates propensior, modo ne sit ex pecudum genere, (sunt enim quidam homines non re, sed nomine) sed si quis est paulo erectior, quamvis voluptate capiatur, occultat et dissimulat appetitum voluptatis, propter verecundiam. 106. Ex quo intelligitur, corporis voluptatem non satis esse dignam hominis[4] præstantia, eamque contemni et rejici oportere: sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse ejus fruendæ modum. Itaque victus cultusque corporis ad valetudinem referantur,[5] et ad vires, non

obs. Bern. 5.—15 *Ludendi est etiam* Bern. 3. Beier. Nobb. *Ludendi quidem est quidam, &c.* Bern. 4. *ut ne mimis* codex Lambini, et Heusing. Pro *omnia* Lamb. 1566. habet *ludum*. Tum, *nimis profundamur* Lang. *elatioque* Bern. 2. *elatione et vol.* Bern. 4. *dilabamur* Bern. 5. et Bern. 4. a m. sec.

CAP. XXX. 1 Bern. 3 omittit *semper*. Mox, *reliquisque bestiis* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—2 *Illæ enim nihil* Magnol. Manut. Pro *omni*, quod abest in Basil. *toto* legitur in Bern. 5. *aut inquirit* Bern. 1. 3. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Facciol. Hæc, *semper a. a. a. a. agit*, suspecta sunt Facciolato. *videndi, audiendi* Basil.—3 Bern. *paulo est*. Actutum, *ad voluptatem* Basil. *modo caveat ne* Bern. 4. *caveat modo ne* Basil. Mox, *ad virtutes erectior* Basil. *occultet et dissimulet* Bern. 5.—4 Basil. *hominis esse dignam*. Statim, *sed si sit quispiam* Basil. *modum ejus fruendæ* Bern. 5. Magnol. Manut.—5 Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. alii codd. et edd. vett. *referatur ;*

NOTÆ

y *Obscœnitas*] Dicta, ut ferunt, ab Obscis, Italiæ populis, quibus familiaris fuit usus spurcarum vocum.

z *Campus noster*] Martius dictus, quia Marti dicatus; Tiberinus quoque, propter Tiberis viciniam; ubi nunc templum D. Laurentii. Schola erat militiæ Romanæ: ibi omni genere ludorum armorumque, et quidem veris duplo graviorum, exercebatur juventus Romana, pilis, lapidibus, sagittis, saltu, cursu, &c. Strabo, l. v. De Campo Martio, plura Rosin. l. VI. c. 11.

Digitized by Google

ad voluptatem. Atque etiam, si considerare volumus, quæ sit in natura excellentia et dignitas, intelligemus, quam sit turpe diffluere luxuria, et delicate ac molliter vivere; quamque honestum, parce, continenter, severe, sobrie.

107. Intelligendum est etiam,[6] duabus quasi nos a natura indutos esse personis; quarum una est communis, ex eo quod omnes participes sumus rationis, præstantiæque ejus, qua antecellimus bestiis, a qua omne honestum decorumque trahitur, ex quo ratio inveniendi officii exquiritur; altera autem, quæ proprie singulis est tributa. Ut enim in corporibus magnæ dissimilitudines sunt (alios enim videmus[7] velocitate ad cursum, [*p.* 22.] alios viribus ad luctandum valere; itemque in formis aliis dignitatem inesse, aliis venustatem), sic in animis existunt etiam majores varietates. 108. Erat[8] in L. Crasso[a] et in L. Philippo[b] multus lepos; major etiam, magisque de industria, in C.

et sic Orell. *si cons. volemus* Bern. 1. 4. Victor. Petr. 1568. Orell. *si c. vellemus* Bern. 3. *in natura hominis* Bern. 1. 2. 3. Gernh. Beier. Orell. *intelligimus* Bern. 5. Hensing. Schutz. Deinde, *severe, sobrieque* Goth. Magnol. Manut.—6 *Int. etiam est* Bern. 1. 2. 3. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Hensing. *Int. est autem etiam* Gud. 3. unde Beier. edidit *Int. est autem.* Acutum, *duabus nos quasi a natura* Basil. *communis est* quinque Bern. Erf. Victor. *est* omittit Basil. *sumus omnes participes* Bern. 4. Paulo post, *trahitur, ex quo e* Goth. dedit Ernesti: ceteri omnes habent *trahitur, et ex qua.* Tum, *inv. efficium* Erf. *est attributa* Bern. 4. Victor. Facciol. Gernh. Beier.—7 Bern. 2. 3. 4. Erf. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *alios videmus.* Mox, *item in formis* Bern. 5. Basil. *in aliis venust.* Victor. *sic et in animis* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. *majores etiam* Bern. 1. 2. 3. Basil. Erf. Victor. Pearc. Heusing. Schutz. Beier. *in animis etiam existunt majores var.* Bern. 4.—8 *Erat enim* Erf. *in L. Crasso, in L. Philippo* Bern. 2. Basil. Erf. Petr. 1568. Heusing. *in L. Crasso et L. Phil.* Bern. 1. Lamb. *in L. Crasso, L. Ph.* Bern. 3.

NOTÆ

[a] *L. Crasso*] Qui Orator cognominatus est, et a Tullio in lib. De Orat. disputans inducitur. Mariana clade una cum filio trucidatus est. Natus est an. 613. Huic Quintilianus non urbanum leporem, sed παῤῥησίαν, Tacitus gravitatem tribuit.

[b] *L. Philippo*] E gente Marcia, partim patricià, partim plebeia; viro adeo diserto, ut cum ad dicendum surgeret, quid dicturus esset, nesciret. Cos. 662. causam senatus suscepit adversus M. Livium Drusum, leges agrariam, frumentariam, et de civitate sociis danda, promulgantem; qui quidem ita exarsit, ut Philippum consulem, faucibus apprehensum, nonnisi sanguine conspersum, dimiserit.

Digitized by Google

Cæsare,[c] L. F.; at iisdem temporibus in M. Scauro,[d] et in M. Druso[e] adolescente, singularis severitas; in C. Lælio multa hilaritas; in ejus familiari Scipione ambitio major, vita tristior. De Græcis autem, dulcem et facetum, festivique sermonis, atque in omni oratione[9] simulatorem, quem *εἴρωνα*[f] Græci nominaverunt, Socratem accepimus: contra, Pythagoram et Periclem[g] summam auctoritatem consecutos, sine ulla hilaritate. Callidum Hannibalem,[h] ex Pœnorum, ex nostris ducibus, Q. Maximum[10] accepimus, facile celare, tacere, dissimulare, insidiari, præcipere hostium consilia. In quo genere Græci Themistoclem[11] et

Mox, *in M. Scauro et in Druso* Bern. 5. *in Lælio* Bern. 4.—9 Magnol. Manut. Lamb. 1566. *ratione*. Actutum, *dissimulatorem* Lamb. in lemmate annot. probante J. M. Hensing. *Græci nominarunt* Bern. 1. 2. 4. Basil. Lamb. *Periclen* Bern. 3. 4.—10 *Q. Fabium Maximum* Victor. *tacere, celare* Bern. 3. *præripere* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Magnol. Manut. Petr. Facciol.—11 *Themistoclen* Bern. 3. Beier. *Themistoclem Atheniensem* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *ejus*

NOTÆ

[c] *C. Cæsare*] Ille est C. Cæsar, poëta et orator, urbanitate et lepore conditus, de quo multa Cic. in Bruto. Hospitia Etrusci proditione Marii jussu occisus. Frater L. Cæsaris, consulatu an. 663. censura, et bellica laude sociali bello conspicui: ex eadem quidem gente cum Julio Cæsare, dictatore, sed familia diversa.

[d] *M. Scauro*] E gente Æmilia. Consulatu an. 638. triumpho de Liguribus, censura, clarus fuit, qua nobilem Viam Flaminiam stravit. Diu princeps senatus in urbe, si quis unquam civis, potuit plurimum. Severitatis ejus argumento est, quod filius ejus, qui stationem Cimbrorum metu deseruerat, objurgatus a patre paulo durius, mortem sibi conscivit.

[e] *M. Druso*] Qui belli socialis causa fuit: de illo, de Lælio, et Scipione Africano Majore, abunde in lib. De Amic.

[f] *Εἴρωνα*] Irrisorem sonat: ita cognominatus Socrates, vel quod potentes derideret; vel quod imperitum ageret, et admirari se aliena omnia fingeret; vel quod faceto semper dicendi genere usus dicitur. Hinc apud Platonem, lepidam passim et subhilarem personam agit. Ironiam quoque Socrati familiarem fuisse meminit Cic. in Bruto.

[g] *Pythagoram et Periclem*] Quanta esset Pythagoræ auctoritas fidem facit solenne illud, 'Ipse dixit.' Periclis vero eloquentia fuit ejusmodi, ut Athenarum tyrannidem, quam Pisistratus armis, ipse arte dicendi obtinuerit, et urbanis eodem tempore bellicisque rebus annos 40. præfuerit. Val. Max. VIII. 9.

[h] *Callidum Hannibalem*] Illius calliditatis specimen est, quod Val. Max. VII. 3. refert. Ut Fabium Romanis suspectum redderet, vastatis totius Italiæ agris, fundo Fabii solius parcere voluit. Fabius, ut dolum repelleret, agrum pro redimendis captivis vendidit. Plura Val. Max. VII. 4.

Digitized by Google

Pheræum[i] Jasonem ceteris anteponunt: inprimisque versutum et callidum factum Solonis,[k] qui, quo et tutior vita ejus esset, et plus aliquando reipublicæ prodesset, furere se simulavit. 109. Sunt his alii [12] multum dispares, simplices et aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici: itemque alii, qui quidvis perpetiantur, cuivis deserviant, dum, quod velint, consequantur; ut Sullæ[l] M. Crassum[m] videbamus; (quo in genere versutissimum et patientissimum Lacedæmonium Lysandrum[n] accepimus, contraque Callicratidam,[13]

vita Bern. 4. Basil. Erf. *ejus vita foret* Bern. 3. *aliquando* dedit Ernesti e Goth. *aliquanto* habent ceteri. Deinde, *furere simulavit* e Pal. 1. et Venet. 1498. legendum putavit Beier. in Addend.—12 *Sunt hiis alii* Bern. 3. *Sunt alii hiis* Basil. *nihil de occulto* Bern. 5. *nihil de insidiis* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Erf. Victor. Heusing. Beier. Orell. *item alii* Basil. Lamb. Petr. 1568. *qui* omittit Bern. 4. Deinde, *ut Sullam et M. Crassum* codd. et edd. ante Græv.—13 *Callicratidan* Bern. 1. *Callicratidem* Bern. 5. Victor. *classis* quinque Bern.

NOTÆ

[i] *Themistoclem et Pheræum*] De Pheræo Jasone vide mythologos. De Themistoclis artibus multa Plut. Iis, 1. inducit Athenienses, terra hostibus impares, mari ut pugnarent, clypeoque, sicut tunc dici solitum, civibus extorto, populum remo alligavit, unde et barbaros reprimere et Græciæ jura dare cœpit: 2. laborantibus difficultate rei pecuniariæ Athenis ad belli sumtus, simulavit in æde Minervæ desiderari ægidem, et specie quærentis omnia excutiens, immensam vim pecuniæ abditam protulit: 3. structo astu per Sicinium, quemdam e Persis captivum, Xerxis classem ad Salaminam fudit; victum ad sua redire ocyus coëgit, simulans Athenienses cogitare intercidere pontem, quo uno Xerxes recipere se posset.

[k] *Factum Solonis*] Cum Megarenses inter et Athenienses armis diu magna utrimque clade dimicatum est de possessione Salaminæ, patriæ Solonis, apud Athenas pœna capitis decreta, si quis de repetenda insula ageret. Solon, simulata dementia, habitu deformi, bacchantis more, in forum prorumpit, poëma, centum constans versibus, quod 'Salamis' inscribebatur, teste Laërtio, recitat, animosque ita concitat, ut, bello confestim decreto, insula capta sit. Justin. II. 7.

[l] *Sullæ*] 1. Petita prætura, repulsam passus, largitionibus servilibusque blanditiis plebis animos sic flexit, ut die postera, habitis iterum comitiis, quod negatum fuerat, concessum sit. 2. In tumultu, quem P. Sulpicius concitaverat, occisis aliquibus suorum, multa serviliter et abjecte fecit, ut animos contra Marium exasperaret. Ita Plut.

[m] *Crassum*] Divitem, de cujus sordida avaritia dictum alibi. Carpi hic opinor, non avaritiam, sed officia apud Cæsarem, quibus Ciceronem inimicum perdere voluit.

[n] *Lysandrum*] Magnas quas cum Agesilao gerebat inimicitias ita dis-

qui præfectus classi proximus post Lysandrum fuit) itemque in sermonibus, alium, quamvis præpotens sit, efficere, ut unus de multis esse videatur: quod in Catulo,[o] et in patre, et in filio, idemque in Q. Mucio Mancia,[p] vidimus. Audivi [14] ex majoribus natu, hoc idem fuisse in P. Scipione Nasica:[q] contraque, patrem ejus, illum, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habuisse sermonis: ne Xenocratem[r] quidem, severissimum philosophorum, ob eamque rem ipsam magnum clarumque fuisse. Innumerabiles aliæ dissimilitudines sunt naturæ

Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. Heusing. Beier. Nobb. Orell. *item et in serm.* Bern. 4. *alium quem, quamvis* e Gud. 2. Heusing. Gernh. Orell. *alium quemque, quamvis* quinque Bern. Erf. Victor. Græv. Pearc. *alium aliquem, quamvis* Lamb. *aliquem, quamvis* de Pearcii conj. Beier. *alium quidem videmus, quamvis* Magnol. Manut. Petr. 1568. *alium quemque accepimus, quamvis* Bern. 5. Basil. *efficere tamen* Bern. 4. *esse* omittit Bern. 5. *et in patre et filio* Bern. 1. Bern. 4. a m. pr. *et patre et filio* Bern. 3. Bern. 4. a m. sec. *itemque in* plurimi codd. et edd. etiam Orell. *itemque et in* Victor. *idemque et in* Bern. 5. Magnol. Manut. Pro *Mancia*, Victor. Magnol. Manut. habent *Mancino;* Bern. 2. 3. Basil. *Mantia.*—14 *Audivi et* Bern. 5. Magnol. Manut. *contra patrem* Gud. 3. Paulo post, *nec Xenocratem* Bern. 3. 4. Erf. *nec non Xen.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *ne* omittunt Goth. Gernh. Beier. uncis incluserunt Nobb. Orell. Deinde, *et clarum* Bern. 3. 4. Erf. Guelf. omnes, Victor. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. Nobb. *et præclarum* Basil.

NOTÆ

simulavit, ut ne odisse quidem videretur, donec, maturis rebus, concitatis Lacedæmoniis, Agesilaum in exilium pepulit.

[o] *In Catulo*] Pater C. Marii in consulatu collega fuit an. 651. Proconsul Cimbros ad internecionem delevit. In dissensione civili candentium carbonum vapore exstinctus est. Filius, cum M. Lepido cos. an. 675. collegam, acta Sullæ rescindere conantem, et vicit ad urbem, et victum Italia expulit; et aliquanto post censor Capitolium dedicavit. De patre dictum est, De Nat. Deor. l. I.

[p] *Mancia*] Locum esse mendosum credimus; Mancia enim, licet cognomen Romanum sit, non tamen Muciæ, sed Helviæ gentis. Hinc aliqui legunt *Mancino*, aut *Numantio*, utrumque prave; Muciæ enim genti nullum tale cognomen fuit. Vocem prorsus expungi placet, locumque intelligi de Q. Mucio Scævola, qui in Bruto dicitur, enucleate quidem et polite locutus, at non ea vi et copia quam genus illud judicii, et causæ postularet magnitudo.

[q] *Nasica*] Qui, 'Corculum' appellatus, semel atque iterum consul, imperatoris nomen a militibus, honorem triumphi a senatu oblatum repudiavit; censoria dignitate insignis, juris scientia consultissimus. Plura Rutilius in ejus Vita.

[r] *Xenocratem*] Qui, quod ore semper tetrico severoque esset, moneri a Platone magistro soleret, ut Gratiis sacrificaret. Plura Val. Max. IV. 3.

Digitized by Google

morumque, minime tamen vituperandorum. XXXI. 110. Admodum autem tenenda [1] sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quærimus, retineatur. Sic enim est faciendum,[2] ut, contra universam naturam, nihil contendamus; ea tamen conservata, propriam naturam sequamur; ut, etiam si sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra nostræ naturæ regula metiamur: neque enim attinet repugnare naturæ,[3] nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Ex quo magis emergit, quale sit decorum illud, ideo, quia nihil decet invita (ut aiunt) Minerva;[4] id est, adversante et repugnante natura. 111. Omnino si quicquam est decorum, nihil est profecto magis, quam æquabilitas[5] universæ vitæ, tum singularum actionum; quam conservare non possis, si, aliorum naturam imitans, omittas tuam. Ut enim sermone eo debemus uti,[6] qui notus est nobis, ne, ut quidam, Græca verba[a] inculcantes, jure optimo irrideamur; sic, in actiones omnemque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. 112. Atque hæc differentia naturarum tantam habet vim, ut nonnunquam mortem sibi ipse[7] consciscere alius debeat, alius in eadem causa non debeat.

Cap. XXXI. 1 Magnol. Manut. Facciol. *tuenda.* Mox, *sed tantum propria* codex unus Oxon. Basil. Goth. Petr. 1568.—2 *Sic enim faciendum* codex unus Oxon. Beier. *naturam universam* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *propriam nostram seq.* Erf. *propriam seq.* omisso *naturam*, Basil. Victor. *consequamur* Bern. 5. *ut eam etiam* Bern. 2. *meliora atque graviora* Victor. *nos studia nostra naturæ* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Facciol. Heusing. *nos studia nostræ naturæ* Bern. 5. Pearc. *nos studia nostri regula* Bern. 4. *nos studii nostri regula* Basil. *nos ad studia nostra naturæ regulam* Bern. 2. *nos studia nostra naturæ regulam* Bern. 3.—3 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. alii codd. Heusing. Orell. *naturæ repugnare;* Bern. 5. Magnol. Manut. *naturæ attinet repugnare.* Deinde, *non queas assequi* Basil. *assequi non queas* Bern. 2. 3. 4. Erf. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Lamb. Petr. 1568. Orell. *invita Minerva, ut aiunt.*—5 Petr. 1568. *æqualitas.* Actutum, *cum universæ* Lamb. *naturam imiteris* Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—6 Basil. *uti debemus.* Actutum, *qui natus* edd. quædam vett. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. improbante Orell. *rideamur* Bern. 2. 3. 5. Erf. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell.—7 Victor. *sibi ipsi;* Magnol. *sibi ipsi aliquis consc.* Bern. 5. *sibi ipse aliquis consc.* Manut. *sibi ipsi alius consc.* Statim, *debeat aliquis* Basil. *aliquis debeat* Beier. *in eadem causa* omittit Bern. 1. *alius in eadem causa non debeat* omittunt Bern. 2. 4.

NOTÆ

[a] *Græca verba*] Qualis fuit Albucius.

Digitized by Google

Nam[8] enim alia in causa M. Cato[t] fuit, alia ceteri, qui se in Africa Cæsari tradiderunt? Atqui[9] ceteris forsitan vitio datum esset, si se interemissent, propterea quod eorum vita lenior, et mores fuerant faciliores: [p. 23.] Catoni autem cum incredibilem tribuisset natura gravitatem, eamque ipse perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius, quam tyranni vultus aspiciendus fuit. 113. Quam multa passus est Ulysses[10] in illo errore diuturno, cum et mulieribus (si Circe et Calypso[u] mulieres appellandæ sunt) inserviret, et in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet! Domi vero etiam[11] contumelias servorum ancillarumque pertulit, ut ad id aliquando, quod cupiebat,[x] perveniret. At Ajax (quo animo traditur) millies oppetere mortem,[12] quam illa perpeti, maluisset. Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui; eaque[13] moderari, nec velle experiri, quam se aliena deceant.

5. Erf. Magnol.—8 *Non* Bern. 3. Basil. Magnol. Mannt. Lamb. Billerbeck. *in alia causa* Erf. *in alia ceteri* Bern. 5. Gud. 2. Gernh.—9 *Atque* Bern. 4. *Atque autem* Bern. *lenior eorum vita* Bern. 2. 3. 4. Erf. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Catoni cum incred.* Bern. 1. 3. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Beier. Orell. *Catoni enim incred.* Erf. *Catoni ai incredulam* Bern. 2. *roborasset* codd. aliquot, Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. *aspiciendum fuit* Bern. 5. Gud. 2. Heusing. Gernh. *aspiciendus erat* Victor.—10 *Ulysses* edd. ante Heusing. *cum mulieribus* Basil. *et cum mulieribus* Petr. 1568. *C. et C. mulieres fuerunt* Bern. 3. *affabilem et jucundum* Bern. 3. 5. Victor. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *esse se* Bern. 1. 2. 4. Erf. Lamb. Petr. 1568.—11 *Domi vero et* Bern. 5. Basil. Magnol. Mannt. Lamb. *Domi etiam* cum duobus codd. Heusing. et Beier. Mox, *veniret* Bern. 1. 2. 4. Basil. Erf. Victor. Heusing. Gernh. *ut ad id, quod cupiebat, aliquando perveniret* Lamb.—12 Gud. 2. Heusing. Beier. *mortem potius.* Mox, *perpeti ab alio* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut.—13 Petr. 1568. *habeat suum, idque.* Statim, *maxime* omittunt Manut. Lamb. *suum maxime* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol.—

NOTÆ

[t] *M. Cato*] Uticensis, quem libertati patriæ superesse non decebat, cum tam acrem libertatis vindicem se gessisset. De deditione exercitus in manus Cæsaris, plura Livius.

[u] *Circe et Calypso*] Insignes veneficæ; illa Solis et Perses, hæc Atlantis et unius e Nereidibus filia. De Circe, multa mythologi.

[x] *Id quod cupiebat*] Cum dolos procorum Penelopen uxorem et Telemachum filium corrumpere tentantium audivisset, mendici habitu domum rediit: multa a servis procisque contumeliose passus, omnes demum ultus est. Homer. Odyss. Dictys Cret. sect. 6.

Digitized by Google

Id enim maxime quemque decet, quod est cujusque maxime suum. 114. Suum [14] igitur quisque noscat ingenium; acremque se et bonorum et vitiorum suorum judicem præbeat; ne scenici plus, quam nos, videantur habere prudentiæ: illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas, fabulas eligunt: qui voce freti sunt, Epigonos,[y] Medumque;[z] qui gestu, Menalippam,[a] Clytæmnestram; semper Rupilius,[b] quem ego memini, Antiopam: non sæpe Æsopus Ajacem. Ergo histrio hoc videbit in scena, non videbit [15] vir sapiens in vita? Ad quas igitur res aptissimi erimus, in iis [16] potissimum elaborabimus. Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit, quæ nostri ingenii non erunt; omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, ut ea, si non decore, at quam minimum indecore, facere possimus. Nec tam [17] est enitendum, ut bona, quæ nobis data non sint, sequamur, quam ut vitia fugiamus. XXXII. 115. Ac duabus iis [1] personis, quas

14 *Suum* omittunt Bern. 2. 3. 4. Erf. *quisque igitur* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Erf. Heusing. Gernh. Beier. *et vitiorum et bonorum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Paulo post, *qui enim voce* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *qui voci* Bern. 1. *Medeamque* Bern. 4. Magnol. Manut. Lamb. *Melanippam* Bern. 5. Gud. 1. Beier. *Rutilius* Bern. 5. Victor. Pearc.—15 Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *quod non videbit*. Actutum, *sapiens vir* quinque Bern. Erf. Victor. *vir* omittunt Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Hensing. Schutz. Beier.—16 Bern. 4. Magnol. Lamb. *in his*. Mox, *si aliquando* Bern. 4. *nos nec ad ea* Basil. *minime indecore* codd. et edd. ante Manut. item Heusing. Gernh. Beier. Orell. *si non optime, at non indecore* Bern. 3. Anem.—17 *Nec tamen* Bern. 2. 5. Erf. *Nec est tamen enitendum tam* Basil. *data non sunt* codd. aliquot, Magnol. Manut. *quæ data non sint* Petr. 1568. *quæ non sunt data* Bern. 3. *assequamur* Bern. 3. Gernh. Beier. *consequamur* Anem.

Cap. XXXII. 1 *Ac d. his* Bern. 2. 4. Magnol. Manut. *quas modo dixi* Basil.

NOTÆ

[y] *Epigonos*] Tragœdiam Euripidis, quæ, quia Thebarum expugnationem et direptionem exhibet, in qua clamor esse solet, strenuis vocibus opus est.

[z] *Medumque* [*Medeamque*] Est ea quoque tragœdia Euripidis. Periit Medea Ennii, Pacuvii, Accii, Nasonis, Materni Galli.

[a] *Menalippam*] Accii tragœdiam. Menalippa fuit soror Antiopæ, Amazonum reginæ: gravida ad Metabum deportata, Bœotum in vinculis peperit. Fabula hæc sic ab Accio tractata erat, ut gestu magis quam voce opus esset. Clytæmnestra vel Pacuvii vel Euripidis fabula fuit.

[b] *Rupilius*] Histrio, uti et Æsopus: uterque Ciceroni perfamiliaris. Æsopus ex arte sua ducenties sestertium filio reliquit.

Digitized by Google

supra dixi, tertia adjungitur, quam casus aliqui aut tempus imponit; quarta etiam, quam nobismet ipsi judicio nostro accommodamus. Nam regna, imperia, nobilitates, honores, divitiæ, opes, eaque quæ sunt his [2] contraria, in casu sita, temporibus gubernantur. Ipsi autem gerere quam personam [3] velimus, a nostra voluntate proficiscitur. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam, applicant: ipsarumque virtutum in alia alius mavult excellere. 116. Quorum vero patres aut majores aliqua gloria [4] præstiterunt, ii student plerumque eodem in genere laudis excellere; ut Q. Mucius,[c] P. F. in jure civili; Pauli filius Africanus [d] in re militari. Quidam autem, ad eas laudes quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: [5] ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam: quod idem fecit Timotheus,[e] Cononis [f] filius, qui, cum belli laude non inferior fuisset quam

quas supra diximus Bern. 3. *quam casus aliquis* plurimi codd. et edd. vett. *q. c. alicui* conj. Olshausen. *vel tempus* Magnol. Manut. Lamb. Græv. Facciol. *nobismet ipsis* Bern. 3. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Facciol. *accommodabimus* Bern. 5. Magnol. Manut.—2 Bern. 4 omittit *his*.—3 *Ipsi autem quam personam gerere* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *Ipsi a. quam gerere pers.* Facciol. Mox, *applicant* omittit Basil.—4 Magnol. Manut. *in aliqua gloria*. Statim, *hi student* Victor. *eorum in genere* Bern. 1. 2. Basil. *eorum plerique hii in hoc genere laudis student excellere* Bern. 5. et sic Magnol. Manut. Facciol. nisi quod *hii* omittunt. Tum, *et Pauli filius* Bern. 3.—5 Basil. *suam aliquam*. Paulo post, *laude belli n. i. quam pater fuisset* in eodem

NOTÆ

[c] *Q. Mucius*] Scævola, cognomento Pontifex, L. Crassi oratoris, tum in prætura, tum in consulatu, collega: pater ejus Publius cos. fuit an. 620. quo Tib. Gracchus cæsus est, et aliquanto post pontifex maximus. Plura Bernardin. Rutilius de utroque.

[d] *Africanus*] Minor, de quo sæpe.

[e] *Timotheus*] Dux Atheniensium, bello fortunatissimus; ideo ab æmulis in tabula depictus est dormiens, Fortuna, dum ipse dormit, circumdante retia urbibus hostium. Isocrati, magistro suo, æneam statuam erexit.

[f] *Cononis*] Fuso a Lacedæmoniis Alcibiadi, et in voluntarium, populi metu, exilium profecto, Cononem Athenienses substituerunt, qui rem primum infeliciter gessit, amissis in Asia per Alcibiadis imprudentiam fortissimis quibusque, quare Cypro et ipse exulavit. Mox Persarum copiis præfectus, non tam Persis quam patriæ studens, multa fortiter egit: et sicut, afflictis Atheniensium rebus, auctor amissæ dominationis fuerat, sic idem habitus est redditæ; patriamque vincendo recepit quam victus amiserat, eo speciosius, quod ne ipsorum quidem Atheniensium, sed

Digitized by Google

pater, ad eam laudem, doctrinæ et ingenii gloriam adjecit. Fit autem interdum, ut nonnulli, omissa imitatione majorum, suum quoddam[6] institutum consequantur: maximeque in eo plerumque elaborant ii, qui magna sibi proponunt, obscuris orti majoribus. 117. Hæc igitur omnia, cum quærimus, quid deceat, complecti animo et cogitatione debemus. Inprimis autem constituendum est, quos nos et quales esse velimus, et in quo genere vitæ: quæ deliberatio est omnium difficillima. Ineunte enim adolescentia, cum est[7] maxima imbecillitas consilii, tum id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime adamavit: itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod[8] optimum esset, judicare. [*p.* 24.] 118. Nam, quod Herculem[9] Prodicium dicunt[s] (ut est apud Xenophontem) cum primum pubesceret (quod tempus a natura, ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est) exisse in solitudinem, atque ibi sedentem, diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset; hoc Herculi, Jovis satu edito,[10] potuit fortasse contingere: nobis non item, qui imitamur, quos cuique visum est, atque ad eorum studia institutaque impellimur. Plerique autem,[11] parentium præ-

cod.—6 Bern. 4. *quidem.* Mox, *sequantur* Bern. 3. et al. ap. Facciol. *obscuris orti parentibus* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb.—7 Magnol. Manut. *cum inest:* Bern. 5. Victor. *cui inest.* Actutum, *maxime* Basil. *tunc id sibi* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb.—8 Bern. 1. Victor. Pearc. *quid.*—9 *Namque Herc.* Bern. 1. 2. 5. Erf. Victor. *Prodicus dicit* Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *prodigum dicit* Bern. 2. 3. Erf. *Herculem dicit*, superscr. *Socrates*, Bern. 1. *ut apud Xen.* Bern. 4. *tum cum primum* Lamb. *ad eligendum* Bern. 1. 4. Basil. *vivendi viam* Victor. *est datum* Basil.—10 *Jovis sato vel edito* Basil. *Jovis sato*, omisso *edito*, Bern. 4. 5. *nobis non idem* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. *idem non contigit* Bern. 4.—11 *Plerumque autem* Bern. 2. 3. 5. alii codd.

NOTÆ

alieni imperii, viribus dimicaret, gloriamque diversis artibus, quam priores civitatis suæ duces, consecutus est; quippe illi vincendo Persas, patriam defenderant; ipse Persas victores faciendo, patriam restituit. Justin. VI. 4.

s *Prodicium dicunt* [*Prodicus dicit*] Socratis magister: locus Xenophontis est, Mem. lib. II. Prodici commentum imitatus est Lucianus, qui Statuariam fingit et Pædiam sibi apparuisse, et utramque ad sui studia pertrahere conatam esse.

Digitized by Google

ceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moremque deducimur: alii multitudinis judicio feruntur; quæque majori parti pulcherrima videntur, ea maxime exoptant: nonnulli tamen, sive felicitate quadam, sive bonitate naturæ, sive parentium disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam. XXXIII. 119. Illud autem rarum maxime [1] genus est eorum; qui, aut excellentis ingenii magnitudine, aut præclara eruditione atque doctrina, aut utraque re ornati, spatium deliberandi habuerunt, quem potissimum vitæ cursum sequi vellent: in qua deliberatione, ad suam cujusque naturam consilium est omne revocandum. Nam, cum, in omnibus quæ aguntur, ex eo modo quo quisque [2] natus est, (ut supra dictum est) quid deceat, exquirimus; tum in tota vita constituenda, multo est cura major adhibenda, ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare. 120. Ad hanc autem rationem; quoniam [3] maximam vim natura habet, fortuna proximam; utriusque omnino ratio habenda est in deligendo genere vitæ; sed naturæ magis: multo enim et firmior est, et constantior; ut fortuna nonnunquam, tanquam ipsa mortalis,

edd. vett. Heusing. Beier. Orell. *parentum* Bern. 3. 5. Basil. Erf. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *moresque* Nonius, Petr. 1568. Facciol. Paulo post, *ea* omittunt Bern. 1. 2. *maxime optant* e Nonio Heusing. *sive parentum* Bern. 3. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.

CAP. XXXIII. 1 *Illud autem maxime rarum* codd. omnes, et edd. ante Ernesti. *genus* deest in Bern. 1. a m. pr. *est* omittunt Magnol. Manut. *aut excellenti* codd. aliquot; *aut excellente* quinque Bern. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. *utriusque rei ornatu* Bern. 4. *spatium etiam delib.* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. *habuerint* Bern. 5. *qua in delib.* cod. Lubec. Schutz. Beier. Nobb.—2 Bern. 2. 3. 4. Petr. 1568. Gernh. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *quo modo quisque;* Lamb. *quo quisque modo;* Bern. 1 omittit *modo.* Heusing. Schutz. Beier. *est natus;* Bern. 4. *nactus est;* unde Facciol. *quam quisque est nactus.* Mox, *multo est ei rei cura major adhibenda* Græv. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *multo est rei cura m. a.* Bern. 2. 3. 4. 5. Magnol. *multo est rei major cura a.* Basil. *multo est major rei cura a.* Victor. Pearc. *multo est ejus rei cura m. a.* Manut. *multo est hujus rei cura m. a.* Lamb. *multo est ejus rei cura adh. major* Petr. 1568. *perpetuitate vitæ* Bern. 1. 2. 3. 4. Schutz. Beier. *nobismet ipsi* Lamb. Petr. 1568. Pearc. *in nullo* Bern. 1.—3 Bern. 1. a m. pr. *quando;* Bern. 2. *quo.* Mox, *habet natura* Basil. *utrique omnino* Bern. 5. *ratio adhibenda omnino est* Basil. *habenda ratio est* Bern. 1. 2. 3. 4. Erf. edd. vett. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *magis naturæ* Basil. *enim firmior est* Bern. 4. *ut fortuna nonnunquam ipsa, mortalis* Bern. 1. 5. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell.—

Digitized by Google

cum immortali natura pugnare videatur. Qui igitur ad naturæ suæ[4] non vitiosæ genus consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat (id enim maxime decet), nisi forte se intellexerit errasse in deligendo genere vitæ. Quod si acciderit (potest autem[5] accidere), facienda morum institutorumque mutatio est. Eam[6] mutationem, si tempora adjuvabunt, facilius commodiusque faciemus: sin minus, sensim erit pedetentimque facienda; ut amicitias, quæ minus delectent, et minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quam repente præcidere. 121. Commutato autem genere vitæ, omni ratione curandum est, ut id bono consilio fecisse videamur. Sed, quoniam paulo ante dictum est, imitandos esse majores; primum illud exceptum sit, ne vitia sint imitanda; deinde, si natura non feret[7] ut quædam imitari possint (ut superioris Africani filius, qui hunc Paulo natum adoptavit, propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui); si igitur non poterit sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere; illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate, justitiam, fidem, liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id, quod desit, requiratur. Optima autem hæreditas a patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum; cui dedecori esse, nefas et impium[8] judicandum est.

4 Bern. 1 omittit *suæ*. Bern. 2. a m. pr. omittit *non vitiosæ*. Pro *vivendi* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. habent *vitæ*. Tum, *id eum* Bern. 3. *se errasse intellexerit* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *intellexerit se errasse* Petr. 1568. *vitæ genere* Basil.—5 Basil. *enim;* Bern. *etiam*.—6 *Eam igitur* Basil. Magnol. Manut. Lamb. *Eamque igitur* Bern. 5. *si t. juvabunt* Bern. 4. *si minus* Bern. 5. *erit* omittit Bern. 3. *faciundum* Goth. Petr. 1568. *s. p. facienda erit* Basil. *magisque decere* Bern. 5. *sensim diluere* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. *quam præcidere repente* Basil.—7 Bern. 2. 4. 5. Basil. *ferret*. Statim, *imitari possit* Bern. 1. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *filius Africani* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Orell. *adoptaverat* Victor. *patri s. esse* Bern. 5. Basil. *non tam potuit propter inf. val. patris* Lamb. Petr. 1568. Tum, *causas defensare* Bern. 3. *quæ ipsius in potestate*, omisso *erunt*, in eodem cod.—8 Ita e codd. Græv. et seqq. *et vitium* Bern. 1. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *sed vitium* Bern. 2. Deinde, *est* omittit Bern. 4.

Digitized by Google

XXXIV. 122. [*p.* 25.] Et quoniam officia non eadem disparibus ætatibus tribuuntur, aliaque sunt juvenum, alia seniorum; aliquid etiam [1] de hac distinctione dicendum est. Est igitur adolescentis,[2] majores natu vereri, exque his deligere optimos et probatissimos, quorum consilio atque auctoritate nitatur. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda et regenda prudentia est. Maxime autem hæc ætas a libidinibus arcenda est, exercendaque in labore [3] patientiaque et animi et corporis; ut eorum, et in bellicis et in civilibus officiis, vigeat industria. Atque etiam, cum relaxare animos, et dare se [4] jucunditati volent, caveant intemperantiam; meminerint verecundiæ: quod erit facilius, si in ejusmodi quidem rebus majores natu interesse velint. 123. Senibus autem labores corporis minuendi,[5] exercitationes animi etiam augendæ videntur; danda vero opera, ut et amicos, et juventutem, et maxime rempublicam, consilio et prudentia quam plurimum adjuvent. Nihil autem magis cavendum est senectuti, quam ne languori se desidiæque [6] dedat. Luxuria vero, cum [7] omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est: sin autem libidinum etiam intemperantia accesserit, duplex malum est; quod et ipsa senectus concipit dedecus, et facit adolescentium impudentiorem intemperantiam. 124. Ac ne illud quidem alienum est, de magistratuum, de privatorum,

CAP. XXXIV. 1 Bern. 4 omittit *etiam.* Idem mox omittit *est.*—2 *Est igitur adulescentis officium* Bern. 4. *Igitur adolescentis est* Bern. 3. *exque iis* Bern. 2. Petr. 1568. *ex hisque* Goth. Magnol. Manut. Facciol. *ex hiis ipsis eligere* Bern. 5. *diligere* Bern. 2. 4. *consilio, auctoritate* Basil. *inscientia senum* Bern. 4. Lamb. Petr. 1568. Græv. *instituenda* conj. Facciol. *est prudentia* Bern. 3.—3 Facciol. *exercenda in labore.* Statim, *patientiaque animi* Bern. 3. *et civ. officiis* Magnol. Manut. Græv. *et in civ. rebus* Bern. 3.—4 Bern. 3 omittit *se.* Mox, *quidem* omittunt codd. aliquot, Lang. Lamb. probante Gernh. *si ejusmodi quoque rebus* Magnol. Manut. *si in ejusmodi quoque rebus* Beier. *volunt interesse* Bern. 3. Orell. *nolint interesse* Bern. 1. 2. *velint interesse* Bern. 4. Basil. al. probante J. F. Heusing.—5 Bern. 4. Basil. *minuendi sunt;* Bern. 5. Magnol. Manut. *sunt minuendi.*—6 Basil. Magnol. Manut. *desidiæque se.* Pro *dedat* Bern. 4 habet *det.*—7 *Luxuria vero tum* Basil. *tum etiam senectuti* Bern. 3. *si autem* Bern. 4. 5. *etiam libidinum* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Orell. probante Beier. *et libidinum* Bern. 5. Magnol. Manut. *etiam* omittunt Bern. 4. Basil. *accessit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. *est* omittit Bern. 4. *dedecus concipit* Bern. 1. 2. 3. 4. Ba-

Digitized by Google

[de civium,][8] de peregrinorum officiis dicere. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere, se gerere[9] personam civitatis, debereque ejus dignitatem et decus sustinere, servare leges, jura describere, ea fidei suæ commissa meminisse. Privatum autem oportet[10] æquo et pari cum civibus jure vivere, neque submissum et abjectum, neque se efferentem: tum in republica ea velle, quæ tranquilla et honesta sint: talem enim et sentire bonum civem, et dicere solemus. 125. Peregrini autem et incolæ[11] officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno anquirere, minimeque in aliena esse republica curiosum. Ita[12] fere officia reperientur, cum quæretur, quid deceat, et quid aptum sit personis, temporibus, ætatibus. Nihil est autem, quod tam deceat, quam in omni re gerenda, consilioque capiendo, servare constantiam.

XXXV. 126. Sed quoniam decorum illud[1] in omnibus factis et dictis, in corporis denique motu et statu, cernitur, idque positum est in tribus rebus (formositate, ordine, ornatu ad actionem apto), difficilibus ad eloquendum (sed satis erit[h] intelligi); in his autem tribus continetur cura

sil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Orell.—8 Schutz. cum codd. aliquot *de privatorum civium*. Vocc. *de privatorum* delevit Wolf. *de civium* uncis inclusit solus Ernesti.—9 Bern. 2. a m. pr. et Magnol. *sese gerere*. Mox, *servareque leges* Bern. 3. *et ea fidei* Bern. 5. Basil. Facciol. *et fidei* Victor. *meminisse commissa* Petr. 1568.—10 *Priv. vero oportet* Basil. *Priv. oportet autem* Bern. 4. *nec se eff.* Petr. 1568. Facciol. *et honesta sunt* Bern. 1. al. et Gernh. *solemus et sentire bonum civem et dicere* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. plerique ap. Heusing. Lamb. Petr. 1568. *et sentire et bonum civem dicere solemus* Bern. 5. Magnol. Manut.—11 *Peregrini a. atque incolæ* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Bern. Nobb. Orell. *nihil de alio* quinque Bern. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Orell. *inquirere* Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. Gernh. *esse in aliena* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier.—12 *Itaque* Bern. 5. Basil. Paulo post, *in omni re agenda* Bern. 3.

CAP. XXXV. 1 Bern. 3. *illud decorum*; Petr. 1568. omittit *illud*. Mox, *factis, dictis* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *statu et motu* Bern. 4. *difficilius* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *difficili* Bern. 4. *difficile* Basil. *sed facile satis erit* Basil.

NOTÆ

[h] *Sed satis erit*] Aut totum illud, *difficilibus ad eloquendum, sed satis erit intelligi*] expungendum censeo; aut recipienda lectio, *sed satis facile erit intelligi*.

Digitized by Google

etiam illa, ut probemur iis, quibuscum, apud quosque, vivamus; his quoque de rebus pauca dicantur. Principio, corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem; quæ formam nostram, reliquamque figuram, in qua esset species honesta, eam posuit [2] in promtu: quæ partes autem corporis, ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque turpem, eas contexit atque abdidit. 127. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Quæ enim natura occultavit, eadem omnes, qui sana mente sunt, removent ab oculis; ipsique necessitati, dant operam, ut quam occultissime pareant: quarumque [3] partium corporis usus sunt necessarii, eas neque partes, neque earum usus, suis nominibus appellant: quodque facere turpe non est, modo occulte; id dicere obscœnum est. Itaque nec aperta actio rerum illarum [4] petulantia vacat, nec orationis obscœnitas. 128. [*p.* 26.] Nec vero audiendi [5] sunt Cynici,[i] aut si qui fuerunt Stoici pæne Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quæ turpia re non sint, nominibus ac verbis flagitiosa

sed satis facile erit Bern. 5. *sed satis facile poterit* Lamb. *sed facilius erit* Bern. 3. *ut probemur his* Bern. 1. *ut p. ab iis* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *et apud quosque* Græv. Facciol.—2 Bern. 4. *posuit eam;* Græv. et Pearc. omittunt *eam.* Statim, *autem partes* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. *ac turpem* Lamb. Græv. *atque formam* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor.—3 Petr. 1568. *quarumcumque.* Mox, *turpe non turpe est* Bern. 2. *non est turpe* Bern. 5. *non turpe est* Bern. 4. Basil. Magnol. Manut. *non turpe modo id fiat occulte* Bern. 3.—4 *Itaque nec actio rerum illarum aperta* Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. omnes codd. Heusingeri, Magnol. Manut. Orell. *Itaque nec actio aperta rerum illarum* Bern. 1. Lamb. Petr. 1568. *nec oratio obscœnitate* Gud. 3. Manut. Facciol. Gernh.—5 *Nec vero deaudiendi* Bern. 4. *pæne isti cinici* in eodem codice. *quæ re turpia* Bern. 3. Petr. 1568. Græv. Pearc. Gernh. Beier. Orell. *re* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. *non sunt* Gud. 1. 5. Victor. Manut. Gernh. Orell. *moribus ac verbis* Bern. 3. *nominibus ac* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Bern. Nobb. Orell. *flagitiosa dicamus* Bern. 1. 2. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *fl. dicimus* Basil. *re turpia sunt* Bern. 3. *turpia sunt* Bern. 1. 2. 5. Victor. Gernh. Beier. *sunt* omittit Bern.

NOTÆ

[i] *Cynici*] Ἀπὸ κυνὸς, *canis:* quod more canum, et obvium quemque allatrarent, et in propatulo obscœna quæque agerent. Auctor sectæ Antisthenes, qui, Socratis audiendi gratia, viam quadraginta stadiorum singulis diebus faciebat: primi ab illo fuere Diogenes, Synopæus; Crates, Thebanus; Menippus, Phœnix.

Digitized by Google

ducamus; illa autem, quæ turpia sint, nominibus appellemus suis. Latrocinari, fraudare, adulterare,[6] re turpe est; sed dicitur non obscœne: liberis dare operam, re honestum est, nomine obscœnum: pluraque in eam sententiam ab eisdem contra verecundiam disputantur. Nos autem naturam sequamur; et ab omni,[7] quod abhorret ab oculorum auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubitio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum. 129. Quibus in rebus duo maxime sunt fugienda;[8] nequid effœminatum aut molle, et nequid durum aut rusticum, sit. Nec vero histrionibus oratoribusque[9] concedendum est, ut iis hæc apta sint, nobis dissoluta. Scenicorum[10] quidem mos tantam habet veteri disciplina verecundiam, ut in scenam sine subligaculo[k] prodeat nemo. Verentur enim, ne, si quo casu evenerit, ut corporis partes quædam aperiantur, aspiciantur non decore. Nostro quidem more, cum parentibus puberes filii, cum soceris[11] generi, non lavantur. Retinenda est igitur[12] hujus generis verecundia, præsertim natura ipsa magistra et duce. XXXVI. 130. Cum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit,[1] in altero dignitas; venustatem muliebrem ducere debemus; dignitatem virilem.

2. *appellemus suis nominibus* Bern. 4.—6 Victor. Magnol. Manut. *adulterari.* Hæc vox deest in Bern. 4. *re* omittunt Bern. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Pearc. Mox, *pleraque in eam* duo codd. Oxon. Facciol.—7 Reg. Anem. Græv. Lall. *et omne.* Mox, *abhorret occ.* Bern. 5. Græv. *abhorret ab ipsa* Magnol. Manut. *auriumque comprobatione* Bern. 5. a m. pr. Magnol. Manut. *auriumque probatione* Facciol. *refugiamus* Lamb. *sessio accubatio* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. *s. accubitatio* Bern. 4. *teneat* Bern. 1. 2. 3. 5. —8 Bern. 3. 4. *maxime duo fugienda sunt;* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *duo sunt maxime fugienda.* Victor. omittit *duo.* Mox, *aut molle aut ne, &c.* Bern. 5. Magnol. Manut. *aut molle ne, &c.* Goth. Beier. —9 Bern. 3. *oratoribusve.* Statim, *ut his* Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. *iis* omittit Facciol.—10 *Et scenicorum* Bern. 4. *mos tantum* Petr. 1568. *habet vetere* codd. et edd. vett. item Orell. *habuit a vetere* Magnol. *habet a vetere* Manut. *statum habet ut disciplina verecundia* Bern. 2. *vetere* omittit Basil. *ut in scena* Magnol. Manut. Petr. 1568.—11 Magnol. Manut. *cum soceris quidem.* —12 *Retinenda igitur est* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Heusing. Gernh. Orell.

CAP. XXXVI. 1 Beier. *sit venustas;* Bern. 5. Facciol. Gernh. *est venustas.*

NOTÆ

[k] *Subligaculo*] Velum erat quo pudenda tegerentur, sic dictum quod subtus ligaretur.

Digitized by Google

Ergo et a forma removeatur omnis viro[2] non dignus ornatus; et huic simile vitium in gestu motuque caveatur. Nam et palæstrici motus sæpe sunt[3] odiosiores; et histrionum nonnulli gestus inepti non vacant offensione; et, in utroque genere, quæ sunt recta et simplicia, laudantur. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est: color,[4] exercitationibus corporis. Adhibenda est præterea munditia[5] non odiosa, neque exquisita nimis; tantum quæ fugiat agrestem et inhumanam negligentiam. Eadem ratio est habenda[6] vestitus; in quo (sicut in plerisque rebus) mediocritas optima est. 131. Cavendum est autem,[7] ne aut tarditatibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis[1] similes esse videamur; aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates; quæ cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur: ex quibus magna significatio fit, non adesse constantiam. Sed multo etiam magis[8] elaborandum est, ne animi motus a natura recedant: quod assequemur, si cavebimus, ne in perturbationes atque exanimationes incidamus; et, si attentos animos ad decoris conservationem tenebimus. 132. Motus autem animorum[9] duplices sunt; alteri cogitationis, alteri appetitus. Co-

Mox, *debemus ducere* Bern. 3. *dicere debemus* Bern. 5. Victor.—2 Bern. 5. *viro omnis.* Statim, *et motu cav.* Bern. 4.—3 *Nam et p. m. sunt sæpe* Bern. 1. 2. 4. Lamb. Petr. 1568. Orell. *gestus nonnulli* Bern. 3. *ineptiis non vacant,* omisso *offensione,* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *et utroque* Bern. 2. a m. pr. Magnol.—4 Bern. 4. *color tuendus;* Victor. *colorque.* Actutum, *exercitatione* Victor.—5 *Adh. præterea m. est* Bern. 1. 2. 4. Victor. Heusing. *est* omittit Bern. 3. *nec exq.* Bern. 3. 4. Basil. *neque nimis exq.* Lamb. *nimis* omittit Petr. 1568. *tantumque fugiat* Bern. 2. 3. 4. 5. *et humanam* Petr. 1568.—6 *Eadem r. habenda* Bern. 1. probante Beier. *E. r. habenda est* Bern. 3. *est* post *optima* deest in eodem cod.—7 *Cav. autem est* Bern. 1. 2. 3. Basil. Heusing. Gernh. *in ingressu* cum codd. aliquot Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *ut similes pomparum ferculis* Bern. 5. Magnol. Manut. *ut p. f. esse similes* Basil. *ne in festin.* Bern. 4. *anhelitus movetur* Bern. 3. Græv. Facciol. —8 *Sed multo magis* Bern. 3. *quod assequimur* in eodem cod. Paulo post, *ad decori* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Hæc *et si . . . tenebimus* suspecta sunt Facciolato.—9 *Motus animorum autem* Bern. 4. *autem* omittit

NOTÆ

[1] *Pomparum ferculis*] In quibus sacra et simulacra lentissimo incessu circumferebantur. Horat. 'Sæpe velut qui Currebat fugiens hostem, persæpe velut qui Junonis sacra ferret.'

Digitized by Google

gitatio in vero exquirendo maxime versatur: appetitus impellit ad agendum: curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur; appetitum rationi obedientem[10] præbeamus. XXXVII. Et, quoniam magna vis orationis est,[1] eaque duplex, altera contentionis, altera sermonis; contentio disceptationibus tribuatur judiciorum, concionum,[m] senatus; sermo in circulis, disputationibus, congressionibus familiarium, versetur; persequatur etiam convivia. Contentionis præcepta rhetorum sunt; nulla sermonis; quanquam haud scio an possint hæc quoque esse. Sed discentium studiis inveniuntur magistri: [*p.* 27.] huic autem qui studeant, sunt nulli:[2] rhetorum turba:[n] referta omnia: quanquam, quæ verborum sententiarumque præcepta sunt, eadem ad sermonem pertinebunt. 133. Sed, cum orationis indicem vocem habeamus; in voce autem duo sequamur,[3] ut clara sit, ut suavis; utrumque omnino a natura petendum est: verum alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse loquentium et leniter. Nihil aliud fuit[4] in Catulis,[o] ut eos exquisito judicio putares uti literarum;

Gud. 1.—10 Bern. 3. *obedientem rutioni;* Basil. *appetitus obedientes rationi.*

CAP. XXXVII. 1 Ascens. et Beier. *est orationis.* Actutum, *eademque* Magnol. Mannt. *sequatur etiam* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Hensing. Gernh. Beier.—2 Bern. 1. Basil. *sunt nonnulli.* Bern. 3 omittit *sunt.* Idem mox, *referta sunt omnia.* Pro *quanquam* Bern. 1 habet *quoniam;* Bern. 2. *qm̃.*—3 Bern. 3. *duo genera sequamur.* Mox, *petundum est* Bern. 2. *optandum est* conj. Wyttenb. *presse l. et leviter* e codd. Heusing. probante Santen. ad Terentian. p. 247.—4 *Quod fuit* Bern. 1. *Quid fuit* Magnol. Mannt. *Nihil fuit* codd. et edd. vett. item Orell. Paulo post, *sed etiam fuerunt alii* Basil. *sed ut alii* de J. F. Heusingeri conjectura Beier. *sed*

NOTÆ

[m] *Concionum*] Concio in foro, senatus in curia habebatur. Concionum apud rhetores genus duplex: judiciale in foro, deliberativum in senatu. Concio tria significat; locum ubi habetur, orationem quæ habetur, et suggestum ipsum. A. Gell. XVIII. 7.

[n] *Rhetorum turba*] De rhetoribus urbe pellendis senatus consultum, C. Fannio Strabone et M. Valerio Messala coss. factum, aliquot post annos redintegratum est, Cn. Domitio Ahenobarbo, et L. Licinio Crasso censoribus. Extat S. C. apud Gell. XV. 11. 'De Rhetoribus' libellum scripsit Sueton.

[o] *In Catulis*] Patre et filio: utrique 'Quintus' nomen, e gente Lutatia. Utriusque meminit Cic. In Bruto patris quidem: 'Fuit in Catulo sermo Latinus; quæ laus di-

Digitized by Google

quanquam erant literati: sed et alii: hi autem optime uti lingua Latina putabantur. Sonus erat[5] dulcis: literæ neque expressæ neque oppressæ, ne aut obscurum esset aut putidum: sine contentione vox, nec languens, nec canora. Uberior oratio L. Crassi,[p] nec minus faceta: sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale vero et facetiis[6] Cæsar,[q] Catuli patris frater, vicit omnes; ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vinceret. In omnibus igitur his elaborandum est,[7] si, in omni re, quid deceat, exquirimus. 134. Sit igitur[8] hic sermo, in quo Socratici maxime excellunt, lenis minimeque pertinax; insit in eo lepos. Nec vero, tanquam in possessionem venerit,[9] excludat alios: sed, cum reliquis in rebus, tum in sermone communi, vicissitudinem non iniquam pu-

etiam alii conj. Orell.—5 *Sonus autem erat* Bern. 4. a m. pr. et Magnol. *expressæ nimis* conj. Facciol. *aut nimis putidum* Bern. 5. Magnol. Manut. *nec languens, nec contra* Petr. 1568.—6 *Sale et facetiis* Bern. 4. a m. pr. *Sale vero conditus et fac.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *ut in illo ipso* Bern. 1. 3. 4. Basil. Victor. *in ipso ille* Bern. 2.—7 *In o. i. his laborandum est* Bern. 4. *in omni quid deceat* Græv. *in omnibus quid deceat* Magnol. *in omnibus, quod deceat* Manut.—8 *Sit ergo* Bern. 1. Petr. 1568. Heusing. Beier. Nobb. Orell. *Sit enim* Basil. *Socratici magis vigent* Bern. 5.—9 *Ita* Bern. 5. *in p. suam venerit* ceteri codd. et edd. *in rebus tum etiam in serm.* Bern. 3. Victor. *in rebus tum* omittit Bern. 1. *vicissitudinem nonnunquam putet* Basil. Victor. *vicissitudinem nonnunquam utendum putet* Bern. 5. *vicissitudine nonnunquam*

NOTÆ

cendi non mediocris, ab oratoribus plerisque neglecta est:' et De Orat. lib. III. 'Quid jucundius hujus oratione Catuli? quæ est pura sic ut Latine loqui solus videatur.' Ejus epigramma quoddam refertur De Nat. Deor. lib. I. in Roscium puerum; alterum quoque extat apud A. Gell. de Theotimo puero. De filio, 'Non fuit in oratorum numero, sed non deerat tamen in sententia dicenda, tum prudens, tum elegans quoddam orationis genus.'

p *L. Crassi*] Qui Carbonem accusavit: de illo hæc Cic. in Bruto: 'De Crasso nihil statuo fieri potuisse perfectius: erat summa gravitas; cum gravitate junctus facetiarum et urbanitatis orationis non scurrilis lepos.'

q *Facetiis Cæsar*] Caius, frater Lucii, consulis an. 663. Orator et poëta, de quo hæc Cic. in Bruto: 'C. Julius, L. filius, et superioribus et æqualibus omnibus suis præstitit, oratorque fuit minime ille vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior.' An ipse Catuli sororem, an Catulus sororem ipsius duxerit, apud auctores non comperimus.

Digitized by Google

tet: ac videat inprimis, quibus de rebus loquatur: si seriis,[10] severitatem adhibeat; si jocosis, leporem. Inprimisque[11] provideat, ne sermo vitium aliquod indicet inesse in moribus; quod maxime tum solet evenire, cum studiose de absentibus, detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severe, maledice, contumelioseque, dicitur. 135. Habentur autem plerumque sermones aut de domesticis negotiis, aut de republica, aut de artium studiis atque doctrina.[12] Danda igitur opera est, ut, etiam si[13] aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. Sed, utcumque aderunt, (neque enim omnes iisdem de rebus, nec omni tempore, nec similiter, delectamur) animadvertendum est etiam,[14] quatenus sermo delectationem habeat: et, ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus. XXXVIII. 136. Sed, quomodo[1] in omni vita rectissime præcipitur, ut perturbationes fugiamus, id est, motus animi nimios, rationi non obtemperantes; sic ejusmodi motibus sermo debet vacare, ne aut ira existat; aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignavia, aut tale aliquid, appareat: maximeque curandum est, ut eos, quibuscum sermonem conferimus,[2] et vereri et diligere videamur. Objurgationes etiam nonnunquam incidunt necessariæ, in quibus utendum est fortasse et vocis contentione majore, et verborum gravitate acriore. Id agendum etiam,[3] ut ne ea facere videamur irati: sed, ut

utendum putet Magnol. Manut.—10 Facciol. e suo cod. *si de seriis.* Mox, *si de jocosis* Facciol.—11 *In primis* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *inesse moribus* Bern. 5. Magnol. Manut. Græv. Facciol. *aut maledice* Facciol.—12 Bern. 5. Magnol. Manut. *studiis et doctrina.*—13 Bern. 3. 4. *ut si etiam;* Lamb. omittit *etiam.* Mox *aderunt res* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Græv. Facciol. Lall. *omnes* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. codd. Heusingeri, Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *iisdem rebus* codd. aliquot, Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *nec in omni* Magnol. Manut.—14 *Animadvertendum etiam* Bern. 2. *Anim. est,* omisso *etiam,* Lamb. Petr. 1568. *modus desinendi* Bern. 3. *in desinendo modus* Basil.

CAP. XXXVIII. 1 Ita Bern. 2. 4. Basil. Græv. seqq. *Sed quemadmodum* Bern. 3. *Sed quoniam* Bern. 1. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Paulo post, *aut tale quid* Bern. 4. 5. Petr. 1568. *aut quid tale* Magnol. Manut. Lamb.—2 Ita Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Schutz. *conferemus* ceteri codd. et edd. vett. item Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell.—3 Bern. 1. *id agendum est;* Bern. 4. *id est ag. etiam;* Basil. et Victor. *id ag. etiam est.* Mox, *ut ea facere* Bern. 1. 2. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. *ut ea fac. ne* Bern. Basil. *ut ea fac. non* Magnol. Manut. *et*

Digitized by Google

ad urendum et secandum, sic et ad hoc genus castigandi, raro invitique veniemus, nec unquam, nisi necessario, si nulla reperietur alia medicina. Sed tamen ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate, potest. 137. Magna autem parte,[4] clementi castigatione licet uti, gravitate tamen adjuncta, ut et severitas adhibeatur, et contumelia repellatur. Atque etiam illud ipsum, quod acerbitatis habet objurgatio, significandum est, ipsius causa, qui objurgetur, susceptum esse. Rectum est autem, etiam in illis[5] contentionibus quæ cum inimicissimis fiunt, [*p.* 28.] etiam si nobis indigna audiamus, tamen gravitatem retinere, iracundiam repellere. Quæ enim cum aliqua perturbatione fiunt, nec constanter fieri possunt, nec ab iis, qui adsunt, probari. Deforme etiam est,[6] de se ipso prædicare, falsa præsertim, et, cum irrisione audientium, imitari Militem Gloriosum.[r] XXXIX. 138. Et, quoniam omnia persequimur, volumus quidem certe, dicendum est etiam, qualem hominis honorati et principis domum placeat esse:[1] cujus finis est usus; ad quem accommodanda est ædificandi descriptio; et tamen adhibenda dignitatis commoditatisque diligentia. Cn. Octavio,[s] qui primus ex illa familia con-

secandum medici Manut. Lamb. Petr. 1568. *et sec. medici veniunt* Magnol. *sic ad hoc genus* Bern. 2. 4. 5. Victor. Magnol. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. *sic nos ad hoc genus* Manut. Lamb. *veniamus* Goth. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc.—4 *Magnam a. partem* Lang. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Beier. Nobb. Orell. *Magna autem ex parte* codex unus Oxon. Magnol. Manut. *ut severitas*, omisso *et*, Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *ipsius id causa* Bern. 2. 3. 4. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. *qui objurgetur* omittit Basil. *esse susceptum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil.—5 Basil. *in ipsis*; Bern. 3. *in hiis*. Mox, *cum inimicis* in eodem cod. *indigna esse audiamus* Bern. 2. Basil. *indigna esse videamus* Bern. 4. *irac. pellere* Bern. 1. a m. pr. Bern. 2. 3. 4. alii codd. et edd. vett. *ea nec const.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Pearc. Heusing. Schutz. *ea neque const.* Magnol. Manut. Pearc. *neque iis* Victor. Heusing. Orell. *nec iis* Bern. 3. Lamb. Petr. Græv. Pearc. Facciol. Beier. *nec his* Bern. 5. *nec ab his* Bern. 2. 4. *qui adsunt, approbari* Bern. 4. 5. Magnol. Manut.—6 *Deforme est etiam* Goth. Facciol. Beier. *de se ipsum* Gud. 1. 2. Bern. 1. a m. sec. Heusing. Gernh. Schutz. Orell. *de se ipsu* Bern. 2. a m. pr. *de se ipsa* Bern. 2. a m. sec.

CAP. XXXIX. 1 Basil. *placet esse domum.* Mox, *adhibenda est* Bern. 3.

NOTÆ

r *Militem Gloriosum*] Thrasonem Terentianum in Eunucho, et Pyrgopolinicen Plautinum.

s *Cn. Octavio*] Cos. 589. ac trium

sul factus est,[2] honori fuisse accepimus, quod præclaram ædificasset in Palatio,[t] et plenam dignitatis domum; quæ cum vulgo viseretur, suffragata domino, novo homini, ad consulatum putabatur. Hanc Scaurus[u] demolitus, accessionem adjunxit ædibus. Itaque ille in suam domum consulatum primus attulit:[3] hic, summi et clarissimi viri filius, in domum multiplicatam, non repulsam solum retulit, sed ignominiam, etiam calamitatem. 139. Ornanda est enim[4] dignitas domo, non ex domo tota quærenda: nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Et, ut in ceteris habenda ratio non sua solum, sed etiam aliorum; sic in domo clari hominis, in quam et hospites multi recipiendi, et admittenda hominum cujusque modi multitudo, adhibenda est cura laxitatis: aliter ampla domus dedecori domino sæpe fit,[5] si est in ea solitudo; et maxime, si ali-

commoditatis dignitatisque Bern. 1. 2. 3. 4. edd. vett. et Orell.—2 Basil. *consul factus est ex illa familia.* Mox, *in Palatino* Bern. 1.—3 Magnol. Manut. *intulit.* Statim, *retulit* omittunt Lamb. Petr. 1568. *sed ign. etiam et cal.* Bern. 3. Victor. Lamb. Pearc. *sed ign. etiam est cal.* Bern. 1. *sed ign. et cal.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Hensing. Gernh. Beier. Nobb.—4 *Ornanda enim est* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. *Orn. enim domo est dign.* Bern. 3. *tota ex domo* Bern. 3. *ex tota domo* Bern. 5. *ex domo dignitas tota* Magnol. Manut. Facciol. *habenda est ratio* Bern. 4. Basil. *non sui* Victor. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. Beier. Nobb. *in qua* Bern. 4. *recipiendi sunt* Victor. Pearc. Facciol. *sunt recipiendi* Basil. *cujusque generis mult.* Bern. 1. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *adh. cura est* Bern. 1. 2. 5. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *adh. cura est omnibus* Bern. 4.—5 Bern. 3. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *sæpe domino fit;*

NOTÆ

pho de Perse nobilis: Persen enim, a L. Paulo victum, profugumque, ipse vivum cum liberis, familia, et pecunia apud Samothracas cepit, et ad consulem misit. Aliquanto post legatus ad Antiochum Laodiceæ Syriæ occisus est. Filius fuit illius Cneii, qui, cum Sardiniam prætor obtineret, dum Africanus Major in Africa bellum gessit, maris litora fortiter tutatus est.

[t] *In Palatio*] Seu Palatino Monte. Dictus est a Palantio, urbe Arcadiæ, unde Evander profectus in eo monte sedem fixit: qui, quia sedes fuit imperii P. R. hinc sedes principum Palatia vocantur. Pompon. Læt.

[u] *Scaurus*] M. Æmilius Scaurus, alter filiorum M. Æmilii Scauri, senatus principis, qui ex prætura Sardiniam sortitus, Sardorum accusatione spe consulatus dejectus est. Ædilitate, ludorum apparatu, et theatri in Palatino constructi magnificentia, notissimus. Plin. XXXVI. 15.

Digitized by Google

quando, alio domino, solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a prætereuntibus dicitur,

O domus antiqua![x][6] heu! quam dispari dominare domino!

quod quidem, his temporibus, in multis licet dicere. 140. Cavendum autem est,[7] præsertim si ipse ædifices, ne extra modum sumtu et magnificentia prodeas: quo in genere multum mali etiam in exemplo est. Studiose enim plerique, præsertim in hanc partem,[8] facta principum imitantur: ut L. Luculli,[y] summi viri, virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati sunt! quarum quidem certe est adhibendus modus, ad mediocritatemque revocandus. Eademque mediocritas ad usum[9] cultumque vitæ transferenda est. Sed hæc hactenus. 141. In omni[10] au-

Bern. 1. et Bern. 2. a m. pr. *domino sæpe sit*, probante Beier. in Addend. *d. s. est* Bern. 2. a m. sec. *domino* deest in Bern. 1.—6 *O domus Anci* Manut. Pro *heu* Bern. 1. 2. 3. 4. habent *et;* al. *et heu;* unde Beier. conj. *O domus antiqua! eheu! quam, &c.* uno iambico septenario. Heusing. Gernh. Nobb. Orell. dividunt,

O domus antiqua, heu, quam dispari
Dominare domino!

dominaris domino Magnol. *domino dominaris* Bern. 5. Manut. Mox, *in multos* duo codd. Oxon. et Goth. *dicere licet* Basil.—7 *Cav. est autem* Goth. Petr. 1568. Beier. *Cav. est etiam* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Paulo post, *multum etiam mali* Bern. 3. *etiam* omittit Basil.—8 Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *in hac parte.* Actutum, *principum facta* Bern. 3. *ut Luculli* in eodem cod. *at* omittit Basil. *sunt imitati* Bern. 3. *sunt* omittunt Bern. 2. 4. Bern. 1. a m. pr. Lamb. Petr. 1568. Tum, *adhibendus est* Lamb. *ad mediocritatem rev.* Magnol. Manut. *ad m. referendus* Bern. 3.—9 Quinque Bern. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Bern. Nobb. Orell. *ad omnem usum;* Magnol. Manut. Lamb. *ad communem usum.* Statim, *referendu est* Bern. 3. Magnol. Manut. Lamb. Græv. *est* omittunt Bern. 4. et Victor.—10 Hæc omnia, *In omni* . . .

NOTÆ

x *O domus antiqua*] Versus, ut opinor, Enniani, quibus Antii, olim quater tribuni plebis, posteros degeneres notat: et sic legi vult Erasmus: *O domus Antii, Quam dispari dominare domino!* Sed vulgata lectio recipienda, ad quam forte allusit Cic. Phil. II. 'O tecta,' inquit, 'ipsa misera! quam dispari domino! quanquam, quomodo iste dominus? sed tamen quam a dispari tenebantur!'

y *L. Luculli*] Regibus Tigrane et Mithridate devictis, ex antiqua frugalitate ad sumtuosam vitam se convertit, primumque delicias Asiaticas in usum duxit, Catone (ut testatur Polybius) reclamante: villarum magnificentia, conviviorum sumtu, vestiumque numero conspicuus. Apud illum cum Pompeius et Cicero dixissent se velle cœnare, cœnam pro trecentis paratam invenerunt. De vestium numero diximus alibi ex Horat. Varro De Re Rustica, l. III.

Digitized by Google

tem actione suscipienda, tria sunt tenenda; primum, ut appetitus rationi pareat; quo nihil est ad officia conservanda accommodatius: deinde, ut animadvertatur, quanta illa res sit, quam efficere velimus; ut neve major, neve minor cura et opera suscipiatur, quam causa postulet: tertium est, [ut caveamus,] ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem et dignitatem, moderata sint. Modus autem est optimus, decus ipsum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum tamen [11] trium præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi.

XL. 142. Deinceps de ordine rerum et temporum opportunitate [1] dicendum est. Hac autem scientia continetur [2] ea, quam Græci *εὐταξίαν* [a] nominant, non hæc, quam interpretamur 'modestiam;' quo in verbo modus inest: sed illa est *εὐταξία*, in qua intelligitur ordinis conservatio. Itaque, ut eandem nos modestiam appellemus, [3] sic definitur a Stoicis, ut modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur, loco suo collocandarum. Itaque videtur eadem vis ordinis et collocationis fore. [*p.* 29.] Nam et ordinem [4] sic definiunt, compositionem rerum aptis et accommodatis locis. Locum autem actionis, opportunitatem temporis esse dicunt. Tempus autem actionis opportunum

obtemperare rationi, suspecta sunt Facciolato. Pro *pareat* Bern. 3 habet *pareant*. Tum, *velimus, neu minor, neve major* Bern. 5. Magnol. Manut. *velimus, ut neve minor c. n. major* Bern. 3. *ut admodo* (sic) *caveamus* Bern. 4. *ut caveamus admodum* Petr. 1568. *ut caveamus,* Grutero susp. uncis inclusit Ernesti. *ad liberalitatem specie et dignitate* Bern. 3. Grut. *moderanda sint* Bern. 1. 2. 4. 5. Victor. Pearc. *ne ea . . . immoderata sint* Lamb.—11 *Horum autem* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.

CAP. XL. 1 Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Schutz. Orell. *et opportunitate temporum;* Bern. 5. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Gernh. *et de opp. temp.* Beier. *et de temp. opp.* Mox, *est* omittit Bern. 4.—2 *Hæc a. s. continentur* Bern. 2. 3. 4. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Nobb. Beier. Orell. *Hæc . . . continet eam, &c.* Magnol. Manut. Mox, *non hac* Basil. *non hanc* alii codd. et Orell. Verba, *non hæc . . . est εὐταξία*, suspecta sunt Facciolato. *in* ante *qua* omittit Bern. 5.—3 Bern. 3. *mod. nos appell.* Statim, *rerum earum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Orell. *quæ aguntur, aut dicuntur* Victor. Lamb. Petr. *ita videtur* Bern. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell.—4 *Nam ordinem* de J. F. Heusingeri conjectura Schutz. *opportunitatem esse dicunt temporis* Lamb.

NOTÆ

[a] *Εὐταξίαν*] Ab *εὖ*, *bene;* *τάττεσθαι*, *ordinari*.

Digitized by Google

Græce εὐκαιρία, Latine appellatur 'occasio.' Sic fit, ut modestia hæc, quam ita interpretamur,[5] ut dixi, scientia sit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. 143. Sed potest eadem esse[6] prudentiæ definitio, de qua principio diximus: hoc autem loco de moderatione et temperantia, et earum similibus virtutibus, quærimus. Itaque, quæ erant prudentiæ propria, suo loco[7] dicta sunt: quæ autem harum virtutum, de quibus jamdiu loquimur, quæ pertinent ad verecundiam, et ad eorum approbationem, quibuscum vivimus, nunc dicenda sunt. 144. Talis est igitur[8] ordo actionum adhibendus, ut, quemadmodum in oratione constanti, sic in vita, omnia sint apta inter se et convenientia. Turpe est enim,[9] valdeque vitiosum, in re severa, convivii dicta, aut delicatum aliquem inferre sermonem. Bene Pericles,[a] cum haberet collegam in prætura Sophoclem poëtam,[10] hique de communi officio convenissent, et casu formosus puer præteriret, dixissetque Sophocles, 'O puerum pulchrum, Pericle!' 'At enim prætorem, Sophocle, decet, non solum manus, sed etiam oculos, abstinentes habere.' Atque[11] hoc idem Sophocles si in athletarum[b] pro-

Petr. 1568.—5 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *interpretamur ita.* —6 *Sed p. esse eadem* Petr. 1568. *definitio prudentiæ, de qua in princ.* Bern. 3. *et harum sim.* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Petr. 1568. Facciol. probante Beier. in Addend. *et aliis sim.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb.—7 Petr. 1568. Facciol. *loco suo;* Bern. 3. *suo dicta sunt loco.* Statim, *autem* omittit Bern. 4. *etiam diu* in eodem cod. *dudum id* Bern. 5. *jamdudum* codd. aliquot, Magnol. Manut. *loquitur* Bern. 1. *quæ* omittunt Victor. Lamb. Petr. 1568. *probationem* Bern. 4. *Sed potest . . . dicenda sunt* gloss. videtur Schutzio. —8 *Talis igitur est* Bern. 3. *sint omnia inter se apta* Bern. 5. *sint omnia apta inter se* Petr. 1568. Facciol. *et inter se conv.* Magnol. Manut. Lamb.—9 *Turpe enim* Bern. 2. 3. 4. Victor. *convivio dicta* Bern. 1. 2. 4. Basil. *convivio dignum* Bern. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol.—10 *Sophoclen*, omisso *poëtam*, Bern. 5. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Sophoclem*, omisso item *poëtam*, Bern. 1. 4. Basil. Magnol. Manut. Orell. *poëtam* uncis inclusit Nobb. Paulo post, *Pericles ait enim* Basil. *Pericle, ait, At, &c.* Victor. Petr. 1568. *At enim, Pericles* Magnol. Manut. *At enim, inquit Pericles* Lamb.—11 *Atqui* Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *Sophocles hoc idem* Bern. 3. *hoc* omittit Bern. 4. *est loci ac temporis* Bern. 3. *et loci et temp.*

NOTÆ

[a] *Pericles*] De Pericle meminimus: Sophocles fuit ille tragœdiarum scriptor. Hoc specimen Periclis continentiæ refert Val. Max. IV. 3.

[b] *Athletarum*] Sensus est, Si hoc idem de athleta aliquo Sophocles dixisset, cum nudi in theatris pugnant, justa reprehensione caruisset,

Digitized by Google

batione dixisset, justa reprehensione caruisset: tanta vis est et loci, et temporis. Ut si quis,[12] cum causam sit acturus, in itinere, aut in ambulatione, secum ipse meditetur, aut si quid aliud attentius cogitet, non reprehendatur: at hoc idem si in convivio faciat, inhumanus videatur, inscientia temporis. 145. Sed ea,[13] quæ multum ab humanitate discrepant, ut, si quis in foro cantet, aut si qua est alia magna perversitas, facile apparent; nec magnopere admonitionem et præcepta desiderant. Quæ autem parva videntur esse delicta, neque a multis intelligi possunt, ab iis est diligentius declinandum. Ut in fidibus, aut in tibiis,[c] quamvis paulum discrepent, tamen id a sciente animadverti solet; sic videndum est in vita, ne forte quid discrepet; vel multo etiam magis, quo major et melior actionum quam sonorum concentus est. XLI. 146. Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt; sic nos, si acres ac diligentes [1] esse volumus animadversores vitiorum, magna sæpe intelligemus ex parvis. Ex oculorum obtutu, ex [2] superciliorum aut remissione aut contractione, ex mœstitia, ex hilaritate, ex risu, ex locutione, ex reticen-

Basil.—12 *Ut si qui* Bern. 1. 2. Hensing. Gernh. Beier. Nobb. *causam acturus* conj. Beier. *aut ambulatione s. i. m. aut si quis aliquid* Basil. *at hoc quidem* Bern. 1. *at hoc quod idem* Bern. 3. *idem* omittit Petr. 1568. *si in conv. fiat* Bern. 5. a m. pr. *inscitia temporis* codd. et edd. ante Victor.—13 *Sed sunt ea* Basil. *ut si qui* Bern. 1. 2. 4. Beier. *magna alia* Basil. *facile apparet* Bern. 2. 3. 4. *desiderat* Bern. 1. 2. 3. 4. *quæ autem prava* Bern. 2. *ab his est* Bern. 1. 2. 3. 4. Magnol. Manut. *est* omittunt Basil. Beier. *ab hiis diligentius etiam decl.* Bern. 5. Mox, *aut tibiis* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. probante Beier. in Addend. *id tamen* Bern. 4. *cum animadverti* Bern. 1. *sic vivendum* Bern. 2. 5. Victor. Magnol. Manut. *ut multo* Bern. 4. 'Legendum *idque multo*, quod verum unice.' *Toup.*

CAP. XLI. 1 Bern. 3. *diligentiores.* Actutum, *esse v. animadversoresque* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Græv. *diligentes judices esse v. animadversoresque* Magnol. Manut. *intelligemus sæpe* Bern. 3. 5. Magnol. Manut. Lamb. —2 Bern. 1. 2. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. omittunt *ex.* Bern. 3 habet *ex contr. aut rem. sup.* Basil. *ex elevatione aut rem. aut contr.* Mox, *vocis, et subm.* Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *ex cont. vocis, ex subm. ex reticentia* Bern. 3. *facile judicamus* Bern. 5. *apte eorum* Bern.

NOTÆ

quandoquidem oratio actioni consentanea fuisset.

c *In fidibus aut in tibiis*] De instrumentorum illorum distinctione dictum est.

Digitized by Google

tia, ex contentione vocis, ex submissione, ex ceteris similibus, facile judicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque discrepet. Quo in genere, non est incommodum, quale quodque[3] eorum sit, ex aliis judicare: ut, si quid dedeceat in illis, vitemus et ipsi. Fit enim,[4] nescio quo modo, ut magis in aliis cernamus, quam in nobismetipsis, si quid delinquitur: itaque facillime corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur, emendandi causa, magistri. 147. Nec vero alienum est, ad ea eligenda[5] quæ dubitationem afferunt, adhibere doctos homines, vel etiam usu peritos, et, quid his de quoque officii genere placeat, exquirere. Major enim pars eo fere deferri solet, quo a natura ipsa deducitur. [*p.* 30.] In quibus videndum est,[6] non modo quid quisque loquatur, sed etiam, quid quisque sentiat, atque etiam, qua de causa quisque sentiat. Ut enim pictores, et ii qui signa fabricantur,[7] et vero etiam poëtæ, suum quisque opus a vulgo considerari vult, ut, si quid reprehensum sit a pluribus, id corrigatur; hique, et secum et cum aliis, quid in eo peccatum sit, exquirunt; sic aliorum judicio permulta nobis et facienda, et non facienda, et mutanda, et corrigenda sunt. 148. Quæ vero more aguntur,[8] institutisque civilibus, de iis nihil est præcipiendum. Illa enim ipsa præcepta sunt: nec quemquam hoc errore duci oportet, ut, si quid Socrates aut[d]

5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—3 Codd. et edd. vett. *quidque*. Actutum, *eorum fit* Bern. 4. *in illos* Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. *dedeceat alios* Græv. Pearc. *d. in aliis* Facciol. *vitemus ipsi* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—4 *Fiet enim* Bern. 5. *in nobis ipsis* in eodem cod. *corriguntur illi* Magnol. Manut. *corriguntur vitia in disc. quorum imitantur* Bern. 3. *in discernendo* (sic) *vitia, quorum imitantur* Bern. 5. —5 Manut. *ad eligenda*. Mox, *afferant* Lamb. Petr. 1568. *quid eis de quoque* Bern. 4. *quid his de unoquoque genere officii* Basil.—6 Pearc. omittit *est*. Statim, *de qua causa* Bern. 1. 2. 4. Magnol. Manut. *quid quisque*, omisso *sentiat*, Bern. 4. *quid quisque sentiat* Basil. Græv. *quisque* omittunt Bern. 3. Pearc. *quisque sentiat* omittunt Petr. 1568. Beier.—7 Bern. 3. 5. *fabricant*. Actutum, *et veri* Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. *etiam* omittit Basil. Idem cod. pro *vult* habet *volunt*. Tum, *si quid reprehendendum* Manut. *et ab aliis* Bern. 1. *in eo peccati* Petr. 1568. *nobis facienda* Bern. 5. *et non fac.* omittit Bern. 3. *et imitanda* Magnol.—8 *Quæ v. m. agentur* Bern. 1. 2. 4. Basil. Heusing. Gernh.

NOTÆ

[d] *Socrates aut*] Hoc est, inculpatissimus quisque: dictum de Socrate et

Digitized by Google

Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint, locutive sint, idem sibi arbitretur[9] licere. Magnis[10] illi et divinis bonis hanc licentiam assequebantur. Cynicorum vero ratio tota est ejicienda:[11] est enim inimica verecundiæ, sine qua nihil rectum esse potest, nihil honestum. 149. Eos autem, quorum vita perspecta[12] in rebus honestis atque magnis est, bene de republica sentientes, ac bene meritos aut merentes, sicut aliquo honore aut imperio affectos, observare et colere debemus; tribuere etiam multum senectuti; cedere iis qui magistratum habebunt; habere delectum civis et peregrini, in ipsoque peregrino, privatimne an publice venerit: ad summam, ne agam de singulis, communem totius generis[13] hominum conciliationem et consociationem colere, tueri, servare, debemus. XLII. 150. Jam de artificiis et quæstibus, qui liberales habendi, qui sordidi sint,[1] hæc fere accepimus. Primum improbantur ii quæstus, qui in odia[2] hominum incurrunt, ut portitorum,[e] ut fœneratorum.[f] Illiberales autem[3] et sordidi quæ-

Schutz. Beier. Nobb. Orell. *et institutis* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *consiliis institutisque* Bern. 3. *de his nihil* Bern. 1. 2. 4.—9 Bern. 1. a m. pr. *arbitrentur*; Bern. 2. *arbitratur*; Bern. 3. *arbitrantur*.—10 *Magnis enim* Victor. *licentiam consequebantur* Bern. 5.—11 Bern. 3. *adhibenda abjicienda*. Mox, *esse potest rectum* Basil.—12 Bern. 4. *perfecta*. Mox, *aut merentes aliquo* Bern. 1. *sicut* omittunt Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *profecto observare* Petr. 1568. *senectuti multum* Bern. 3. *habere dilectum* Bern. 1. 4. Lamb. Græv. *civis ac peregr.* Bern. 3. 4. *in ipso quoque peregr.* Bern. 5. Magnol. Manut. *privatim an publ.* Petr. 1568.—13 Bern. 3. *generis totius*. Deinde, *debemus* omittit Petr. 1568.

CAP. XLII. 1 Bern. 4. 5. *sunt*. Actutum, *hoc fere* Bern. 5.—2 Basil. *qui odia*. Idem cod. mox, *et feneratorum*.—3 Bern. omittit *autem*. Actutum, *et*

NOTÆ

Aristippo per *ἀντονομασίαν*.

[e] *Portitorum*] 'Portitores' vulgo dicuntur, qui homines aquis transvehunt. Cum vero id muneris neque quæstuosum neque invidiosum sit, alia esse debet hoc loco illius vocabuli significatio. Ita appellatos censeo, qui merces in portus advectas lustrabant, tributumque pro mercium pretio exigebant.

[f] *Fœneratorum*] Fœnera seditionum causæ non semel fuerunt; hinc frequentes fœnorum restrictiones, legesque in fœneratores latæ; sed repressæ multis plebiscitis fraudes miras per artes rursum exortæ. Cautum primo fuit XII Tabulis de modo credendi. L. Genucius, trib. plebis, tulit ad populum, ne ullo modo fœnerari liceret. Liv. lib. VII. Post aliquod tempus Sulpicius rem fœneratoriam in ordine senatorio intra cer-

Digitized by Google

stus mercenariorum, omniumque, quorum operæ, non artes, emuntur: est enim illis ipsa merces auctoramentum[g] servitutis. Sordidi etiam putandi,[4] qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur: nec vero quicquam est turpius vanitate. Opificesque omnes[5] in sordida arte versantur: nec enim quicquam ingenuum potest habere officina. Minimeque artes hæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, 'cetarii,[h] lanii, coqui, fartores, piscatores,' ut ait Terentius. Adde huc,[6] si placet, unguentarios,[i] saltatores,[k] totumque ludum talarium.[l] 151. Quibus autem artibus aut prudentia major inest,[7] aut non mediocris utilitas quæritur, ut

sordidi sunt Bern. 4. *omnium* Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Orell. *omniumque* omittit Bern. 1. *quorum opera* Bern. 2. 3. Basil. *non quorum artes* codd. et edd. ante Ernesti. *est enim in illis* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. et Orell.—4 *Sordidi e. putandi sunt* Bern. 3. Basil. *S. e. putantur* Bern. 5. Victor. *vendant carius* Lamb. Petr. 1568. *proficiant* Bern. 2. 4. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *est quicquam* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Heusing. Orell. *est* omittunt Gud. 2. Gernh. Beier.—5 *Op. omnes qui* Victor. *enim* omittit Bern. 1. probante Beiero in Addend. *nec vero* habent Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Facciol. *habere potest* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Paulo post, *sunt voluptatis tum* Bern. 4.—6 *Adde his* Bern. 5. Magnol. Manut. *Adde huic* Basil.—7 Bern. 3. *inest ma-*

NOTÆ

tos fines restrinxit. Plut. in Mario. Julius Cæsar et Tiberius leges quoque in eam rem tulerunt: præsertim, sancitum ne fœneratores in corpora obæratorum, ut antea, jus haberent. Vid. Alex. ab Alex. I. 7.

g *Auctoramentum*] Translatum a militia; auctorari enim dicuntur milites, qui militiæ obligantur.

h *Cetarii*] 'Cetarii' sunt qui prægrandes pisces; 'fartores,' qui farcimina seu intestina animalium variis eduliis referta aut farta vendunt. Locus est ex Eunucho Terentii.

i *Unguentarios*] Urbe pulsi sunt, teste Seneca, Quæst. Nat. lib. IV.

k *Saltatores*] Non palæstricos, (quod exercitationis genus honestum erat) sed scenicos. Saltationum species duæ, stataria et motoria, non quod non utraque moveretur, sed quod hæc magis. Hæ saltationes in species iterum varias divisæ, quibus nomina data sunt, vel a regionibus, ut Ionica; vel ab inventoribus, ut Pyrrhica; vel a corporis partibus, ut trachelismus; vel a modo motionis, ut medopodismus; vel ab imitatione, ut geranus; vel ab instrumentis, ut pinacides; vel ab habitu, ut gymnica; ab usu et loco, ut vulgares, quæ sacrificiis et conjugiis adhibebantur; et theatrales. Harum quoque nomina varia memorant Homerus, Plato, Xenophon, et alii, descriptiones non item. Plura Rhodigin. v. 3. et 4. et Hieron. Mercurialis, Ars Gymn. lib. II. cap. 6.

l *Talarium*] De ludo talorum consule Alexandrum ab Alexandro, III. 21.

Digitized by Google

medicina, ut architectura, ut doctrina rerum honestarum, hæ sunt iis, quorum ordini conveniunt, honestæ. Mercatura autem, si tenuis est, sordida putanda est:[8] sin magna et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impertiens, non est admodum vituperanda. Atque etiam, si, satiata quæstu, vel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, ex ipso portu in agros se possessionesque contulerit, videtur jure optimo posse laudari. Omnium autem rerum, ex quibus aliquid acquiritur,[9] nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius: de qua, quoniam in 'Catone Majore' satis multa diximus, illinc assumes, quæ ad hunc locum pertinebunt.

XLIII. 152. Sed ab iis[1] partibus quæ sunt honestatis, quemadmodum officia ducerentur, satis expositum videtur. Eorum autem ipsorum, quæ honesta sunt, potest incidere sæpe contentio: de[2] duobus honestis, utrum honestius: qui locus a Panætio est prætermissus. [*p.* 31.] Nam, cum omnis honestas manet a partibus quatuor, quarum una sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, quarta moderationis; hæ,[3] in deligendo officio, sæpe inter se comparentur, necesse est. 153. Placet igitur,[4] aptiora esse naturæ ea officia quæ ex communitate, quam ea quæ ex cognitione, ducantur: idque hoc argumento confirmari

jor. Mox, *ut medicina, arch*. Basil. Beier. 5. Magnol. Mannt. *ea sunt* Bern. 4. *hæc sunt* Bern. 5.—8 Bern. 3. *est putanda*. Actutum, *sin vero* Basil. *impartiens* codd. et edd. nonnullæ *non admodum*, omisso *est*, Bern. 1. a m. pr. probante Beier. in Addend. *sic ex ipso* Bern. 3. Victor. Lamb. Pearc. *sic ex ipso se portu* Bern. 5. *et ex ipso, &c.* Bern. 4. *se in agros poss*. Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. *contulit* Bern. 1. 2. 3. 4. Orell.—9 Magnol. Mannt. *exquiritur*. Statim, *mihi agr.* Bern. 4. Gud. 4. probante Beier. Deinde, *nihil libero homine* Bern. 5. Magnol. Mannt. *nihil homine, nihil libero* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Græv. *nihil libero* Gud. 2. Gernh. Beier.

CAP. XLIII. 1 *Sed ab his* Bern. 1. 2. 3.—2 Codd. fere omnes et edd. ante Ernesti *contentio et comparatio de*.—3 Bern. 5. et Orell. *eæ;* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *hæc*.—4 *Placet ergo* Bern. 4. Facciol. *naturæ esse* Bern. 3. *ex cogitatione* Bern. 4. *ducantur, quam ea, quæ ex cogn*. Basil. *ut omnium* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. Pearc. *copiis ditetur* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *quamvis* omittunt Lamb. Heusing. Schutz. Beier. Nobb. Pro *omnia* Bern. 5. Magnol. Mannt. habent *ea*. Tum, *quæ cogitatione* Bern. 4. Petr. 1568. *digna sunt* plurimi codd. et edd. *si solitudo* Basil. Facciol. *excedet* Bern. 5. et edd. vett. *excedat* ed. Plantin. et Facciol. probante J. F. Gronov.

Digitized by Google

potest, quod, si contigerit ea vita sapienti, ut in omnium rerum affluentibus copiis, quamvis omnia, quæ cognitione digna sint, summo otio secum ipse consideret et contempletur; tamen, si solitudo tanta sit, ut hominem videre non possit, excedat e vita. Princepsque omnium virtutum est[5] illa sapientia, quam *σοφίαν* Græci vocant: prudentiam enim, quam Græci *φρόνησιν* dicunt, aliam quandam intelligimus; quæ est rerum expetendarum fugiendarumque scientia. Illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum atque humanarum scientia; in qua continetur Deorum et hominum communitas et societas inter ipsos. Ea si maxima est (ut est certe),[6] necesse est, quod a communitate ducatur officium, id esse maximum. Etenim cognitio contemplatioque naturæ manca quodam modo atque inchoata sit, si nulla actio[7] rerum consequatur: ea autem[8] actio in hominum commodis tuendis maxime cernitur. 154. Pertinet igitur ad societatem generis humani: ergo hæc[9] cognitioni anteponenda est: atque id optimus quisque re ipsa ostendit, et judicat. Quis enim est[10] tam cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura, ut, si ei, tractanti contemplantique res cognitione dignissimas, subito sit allatum periculum discrimenque patriæ, cui subvenire opitularique possit, non illa omnia relinquat atque abjiciat, etiam si dinumerare se stellas, aut metiri mundi magnitudinem, posse arbitretur? Atque hoc idem in parentis, in amici,[11] re aut periculo fecerit. 155. Quibus rebus intel-

—5 *Pr. o. virtutum,* omisso *est,* Bern. 2. 3. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Pr. est om. virt.* Bern. 4. *quam philosophiam Gr.* Bern. 3. *quam σοφίαν Græce* Bern. 4. *dicunt* omittunt Bern. 3. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. *φρόνησιν vocant* Gud. 5. Ascens. Paulo post, *divin. et human.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. *communitas atque soc.* Victor. *ipsorum inter ipsos* Facciol. probante Beier.—6 Bern. 4. *certo.* Heusing. Gernh. Beier. distinguunt *ut est: certe necesse, &c.* Manut. *est, ut certe necesse est, quod, &c.* Lamb. Petr. 1568. *est, ut certe est, necesse est, &c.*—7 Bern. 5. *actio nulla.*—8 *Ea vero* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—9 Bern. 4. *humani generis; ergo illi;* Facciol. *generis humani, et cognitioni, &c.* Pro *re ipsa* Bern. 3. et Orell. habent *reapse.* Actutum, *et ostendit, et judicat* Basil. *ostendit et indicat* Magnol. Manut. Lamb.—10 *Quis est enim* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Beier. Nobb. *cupidus perspiciendæ cognoscendæque r. naturæ* conj. Lamb. *sit ablatum* Bern. 4. *sit illatum* Basil. *sit oblatum* Bern. 3. Græv. Paulo post, *arbitraretur* Magnol.

Digitized by Google

ligitur, studiis officiisque scientiæ præponenda esse officia justitiæ, quæ pertinent ad hominum utilitatem;[12] qua nihil homini esse debet antiquius. XLIV. Atque illi,[1] quorum studia vitaque omnis in rerum cognitione versata est, tamen ab augendis hominum utilitatibus et commodis non recesserunt. Nam et erudiverunt[2] multos, quo meliores cives, utilioresque rebus suis publicis essent; ut Thebanum Epaminondam[m] Lysis[n] Pythagoreus, Syracusium Dionem[o] Plato, multique multos: nosque ipsi, quicquid ad rempublicam attulimus, (si modo aliquid attulimus) a doctoribus, atque a doctrina instructi, ad eam, et ornati, accessimus. 156. Neque solum vivi atque præsentes[3] studiosos discendi erudiunt atque docent; sed hoc idem etiam post mortem monumentis literarum assequuntur. Nec enim locus[4] ullus prætermissus est ab iis, qui ad leges, qui ad mores, qui ad disciplinam reipublicæ, pertineret; ut otium suum ad nostrum negotium contulisse videantur. Ita illi[5] ipsi, doctrinæ studiis et sapientiæ dediti, ad hominum utilitatem suam intelligentiam prudentiamque potissimum conferunt. Ob eamque causam[6] eloqui copiose, modo prudenter, melius est, quam vel acutissime sine eloquentia

—11 Bern. 3. *aut amici.*—12 Bern. 3. Anem. Græv. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *caritatem.* Deinde, *debet esse* Bern. 3. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.

CAP. XLIV. 1 *Atqui illi* Petr. 1568. *Atque illi ipsi* Bern. 3.—2 *Nam erudiverunt* Facciol. *Nam et erudierunt* Bern. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *Nam et erudiere* Bern. 5. *util. in rebus* Bern. 5. a m. pr. Magnol. *ut suis rebus* Basil. *rebus et suis et publicis* quatuor codd. Oxon. Lamb. Petr. 1568. *Syracosium* Bern. 2. *atque doctrina* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Beier.—3 *Neque s. v. ac præs.* Bern. 3. *stud. dicendi* Petr. 1568.—4 *Neque enim locus* Bern. 3. *Nec locus enim* Bern. 4. *est prætermissus* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *ab his* Bern. 1. 4. *ita ut otium* Victor.—5 *Itaque illi* Basil. Mox, *prudentiam intelligentiamque* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Petr. 1568. Pearc. *prudentiam suam intelligentiamque* Bern. 4. *suam sapientiam, prudentiam, intelligentiamque* Magnol. Mannt. Lamb. —6 *Ob eamque etiam causam* Bern. 1. 2. 4. Victor. Pearc. *Ob eamque causam*

NOTÆ

[m] *Epaminondam*] Eo vivente et duce, toti Græciæ imperavit patria, quæ ante et post eum semper servivit.

[n] *Lysis* [*Lysias*] Patria Tarentinus, Thebis primus scholam aperuit.

[o] *Dionem*] Hipparini filium, fratremque Aristomachæ, uxoris Dionysii.

Digitized by Google

cogitare; quod cogitatio in se ipsa vertitur, eloquentia complectitur eos, quibuscum communitate juncti sumus. 157. [*p.* 32.] Atque, ut apum[7] examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos; sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi cogitandique solertiam. Itaque, nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum,[8] solivaga cognitio et jejuna videatur. Itemque magnitudo animi, remota communitate conjunctioneque humana, feritas sit quædam et immanitas. Ita fit, ut vincat cognitionis studium consociatio hominum atque communitas. 158. Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitæ, quod ea, quæ natura desideraret, consequi sine aliis, atque efficere, non possemus, idcirco istam[9] esse cum hominibus communitatem et societatem. Quod si omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent, quasi virgula divina,[p] ut aiunt, suppeditarentur; tum optimo quisque ingenio, negotiis omnibus omissis, totum se in cognitione et scientia collocaret. Non est ita: nam et solitudinem fugeret, et socium studii quæreret: tum docere, tum discere vellet, tum audire, tum dicere. Ergo omne officium, quod ad conjunctionem hominum, et ad societatem tuendam valet, anteponendum est illi officio,

etiam Basil. *Ob eam etiam causam* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *sine e. excogitare* Basil. Græv. *conjuncti sumus* Basil.—7 *Atque ut apium* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Græv. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Mox, *congregati* omittit Bern. 3. *congregandique sol.* Bern. 3. 4. 5. alii codd. quamplurimi, Victor. Petr. 1568. Bern. Nobb.—8 Magnol. Facciol. *rerum cognitionem.* Mox, *remota a communitate* Anem. Lamb. Petr. 1568. Beier. *remota comitate* Bern. 1. 2. 3. Victor. *feritas fit* Bern. 5. Basil. Hæc, *Itemque . . . immanitas,* uncis inclusit Facciol. item suspecta habens etiam verba, *Ita fit . . . communitas.*—9 Bern. 3. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *idcirco initam.* Basil. *cum hominibus istam esse comm. et soc.* Paulo post, *suppeditarent* Lamb. Petr. Græv.

NOTÆ

p *Virgula divina*] Quod in virgis ferendis fatalem quandam divinamque virtutem inesse crederent veteres, hinc invaluit adagium in eos, qui, citra humanam operam ac spem, casu quodam, et quasi divinitus, aliquid consequuntur.

Digitized by Google

quod cognitione et scientia continetur. XLV. 159. Illud forsitan quærendum sit, num hæc communitas, quæ maxime est apta[1] naturæ, sit etiam moderationi modestiæque semper anteponenda. Non placet. Sunt enim quædam partim[2] ita fœda, partim ita flagitiosa, ut ea, ne conservandæ quidem patriæ causa, sapiens facturus sit. Ea Posidonius[3] collegit permulta, sed ita tetra quædam, ita obscœna, ut dictu quoque videantur turpia. Hæc igitur non suscipiet[4] reipublicæ causa; ne res quidem publica pro se suscipi volet. Sed hoc[5] commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit reipublicæ, quicquam illorum facere sapientem. 160. Quare hoc quidem effectum sit, in officiis deligendis id[6] genus officiorum excellere, quod teneatur hominum societate: etenim cognitionem[7] prudentiamque sequitur considerata actio. Ita fit, ut agere considerate pluris sit, quam cogitare prudenter. Atque hæc quidem hactenus: patefactus est enim locus ipse,[8] ut non sit difficile, in exquirendo officio, quod cuique sit præponendum, videre. In ipsa autem communitate sunt gradus officiorum, ex quibus, quid[9] cuique præstet, intelligi possit: ut prima Diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parentibus, deinceps gradatim reliquis, debeantur. 161. Quibus ex rebus breviter disputatis, intelligi potest, non solum id homines solere dubitare, honestumne an turpe

CAP. XLV. 1 Bern. 3. *apta est.* Mox, *ea sit moderationi* in eodem cod. *sit et mod.* Bern. 5. *semper* omittit Petr. 1568.—2 Bern. 5. Græv. Facciol. omittunt *partim;* Bern. 3. omittit *partim* secundo loco. Deinde, *sit facturus* Basil.—3 *Possidonius* Bern. 2. 5. Basil. *collegit multa* Bern. 3.—4 *Hæc i. n. suscipiat* Bern. 2. *Hæc i. n. susciperet* Bern. 3. *Hæc i. n. suscipiet quis* Victor. Facciol. *Hæc i. n. suscipiet quisquam* Bern. 5. Magnol. Manut. *Hæc i. n. suscipiat quisquam* Basil. *n. respublica quidem* Bern. 1. 2. 4. Victor. Lamb. Græv. Pearc. Facciol. *nec respublica quidem* Bern. 5. Magnol. Manut. Petr. 1568. *nec respublica*, omisso *quidem*, Basil. Gud. 2. 4. Beier. Nobb.—5 *Sed hæc* Bern. 1. 2. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *Sed et hæc* Victor. *habet se res* Bern. 4.—6 Bern. 3. 4. 5. Magnol. Manut. *hoc:* Basil. *ut hoc genus off. excellat.*—7 *Etenim cogitationem* Beda, Gernh. *sequetur* Bern. 1. 2. Gud. 1. Magnol. Manut. Lamb. *considerate agere* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Hæc, *Etenim . . . prudenter*, suspecta sunt Facciol.—8 Bern. 1. 2. 3. Basil. Petr. 1568. Orell. *enim locus est ipse;* Bern. 4. *enim locus est*, omisso *ipse.* Mox, *difficile sit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Orell. *quid cuique sit* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. edd. vett. Heusing. Beier. Orell. *sit* omittit Basil.—9 Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quod.* Mox, *gradatim reliqua reliquis* Bern. 5. alii codd. quam

Digitized by Google

sit; sed etiam, duobus[10] propositis honestis, utrum honestius. Hic locus a Panætio est, ut supra dixi, prætermissus.[11] Sed jam[12] ad reliqua pergamus.

plurimi, Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. Schutz. Beier. Nobb.—10 Bern. 1 omittit *duobus*. Mox, *honestius sit* Bern. 3. 4. Basil. Victor.—11 *Sed hic locus a Pan. ut supra dixi, prætermissus est* Basil.—12 *Sed etiam* Bern. 4. *jam* omittunt Magnol. Manut.

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Hoc libro de utili agitur, quæ erat altera pars totius De Officiis disputationis constituta. Utile autem est vel opinatum, quod ab honesto discrepat; vel verum, quod cum honesto est conjunctum, et natura confusum, et totum in virtute a Cicerone constituitur. Sed quoniam quæcumque ad vitam hominum tuendam, et ad utilitatem nostram pertinent, aut sunt hominum opere perfecta, aut sine eorum auxilio comparari non possunt; hominesque hominibus plurimum obesse et prodesse possunt; relictis omnibus, docet, conciliandos esse animos hominum, et ad usus nostros adjungendos; quod quomodo fieri possit, non in singulis modo hominibus, sed etiam in multitudine et populo universo, fuse demonstratur, sed ita, ut omnis amor atque benevolentia hominum a virtute et honestate arcessatur, tanquam a justitia, sapientia, liberalitate, fide, humanitate, hospitalitate. Ad utilitatem vero quoniam pertinet etiam valetudo, pecuniæque curatio; quomodo valetudo sustentetur, et pecunia honeste quæratur, ostendit. In comparatione autem utilitatum, cum vel externa commoda cum commodis corporis, vel corporis commoda cum externis, aut commoda corporis inter se, aut externa cum externis comparentur, non dubium esse pronuntiat, quin major utilitas minori sit anteponenda, hac tamen lege, ne ab honesto deflectatur.

I. 1. [*Ed. Ald. p.* 33.] QUEMADMODUM officia ducerentur ab honestate, Marce fili, atque ab omni genere virtutis, satis explicatum arbitror libro superiore. Sequitur, ut

Digitized by Google

hæc officiorum genera persequar,[1] quæ pertinent ad vitæ cultum, et ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultatem, ad opes, ad copias. In quo tum quæri dixi, quid utile, quid inutile; tum, ex utilibus, quid utilius, aut quid maxime utile.[2] De quibus dicere aggrediar, si pauca prius de instituto ac de judicio meo dixero. 2. Quanquam enim libri nostri[3] complures non modo ad legendi, sed etiam ad scribendi, studium excitaverunt; tamen interdum vereor, ne quibusdam bonis viris philosophiæ nomen[a] sit invisum; mirenturque, in ea tantum me operæ et temporis ponere. Ego autem, quamdiu respublica per eos gerebatur,[4] quibus se ipsa commiserat, omnes meas curas cogitationesque in eam conferebam: cum autem dominatu unius[b] omnia tenerentur, neque esset usquam consilio aut auctoritati locus; socios denique tuendæ reipublicæ, summos viros, amisissem; nec me angoribus dedidi, quibus essem confectus, nisi iis restitissem; nec rursum indignis homine docto voluptatibus. 3. Atque utinam respublica stetisset, quo cœperat, statu, nec in homines, non tam commutandarum rerum, quam evertendarum[5] cupidos, incidisset! Primum enim, ut stante

CAP. I. 1 Bern. 5. *prosequar*; Venet. *persequamur*. Mox, *facultates* Basil. Pearc. Beier.—2 Hæc omnia, *In quo . . . maxime utile*, uncis incluserunt Pearc. Facciol. Gernh. Schutz. Beier. Orelli. *tum ex . . . . maxime utile*, omittunt Bern. 1. 2. 4. et Petr. 1568. *ex duobus utilibus* Lamb. Mox, *ac judicio meo* Bern. 3. *ac de meo judicio* Bern. 4. *atque studio meo* conj. Hotting.—3 Bern. 3. *nostri libri*. Actutum, *quam plures* Basil. *studium excitaverint* Bern. 5. Magnol. Manut. *viris bonis* Bern. 3. *me mea tantum operæ* in eodem cod. *in ea me tant. op.* codd. aliquot, et Nonius in v. 'Ponere.'—4 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *regebatur*. Mox, *se ipsam* Bern. 1. *ipsa de* Bern. 3. Paulo post, *aut auctoritatibus locus* in eodem cod. *locus cons. aut auctoritati* Basil. *angoribus dedi* Basil. Magnol. Manut. *quibus eram* Nonius p. 268. item Hensing. Gernh. Schutz. Beier. *nisi his rest.* Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. *nisi rest. hiis* Basil. *iis* omittit Petr. 1568.—5 Bern. 1. 2. 3. 4.

NOTÆ

[a] *Philosophiæ nomen*] Aliquot ante Ciceronem annis, urbe pulsi sunt philosophi, C. Fannio Strabone et M. Valerio Messala coss. Iterum ejecti, imperante Domitiano, non ex urbe solum, sed ex tota Italia; tuncque Epictetus Nicopolim Roma se recepit. Gell. xv. 11.

[b] *Dominatu unius*] Cæsaris, quo rerum potito, ad philosophiæ studia se recepit Tullius, ut passim, ac præsertim De Divin. II. repetit. Hos tamen De Officiis libros ultimos scripsit, nec nisi mortuo Cæsare.

Digitized by Google

republica facere solebamus, in agendo plus, quam in scribendo, operæ poneremus: deinde, ipsis scriptis non ea quæ nunc, sed actiones nostras, mandaremus, ut sæpe fecimus.[6] Cum autem respublica, in qua omnis mea cura, cogitatio, opera, poni solebat, nulla esset omnino, illæ scilicet literæ conticuerunt,[7] forenses et senatoriæ. 4. Nihil agere autem[8] cum animus non posset, in his studiis ab initio versatus ætatis; existimavi, honestissime molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Cui cum multum adolescens, discendi causa, temporis tribuissem; postea quam honoribus inservire cœpi, meque totum reipublicæ tradidi; tantum erat philosophiæ loci, quantum superfuerat amicorum et reipublicæ temporibus.[9] Id autem omne consumebatur in legendo: scribendi[10] otium non erat. II. 5. Maximis igitur in malis, hoc tamen[1] boni assecuti videmur, ut ea literis mandaremus, quæ nec satis erant nota nostris, et erant cognitione dignissima. Quid est enim[2] (per Deos!) optabilius sapientia? quid præstantius? quid homini melius? quid homine dignius? Hanc igitur qui expetunt,[3] philosophi nominantur; nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quam studium sapientiæ. Sapientia autem est,[4] (ut a veteribus philosophis definitum est) rerum divinarum et humanarum, causarumque quibus hæ res continentur, scientia; cujus studium qui vituperat, haud sane intelligo, quidnam sit,

Basil. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *non tam commutandarum quam evertendarum rerum.*—6 Bern. 2 omittit *ut sæpe fecimus*, uti volebat Facciol.—7 Victor. *conticuerunt omnes.*—8 *Nihil autem agere* Bern. 2. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *Nihil autem cum agere* Bern. 5. a m. sec. *in studiis*, omisso *his*, Bern. 5. *in iis studiis* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *ab* omittit Petr. 1568. *molestias* omittunt Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Lamb. *deponi posse* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *poni posse* Lamb.—9 Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Lall. Heusing. *temporis;* Bern. 3. *tempori.*—10 Bern. 2. *scribendo.*

Cap. II. 1 Bern. 3. Basil. Magnol. Manut. *tantum.* Mox, *erant satis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Orell.—2 *Quid enim est* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. *quid melius homini* Bern. 4. *homini* omittunt Gud. 5. Beda, Facciol. Gernh. Schutz. Beier. Statim, *homine* omittit Bern. 3.—3 *Hanc qui exp. igitur* Bern. 5. Magnol. Manut. *est aliud* Basil. *est* omittit Bern. 4. *velis, præter studium* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. Heusing. Gernh. Beier. Schutz. Nobb. Orell.—4 Bern. 4 omittit *est*. Voc. *philosophis* cum uno cod. Oxon. delevit Beier. *divinarum, hum.* Bern. 2.

Digitized by Google

quod laudandum putet. 6. Nam, sive oblectatio quæritur animi, requiesque curarum;[5] quæ conferri cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt, [*p.* 34.] quod spectet et valeat ad bene beateque vivendum? Sive ratio constantiæ virtutisque ducitur; aut hæc ars est, aut nulla omnino, per quam eas assequamur. Nullam dicere[6] maximarum rerum artem esse, cum minimarum sine arte nulla sit, hominum est parum considerate loquentium, atque in maximis rebus errantium. Si autem[7] est aliqua disciplina virtutis,[c] ubi ea quæretur, cum ab hoc discendi genere discesseris? Sed hæc, cum ad philosophiam cohortamur,[8] accuratius disputari solent: quod alio quodam libro[d] fecimus. Hoc autem tempore tantum[9] nobis declarandum fuit, cur, orbati reipublicæ muneribus, ad hoc nos studium potissimum contulissemus. 7. Occurritur autem nobis, et quidem[10] a doctis et eruditis, quærentibus, satisne constanter facere videamur, qui, cum percipi nihil posse[e] dicamus, tamen et aliis de rebus disserere soleamus, et hoc ipso tempore præcepta officii persequamur. Quibus vellem satis cognita esset nostra sententia:[11] non enim sumus ii,[f]

humanarumque causarum Basil. *quibus ea res* Bern. 1. 2.—5 Bern. 1. *requies curarum*. Mox, *acquirunt* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Facciol. *inquirunt* Bern. 1. 3. Basil. Victor. *beate et bene* Bern. 3. Pro *ducitur* Bern. 5. Magnol. Manut. habent *quæritur*. Deinde, *eas sequamur* Bern. 2. Basil.—6 *Nullam vero dicere* Lamb. Petr. 1568. *dicere* omittit Bern. 2.—7 *Sin autem* Lamb. Petr. 1568. probante Beier.—8 Bern. 4. 5. *coartamur;* et sic Bern. 5. cum gloss. 'admovemur.' *solent disputari* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *alio quidem libro* Magnol. Manut.—9 Bern. 3 omittit *tantum*.—10 Bern. 3. 5. Basil. *nobis equidem*. Mox, *cum præcipi* Bern. 3. 5. Magnol. *de rebus præcipere* Victor.—11 Bern. 3. *mea sententia*. Statim, *nec habet u. quid* edd. quædam ante Ernesti; *nec habeat u. quid* al. *quæ enim ista esset* Petr. 1568. Facciol. *quæ enim ista* Gud. 4. *quæ est enim ista* cod. Lips. *non solum disputandi* Bern. 5. Magnol. Manut. *non disputandi* Petr. 1568. *sed etiam vivendi* Bern. 1. 2.

NOTÆ

c *Disciplina virtutis*] Utrum virtus præceptis doceri posset, celebris fuit apud veteres philosophos quæstio; qua de re multa Plato in Protagora, et in Menone.

d *Alio quodam libro*] In 'Hortensio,' qui non extat; quem, cum Augustinus, anno ætatis 18. in rhetorum scholis tunc frequens, legisset, tanto philosophiæ amore flagrare cœpit, ut ad eam se totum transtulerit.

e *Percipi nihil posse*] Academicos sectatus est Cicero, quorum opinio fuit nihil sciri: dictum est de iis fuse in libris Acad.

f *Sumus ii*] Tales fuere sceptici,

Digitized by Google

quorum vagetur animus errore, nec habeat unquam, quod sequatur. Quæ enim esset ista mens, vel quæ vita potius, non modo disputandi, sed vivendi, ratione sublata? Nos autem, ut ceteri, alia certa,[12] alia incerta esse dicunt; sic, ab his dissentientes, alia probabilia, contra, alia non probabilia, esse dicimus. 8. Quid est igitur,[13] quod me impediat, ea, quæ mihi probabilia videantur, sequi; quæ contra, improbare; atque, affirmandi arrogantiam vitantem, fugere temeritatem, quæ a sapientia dissidet plurimum? Contra autem omnia disputatur[14] a nostris; quod hoc ipsum probabile elucere non possit, nisi, ex utraque parte, causarum esset facta contentio. Sed hæc explanata sunt in 'Academicis' nostris[15] satis, ut arbitror, diligenter. Tibi autem, mi Cicero, quanquam in antiquissima[g] nobilissimaque philosophia, Cratippo auctore, versaris, iis simillimo, qui ista præclara pepererunt; tamen hæc nostra,[16] finitima vestris, ignota esse nolui. Sed jam ad instituta pergamus.

III. 9. Quinque igitur[1] rationibus propositis officii persequendi, quarum duæ ad decus honestatemque pertinent; duæ ad commoda vitæ, copias, opes, facultates; quinta ad

3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol.—12 Bern. 5. Magnol. Manut. *qui alia certa.* Statim, *contra alia improb. esse dicimus* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *et alia improb. esse dic.* Basil. *alia improbabilia dicimus* Bern. 3. *contra alia esse dicimus* Pearc. *contra alia, dicimus* Bern. 1. 2. 4. 5. Heusing. Gernh. Nobb. Beier. Orell.—13 *Quid igitur est* Lamb. Petr. 1568. *Quid est ergo* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *probabilia mihi* Bern. 1. 2. 3. 4. *mihi* omittit Basil. *arrogantiam vitare* Bern. 5. Magnol. Manut. *arrogantia vitata* conj. Gronov.—14 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. *disputantur.* Actutum, *a nobis* Bern. 1. *non posset* Bern. 1. 3. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Facciol. *facta esset* Bern. 4.—15 *Ac. meis* Bern. 5.—16 Victor. *nostra hæc.*

CAP. III. 1 *Quinque autem* Bern. 5. Mox, *pertinerent* Bern. 1. 3. Bern. 2. a m. sec. Gud. 2. Beier. *quæ supra dixi* Bern. 3. *videantur pugn. inter se* Basil. *honestatis autem pars* Bern. 3. *perfecta est* codd. aliquot, Victor. Mag-

NOTÆ

qui nihil probarent; eorum auctor Pyrrho. Ab iis in eo discrepabant Academici, quod non quidem negarent percipi quidquam posse, sed ea quæ percipiuntur, alia probabilia esse, alia improbabilia docerent; non vero alia certa, et alia incerta, quæ tertiæ cujusdam sectæ doctrina fuit.

g *Antiquissima*] Peripatetica.

Digitized by Google

eligendi judicium, si quando ea, quæ dixi, pugnare inter se viderentur; honestatis pars confecta est, quam quidem tibi cupio esse notissimam. Hoc autem, de quo nunc agimus, id ipsum est, quod utile appellatur. In quo[2] lapsa consuetudo deflexit de via, sensimque eo deducta est, ut, honestatem ab utilitate[b] secernens, et constitueret, honestum esse aliquid, quod utile non esset, et utile, quod non honestum; qua nulla pernicies major hominum vitæ potuit afferri. 10. Summa quidem auctoritate[i] philosophi, severe sane atque honeste,[3] hæc tria genera confusa cogitatione distinguunt. Quicquid enim justum sit, id etiam utile esse censent; itemque, quod honestum, idem justum: ex quo efficitur, ut, quicquid honestum sit, idem sit utile. Quod qui parum perspiciunt, hi sæpe,[4] versutos homines et callidos admirantes, malitiam sapientiam judicant. Quorum error eripiendus est, opinioque omnis ad eam spem traducenda, ut honestis consiliis justisque factis, non fraude et malitia, se intelligant ea, quæ velint, consequi posse. 11. [*p.* 35.] Quæ ergo[5] ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ut ea, quæ gignuntur e terra,

nol. Manut.—2 *In quo verbo* codd. aliquot, et edd. ante Grut. item Pearc. Facciol. Orell. Mox, *eo* omittit Bern. 3. *secernens, const.* omisso *et*, Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. al. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *ut ab honesto utile secerneret et const.* Bern. 5. Magnol. Manut. *esse honestum aliquid* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. quatuor codd. Heusingeri, Lamb. Petr. 1568. *honestum aliquod*, omisso *esse*, Bern. 5. Magnol. Manut. *hominum major* Bern. 2.—3 Hæc, *severe s. a. hon.* suspecta sunt Facciolato. Mox, *hæc tria, genere confusa* Bern. 3. Beier. Orell. *hæc duo genera re confusa* conj. Hotting. *sit justum* Petr. 1568. *justum est* Basil. *id utile etiam* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *etiam* omittit Basil. *itemque quicquid* Bern. 4. Petr. 1568. *idem esse justum* Magnol. Manut. Facciol. *id esse justum* Bern. 5. *id justum* Victor. *ex quo conficitur* Bern. 4.—4 Bern. 2. 3. 4. Basil. Victor. *ii sæpe*. Mox, *eorum malitiam* Bern. 5. Magnol. Manut. *malitiam eorum* Basil. *omnisque opinio* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *ad eam speciem* Bern. 5. Basil. Victor.—5 *Quæ vero* Basil. *sunt inanimata* Bern. 2. 5. Basil. Magnol. Manut. *et argentum* Basil. *et ea* Bern. 3. *et alia e. gen.* Facciol. *ut alia gen. ejusdem* Bern. 1. 2. 3. Victor. Heusing. Beier. Orell. *ut alia ejusmodi gen.* Basil. *par-*

NOTÆ

[b] *Honestatem ab utilitate* [*ab honesto utile*] A Platone id primo disceptatum est, in Hippia Majore, seu De Pulchro, ubi Hippiæ sophistæ opinionem de honesto Socrates jocose pro more confutat.

[i] *Summa quidem auctoritate*] Plato loco citato, et De Rep. VIII.

Digitized by Google

ut alia ejusdem generis; partim animalia, quæ habent suos impetus, et rerum appetitus. Eorum autem alia[6] rationis expertia sunt, alia ratione utentia. Expertes rationis, equi,[7] boves, reliquæ pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad hominum usum atque vitam. Ratione autem utentium duo genera ponuntur;[8] unum, Deorum; alterum, hominum. Deos placatos pietas efficiet[9] et sanctitas: proxime autem, et secundum Deos, homines hominibus maxime utiles esse possunt. 12. Earumque rerum,[10] quæ noceant et obsint, eadem divisio est. Sed, quia Deos nocere[k] non putant,[11] his exceptis, homines hominibus obesse plurimum, vel prodesse, arbitrantur. Ea enim ipsa, quæ inanima diximus, pleraque sunt hominum operis effecta, quæ nec haberemus, nisi manus et ars accessissent; nec his, sine hominum administratione, uteremur. Neque enim valetudinis curatio, neque navigatio,[12] neque agricultura, neque frugum fructuumque reliquorum perceptio et conservatio, sine hominum opera, ulla esse potuisset. 13. Jam vero et earum rerum, quibus abundaremus, exporta-

tim animata Bern. 3. 5.—6 *Eorum autem partim* Bern. 5. *Eorum rat. exp. sunt alia* Basil.—7 *Exp. r. sunt equi* Basil. Voc. *apes* Facciolato suspectum uncis incluserunt Gernh. Beier. *quarum opera* Bern. 2. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quarum ope* Billerb. *ad usum hominum* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. *ad usus hominum* Bern. 4. *aliquid ad usum efficitur hominum, atque ad vitam* Bern. 3.—8 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *ponunt.* Actutum, *Deorum unum* Bern. 2. 3. 4. Heusing. Gernh. Beier.—9 Victor. *efficit.* Mox, *et* ante *secundum* omittunt Gud. 1. Lamb. Petr. 1568.—10 *Earumque item rerum* plurimi codd. et edd. vett. *Earumque iterum rerum* Bern. 2. 5. Magnol. Manut. —11 Bern. 4. *non putant nocere.* Actutum, *iis exceptis* Bern. 2. 3. 4. Basil. *his exceptis* omittit Petr. 1568. *nocere pl. arbitrantur* Basil. *plur. obesse vel prodesse arbitrantur* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. *obesse plur. vel prodesse arbitrantur* Lamb. *obesse et prodesse plur. arbitrantur* Pearc. Hæc omnia, *Earumque .... arbitrantur*, suspecta sunt Facciolato. Tum, *quæ inanimata* Bern. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. *effecta operis* Bern. 5. Magnol. Manut. *operibus effecta* Basil. *accessisset* Bern. 1. 3. 4. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *nec iis* Bern. 2. Basil. Orell.—12 Vocc. *neque navigatio* de conj. sua delevit Beier. *nec nav. nec agr. nec, &c.* Bern. 3. *sine opera hominum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—

NOTÆ

[k] *Deos nocere*] Eos non nocere, Peripatetici et omnes ferme philosophi; nec nocere nec prodesse, Epicurei; et nocere et prodesse aliqui docuerunt, finxeruntque Jovis in limine esse vasa duo sortibus plena, bonis alterum, alterum malis. Hos refellit Plato, De Rep. II.

Digitized by Google

tio, et earum, quibus egeremus, invectio, certe nulla esset; nisi his muneribus homines fungerentur. Eademque ratione, nec lapides e terra exciderentur[13] ad usum nostrum necessarii;

Nec ferrum, æs, aurum, argentum, effoderetur penitus
abditum,

sine hominum labore et manu. IV. Tecta vero, quibus et frigorum vis pelleretur, et calorum molestiæ sedarentur, unde aut initio[1] generi humano dari potuissent, aut postea subveniri, si aut vi tempestatis, aut terræ motu, aut vetustate cecidissent, nisi communis vita ab hominibus harum rerum auxilia petere didicisset? 14. Adde ductus[2] aquarum,[l] derivationes fluminum, agrorum irrigationes, moles oppositas[m] fluctibus, portus manu factos; quæ unde, sine hominum opera, habere possemus? Ex quibus,[3] multisque aliis, perspicuum est, qui fructus, quæque utilitates, ex rebus iis quæ sunt inanimæ, percipiantur, eas nos nullo

13 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. *ex terra exc.* Petr. 1568. *e terra exscinderentur;* Bern. 5. Magnol. Manut. *exciderentur a terra.* Mox, *aurum, æs, argentum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *æs, argentum, aurum* Beier. Nobb. Orell. *effoderetur* pro gloss. habuit Beier. uncis inclusit Billerb. *effoderentur* Bern. 5. Facciol. *abdita* Facciol.

CAP. IV. 1 Bern. 4. Basil. *aut in initio.* Actutum, *humano generi* Bern. 3. *subvenire* Bern. 2. 4. 5. Victor. Manut. Lamb.—2 *Adde deductus* Basil. *At deductus* Bern. 2. Pith. Græv. Lall. *Ac deductus* Bern. 4. *quæso unde* Reg. Lall. *quæ non sine* Magnol. Manut. *hom. opere* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—3 *Ex quibus omnibus* Bern. 5. Magnol. Manut. *quæque utilitas* Bern. 2. a m. pr. Bern. 5. *ex rebus his* Bern. 1. 4. *ex rebus ipsis* Basil. *quæ sint* Bern. 1. 2. 3. Petr. 1568. *inanimatæ* Bern. 5. Magnol. Manut. *inanima* Bern. 2. 4. Basil. Petr. 1568. Heusing. *inanimata* Bern. 3. *ea nos, &c.* e duobus codd. Gernh. et Beier. Deinde, *capere potuissemus* Bern.

NOTÆ

[l] *Ductus aquarum*] Romani per annos 441. contenti fuere usu aquarum, quas Tiberis aut putei aut fontes præberent: sed, urbe crescente, aliæ aliunde derivatæ; tanta copia, ut singulæ ferme domus suos habuerint fontes. Jus dandæ aquæ, censorum, si essent in republica; si non essent, ædilium curulium fuit. Primus omnium Appius Claudius aquas arcuato opere in urbem deduxit. Plura Frontinus de Aquæductibus, Plin. XXXI. 6. et Georg. Fabricius in sua Roma.

[m] *Moles oppositas*] Innuit moles lacus Lucrini siti in Puteolano Campaniæ sinu, a mari seclusi ingentibus substructionibus; de quibus Virg. Georg. II. 'An memorem portus Lucrinoque addita claustra,' &c. Et Horat. Od. III. 1. 'Contracta pisces æquora sentiunt, Jactis in altum molibus,' &c.

Digitized by Google

modo, sine hominum manu atque opera, capere potuisse. Qui denique ex bestiis fructus, aut quæ[4] commoditas, nisi homines adjuvarent, percipi posset? nam et qui principes inveniendi fuerunt, quem ex quaque bellua usum habere possemus, homines certe fuerunt: nec hoc tempore, sine hominum opera, aut pascere eas[5] aut domare, aut tueri, aut tempestivos fructus ex his capere, possemus: ab eisdemque et eæ, quæ nocent, interficiuntur; et, quæ usui possunt esse, capiuntur. 15. Quid enumerem artium multitudinem, sine quibus vita omnino nulla esse potuisset?[6] Quis enim ægris subveniret, quæ esset oblectatio valentium, qui victus, aut cultus? nisi tam multæ nobis artes ministrarent: quibus rebus exculta, hominum vita tantum distat a victu et cultu bestiarum. Urbes vero, sine hominum cœtu, non potuissent nec ædificari nec frequentari: ex quo leges, moresque constituti;[7] tum juris æqua descriptio, certaque vivendi disciplina: quas res et mansuetudo animorum consecuta, et verecundia est; effectumque, ut esset vita munitior; atque ut, dando et accipiendo, mutandisque facultatibus et commodis, nulla re egeremus. V. 16. [*p.* 36.] Longiores[1] hoc loco sumus, quam necesse est. Quis est enim,[2] cui non perspicua sint illa, quæ pluribus verbis a Panætio commemorantur, neminem neque ducem bello, nec principem domi, magnas

---

1.—4 Bern. 3. *atque.*—5 Bern. 2. *eos;* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *equos.* Paulo post, *ab eis denique* Lamb. Petr. 1568. *et ea* Bern. 3. Victor. Magnol. *et hæc* Bern. 4. 5. Basil. *quæ nocerent* Basil. *nocere possunt* Bern. 5. *esse possunt* Basil. *possint esse* al.—6 Bern. 4. *esse pot. nulla.* Actutum, *quid e. ægris subveniret* Bern. 1. 2. 5. Pearc. Orell. *quid e. æ. subveniretur* Basil. *qui e. æ. subvenisset* Bern. 4. *quis e. æ. subvenisset* Victor. *quis e. æ. subveniretur* tres codd. Aldi; unde *qui e. æ. subveniretur* Gernh. et Beier. *ægritudini* Bern. 5. *nisi tam multa* Bern. 3. *ministrarentur* Bern. 5. Victor. Lamb. *artes nobis ministrarentur* Basil. *rebus* omittunt Bern. 3. et Petr. 1568. *quibus . . . bestiarum* suspecta sunt Facciolato. *vita hominum* Bern. 4. *tantum destitit* Bern. 1. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *tantum restitit* Bern. 4. *a cultu et victu* Bern. 3.—7 Bern. 4. Basil. *constituti sunt.* Mox, *disciplina, per quas bene beateque vivitur* Magnol. Manut. *effectumque est* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *mutandisque f. et commodandis* Hensing. e codd. item Gernh. Beier. Orell. *permutandisque f. et commodis* Bern. 5. Magnol. Manut. *mutandisque f. et communis* Bern. 4.

CAP. V. 1 *Longiores quidem* Basil.—2 *Quis enim est* Bern. 3. Basil. Lamb. Petr. 1568 Facciol. *Quis est ille enim* Bern. Mox, *ducem belli* Bern. 3.

Digitized by Google

res et salutares, sine hominum studiis, gerere potuisse? Commemoratur[3] ab eo Themistocles, Pericles, Cyrus, Agesilaus, Alexander, quos negat, sine adjumentis hominum, tantas res efficere potuisse. Utitur, in re non dubia, testibus non necessariis. Atque, ut magnas utilitates adipiscimur[4] conspiratione hominum atque consensu, sic nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Est Dicæarchi[n] liber de interitu hominum, Peripatetici magni et copiosi; qui, collectis[5] ceteris causis, eluvionis, pestilentiæ, vastitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis (quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumta), deinde comparat, quanto plures deleti sint homines hominum impetu, id est, bellis aut seditionibus; quam omni reliqua calamitate.

17. Cum igitur hic locus nihil[6] habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus et prosint et obsint; proprium hoc statuo esse virtutis, conciliare animos hominum, et ad usus suos adjungere. Itaque, quæ in rebus inanimis,[7] quæque in usu et tractatione belluarum, fiunt utiliter ad hominum vitam, artibus ea tribuuntur operosis: hominum autem studia, ad amplificationem nostrarum rerum promta ac parata, virorum præstantium sapientia et virtute excitantur. 18. Etenim[8] virtus omnis[o] tribus in

Lamb. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. *in bello* Manut.—3 *Commemorantur* Victor. Facciol. *Pericles* omittit Facciol.—4 Petr. 1568. *adipiscamur.*—5 Bern. 3. *collatis.* Mox, *genera hominum* Basil. *deinde* delevit Facciol. *deleti sunt* Bern. 1. a m. pr. Bern. 4. 5. Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *bellis et sed.* Lamb. Petr. 1568.—6 Græv. *nil.* Mox, *primum hoc* e codd. Græv. Pearc. Facciol. Lall. *primum et hoc s. virtutis esse* Bern. 3. *conciliare sibi* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb.—7 *Itaque . . . inanimatis* Bern. 5. *in usu et* desunt in Bern. 1. 2. *usu et* omittunt Bern. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. *operosis ea tribuunt* Bern. 4. *prompta atque parata* Basil. *promta et parata* Bern. 5. Victor. Facciol. *præstantia* Bern. 1. 2.—8 Hæc omnia, *Etenim, &c.* ad finem usque cap. suspecta sunt Facciolato.

NOTÆ

n *Dicæarchi*] Phidiæ filius fuit, patria Siculus: ejus opera præcipua fuere, 'de dimensionibus montium Peloponnesi,' 'de rep. Spartiatarum,' qui liber ex decreto Lacedæmoniorum, quotannis in ephororum prætorio adolescentibus legebatur. Tres libros scripsit adversus immortalitatem animarum. Hunc 'delicias suas' Cicero vocat Tusc. I.

o *Virtus omnis*] Physice, ethice, politice.

Digitized by Google

rebus fere vertitur; quarum una est in perspiciendo, quid in quaque re verum sincerumque sit, quid consentaneum cuique, quid consequens, ex quo quæque gignantur, quæ cujusque rei causa sit; alterum, cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant; appetitionesque, quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi; tertium,[9] iis, quibuscum congregamur, uti moderate et scienter, quorum studiis ea, quæ natura desiderat, expleta cumulataque habeamus; per eosdemque, si quid importetur nobis incommodi, propulsemus, ulciscamurque eos, qui nocere nobis conati sint, tantaque pœna afficiamus, quantam æquitas humanitasque patiatur. VI. 19. Quibus autem rationibus hanc facultatem assequi possimus,[1] ut hominum studia complectamur, eaque teneamus, dicemus; neque ita multo post: sed pauca ante dicenda sunt. Magnam vim esse in fortuna[2] in utramque partem, vel secundas ad res vel adversas, quis ignorat? nam et, cum prospero flatu ejus[3] utimur, ad exitus pervehimur optatos; et, cum reflavit, affligimur. Hæc igitur ipsa fortuna ceteros casus rariores habet; primum, ab inanimis,[4] procellas, tempestates, naufragia, ruinas, incendia; deinde, a bestiis, ictus, morsus, impetus. Hæc ergo,[5] ut dixi, rariora. 20. At vero[6] interitus exercituum,

tribus in rebus virtus omnis fere Bern. 4. *virtus omnis fere tribus in rebus vertitur* Bern. 5. Magnol. Manut. *quid consequens sit* Bern. 4. *quidque gignatur* Bern. 3. Græv. *rei sit causa* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *altera cohibere* codex unus Oxon. et Facciol. *perturbatos* e duobus codd. Gernh. probante Schutz. *appetitiones quas, &c.* Magnol. Manut.—9 Duo codd. Heusingeri, margo ed. 1584. Facciol. *tertia.* Actutum, *his quibus congregemur* Bern. 1. *iis cui quibus congregamur* Bern. 4. *congregemur* habent etiam Bern. 2. 3. Heusing. Victor. Lamb. Petr. 1568. *per eosdem* Bern. 4. *per eos denique* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Facciol. *conati sint* servant tantum Bern. 1. et Petr. 1568. *conati sunt* ceteri omnes. *quantum æq.* Bern. 5. *quanta æq.* duo codd. Heusingeri, Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Pro *patiatur,* quod servant Lamb. Petr. 1568. et Billerb. omnes codd. et reliquæ edd. habent *patitur.*

CAP. VI. 1 Bern. 5. *possumus.* Mox, *ante de fortuna dicenda sunt* conj. Facciol. *sint* habet Græv.—2 *Magnam v. e. fortunæ* Facciol. cum Lactant. III. 29. 4. *vel ad sec.* Magnol. Manut. *vel ad adv.* Lamb.—3 Bern. 4 omittit *ejus.* Mox, *ad optatos exitus provehimur* Bern. 5. Magnol. Manut. *ad exitus provehimus optatos* Lamb.—4 Bern. 1. a m. sec. Bern. 3. 5. *inanimatis.*—5 *Hæc igitur* Magnol. Manut. Lamb.—6 *Et vero* Bern. 4. *summi et singularis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. et omnes fere codd. Heusingeri. Mox, *ob eas res* Bern. 3. et Bern. 4. a m. sec. *fortuita sint* Basil. *operibus et studiis* Bern. 4.

Digitized by Google

ut proxime trium,[p] sæpe multorum; clades imperatorum, ut nuper summi[q] ac singularis viri; invidiæ præterea multitudinis, atque, ob eas, bene meritorum sæpe civium expulsiones, calamitates, fugæ; rursusque secundæ res, honores, imperia, victoriæ, quanquam fortuita sunt, tamen, sine hominum opibus et studiis, neutram in partem effici possunt. Hoc igitur cognito, dicendum est, quonam modo hominum studia ad utilitates nostras allicere atque excitare possimus: quæ si longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur: ita fortassis [7] etiam brevior videbitur.

21. [*p.* 37.] Quæcumque igitur homines homini tribuunt ad eum augendum atque honestandum, aut benevolentiæ gratia faciunt,[8] cum, aliqua de causa, quempiam diligunt; aut honoris, si cujus virtutem suspiciunt, quemque dignum fortuna quam amplissima putant; aut cui fidem habent, et bene rebus suis consulere arbitrantur; aut cujus opes metuunt; aut, contra, a quibus aliquid expectant; ut, cum reges popularesve [r] homines largitiones aliquas proponunt; aut, postremo, pretio ac mercede ducuntur; quæ sordidissima est illa quidem ratio, et inquinatissima, et his qui

5. Magnol. Manut. *operis et studiis* Lamb. Petr. 1568. Facciol.—7 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Beier. Orell. *fortasse*.—8 Facciol. conj. *tribuunt*. Mox, *et si quem* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *cumque* conj. Facciol. *quam* omittit Bern. 4. *aut si cui fidem* Lamb. *et bene de rebus* Bern. 5. *aut si cujus opes* Lamb. *a quo aliquid* Facciol. Paulo post, *et mercede* Basil. *aut mercede* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *sordidissima quidem est ratio* Bern. 5. Magnol. Manut. *sord. illa quidem est ratio* Lamb. *et inq. et iis* Bern. 2. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Heu-

NOTÆ

p *Proxime trium*] Prima Pompeii Magni in Pharsalia; secunda in Africa, Q. Metelli Pii Scipionis, qui, socer Pompeii Magni, ejusque in consulatu 701. collega, ac partium in Africa dux, a Cæsare victus, periit; tertia in Hispania, filiorum Pompeii, cum quibus Cæsar admodum difficili prælio et summo discrimine pugnavit, ut, fere desperatis rebus, de morte sibi consciscenda cogitaret; mox, fortuna mutata, victor evasit, Cn. Pompeio in fuga occiso, 709.

q *Ut nuper summi*] Pompeii Magni.

r *Populares*] 'Popularis' dicitur, qui populum sibi conciliat congiariis, donativis, missilibus, tabulis novis, legibus plebi commodis, puta agrariis, frumentariis, quæ in rep. Romana perennis turbarum fons fuit.

Digitized by Google

ea tenentur, et illis qui ad eam confugere conantur. 22. Male enim se res habet, cum, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Sed, quoniam nonnunquam hoc subsidium[9] necessarium est; quemadmodum sit utendum eo, dicemus, si prius, iis de rebus quæ virtuti propiores sunt, dixerimus. Atque etiam subjiciunt se homines imperio alterius et potestati, de causis pluribus.[10] Ducuntur enim aut[11] benevolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præstantia; aut spe, sibi id utile futurum; aut metu, ne vi parere cogantur; aut spe largitionis, promissisque capti; aut, postremo, (ut sæpe in nostra republica videmus) mercede conducti. VII. 23. Omnium autem rerum[1] nec aptius est quicquam ad opes tuendas ac tenendas, quam diligi; nec alienius, quam timeri. Præclare enim Ennius:[2] 'Quem metuunt,[a] oderunt:[3] quem quisque odit, periisse expetit.' Multorum autem odiis nullas opes posse[4] obsistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum.[t] Nec vero hujus tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, pa-

---

sing. *qui ad ea* Bern. 1. 2. *fugere* Bern. 4.—9 Bern. 4. Magnol. Manut. *subsidium hoc*. Mox, *eo utendum* Victor.—10 Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *pluribus de causis*; Schutz. *de pluribus causis*.—11 *Ducuntur autem aut* Bern. 3. Paulo post, *promissionibusque capti* Lamb. Petr. 1568. Pearc. *promissionisque capti* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *spe largitionisquè capti* Bern. 4. *in n. r. vidimus* Gud. 4. et Facciol. *constituti inducti* Bern. 4.

CAP. VII. 1 *Rerum autem omnium* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *ac tenendas* omittunt Magnol. Manut. Græv.—2 *Præclare Ennius* Heusing. Gernh. Beier.—3 Goth. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *odere*. Mox, *perisse exp*. Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv Pearc. *periisse cupit* Bern. 3.—4 Bern. 3 omittit *posse*. Mox, *paret quæ cum* Græv. *apparet cujus* Bern. 2. *apparet cujus maxime portui* Bern. 1. *paretque cum m. m.* desunt in Bern. 4. 5. Basil. et edd. vett. *vel odium* Bern. 5. *valet* Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. *valeret* Bern. 5. *talem interitum* Basil. Victor. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. *interitum similem* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. [*talem*] *interitum* Beier. *interitum* [*talem*] Orell. *interitum talem* deleruut Lang. et Facciol.

NOTÆ

[a] *Quem metuunt*] Affine est illud Terent. in Adelph. act. I. 'Errat longe Qui imperium credat gravius esse aut stabilius Vi quod fit, quam illud quod amicitia adjungitur:' et dictum solenne Dion. senioris, 'Multos timeat necesse est, quem multi timent.'

[t] *Nuper est cognitum*] In morte Cæsaris, 23. vulneribus in senatu confossi.

Digitized by Google

retque cum maxime mortuo, interitus declarat, quantum odium hominum valeat ad pestem; sed reliquorum similes exitus tyrannorum, quorum haud fere quisquam[u] interitum talem effugit. Malus enim[5] custos diuturnitatis metus: contraque, benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem. 24. Sed iis,[6] qui vi oppressos imperio coërcent, sit sane adhibenda sævitia, ut heris in famulos, si aliter teneri non possunt: qui vero in libera civitate ita se instruunt, ut metuantur, his nihil esse potest dementius. Quamvis enim demersæ sint[7] leges alicujus opibus, quamvis timefacta libertas,[x] emergunt tamen hæc aliquando, aut judiciis tacitis,[y] aut occultis de honore suffragiis. Acriores autem morsus sunt intermissæ libertatis, quam retentæ. Quod igitur latissime patet, neque ad incolumitatem solum, sed etiam ad opes et potentiam valet plurimum,[8] id amplectamur, ut metus absit, caritas retineatur. Ita facillime, quæ volemus,[9] et privatis in rebus, et in republica, conseque-

subterfugit Bern. 5.—5 *Malus enim est* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. *Malus est enim* Heusing. et Schutz. *Malus enim custos diuturnitatis est* Basil. *fidelis vel, &c.* omisso *est*, Bern. 1, 2. 3. 4. 5. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. Beier.—6 *Sed his* Bern. 1. 3. 4. Mox, *iis nil potest* Bern. 2. 3. Basil. *potest esse* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Beier.—7 *Quamvis e. sint demersæ* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. *tremefacta* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. Cf. Gronovii Diatrib. p. 46. *hæc tamen* Bern. 3.—8 Basil. *plurimum valet.*—9 Ita Bern. 1. 2. 3. Basil. Græv. Pearc. Colon. 1748. Heusing. Gernh. Schutz. Nobb. Orell. *volumus* Bern. 4. 5. edd. vett. et Facciol. *metuantur* Basil. *metuuntur* Bern. 5. Magnol. Ma-

NOTÆ

[u] *Haud fere quisquam*] Juvenal. Sat. x. 'Ad generum Cereris sine cæde et sanguine pauci Descendunt reges et sicca morte tyranni.'

[x] *Timefacta* [*tremefacta*] *libertas*] Eo vocabulo, quod paulo obsoletius videtur, usi D. Brutus ad Cic. Fam. xi. 20. et Nonius; et Lucretius, lib. ii. 'His tibi tum rebus tremefactæ religiones,' &c.

[y] *Judiciis tacitis*] 'Judicia tacita' sunt, cum suffragia feruntur non voce, sed scripto, per tabellas. Per multos annos Romani suffragium voce tulerunt; mox inductæ in judicia, ut libertati consuleretur, tabellæ, primum ab A. Gabinio trib. pleb. sub consulatu Cn. Calpurnii Pisonis et M. Popillii Lænatis: secuta lex Cassia, quæ suffragia per tabellas a judiciis ad populum et comitia extendit: accessit Cælia, quæ ad perduellionis quoque judicia, quod a Cassia exceptum erat, jus tabellarum propagavit: variæ deinceps accessere, Sempronia, Maria, Fusia, quibus priores confirmarentur.

Digitized by Google

mur. Etenim, qui se metui volent, a quibus metuentur, eosdem metuant ipsi, necesse est. 25. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium,[z] quo cruciatu timoris angi solitum? qui, cultros metuens tonsorios, candenti[10] carbone sibi adurebat capillum. Quid? Alexandrum Pheræum[a] quo animo vixisse arbitramur? qui, (ut scriptum legimus) cum uxorem Theben[b] admodum diligeret, tamen, ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, et eum quidem (ut scriptum est) compunctum notis Threiciis,[c][11] destricto gladio jubebat anteire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, et, ne quod in vestimentis occultaretur telum, exquirerent. [*p.* 38.] O miserum, qui fideliorem et barbarum et stigmatiam[d] putaret, quam conjugem! Nec eum fefellit:[12] ab ea enim est ipse,[13] propter pellicatus suspicionem, interfectus. Nec vero ulla vis imperii tanta est, quæ, premente metu, possit esse diuturna. 26. Testis est Phalaris, cujus est, præter

nut. Lamb.—10 Bern. 1. 2. 5. Basil. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *candente*. Statim, *sibi* uncis inclusit Beier.—11 *Thraciis* Bern. 1. 3. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *Thræciis* Bern. 2. 'quæ scriptura minime aspernenda.' *Orell.* *Threciis* Bern. 4. *districto* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. *qui perscrutarentur* Magnol. Manut. Lamb. *telum occultaretur* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. omnes Heusingeri, Victor. —12 *Nec eum fefellit opinio* Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol.—13 *Ab ea est enim ipsa* cum codd. Lamb. in marg. ed. 1584. Petr. 1568. Facciol. Heusing. Gernh. Beier. *Ab ea enim est ipsa* Olshausen. *Ab ea est enim ipse* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. 1566. Schutz. *ipse* omittit

NOTÆ

[z] *Dionysium*] Seniorem, Hermocratis filium. Rem paulo aliter refert Cic. Tusc. lib. v.

[a] *Pheræum*] A Pheris, urbe Thessaliæ, ubi imperavit, ita dictus est. Factum simile eidem quoque Dionysio tribuitur a Cic. Tusc. v. et Val. Max. IX. 13. paucis leviter mutatis.

[b] *Theben*] Quæ tamen, adjunctis sibi tribus fratribus, Tisyphono, Pytholao, Lycophrone, tyrannum in lecto decumbentem oppressit. Plut. in Pelopida; et meminit Ovid. in Ibin.

[c] *Notis Threiciis*] Thracio more fronti inscriptis, quæ nonnisi servis deterrimæ naturæ inurebantur. Volunt tamen Herodot. lib. v. et Sext. Empiricus, apud Ægyptios et Sarmatas punctam frontem signum nobilitatis fuisse, quod turpe apud Græcos erat. Strabo, lib. VII. Veget.

[d] *Stigmatiam* [*stigmaticum*] Qui stigmatibus notatus esset.

Digitized by Google

ceteros,[14] nobilitata crudelitas; qui non ex insidiis interiit, ut is, quem modo dixi, Alexander; non a paucis, ut hic noster; sed in quem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit.[e] Quid? Macedones nonne[15] Demetrium[f] reliquerunt, universique se ad Pyrrhum contulerunt? Quid? Lacedæmonios, injuste imperantes, nonne repente omnes fere[16] socii deseruerunt, spectatoresque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis? VIII. Externa libentius, in tali re, quam domestica, recordor. Verumtamen quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur,[1] non injuriis, bella aut pro sociis aut de imperio gerebantur; exitus erant bellorum aut mites, aut necessarii. Regum, populorum, nationum, portus erat et refugium senatus. 27. Nostri autem magistratus imperatoresque, ex hac una[2] re, maximam laudem capere studebant, si provincias, si socios, æquitate et fide defendissent. Itaque illud patrocinium orbis terræ verius, quam imperium, poterat nominari.

Bern. 4.—14 Bern. 4. *cunctos*. Pro *interiit* Bern. 3 habet *periit*.—15 *Quid Macedones? nonne* distinguunt Bern. 2. 3. Basil.—16 Lamb. et Petr. 1568. omittunt *fere*.

CAP. VIII. 1 Bern. 5. Basil. *tenebatur beneficiis*. Mox, *erant exitus* Victor. —2 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *ex una hac*. Statim, *stude-*

NOTÆ

[e] *Impetum fecit*] Zeno Eleates, postquam irrito conatu tyranni ingenium ad humanitatem flectere tentaverat, Agrigentinos ad libertatem concitavit. Monitus tyrannus Zenonem corripi et torqueri jubet. Interrogatus Zeno quos consilii participes habeat, fidissimos quosque tyranni nominat; iisque morte affectis, populum sic instigavit, ut ad regiam concurrentes, tyrannum lapidibus obruerint.

[f] *Demetrium*] Antigoni filium, qui sororem Pyrrhi Deidamiam duxerat. Quare Demetrii partes secutus Pyrrhus, in celebri illo prælio, quod inter omnes pæne orbis reges commissum est, fugavit quos habuit oppositos, nec fractum deseruit Demetrium; et, pace facta, obses ad Ptolemæum missus est. Mox tamen, cum partem quoque Macedoniæ obtinuisset, Demetrius æmulum non passus, bellum Pyrrho indixit, multaque post prælia, in quibus longe majorem Pyrrhus quam Demetrius laudem consecutus est, devinctis sibi Macedonum animis, cum castra utriusque vicina inter se essent, ducesque Demetrii Pyrrho faverent, Demetrius, humili lacerna tectus, proripuit se clam ex castris, quæ ingressus Pyrrhus, exercitum ultro se dedentem accepit, et rex Macedonum consalutatus est. Plut. in Pyrrho.

Digitized by Google

Sensim hanc consuetudinem et disciplinam jam antea minuebamus; post vero Sullæ victoriam, penitus amisimus: desitum est enim [3] videri quicquam in socios iniquum, cum extitisset in cives tanta crudelitas. Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria. Est enim ausus dicere, hasta posita, cum bona in foro venderet et bonorum virorum, et locupletum,[4] et certe civium, prædam suam se vendere. Secutus est, qui, in causa [5] impia, victoria etiam fœdiore, non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis jure comprehenderet. 28. Itaque, vexatis et perditis [6] exteris nationibus, ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus,[s] et ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. Multa præterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno sol quicquam vidisset indignius. Jure igitur plectimur: nisi enim multorum impunita scelera [7] tulissemus, nunquam ad unum tanta pervenisset licentia; a quo quidem rei familiaris ad paucos, cupiditatum ad multos improbos, venit hæreditas. 29. Nec vero unquam bellorum civilium [8] semen et causa deerit, dum

bant capere Bern. 4.—3 Basil. *enim est*. Mox, *etiam in cives* Magnol. Manut. —4 Bern. 4. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Nobb. Beier. Orell. *locupletium*. Statim, *prædam se suam* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—5 Bern. 4. *qui causa*. Statim, *non solum singulorum* Bern. 5. Magnol. Manut. *sed universas quoque* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *uno cal. genere compr.* codd. aliquot, Rom. Lamb.—6 *Itaque v. ac perd.* quatuor codd. Heusingeri, Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Orell. Paulo post, *bellis* suspectum Heusingero delevit Beier. uncis incluserunt Billerb. et Nobb. *ex Transalpinis Alpibus bellis* habet Gud. 1. *ex Transalpinis terris bellis* Goth. *triumphaverunt* Basil. Deinde, *quicquam sol* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier.—7 Nonius in v. 'Tollere' p. 407. *multorum impunitates scelerum*; et sic codex unus Goërenzii, et Beier. *multorum* omittit Bern. 4. *ad unum tantum* idem cod. *multos ad improbos* Bern. 3. *improbos* omittit Petr. 1568.—8 Bern. 3 omittit *civilium*.

NOTÆ

s *Massiliam vidimus*] Massilienses, Pompeii partes secuti, portas Cæsari clauserant, sed victoris mox conditiones subire coacti. Quare in eo triumpho, in quo Cæsar multa oppida eburnea duxit, ducta quoque est Massilia, cum lege cautum esset, ne de sociis triumpharetur. Vell. Paterc. II. 50.

Digitized by Google

homines perditi hastam illam cruentam et meminerint, et sperabunt; quam P. Sulla[h] cum vibrasset, dictatore propinquo suo; idem, sexto tricesimo anno post, a sceleratiore hasta non recessit. Alter autem,[i] qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor urbanus. Ex quo debet intelligi, talibus præmiis propositis, nunquam defutura bella civilia. Itaque parietes urbis modo[9] stant et manent, iique ipsi jam extrema scelera metuentes: rem vero publicam penitus amisimus, atque in has clades incidimus, (redeundum est enim ad propositum) dum metui, quam cari esse et diligi, maluimus. [*p.* 39.] Quæ si populo Romano injuste[10] imperanti accidere potuerunt, quid debent putare singuli? Quod cum perspicuum sit, benevolentiæ vim esse magnam, metus imbecillam;[11] sequitur, ut disseramus, quibus rebus possimus facillime eam, quam volumus, adipisci, cum honore et fide, caritatem. 30. Sed ea non pariter omnes egemus:[12] nam ad cujusque vitam institu-

Mox, *nec causa* in eodem cod. *et causa* omittunt edd. vett. Lips. probante Schutz. *L. Scylla* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. *suo propinquo* Bern. 5. *id est sexto* Bern. 1. *idem* omittit Bern. 5. *sexto et tricesimo* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc.—9 *Itaque p. modo urbis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Manut. Lamb. Heusing. Gernh. Beier. *hique ipsi* Bern. 1. Paulo post, *diligi malumus* Bern. 2. 4. Basil. Victor. Lamb. Orell. probante Heindorf. ad Hor. Sat. p. 127. Cf. Walch. ad Tacit. Agric. p. 401.—10 Bern. 1. *juste.* Statim, *putare debent* Bern. 5. Cf. Stallbaum ab Phileb. p. 23.—11 Magnol. Manut. *imbecillem.* Mox, *facillime possimus* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. *faciliter possimus* Bern. 5.—12 Bern. 3. *egemus omnes;* Bern. 4 omittit *omnes.* Mox, *institutum* Bern. 3. *instituendam* Bern. 5. a m. pr. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *accom. sit* Bern. 4. *sit opus* Bern. 5. *an satis sit* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb.

NOTÆ

[h] *P. Sulla*] P. Sulla multa Marianorum bona emit, quæ a L. Sulla, patruo suo, dictatore, 672. multa Pompeianorum, quæ a C. Cæsare, item dictatore, proscripta sunt. De illo P. Sulla jocatus est Cicero ad Dolabellam, Epist. Famil. IX. 10. 'Te scire volo vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sullæ morte, antequam certum scierit: nunc quærere desierunt, quomodo perierit: satis putant, se scire, quod sciunt: ego animo æquo fero; unum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerit.' Idem habet, ad Cass. XV. 17. de proscriptione, tum Sullæ, tum Cæsaris.

[i] *Alter autem*] Fuit et alter Sulla, scriba, dictatore L. Sulla, dictatore Cæsare, quæstor; cujus meminit Sallust. in Orat. Lepidi.

Digitized by Google

tam accommodandum est, a multisne opus sit, an satis a paucis, diligi. Certum igitur hoc sit, idque et primum [13] et maxime necessarium, familiaritates habere fidas amantium nos amicorum, et nostra mirantium: hæc enim est una res prorsus, ut non multum differat inter summos et mediocres viros; eaque utrisque est propemodum comparanda. 31. Honore, et gloria, et benevolentia civium, fortasse non æque omnes [14] egent: sed tamen, si cui hæc suppetunt, adjuvant aliquantum, tum ad cetera, tum ad amicitias comparandas. IX. Sed de amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur 'Lælius.' [1] Nunc dicamus de gloria; quanquam, ea quoque de re, duo sunt nostri libri: [2] [k] sed attingamus, quandoquidem ea, in rebus majoribus administrandis, adjuvat plurimum.

Summa igitur et perfecta gloria constat ex tribus his: si diligit multitudo; si fidem habet; si, cum admiratione quadam, honore [3] dignos putat. Hæc autem, (si est simpliciter breviterque dicendum) quibus rebus parantur [4] a singulis, eisdem fere a multitudine. Sed est alius quoque quidam [5] aditus ad multitudinem, ut in universorum animos tanquam influere possimus. 32. Ac primum de illis tribus, quæ ante dixi [6] benevolentiæ præcepta, videa-

Petr. 1568. Gernh. Beier.—13 Magnol. Manut. *et id, quod et primum*. Mox, *hæc est enim* ed. Lugd. 1527. Schutz. Beier. *enim* omittit Victor. *differat multum* Magnol. Manut. *est utrisque* Gud. 5. Facciol. *est* omittunt Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier. *comparanda propemodum* Bern. 1. *pari modo comparanda* de Gronovii conjectura Facciol. *utrisque æque p. comp.* conj. Beier.—14 Basil. *omnes æque*. Mox, *cum ad cetera* Bern. 1. 2. Victor. Lamb, Petr. 1568. Gernh.

CAP. IX. 1 Verba, *qui i. Lælius*, Gulielmio suspecta uncis incluserunt Facciol. et Gernh.—2 Bern. 3. *duo nostri sunt libri*; Victor. *nostri libri sunt duo*. Mox, *in majoribus rebus* Bern. 3.—3 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *honore nos*.—4 Ita codd. aliquot et Grut. *pariantur* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. et reliquæ edd.—5 *Sed e. a. quidem* (sic) *quoque* Bern. 5. *quoque* delevit Lamb. *quidam* delevit Facciol. *Sed est alius quidem* Petr. 1568. *animos universorum* Bern. 3.—6 Bern. 3. *diximus*. Mox *capitur beneficiis* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. et omnes codd. Heusingeri; *capiuntur beneficiis* Bern. 3. *beneficiis paritur* Lamb. *paritur beneficiis* Petr. 1568. *voluntate benefica* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *benefica voluntate multitudo moveatur*

NOTÆ

[k] *Nostri libri*] Meminit illorum librorum ad Att. XV. 27.

Digitized by Google

mus: quæ quidem beneficiis capitur maxime: secundo autem loco, benefica voluntate benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetit. Vehementer autem amor[7] multitudinis commovetur ipsa fama et opinione liberalitatis, beneficentiæ, justitiæ, fidei, omniumque earum virtutum, quæ pertinent ad mansuetudinem morum ac facilitatem. Etenim illud[8] ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, amimosque omnium natura et specie sua commovet, maximeque quasi perlucet ex eis, quas commemoravi, virtutibus; idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur. Atque hæ[9] quidem causæ diligendi gravissimæ: possunt enim præterea nonnullæ esse leviores. 33. Fides autem ut habeatur, duabus rebus effici potest: si existimabimur adepti conjunctam cum justitia prudentiam. Nam et iis[10] fidem habemus, quos plus intelligere, quam nos, arbitramur, quosque et futura prospicere credimus, et, cum res agatur, in discrimenque ventum sit, expedire rem, et consilium ex tempore capere posse: hanc enim utilem omnes existimant veramque prudentiam. Justis autem et fidis hominibus,[11] id est, bonis, ita fides habetur, ut nulla sit in his fraudis injuriæque suspicio. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos, rectissime committi[12] arbitramur. 34. Harum igitur duarum, ad fidem faciendam, justitia plus pollet; quippe cum ea, sine prudentia, satis habeat auctoritatis; prudentia, sine justitia, nihil valeat[13] ad faciendam fidem. Quo enim quis versutior et

conj. Lamb. *etsi res* Bern. 5.—7 *Vehementer amor* Bern. 1. 4. Basil. *movetur* Bern. 5. *et ad facilitatem* Bern. 4. Græv. Pearc.—8 *Etenim id* Bern. 5. *decorum honestumque* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *diximus* Facciol. *animos hominum natura* Bern. 4. Basil. *maxime quasi* Facciol. *lucet* Bern. 4.—9 *Atque eædem* Bern. 5. *quidem sunt causæ* Victor. Petr. 1568. *quidem causæ sunt* Magnol. Manut. Lamb. *quidem* omittit Basil. *nonnullæ præterea* Bern. 3. 4. Basil. —10 *Nam et his* Bern. 1. 2. *si in discrimen ventum sit* Bern. 3. Mox, *utilem homines existimant* Bern. 1. 3. 4. Basil. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *omnes exist. utilem* Bern. 5. Magnol. Manut.—11 *Justis a. et veris hom.* Bern. 4. a m. pr. *Justis a. et viris*, omisso *hominibus*, codex idem a m. sec. *et fidis* Facciolato suspecta delevit Schutz. *id est, bonis viris* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Heusing. Orell. *id est, viris bonis* Victor. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Beier, *id est, bonis hominibus* Bern. 4. *habentur* Billerb. *si nulla* Bern. 3. *in his fraudis sit* Victor. *sit* omittit Bern. 1.—12 Bern. 4. *committi rectissime;* Bern. 2. *rect. committere.*—13 Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Petr.

Digitized by Google

callidior est,[14] hoc invisior et suspectior, detracta opinione probitatis. Quamobrem intelligentiæ justitia conjuncta, quantum volet,[15] habebit, ad faciendam fidem, virium: justitia, sine prudentia, multum poterit: sine justitia, nihil valebit prudentia. x. 35. [*p.* 40.] Sed, ne quis sit admiratus,[1] cur, cum inter omnes philosophos constet, a meque ipso sæpe disputatum sit, qui unam haberet, omnes habere virtutes, nunc ita sejungam, quasi possit quisquam, qui non idem prudens sit, justus esse; alia est illa, cum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas; alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. Quamobrem, ut vulgus, ita nos hoc loco loquimur,[2] ut alios fortes, alios bonos viros, alios prudentes, dicamus. Popularibus enim verbis est agendum et usitatis, cum loquimur[3] de opinione populari: idque eodem modo fecit Panætius. 36. Sed ad propositum revertamur. Erat igitur, ex tribus[4] quæ ad gloriam pertinent, hoc tertium, ut, cum admiratione hominum, honore ab iis digni judicaremur. Admirantur igitur[5] communiter illi quidem omnia, quæ magna, et præter opinionem suam, animadvertunt; separatim autem in singulis, si perspiciunt nec opinata quædam bona. Itaque eos viros suspiciunt, maximisque efferunt laudibus,[6] in quibus existimant se excellentes quasdam et singulares virtutes perspicere; despiciunt autem eos, et contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil animi,

1568. *valet.*—14 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Gernh. Beier. omittunt *est.*—15 *Qu. intelligentia justitiæ c. q. voles* Bern. 3. Verba, *justitia ... prudentia*, uncis inclusit Pearc.

Cap. x. 1 *Sed n. q. a. sit* Bern. 5. *atque a me ipso* Basil. *haberent idem* cod. *virtutes habere* Bern. 5.—2 Bern. 3. *loquemur.* Mox, *alios viros bonos, alios fortes* Bern. 5. Gud. 4. *alios viros fortes, alios bonos* Basil. *alios fortes* suspecta sunt Gernhardo; *alios fortes, alios viros bonos* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Gernh. Beier. Orell. *prudentes esse* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. Heusing. Orell. *esse prudentes* Bern. 4.—3 Bern. 3. *loquemur*; Bern. 1. 2. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. *loquamur.* Statim, *idque eo modo* Bern. 3.—4 *Erat i. ex tribus rebus* Basil. *Erat i. iis tribus* Bern. 3. 5. *Erat i. his tribus* Bern. 4. *Ex iis igitur tribus ... hoc erat tertium* Lamb. *ad g. pertinerent* e codd. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *ab his digni* Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. Manut. Facciol.—5 *Igitur admirantur* Bern. 5. Mox, *animadverterunt* omnes codd. et edd. præter Victor. et Ernesti, qui *animadvertunt* exhibent. Tum, *nec opinata quidem* Bern. 4. Magnol. Manut.—6 Bern. 3. *laudibus efferunt.* Statim, *se existimant* Bern. 5. *perspicere virtutes* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *nihil nervorum*

Digitized by Google

nihil nervorum, putant. Non enim omnes eos[7] contemnunt, de quibus male existimant: nam, quos improbos, maledicos, fraudulentos putant, et ad faciendam injuriam instructos, eos contemnunt quidem neutiquam, sed de his male existimant. Quamobrem, (ut ante dixi) contemnuntur ii, qui nec sibi nec alteri[8] (ut dicitur); in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. 37. Admiratione[9] afficiuntur ii, qui anteire ceteros virtute putantur, et cum omni carere dedecore, tum vero iis vitiis, quibus alii non facile possunt obsistere. Nam et voluptates, blandissimæ dominæ, majores partes animi a virtute detorquent; et, dolorum cum admoventur faces, præter modum plerique exterrentur. Vita, mors, divitiæ, paupertas, omnes homines vehementissime permovent. Quæ qui in utramque partem excelso animo magnoque despiciunt, cumque aliqua his[10] ampla et honesta res objecta est, totos ad se convertit et rapit; tum quis non admiretur splendorem pulchritudinemque virtutis? XI. 38. Ergo et hæc animi[1] despicientia admirabilitatem magnam facit: et maxime justitia (ex qua una virtute viri boni appellantur) mirifica quædam res multitudini videtur; nec injuria. Nemo enim justus[2] esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium,

esse Bern. 3. Basil.—7 *Non enim eos omnes* Petr. 1568. *maledicos putant fraudulentos* Bern. 4. *maleficos* edd. vett. Lips. Beier. Billerb. uti conj. Wyttenb. *fraudulentosque* Bern. 5. *ad fac. inj. institutos* Bern. 4. *eos cont. q. nequaquam* Bern. 3. *eos haud cont. quidem*, omisso *neutiquam*, Bern. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *eos haud cont. quidem; neutiquam* duo codd. Oxon. Billerb. *sed de iis* Basil. Manut. Lamb. Petr. 1568. Orell.—8 Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Manut. *alteri prosunt.*—9 *Admiratione autem* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. Pearc. Facciol. Heusing. *Adm. quadam* Bern. 5. Beier. Billerb. *Adm. quadam vero* Magnol. Manut. *afficiunt ii* Lamb. Petr. 1568. *aff. hi* Bern. 1. *ceteris* Bern. 1. 2. 4. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *et tum omni* Bern. 3. Basil. *tum vero his* Bern. 1. 4. *tum vero iis carere* Basil. *majoris partis animos* Bern. 3. Beier. Billerb. uti conj. Chapman. *sæpe majores partes animi* Manut. Lamb. *sæpe majores partes animæ* Bern. 5. *majorem partem*, deleto *animi*, conj. Pearc. *majorem partem animorum* suspic. Gernh. *meliores partes animi* conj. nescio quis in Bibl. Crit. I. 3. p. 24. Mox, *et paupertas* Bern. 5. *paupertates* Gud. 2. probante Gernh.—10 Hensing. ex uno cod. *cum aliqua his:* Bern. 2. Basil. Orell. *cumque aliqua iis:* Victor. *cumque his aliqua.* Mox, *est* omittit Bern. 3.

CAP. XI. 1 *Ergo hæc animi* Bern. 4. *perspicientia* Manut. *una* omittit Gud. 4. Lamb. Petr. 1568. *boni viri* Bern. 3. *mirifica quædam res* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. Beier. Billerb.—2 *Nemo justus* Bern. 2.

Digitized by Google

qui egestatem, timet, aut qui ea, quæ his sunt contraria, æquitati anteponit: maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur; quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum[1] arbitrantur. Itaque illa tria,[3] quæ proposita sunt ad gloriam, omnia justitia conficit; et benevolentiam, quod prodesse vult plurimis; et, ob eandem causam, fidem; et admirationem, quod eas res spernit et negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.

39. Ac, mea quidem[4] sententia, omnis ratio atque institutio vitæ adjumenta hominum desiderat; inprimisque, ut habeas, quibuscum possis familiares conferre sermones; quod est difficile, nisi speciem præ te boni viri feras. Ergo etiam solitario[5] homini, atque in agro vitam agenti, opinio justitiæ necessaria est; eoque etiam magis, quod, si eam non habebunt, injusti habebuntur; nullis præsidiis septi, multis afficientur injuriis. 40. [*p.* 41.] Atque iis[6] etiam, qui vendunt, emunt, conducunt, locant, contrahendisque negotiis implicantur, justitia, ad rem gerendam, necessaria est; cujus tanta vis est, ut ne illi quidem, qui maleficio et scelere pascuntur, possint, sine ulla particula justitiæ, vivere. Nam, qui eorum cuipiam, qui una latrocinantur, furatur[7] aliquid aut eripit, is sibi ne in latrocinio quidem

Statim, *timet, aut ea, &c.* Bern. 4. *quæ sunt his* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *non commovetur* Bern. 5. *hunc igni probatum* Bern. 3. *hunc dignum spectatu* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *dignum hunc vel iri spectatum* Bern. 4.—3 *Ita illa tria* Pearc. *quæ posita* Bern. 4. *et benevolentia* Bern. 1. 2. Victor. *et benevolentia quidem* Bern. 5.—4 *At mea quidem* Basil. *quidem* omittit Bern. 1. *ratio et inst.* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *hominum adjumenta* Victor. *ut habeat, q. possit* Bern. 1. 2. 3. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *ut habet, q. possit* Bern. 4. *viri boni* Lamb. Petr. 1568.—5 *Ergo et sol.* Facciol. *homini* omittit Bern. 5. *magis etiam* Petr. 1568. *etiam* omittunt Facciol. Beier. *quod eam si* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Petr. 1568. Gernh. Beier. *injustique habebuntur* Bern. 3. ut volebat Olshausen. *injusti habebuntur* multis suspecta desunt in uno codice Manutii; uncis incluserunt Facciol. et Gernh. deleruut Schutz. et Beier. *et, nullis, &c.* Bern. 1. Pearc. Facciol. *multisque aff.* Basil.—6 *Atque his* Bern. 1. 2. 4. 5. Magnol. Manut. *iis* omittit Bern. 3. *vis tanta est* Bern. 4. *ut nec illi* Magnol. Manut. Græv. *possent* Bern. 3. *ulla* cum uno codice delevit Facciol. qui tamen malebat *sine aliqua particula.*—7 Lamb. Petr. 1568. *clam fura-*

NOTÆ

[1] *Igni spectatum* [*dignum spectatu*] Locutio ab aurificibus translata; ut enim aurum spectatur igni, ita virtus pecuniæ contemtu.

Digitized by Google

relinquit locum: ille autem, qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut interficiatur a sociis, aut relinquatur. Quinetiam leges latronum esse dicuntur, quibus pareant, quas observent. Itaque, propter æquabilem prædæ partitionem,[8] et Bardylis,[m] Illyrius latro, de quo est apud Theopompum,[n] magnas opes habuit; et multo majores Viriatus[o] Lusitanus: cui quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt; quem C. Lælius (is, qui Sapiens usurpatur) prætor fregit, et comminuit; ferocitatemque ejus ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. Cum igitur tanta vis justitiæ sit, ut ea etiam latronum opes firmet[9] atque augeat, quantam ejus vim inter

tur. Mox, *clam eripit* Magnol. Manut. *is ne sibi* Bern. 5. Magnol. *reliquit locum* Bern. 2. 5. *relinquat locum* Petr. 1568. *ni æq.* Bern. 1. *nisi æqualiter* Bern. 3. *dispartiat* Heusing. *interficietur . . . relinquetur* cum tribus codd. Gernh. Beier. *occidetur . . . relinquetur* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *occiditur . . . relinquitur* Victor.—8 *Itaque p. æ. p. portionem* Magnol. Manut. *et Bargulis* Bern. 1. 2. 3. Lamb. *et Bargilius* Bern. 3. *et Barculus* Basil. *et Bargulus* Victor. Petr. 1568. *et Bargalus* Bern. 5. *Illyricus* Bern. 1. 5. Basil. *Illurius* Petr. 1568. *est* omittit Olshausen. *cui quidem exercitus* Bern. 5. Magnol. Manut. *ferocitatemque ita pressit* Bern. 4.—9 Bern. 3. *confirmet.* Mox, *et jud. et in const.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Pearc. Beier. Orell. *et instituta reip.* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut.

NOTÆ

[m] *Bardylis* [*Bargulus*] De Bargulo nulla alia uspiam mentio: crediderim unum ex Illyriis piratis fuisse, qui negotiatores Italicos toto mari vexabant; unde exortum bellum Illyricum. Missos enim Romanorum legatos, qui de mercatorum injuriis conquererentur, cum Teuta, Illyriorum regina, occidi omnes jussisset, bellum confestim contra Illyrios decretum, quod uno anno confectum est, coss. L. Postumio Albino et Cn. Fulvio Centumalo.

[n] *Theopompum*] Non ille Theopompus est poëta tragicus, et nobilis orator, Socratis discipulus, qui plusquam ducentis ante bellum Illyricum annis floruit; sed alius.

[o] *Viriatus*] Post eversam a Scipione Carthaginem, e pastore venator, e venatore latro, mox ingentis quoque exercitus dux factus, Lusitaniam occupat. M. Vetilium, prætorem, fusis ejus copiis, cepit; annis 14. bellum cum Romanis gessit, sæpius victor quam victus. Adversus hunc, cum Ser. Sulpicius Galba et Aurelius Cotta coss. mitti se certatim contenderent; 'Neutrum,' inquit Scipio, 'mitti placet; quia alter nihil habet, alteri nihil est satis.' Val. Max. VI. 4. Q. Servilii Cæpionis artibus occisus est; percussoribus deinde mercedem reposcentibus, 'Nunquam,' inquit Cæpio; 'placuit Romanis imperatorem a suis interfici.' Ita Eutrop.

Digitized by Google

leges et judicia, in constituta republica, fore putamus? XII. 41. Mihi quidem, non apud Medos [p] solum, ut ait Herodotus, sed etiam apud majores nostros, justitiæ fruendæ [1] causa videntur olim bene morati reges constituti. Nam, cum premeretur inops [2] multitudo ab iis qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant, virtute præstantem; [3] qui, cum prohiberet injuria tenuiores, æquitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat. Eademque [4] constituendarum legum fuit causa, quæ regum. 42. Jus enim semper quæsitum est [5] æquabile: neque enim aliter esset jus. Id si ab uno justo et bono viro consequebantur, eo erant contenti: cum id minus contingeret, leges sunt inventæ, quæ cum omnibus semper una atque eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuum est, eos ad imperandum deligi solitos, quorum de justitia magna esset opinio multitudinis. Adjuncto vero, [6] ut iidem etiam prudentes haberentur, nihil erat, quod homines his auctoribus non posse consequi se arbitrarentur. Omni igitur [7] ratione colenda et retinenda justitia est, tum ipsa propter sese (nam aliter justitia non esset), tum propter amplificationem honoris et gloriæ. Sed, ut pecuniæ non quærendæ solum [8] ratio est, sed etiam collocandæ, quæ

Cap. XII. 1 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *fruendæ justitiæ.*—2 *Nam cum p. initio* Bern. 3. alii codd. Magnol. Manut. Lamb. *Nam cum p. in initio* Victor. *Nam cum p. in otio* Bern. 1. 2. 4. Basil. *Nam cum p. initio inops* cod. Liliensis.—3 Bern. 4. *virtute præstante.* Mox, *injuria tenuioris* Bern. 2. *injuriam tenuioris* Victor. *æquitate constituta* Bern. 3. *cum infirmis* Bern. 1. 2. 4. *tenebant* e codd. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *continebat* codd. aliquot ap. Orell. *pertinebat* Bern. 1. 5. Basil. Petr. 1568. *pertinebant* Bern. 2. 4.—4 *Eadem*, omisso *que*, Bern. 4. *fuit legum const.* Bern. 3.—5 *Jus e. s. est quæsitum* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *Jus . . . est æquabile quæsitum* Bern. 3. *bono et justo* Victor. *erant eo* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Heusing. Beier. Paulo post, *semper* omittit Bern. 5. *una eademque voce* Bern. 4.—6 *Adj. vero eo* Bern. 3. *Adj. vero hoc* Bern. 5. Magnol. Manut. *Adj. etiam ut hii idem* Basil. *iis auct.* Bern. 2. 3. Basil. Orell.—7 *Omni ergo* Victor. *cum ipsa* Bern. 1. 2. Lamb. Petr. 1568. Orell. *propter se* Basil. Magnol. Facciol. *per sese* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Heusing. Gernh. Beier.—8 *Sed . . . quær. non solum* Magnol. Manut.

NOTÆ

p *Apud Medos*] Qui primi reges habuisse dicuntur, auctore Diodoro Sic. l. III. et Strabone, l. II. Primus eorum rex fuit Deioces, de quo Herod. l. I.

Digitized by Google

perpetuos sumtus suppeditet, nec solum necessarios, sed etiam liberales; sic gloria et quærenda et collocanda ratione est. 43. Quanquam præclare Socrates[q] hanc viam ad gloriam proximam, et quasi compendiariam, dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset. Quod si qui simulatione, et inani ostentatione,[9] et ficto non modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse rentur, vehementer errant. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur:[10] ficta omnia celeriter, tanquam flosculi, decidunt; nec simulatum potest quicquam esse diuturnum. Testes sunt permulti in utramque partem: sed, brevitatis causa, familia erimus contenti una.[11] Ti. enim Gracchus,[r] P. F.[12] tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit: at ejus filii nec vivi probabantur bonis, et mortui numerum obtinent jure cæsorum. XIII. [*p.* 42.] Qui igitur adipisci veram gloriam[1] volet, justitiæ fungatur officiis. Ea quæ essent, dictum est libro superiore.[2]

44. Sed, ut facillime, quales simus,[3] tales esse videamur,

---

solum omittit Bern. 3. *ratione* pro *ratio est* Bern. 4. *verum etiam coll.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. a m. sec. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *suppeditent* Bern. 4. *sic gloria quær.* Bern. 5. Magnol. Manut. *sic gloriæ et quærendæ et collocandæ ratio est* Lamb.—9 *Quod . . . et inani et ost.* Bern. 3. *et* ante *ficto* omittunt Magnol. Manut. Lamb. *gloriam se* Bern. 4.—10 *Vera . . . agit atque prop.* Basil. *ficta autem celeriter* Bern. 3. *quicquam potest* Bern. 3. Basil.—11 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Beier. *erimus contenti.*—12 *P. F.* desunt in Bern. 3. *Rom. rerum* Bern. 4. *prob. a bonis* Bern. 1. 3. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *probantur a bonis* Petr. 1568. *probantur boni* Basil. Pro *numerum* Bern. 2 habet *nume;* Bern. 1. Basil. *nomen;* Bern. 4. *munera;* Bern. 5. *rem.* Facciol. edidit *obtinent numerum.*

CAP. XIII. 1 Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. *veram justitiæ gloriam.* Actutum, *volent j. fungantur* Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Petr. 1568. Facciol.—2 Quinque Bern. Basil. Victor. Pearc. Facciol. Hensing. Beier. *in libro sup.* Magnol. Manut. *in sup. libro.*—3 Bern. 1. 3. Schutz. *sumus;* Basil.

NOTÆ

[q] *Præclare Socrates*] Idem de illo refert Xenophon, Ἀπομν. lib. I. additque Socratem hortari solitum discipulos, ut simulationem fugerent.

[r] *Tib. Gracchus*] Princeps, suo tempore, civitatis; clarus duplici consulatu, altero 566. altero 571. censura; duplici triumpho, altero de Celtiberis, altero de Sardis: virtutibus tamen quam dignitatibus clarior. Plut. Corneliam duxit, Africani Majoris filiam, ex qua Caium et Tiberium, viros seditiosos, suscepit.

Digitized by Google

etsi in eo ipso vis maxima est, ut simus ii qui haberi velimus, tamen quædam præcepta danda sunt. Nam si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam (quod tibi, mi Cicero, arbitror contigisse), aut aliquo casu atque fortuna; in hunc oculi omnium conjiciuntur; atque in eum,[4] quid agat, quemadmodum vivat, inquiritur: et, tanquam in clarissima luce versetur, ita nullum obscurum potest nec dictum ejus esse, nec factum. 45. Quorum autem prima ætas, propter humilitatem et obscuritatem, in hominum ignoratione[5] versatur; hi, simul ac juvenes esse cœperunt, magna spectare, et ad ea rectis studiis debent contendere: quod eo firmiore animo facient, quia non modo non invidetur illi ætati, verum etiam favetur. Prima igitur est[6] adolescenti commendatio ad gloriam, si qua ex bellicis rebus comparari potest; in qua multi apud majores nostros extiterunt: semper enim fere bella gerebantur. Tua autem ætas incidit in id bellum, cujus altera pars sceleris nimium habuit; altera felicitatis parum. Quo tamen in bello, cum te Pompeius alæ alteri[7] præfecisset, magnam laudem, et a summo viro et ab exercitu, consequebare,[a] equitando, jaculando, omni militari labore tolerando. Atque ea quidem tua laus pariter cum republica cecidit: mihi autem hæc oratio suscepta non de te est, sed de genere toto: quamobrem pergamus ad ea,

Sed facillime simus tales quales esse, &c. Actutum, *videmus esse* Bern. 3. *maxima vis est* Bern. 4. *ut simus hi* Bern. 1. *qui h. volumus* duo codd. ap. Orell. *sunt danda* Bern. 4.—4 Magnol. Manut. *in eo.* Statim, *anquiritur* Lamb. Petr. 1568. Græv. Heusing.—5 Basil. *ignorantia.* Mox, *simul atque* Bern. 3. *ac* omittit Bern. 4. *contendere debent* Bern. 3. *non modo invidetur* Petr. 1568.—6 *Prima est igitur* Bern. 1. 3. 4. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *commendatio adolescenti ad g. sique* Bern. 3. *comparari poterit* Bern. 5. —7 Voc. *alteri* suspectum erat Grævio. Mox, *et exercitu cons. et hoc equitando* Bern. 4. *omnia milit.* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *omnique milit.*

NOTÆ

[a] *Consequebare*] De hac Ciceronis sub Pompeio expeditione dictum est initio libri primi: addo, quod Brutus ad Ciceronem scribit Epist. Fam. 'Cicero tuus sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus nunquam videatur dimittere cogitationem, cujus sit filius.'

Digitized by Google

quæ restant.[8] 46. Ut igitur, in reliquis rebus,[9] multo majora sunt opera animi, quam corporis; sic hæ res, quas persequimur ingenio ac ratione, graviores sunt, quam illæ, quas viribus. Prima igitur commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate [10] in parentes, tum in suos benevolentia. Facillime autem et in optimam [11] partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros et sapientes viros, bene consulentes reipublicæ, contulerunt: quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum fore similes, quos sibi ipsi delegerint ad imitandum. 47. P. Rutilii [t] adolescentiam, ad opinionem et innocentiæ [12] et juris scientiæ, P. Mucii commendavit domus. Nam L. quidem Crassus, cum esset admodum adolescens, non aliunde mutuatus est, sed sibi ipse peperit maximam laudem ex illa accusatione [u] nobili et gloriosa: et, qua ætate, qui exercentur, laude affici solent, (ut de Demosthene [x] accepimus) ea

Facciol. *atque ea tua* Bern. 4.—8 Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Pearc. Facciol. *ad ea, quæ restant, pergamus.*—9 *Ut igitur in rebus reliquis* Bern. 3. Basil. *Ut i. rebus in reliquis* Bern. 5. *Ut i. reliquis in rebus* Lamb. Petr. 1568. *opera sunt* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. tres codd. Heusingeri, Orell. *sic eæ res* Bern. 1. 2. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. *ingenio ac ratione persequimur* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *gratiores sunt* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Gernh. Schutz. Nobb. Beier. Orell.—10 Victor. Gernh. Beier. Orell. *cum pietate.* Alterum *tum* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Gernh. Beier. Orell. *cum a mod. tum a pietate in p. tum in suos* Petr. 1568. Lamb.—11 *Fac. autem in opt.* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *frequentes sint* Basil. Grut. Græv. Pearc. Colon. 1748. *fore se similes* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. et edd. vett. *se fore similes* Nonius, Victor. *se* uncis inclusit Beier. *delegerunt* Bern. 3. 5. et edd. ante Græv.—12 Bern. 4. *ad opinionem innoc.* Paulo post, *sibi ipsi* Basil.

NOTÆ

[t] *P. Rutilii*] Vir fuit summæ virtutis: ejus integritatem et innocentiam Cicero commendat De Nat. Deor. lib. III. De Orat. l. I. in Pison. pro Fonteio, et alibi. In juris disciplina P. Mucii Scævolæ, pont. max. in Stoicis Panætii auditor: Africani Minoris tribunus militum ad Numantiam, cujus belli historiam deinde scripsit, probatissimam Velleio Paterculo et Plut. Nonnulli mire confundunt hujus res gestas cum actis P. Rupilii, prorsus alterius gentis et nominis, sed ejusdem temporis. Hic Rutilius bis repulsam passus est ante consulatum; bis reus factus, semel absolutus; tandem damnatus invidia publicanorum, quorum latrocinia frænaverat; quare sponte in exilium abiit.

[u] *Accusatione*] C. Carbonis; de qua nos alibi.

[x] *De Demosthenem*] Qui adolescens, teste Plut. et Libanio, immo puer,

Digitized by Google

ætate L. Crassus ostendit, id se in foro optime jam facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. XIV. 48. Sed, cum duplex ratio sit[1] orationis, quarum in altera sermo sit, in altera contentio; non est id quidem dubium, quin contentio orationis majorem vim habeat ad gloriam: ea est enim, quam eloquentiam dicimus. Sed tamen difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum comitas affabilitasque sermonis. Extant epistolæ, et Philippi ad Alexandrum, et Antipatri[y] ad Cassandrum, et Antigoni[z] ad Philippum filium,[2] trium prudentissimorum, (sic enim accepimus) quibus præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant, militesque blande appellando deleniant. [*p.* 43.] Quæ autem in multitudine cum contentione habetur oratio, ea sæpe universam excitat.[3] Magna est enim[4] admiratio copiose sapienterque dicentis;

Facciol. *et gloriosa. Ex qua ætate* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. *laudibus affici* Facciol. *ut Demosthenem* codd. aliquot, Victor. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *ut in Demosthene* Bern. 4. *ea ætate* (*ut Demosthenem acc.*) *L. Crassus* conj. Ruhnk. ad Rutil. p. 108. et sic edidit Schutz. *jam præmeditatum facere* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut.

CAP. XIV. 1 *Sed cum d. sit ratio* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *sit sermo* Magnol. Manut. *non est quidem* Bern. 1. *quidem* omittunt Bern. 1. Magnol. Manut. *orationis plurimum valeat et majorem* Victor. *orationis plurimum possit et majorem* Magnol. Manut. *orat. plus possit majoremque vim habeat et ad gratiam et ad gloriam* Lamb. Petr. 1568. *et ad gloriam* habent etiam Bern. 1. 2. et Basil. *eadem enim est* Basil. *difficile dictum* Bern. 1. 2. 4. *hominum* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. *comitas facilitasque serm.* Bern. 4.—2 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Pearc. Facciol. Orell. *filium* omittunt duo codd. ap. Orell. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Schutz. Beier. uncis inclusit Gernh. *prud. virorum* Gud. 2. probantibus Hotting. et Schutz. *blande appellando sermone deleniant* Bern. 1. Lamb. Petr. 1568. *blando app. sermone del.* Bern. 2. 5. Victor. Magnol. Manut. Pearc. *blando sermone app. del.* Basil. *milites blando app. del.* Bern. 4. *deliniant* edd. vett.—3 Quinque Bern. Basil. Victor. Magnol. Manut. *excitat gloriam.* —4 *Magna enim est* Bern. 3. *et intell. etiam* Bern. 5. *etiam* omittit Bern. 4.—

NOTÆ

auctore Quintiliano, pupillares actiones habuit. Sunt tamen qui earum orationum, quas Demosthenes ea ætate pronuntiabat, auctorem fuisse Isæum, ejus magistrum, dicant.

[y] *Antipatri*] Antipater filius fuit Iolai: meruit sub Philippo Macedone, et, mortuo Alexandro, partem Macedoniæ obtinuit. Cassander filius ejus fuit, qui Alexandri matrem, Olympiadem, interfecit.

[z] *Antigoni*] Macedoniæ regis: anno imperii Macedonici 534. regnavit. Filios habuit, 1. Demetrium Poliorcetem; 2. Philippum, ad quem scriptæ literæ, de quibus hic Cicero.

Digitized by Google

quem qui audiunt, intelligere etiam et sapere plus quam ceteros, arbitrantur. Si vero inest in oratione mixta modestiæ[5] gravitas, nil admirabilius fieri potest; eoque magis, si ea sunt in adolescente. 49. Sed, cum sint plura[6] causarum genera, quæ eloquentiam desiderant, multique in nostra republica adolescentes, et apud judices et apud senatum dicendo, laudem assecuti sint; maxima admiratio est in judiciis: quorum ratio duplex est: nam ex[7] accusatione et defensione constat; quarum etsi laudabilior est defensio, tamen etiam accusatio probata persæpe est. Dixi paulo ante de Crasso. Idem fecit adolescens M. Antonius:[a] etiam[8] P. Sulpicii[b] eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum, in judicium vocavit. 50. Sed hoc quidem non est sæpe faciendum, nec unquam,[9] nisi aut

5 Bern. 2. 4. *modestia;* Bern. 1. *modesta.* Statim, *nihil adm.* Bern. 1. 2. Victor. Lamb. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *potest fieri* . . . . *in adolescentibus* Bern. 3.—6 *Sed c. s. plurima* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *desiderent* Bern. 1. 2. 3. 4. Orell. *et apud jud. et apud populum, et apud senatum* Bern. 3. *assecuti sunt* Bern. 3. 4. 5. Victor. *max. est adm.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *max. etiam adm. est* Bern. 5. Magnol. *est* post *duplex* omittit Bern. 3.—7 *Nam et ex* Græv. Pearc. Colon. 1748. *et ex def.* Bern. 1. 2. Basil. *ex def.* omisso *et,* Bern. 4. *ut ex def.* Bern. 2. *tamen accus.* codd. aliquot, Victor. Heusing. Beier. *persæpe probata est* Bern. 3. *probata sæpe est* Basil.—8 *Etiam* omittunt Victor. et Bern. 2. à m. sec.—9 Basil. *nec accusandum unquam.* Mox, *ut ii* . . . . *ulciscendi* omittunt Bern. 1. 2. 4. Basil. alii codd. quam plurimi, Victor. Magnol. Manut. *aut patrocinii* Bern. 1. 3. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *aut patrocinandi* Bern. 3. *ut nos pro Siculis, pro Sardis in Albucio Julius* emend. et recepit Orell. e Bern. 1. 2. *pro M. Albucio* Bern. 1.

NOTÆ

[a] *M. Antonius*] Orator, tribus annis major L. Crasso. Accusavit Cn. Papirium Carbonem, qui cum Metello Caprario consulatum gesserat; patrem ejus Carbonis qui, ter consul, a Pompeio Lilybæi est interemtus. Insignis est quoque M. Aquilii per M. Antonium defensio, qua rei cicatrices, diloricata ejus tunica, judicibus ostendit.

[b] *P. Sulpicii*] Cognomento Rufi. Is C. Norbanum, qui, tribunus plebis, ingentem seditionem contra remp. excitaverat, et lege Apuleia reus majestatis erat, accusavit, vir quæstorius, defendente M. Antonio, censorio, cujus quæstor Norbanus fuerat. Antonius obtinuit ut reus, licet nocentissimus, etiam accusante M. Æmilio Scauro, principe senatus, qui in eo tumultu lapide percussus fuerat, absolveretur. Val. Max. lib. VIII. Cic. De Orat. lib. I.

Digitized by Google

reipublicæ causa, ut ii, quos ante dixi; aut ulciscendi, ut duo Luculli;[c] aut patrocinio, ut nos pro Siculis,[d] pro Sardis; pro M. Albucio Julius.[e] In accusando etiam M' Aquilio[10] L. Fufii[f] cognita industria est. Semel igitur, aut[11] non sæpe certe: sin erit, cui[12] faciendum sit sæpius, reipublicæ tribuat hoc muneris, cujus inimicos ulcisci sæpius, non est reprehendendum. Modus tamen adsit: duri enim hominis,[13] vel potius vix hominis, videtur, periculum capitis inferre multis. Id cum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere, ut accusator nominere; quod contigit M. Bruto,[g] summo genere nato, illius filio,

sed *in Albutio*, deleto *pro*, a m. sec. *pro in Albucio* Bern. 2. sed *pro* delevit m. sec. *pro Sardis Julius* Lamb. Petr. 1568. Pearc. Lall. *ut nos pro Siculis, pro Sardis Julius* Facciol. *ut pro Sardis in T. Albucium Julius* de Doleti conj. Schutz. *pro Sardis in proprætore Albucio Julius* de conj. sua recepit Beier. *in proprætore Marco Albucio Julius* Billerb.—10 *In a. e. Manilio* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. *In a. e. Aquillio* Bern. 3. *In a. e. M. Aquillio* Gernh. *Fusii* Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut.—11 *Semel i. ut* Bern. 1. *Semel i. et* Bern. 2. *aut* omittunt Magnol. Manut. *non sæpius* Ernesti errore typogr.—12 *Sin erit, cur* Victor. Facciol. Gernh. Schutz. Beier. *sit* omittit Bern. 3. *reip. tribuatur* codd. aliquot, Facciol. Gernh. Schutz. Beier. *ulciscendi sæpe* Bern. 5. Magnol. Manut.—13 *Duri hominis enim* Bern. 4. *id tum peric.* Bern. 5. Basil. *id enim tum peric.* Magnol. Manut. Lamb. *ut acc. nomi-*

NOTÆ

c *Duo Luculli*] Lucius et Marcus, e gente Licinia; uterque in bello, tum Mithridatico, tum civili, Sullæ legatus. Uterque cos. ille 679. hic 680. uterque triumphalis, ille ex Asia, hic ex Macedonia. Lucius villarum, conviviorum, vestiumque sumtu nobilis fuit. Ii Servilium, augurem, Lucii patris accusatorem, accusaverunt de peculatu; qua de re vide Acad. lib. IV.

d *Pro Siculis*] Contra Verrem: extat ea defensio.

e *Julius*] Jul. Cæsar Strabo, qui facetiis et dicendi lepore excelluit, Sardos contra Albucium defendit. Sueton. in Cæsare dictatore. Strabo, ab oculorum vitio; Vopiscus, a nativitatis casu inaudito; Sesquicillus, a statura appellatus. Tragœdias et orationes scripsit. Cic. in Bruto. Ejus dicendi genus imitatus est C. Jul. Cæsar, dictator. Omissa prætura post ædilitatem, cum consulatum peteret, a P. Sulpicio, tribuno plebis, spe dejectus. Cinnano tumultu, cum fratre L. Cæsare, consulari, proscriptus, et a Marianis confossus est. Dictum de illo est Tusc. lib. v.

f *L. Fufii* [*Fusii*] L. Fusius Calenus M. Aquillium accusavit. Cic. in Brut. qui, De Orat. lib. II. ait eum in dicendo nervos C. Fimbriæ non assecutum. Quæstor an. 657. et prætor 668.

g *M. Bruto*] Is, a paterna virtute degener, vitio pravæ voluntatis magistratus non petivit, sed accusator ubique vehemens et molestus fuit.

Digitized by Google

qui juris civilis inprimis peritus fuit. 51. Atque etiam hoc præceptum officii diligenter tenendum est, ne quem unquam innocentem judicio [14] capitis arcessas: id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura, ad salutem hominum et ad conservationem, datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, ita habendum est [15] religioni, nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque, defendere. Vult hoc multitudo; patitur consuetudo; fert etiam humanitas. Judicis est, semper in causis verum sequi; patroni, nonnunquam verisimile, etiam si [16] minus sit verum, defendere: quod scribere (præsertim cum de philosophia scriberem) non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum, Panætio. Maxime autem et gloria [17] paritur et gratia defensionibus; eoque major, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videatur: ut nos et sæpe alias, et adolescentes,[h] contra L. Sullæ dominantis opes, pro S. Roscio Amerino fecimus: quæ, ut scis, extat oratio.

XV. 52. Sed, expositis adolescentium officiis quæ va-

netur Bern. 5. Magnol. Mannt. *civilis primitus* Bern. 5.—14 Codd. aliquot. *in judicio;* Magnol. Maunt. Lamb. *in judicium;* Lang. Petr. 1568. Facciol. delerunt *judicio;* uncis inclusit Gernh. *arcessat* Bern. 2. *accersas* Bern. 3. 4. *nullo fieri pacto* Bern. 3. *fieri nullo modo* Basil. Victor.—15 Bern. 1. 2. 3. 4. Heusing. Orell. *item est habendum;* Lamb. Petr. 1568. Græv. Gernh. Beier. *item habendum est;* Basil. *ita est habendum.* Actutum, *religioni contrarium* Basil. Magnol. Manut. *noc. aliquando et nefarium* Bern. 1. 2. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *noc. aliquando impiumque* Basil.—16 Bern. 5. *etsi.* Paulo post, *placeret idem* Bern. 4.—17 *Maxime autem ipsa et gl.* Bern. 3. *alicujus opinionibus* Billerb. *nos et* omittit Bern. 4.

NOTÆ

Cic. De Orat. lib. II. ubi patris virtutes et filii vitia depinguntur. Pater jurisconsultus insignis fuit; septem libros, ut Pomponio placet, ut Ciceroni, tres, De Jure Civili reliquit. Frater D. Bruti Callaici, et filius, ni fallor, M. Bruti, qui cos. an. 575.

[h] *Adolescentes*] Annos natus 27. hanc primam causam Cicero egit, L. Cornelio Sulla Felice II. et Q. Cæcilio Metello Pio coss. in qua cum multa in Sullam maligne dixisset, veritus iram Sullæ, Athenas profectus philosophiæ operam dedit, Romamque post triennium rediit.

Digitized by Google

leant ad gloriam adipiscendam, deinceps[1] de beneficentia ac liberalitate dicendum est; cujus est ratio duplex:[2] nam aut opera benigne fit indigentibus, aut pecunia. Facilior est hæc posterior, locupleti præsertim: sed illa lautior ac splendidior, et viro forti claroque dignior. Quanquam enim in utroque[3] inest gratificandi liberalis voluntas, tamen altera ex arca, altera ex virtute, depromitur: largitioque, [*p.* 44.] quæ fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit. Ita benignitate[4] benignitas tollitur; qua quo in plures usus sis, eo minus in multos uti possis. 53. At qui opera, id est, virtute et industria, benefici et liberales[5] erunt, primum, quo pluribus profuerint, eo plures ad benigne faciendum adjutores habebunt: deinde, consuetudine beneficentiæ, paratiores erunt, et tanquam exercitatiores, ad bene de multis promerendum. Præclare epistola[6] quadam[i] Alexandrum filium Philippus accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur. 'Quæ te (malum!)'[7] inquit, 'ratio in istam spem induxit, ut eos tibi fideles putares fore, quos pecunia corrupisses? An[8] tu id agis, ut Macedones, non te regem suum, sed ministrum et præbitorem,[k] sperent fore?' Bene ministrum et præbitorem, quia

---

CAP. XV. 1 Bern. 5. Magnol. Manut. *deinde.* Statim, *ac de liberalitate* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Hensing. Gernh. Beier. Orell.—2 *Cujus est duplex ratio* Basil. *posterior* omittunt Bern. 3. Lamb. Petr. 1568. *lautior, splendidior, viro* Bern. 3. *laudatior ac sp. et viro* Basil.—3 *Quanquam enim in utroque* codex unus Oxon. et Lamb. *ex virtute expromitur* Bern. 4.—4 *Itaque benign.* Basil. *eo quo in plures u. sis minus, &c.* Bern. 4.—5 Idem codex *liberales, benefici.* Mox, *ad bene faciendum* Bern. 1. *dein cons.* Bern. 1. 2. 3. 4.—6 *Præclare in epistola* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Gernh.—7 *Quod te malum* Bern. 5. Victor. *Quid te malum* Basil. Magnol. Manut. *Quæ te mala* Bern. 3. *inquit, rationis* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *in eam spem* Bern. 4. a m. sec. *tibi* omittit Petr. 1568. *putares fideles* Basil.—8 *An* omittit Bern. 5. *regem non te suum* Petr. 1568. *sed ministrum et præbitorem putent? Quo quid sordidius regi?* Victor. Magnol. Manut. *sed m. et p. putent? Bene ministrum et præbitorem; quod sordidum regi* Lamb. Petr. 1568. *Bene, quod min.* Facciol. *dixit esse* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut.

NOTÆ

[i] *Epistola quadam*] Perierunt, injuria temporum, epistolæ Philippi Macedonis, quæ temporibus Ciceronis multæ extabant: habentur tantum apud Plut. in Apophth. et Polit. Philippi ad Alexandrum admonitiones

[k] *Præbitorem*] Mureto placet legi *diribitorem.* 'Diribere,' antiqua vox, sonat dividere.

Digitized by Google

sordidum regi; melius etiam, quod largitionem corruptelam esse dixit. Fit enim deterior, qui accipit,[9] atque ad idem semper expectandum paratior. 54. Hoc ille filio: sed præceptum putemus omnibus. Quamobrem id quidem non dubium est,[10] quin illa benignitas, quæ constet ex opera et industria, et honestior sit, et latius pateat, et possit prodesse pluribus. Nonnunquam tamen est largiendum; nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum est; et sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum; sed diligenter, atque moderate. Multi enim patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Quid autem est[11] stultius, quam, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis? Atque etiam sequuntur largitionem[12] rapinæ. Cum enim dando egere cœperint,[13] alienis bonis manus afferre coguntur. Ita, cum, benevolentiæ comparandæ causa, benefici esse velint, non tanta studia assequuntur eorum quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ademerunt. 55. Quamobrem nec ita claudenda est res[14] familiaris, ut eam benignitas aperire non possit; nec ita reseranda, ut pateat omnibus. Modus adhibeatur, isque referatur ad facultates.[15] Omnino meminisse debemus id, quod, a nostris hominibus sæpissime usurpatum, jam in proverbii[16] consuetudinem venit, 'largitionem fundum non habere.' Etenim quis potest modus esse, cum et idem, qui consuerunt, et idem illud alii, desiderent? XVI. Omnino[1] duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alte-

Lamb. Petr. 1568. Facciol. Beier. Orell. *duxit esse* conj. Orell.—9 Bern. 3. Petr. 1568. *qui accepit*.—10 *Quamobrem . . . est dubium* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quæ constat* codd. aliquot, et edd. ante Ernesti. *ex opere* Facciol. *hoc genus benignitatis* Bern. 4. *repudiandum est et* Facciol. *impartiendum* Basil. Victor. Heusing. *impertiendum est* Bern. 4. a m. sec. *est* habet etiam Basil.—11 Beier. de conjectura delevit *est*.—12 Bern. 4. *largitiones*.—13 *Cum e. d. e. cœperunt* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *bonis* omittit Bern. 1.—14 Bern. 1. 2. Petr. 1568. *res est*. Mox, *ita referenda* Petr. 1568.—15 Bern. 3. *facultatem*.—16 Bern. 5 Magnol. Mannt. *jamque in prov*. Mox, *etenim qui* Lamb. Petr. 1568. *esse modus* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *idem et* Victor. Petr. 1568. *et iidem* Basil. Magnol. Manut. Lamb. *et hii* Bern. 5. *qui consueverunt* Bern. 3. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *et illud idem* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol.

CAP. XVI. 1 *Omnino enim* Basil. *duo genera sunt* Bern. 5. Victor. *prodigi*

Digitized by Google

ri liberales. Prodigi, qui epulis, et viscerationibus,[l] et gladiatorum muneribus,[m] ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut brevem, aut nullam omnino, sint relicturi. 56. Liberales autem, qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum,[2] aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur vel in re quærenda vel augenda. Itaque miror, quid in mentem venerit Theophrasto, in eo libro, quem[3] de Divitiis[n] scripsit, in quo multa præclare; illud absurde: est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione[4] popularium munerum; taliumque sumtuum facultatem fructum divitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cujus exempla pauca[5] posui, multo et major videtur et certior. Quanto Aristoteles[6] gravius et verius nos reprehendit, qui

dicuntur Bern. 1. Victor. *et gladiatoriis* Bern. 3. Græv. Petr. 1568. Pearc. Facciol. Heusing. Gernh. Beier. *aut omnino nullam sunt rel.* Basil. *nullam sint rel. omn.* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *nullam omnino sint rel.* Lamb. Petr. 1568. *sunt* habent etiam Victor. Gernh. Beier.—2 Basil. *causa amicorum;* Bern. 5. Magnol. Manut. *amicorum causa.* Mox, *collocationem* Bern. 1. 2. *in re vel quærenda* Bern. 3. Lamb. Græv. Pearc. Heusing. Beier. *ut in re quærenda* Bern. 5. *vel* omittunt Bern. 4. Facciol.—3 Bern. 5. *in quo.* Mox, *illud absurdum* Bern. 4. 5. Basil.—4 Bern. 1. 2. *apparitione.*—5 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *pauca exempla.* Mox, *multo etiam major* Victor.—6 *Aristo Ceus* Beier. Billerb. *Aro* codex Aldi; *Aristo Stoicus* conj. Muret. *Aristo Chius* conj. J. M. Heusing. *nos reprehendit* omittunt Lang. Facciol. *effusiones pecuniarum* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier. *non demiremur* Lamb. *non admirentur* Bern. 4. *non admiretur* e codd. Facciol. *at hi* Bern. 1. *At si ... emere* Lamb. *qui cum ab hoste* Græv. Colon. 1748. *qui ab hostibus* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *obsiderentur* Basil. *cogantur mina* Bern. 3. Orell. *cogerentur mina* Bern. 1. 2. 4. Basil. Petr. 1568. *mina cogerentur* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Græv. Heusing. *hoc primo auditu* codd. Grævii, Anem. Magnol. Manut.

NOTÆ

[l] *Et viscerationibus*] 'Visceratio' originem ex eo habuit, quod, cæsis hostiis, rem divinam facturi viscera his qui sacro interessent partirentur. 'Visceratio' subinde dicta, cum carnes, seu crudæ seu coctæ, confecto sacro, iis, qui interfuissent, dono dabantur. Blond. Rom. lib. II.

[m] *Gladiatorum muneribus*] Primi gladiatorium munus ediderunt Marcus et Decius, Bruti filii, funebri memoria, in honorem defuncti patris. Flor. Val. Maximus ait non a Brutis primum, sed ab Appio Claudio et Q. Fulvio coss. datum, I. 1. Venationes vero primus Scævola in ædilitate exhibuisse fertur. Plura Alex. ab Alex. VI. 19.

[n] *De Divitiis*] Hunc inter libros ejus memorat Laërtius.

Digitized by Google

has pecuniarum effusiones non admiremur, quæ fiunt ad multitudinem deleniendam! At, ii, qui ab hoste obsidentur, [*p.* 45.] si emere aquæ sextarium[o] mina cogantur, hoc primo incredibile nobis videri, omnesque mirari: sed; cum attenderint, veniam necessitati dare: in his immanibus jacturis, infinitisque sumtibus, nihil nos magnopere mirari; cum præsertim nec necessitati subveniatur, nec dignitas augeatur; ipsaque illa delectatio multitudinis sit ad breve exiguumque tempus; eaque a levissimo quoque: in quo tamen ipso, una cum satietate, memoria quoque moriatur voluptatis. 57. Bene etiam colligit,[7] hæc pueris, et mulierculis, et servis, et servorum simillimis liberis, esse grata; gravi vero homini, et ea, quæ fiant, judicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Quanquam intelligo, in nostra civitate inveterasse jam a bonis[8] temporibus, ut splendor ædilitatum[p] ab optimis viris postuletur. Itaque et P. Crassus,[9][q] cum cognomine Dives, tum copiis,

Heusing. Schutz. Beier. Orell. *nobis* omittunt Bern. 5. Lamb. Petr. 1568. Beier. *sed si attenderint* Bern. 5. *sed cum attenderimus* Magnol. Manut. *veniam n. dari* Bern. 5. Victor. *nihil magnopere* Lamb. *neque necessitati* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. *neque dignitas* Victor. Lamb. *illa delinitio* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *sit* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *tempus ad br. ex. sit* Bern. 5. *ad br. ex. tempus duratura est* Basil. *ad br. ex. duratura sit tempus* Magnol. *ad breve tempus exiguumque duratura sit* Manut. *eaque altissimo quoque animo* Basil. *animo* addunt etiam Magnol. et Manut. *eaque levissimo quoque* uncis inclusit Schutz. *eaque levissimo quoique* conj. Orell.—7 *Bene etiam colligitur* Bern. 5. Magnol. Manut. *Bene igitur colligitur* Basil. *Bene enim colligit* codex unus Oxon. Beier. *quæ fiant* de conjectura sua solus Ernesti; *quæ fiunt* codd. et reliquæ edd. *certo judicio* Bern. 3. *certo* omittit Bern. 1.—8 Quinque Bern. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Orell. *jam bonis;* Bern. 3. *etiam bonis;* Anem. et Heusing. *et jam bonis;* Beier. Billerb. *et jam a bonis.*— 9 *Itaque P. Crassus* Magnol. Manut. Lamb. *tum cognomine* Basil. *cum* omittit Bern. 2. Mox, *magnificentissime* in eodem cod. *Lucullus* Bern. 1. Victor. Magnol. Manut. Lamb.

NOTÆ

[o] *Aquæ sextarium*] Sextarius mensura est uncias 20. cotulas binas, sive heminas, capiens: 'sextarius' dicta, quod sit sexta pars congii.

[p] *Ædilitatum*] Gradus enim erat ad consulatum ædilitas. Hinc lex vetus, 'Sunto ædiles curatores urbis annonæ ludorumque solennium; olliisque, ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto.'

[q] *P. Crassus*] Non is qui cos. an. 548. (neque enim eum ædilem fuisse quisquam memorat) sed P. Licinius Crassus Mucianus, quem ædilitatem petiisse, iterum refert Cic. De Orat. lib. I. Ædilitatem petiit cum ille

Digitized by Google

functus est ædilicio maximo munere. Et, paulo post, L. Crassus, cum omnium hominum moderatissimo Q. Mucio,[r] magnificentissima ædilitate functus est: deinde C. Claudius,[s] Appii filius: multi post, Luculli,[t] Hortensius,[u] Silanus. Omnes autem P. Lentulus,[x] me consule, vicit superiores. Hunc est[10] Scaurus[y] imitatus. Magnificentissima vero

—10 *Hunc etiam* Bern. 5. Mox *Magn. nostri vero* Bern. 4.

NOTÆ

Ser. Galba, orator, consularis, et major natu, cujus filiam Crassus filio suo desponderat. Ea ædilitate Crassus celeberrimos Italiæ tragœdiarum comœdiarumque scriptores, Pacuvium et Attium, ad scenam Romanam maximis præmiis evocavit. Is Crassus est de quo quinque insignia memorantur; quod ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, jurisconsultissimus, et pont. max. fuerit.

[r] *Q. Mucio*] Scævola, pontif. max. L. Crassi, oratoris, et in prætura et in consulatu collega; qui Asiam prætor (ut sæpe diximus) tam sancte administravit, ut in illius honorem festa Muciana ab Asianis instituta sint. Primus leonum pugnam in ludis exhibuit ædilis, an. U. C. 672.

[s] *C. Claudius*] Hunc Appii filium Cicero vocat, ne confundatur cum altero Caio, qui hoc item tempore ædilis curulis fuit. C. Claudius, Appii filius, primus elephantorum pugnam in Circum induxit. Insignis fuit ea ædilitate, tum Cupidine Praxitelis marmoreo Messana advecto, quem Verres postea in Sicilia prædatus est (Cic. in Verr.); et elegantia picturarum, cum ad tegularum similitudinem corvi decepti imagine advolarent, (Plin. XXXV. 4.) et admirabili imitatione tonitruum, unde 'Claudiana tonitrua' in proverbium cesserunt, cum prius clavi tantum et lapides in labrum æneum (quod *βροντεῖον*, a tonitru, dicebatur) post scenam conjicerentur ad tonitru imitandum. Pomp. Fest.

[t] *Luculli*] Lucius et Marcus, germani fratres. Ædiles ann. 20. post C. Claudium, (Plin. VIII. 7.) elephantorum cum tauris pugnam exhibuerunt, primique scenam versatilem fecerunt. Val. Max. l. II. Plura de utroque Lucullo, et eorum ædilitate, nos in Lucullo.

[u] *Hortensius*] L. Hortensius, pater Hortensii oratoris; cujus ædilitatis meminit Verr. V. Silanus is, opinor, est, qui post Ciceronem consul fuit; D. Junius Silanus, ('Decimus' cognominatus, quod fratrum decimus esset) vitricus Bruti; ejus mater, Servilia, viduo Silano nupserat: hujus tamen ædilitas non extat in Fastis Capitolinis.

[x] *P. Lentulus*] P. Cornelius Lentulus Spinther scenam argentatis choragiis primus adornavit. Val. Max. II. 4. Primus dibapha (quod purpuræ Tyriæ genus erat) usus in prætexta, nimii luxus damnatus est. Plin. XIX. 39. Ædilis plebis consule Cicerone; sexto post anno consul Ciceronem exilio revocavit.

[y] *Scaurus*] M. Æmilius Scaurus, privignus Sullæ, 'cujus ludi,' inquit Plin. 'magisne moribus Romanis obfuerint quam Sullæ proscriptio, incertum.' Scena temporaria, et vix uno mense futura in usu: fuit ea triplex, in altitudinem 360. columnarum; ima pars e marmore, media vi-

Digitized by Google

nostri Pompeii[a] munera secundo consulatu: in quibus omnibus, quid mihi placeat, vides. XVII. 58. Vitanda tamen est suspicio[1] avaritiæ. Mamerco,[2 a] homini ditissimo, prætermissio ædilitatis consulatus repulsam attulit. Quare et, si postulatur a populo, bonis viris si non desiderantibus, attamen approbantibus, faciendum est, modo pro facultatibus; nos ipsi ut[3] fecimus:[b] et, siquando aliqua res major atque utilior populari largitione acquiritur; ut Oresti nuper prandia in semitis, decumæ nomine,[c] magno honori fuerunt. Ne M. quidem Seio[4 d] vitio datum est, quod, in annonæ

CAP. XVII. 1 *Vitanda t. suspicio est* Bern. 1. 2. 4. Lamb. Petr. 1568. Beier. *Vitanda t. susp.* omisso *est*, Bern. 3.—2 *Nam Mamerco* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *homini ditissimo* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *ædilitatis prætermissio* Victor. *attulit repulsam* Bern. 3.—3 Lamb. Petr. 1568. *nos ut ipsi;* Facciol. *ut nos ipsi.* Mox, *res major, aut utilior* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *anquiritur* Petr. 1568.—4 *Nec M. q. Seio* Bern. 5. *id vitio* Bern. 3. *cum in caritate* Bern. 3.

NOTÆ

trea, summa tabulis inauratis. Columnæ imæ duodequadragenum pedum; signa ænea inter columnas tria millia. Cavea cepit 80. millia hominum: reliquus apparatus, Attalica veste, tabulis pictis, ceteroque choragio, tantus, ut reportatis in Tusculanum quæ superfuerant, incensaque ab iratis servis villa, concrematum sit ad sestertium millies. Venatio fuit pantherarum 150. Primus hippopotamum, et quinque crocodilos, effosso temporario Euripo, Romæ ostendit. Plura de ea ædilitate Plin. XXXVI. 15. Val. Max. II. 4.

[a] *Pompeii*] In secundo consulatu, ad theatri sui dedicationem ludos dedit scenicos, Circenses, et gymnicos; venationes belluarum, quibus quinque dierum spatio quingenti leones confecti; elephanti octodecim a Gætulis armatis, ex adverso jaculantibus, occisi, qui, fugæ spe amissa, circumdati clathris ferreis, adeo miserabili planctu populum moverunt, ut totus flens consurgeret, dirasque Pompeio imprecaretur. Plin. VIII. 7. Dio, l. XXXIX.

[a] *Mamerco*] Mamerci cognomen fuit Æmiliorum et Corneliorum; at quis ille fuerit, incertum.

[b] *Nos ipsi ut fecimus*] Cicero, annos natus 37. ædilitatem obtinuit: hujus tenuem sumtum fuisse testatur Plut. in ejus Vita; trinos se tamen ludos dedisse ipse ait in Mureniana. Meminit illius Verrina septima.

[c] *Decumæ nomine*] Ut in exoptata re bonus exitus esset, decuma vel fructuum vel prædæ Deo vovebatur. Sic Herculi vovit Sulla, et Crassus ad bellum Parthicum iturus; Junoni Camillus, si Veios expugnaret. Morem hunc imitatus Orestes ille, de quo hic Cicero, prandia populo dedit in semitis, ut eum sibi in petitione magistratus conciliaret; dedit vero, non quasi decumas de suo offerret Diis; sed ad similitudinem decumarum, quæ illis dari solent. Fuit ille Orestes e gente Æmilia, filius forte illius qui consul cum Mario fuit anno 650.

[d] *M. Seio*] Viro prædiviti, teste Varrone. In ædilitatis (quam splen-

Digitized by Google

caritate, asse modium populo dedit. Magna enim se et inveterata invidia, nec turpi jactura (quando erat ædilis), nec maxima, liberavit. Sed honori[5] summo nuper nostro Miloni[e] fuit, quod, gladiatoribus emtis reipublicæ causa, quæ salute nostra continebatur, omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. Causa igitur largitionis est, si aut necesse est, aut utile. 59. In his autem[6] ipsis, mediocritatis regula optima est. L. quidem Philippus,[f] Q. F. magno vir[7] ingenio, inprimisque clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima. Dicebat idem C. Curio.[g] Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Nam, pro amplitudine honorum quos cunctis suffragiis adepti sumus nostro quidem anno (quod contigit eorum nemini quos modo nominavi), sane exiguus sumtus ædilitatis fuit. 60. Atque etiam illæ impensæ meliores,[8] muri, navalia, portus, aquarum ductus, omniaque, quæ ad usum reipublicæ pertinent. Quanquam,[9] quod præsens tanquam in manum datur, jucundius

quod in caritate annonæ codd. et edd. fere omnes; *quod in annonæ caritate* soli Ernesti et Gernh. *annonæ* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Grut. Græv. Heusing. Schutz. Beier. *dedit populo* Basil.—5 *Sed et honori* Lamb. *nostro* omittit Bern. 3. *qui glad.* Bern. 1. 3. 4. Basil. Heusing. Gernh. *quid glad.* Bern. 2.—6 *In iis autem* Bern. 2. Basil.—7 Bern. 5. et Victor. *vir magno.* Mox, *esse* omittit Petr. 1568. *quæ habentur* Bern. 1. *dicebat autem* Bern. 2. *dicebat item* Bern. 3. *dicebat idem autem* Basil. Actutum, *Cotta, Curio* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Orell. *Cocta*, omisso *Curio*, Bern. 4. Victor. Magnol. Manut. Hensing. *quodammodo* omittit Bern. 3.—8 Magnol. Manut. Lamb. *meliores sunt*. Statim, *omnia, quæ* Petr. 1568.—9 *Quanquam enim* Bern. 1. Facciol. *Nam quanquam* Lamb. *in manu* Bern. 4. 5. Magnol. Manut. Lamb. *hæc ta-*

NOTÆ

didam gessit) petitione M. Pisonem competitorem vicit. Cic. in Plancianа. Asse, hoc est, vilissimo pretio, seu quarta sestertii parte, modium, seu 30. libras, vendidit.

[e] *Miloni*] Clodius operas omnes, ut remp. everteret, conduxerat: Milo, his ut obsisteret, gladiatores omnes conduxit. Cic. pro Milone.

[f] *L. Philippus*] E gente Marcia, consulari: ipse cos. an. 697. collegam habuit Cn. Lentulum. De utroque Cicero, Orat. De Haruspicum Resp. 'Te appello, Lentule, te, Philippe,' &c. et Orat. pro P. Quintio.

[g] *C. Curio*] C. Scribonius Curio cos. an. 677. et triumphalis; orator insignis, filius C. Scribonii, nobilis item oratoris; et pater C. Curionis, item oratoris: tres enim, raro felicitatis exemplo, Curiones oratores eximios fuisse, tradit Plin. VII. 12. Tertius, Cæsaris muneribus corruptus, remp. turbavit.

Digitized by Google

est; tamen hæc in posterum gratiora. Theatra, porticus, nova templa, verecundius reprehendo, propter Pompeium: sed doctissimi non probant,[10] ut et hic ipse Panætius, quem multum in his libris secutus sum, non interpretatus; et Phalereus Demetrius, qui Periclem, principem Græciæ, vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa[h] conjecerit. Sed de hoc genere toto, in iis libris,[11] quos de Republica scripsi, diligenter est disputatum. Tota igitur ratio talium largitionum[12] genere vitiosa est, temporibus necessaria; et tum ipsa et ad facultates accommodanda, et mediocritate moderanda est. XVIII. 61. [*p.* 46.] In illo autem altero[1] genere largiendi, quod a liberalitate proficiscitur, non uno modo in disparibus causis affecti esse debemus. Alia causa est ejus qui calamitate[2] premitur, et ejus qui res meliores quærit, nullis suis rebus adversis. 62. Propensior benignitas esse debebit[3] in calamitosos, nisi forte erunt digni calamitate. In his[4] tamen qui se adjuvari volent, non ut ne affligantur, sed ut altiorem gradum

men codd. et edd. vett.—10 Victor. Lamb. Petr. 1568. *doctissimi improbant.* Actutum, *ut hic ipse* Bern. 4. *multum his* Bern. 3. *sum secutus* Petr. 1568. *et Demetrius Phalerius* Pearc. *ut Phalerius Demetrius* Petr. 1568. *qui Periclen* Bern. 3. 5. *vituperabat* Bern. 5. Magnol. Manut. *conjecit* Magnol. Manut. *projecit* Bern. 5.—11 Bern. 1. 2. 4. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. *in his libris.* Mox, *disputatum est,* omisso *diligenter,* Bern. 3.—12 Bern. 4. *largitionum talium.* Statim, *necessaria est* Bern. 3. *et tamen ipsa* Basil. Schutz. Beier. Orell. *et tamen ipsum* Bern. 4. *et tum ipsum* Bern. 1. 3. *et cum ipsum* Bern. 2. *et cum ipsa* Bern. 5. *tamen ipsa,* omisso *et,* Gernh. *et ad facultatem* Bern. 5. *tum mediocritate* Lamb. Denique, *est* omittit Bern. 3.

CAP. XVIII. 1 *In illo autem alio* Bern. 3. *altero* omittit Petr. 1568.—2 Bern. 4. *qui a calamitate.*—3 Petr. 1568. *debet esse.*—4 Ita Bern. 1. 4. *In eos* Facciol. *In iis* alii codd. et edd. *adj. volunt* Bern. 2. *non ne,* omisso *ut,* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *non ut,* omisso *ne,* Bern. 5. *non solum ut ne* Victor. *ad altiorem* Magnol. Manut. Lamb. Petr. Facciol. *omnino* omittit Bern. 5. *animo* e suo cod. Facciol. *nullo modo esse* Basil. Magnol. Manut. *esse nullo modo esse*

NOTÆ

[h] *Propylæa*] Pericles, suscepta templi Palladis fabrica, in arce Athenarum, pecuniam totius templi ædificationi destinatam in propylæis conficiendis insumsit. Alcibiades cogitabundum cum offendisset, 'Age,' inquit, 'cum pecuniæ rationem reddere non possis, causam quære qua rationem reddere non cogaris.' Pericles, privigni consilio usus, Lacedæmones inter et Athenienses bellum concitavit, ut Athenienses a pecuniæ cogitatione ad graviores curas traduceret.

Digitized by Google

ascendant, restricti omnino esse nullo modo debemus; sed, in deligendis idoneis, judicium et diligentiam adhibere; nam præclare Ennius,

Benefacta [5] male locata, malefacta arbitror.

63. Quod autem tributum est bono viro et grato,[6] in eo cum ex ipso fructus est, tum etiam ex ceteris. Temeritate enim remota, gratissima est liberalitas: eoque eam [7] studiosius plerique laudant, quod summi cujusque bonitas commune perfugium est omnium. Danda igitur opera est, ut his [8] beneficiis quam plurimos afficiamus, quorum memoria liberis posterisque prodatur, ut iis ingratis esse non liceat. Omnes enim immemorem [9] beneficii oderunt; eamque injuriam in deterrenda liberalitate sibi etiam fieri, eumque, qui faciat, communem hostem tenuiorum putant. Atque hæc benignitas etiam reipublicæ utilis est,[10] redimi e servitute captos, locupletari tenuiores; quod quidem vulgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiose videmus. Hanc ergo [11] consuetudinem benignitatis largitioni munerum longe antepono. Hæc est gravium hominum atque magnorum; illa quasi assentatorum populi, multitudinis levitatem voluptate quasi titillantium. 64. Conveniet [12] autem, cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus et confiniis, æquum et facilem; multa multis de jure suo ceden-

Bern. 4.—5 *Beneficia* Bern. 3. 4.—6 Gud. 3. et Beier. *grato est.* Actutum, *in eo tum* Bern. 4. Basil.—7 Bern. 4. *eoque etiam.* Statim, *studiosissime* Victor. *commune profugium* in eadem ed.—8 Bern. 2. Basil. Græv. Facciol. Heusing. *ut iis;* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *ut hos.* Mox, *quam plurimis* in iisdem edd. *quorum l. p. memoria prodatur* Bern. 5. *quorum l. p. prodatur memoria* Magnol. Manut. Facciol. *ut his ingr.* Bern. 1. Victor. Magnol. Manut. Lamb.—9 *Omnes e. immemores* Bern. 5. Basil. *deterenda* codd. aliquot; *detrahenda* Basil.—10 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *est utilis.*—11 *Hanc ego* Lactant. vi. 12. 15. Beier. Billerb. Orell. prob. J. F. Heusing. *longe* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. *hæc ergo est* Basil. *est* omittit Bern. 2. a m. pr. *populi* omittit Petr. 1568. *quasi* omittit Basil.—12 *Convenit* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *tum in dando* Bern. 3. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *emundo, vendundo* Petr. 1568. *in vicinitatibus* Magnol. Manut. Lamb. *confinibus* Bern. 3. 4. *æquum, facilem* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *de suo jure* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Orell. *concedentem* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *vero* omittit Bern. 4. *et nescio an p. p. e. q. liceat* desunt in

Digitized by Google

tem; a litibus vero, quantum liceat, et nescio an paulo plus etiam quam liceat, abhorrentem. Est enim non modo liberale, paulum nonnunquam de suo jure decedere, sed interdum etiam fructuosum. Habenda autem est ratio[13] rei familiaris, quam quidem dilabi sinere, flagitiosum est; sed ita, ut illiberalitatis avaritiæque absit suspicio. Posse enim liberalitate uti, non spoliantem se patrimonio, nimirum is est[14] pecuniæ fructus maximus. Recte etiam[15] a Theophrasto[i] est laudata hospitalitas. Est enim, ut mihi quidem[16] videtur, valde decorum, patere domos hominum illustrium illustribus hospitibus: idque etiam reipublicæ est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in urbe nostra non egere. Est autem etiam[17] vehementer utile iis qui honeste posse multum volunt, per hospites apud externos populos valere opibus et gratia. Theophrastus quidem scribit,[18] Cimonem[k] Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse: ita enim instituisse, et villicis imperavisse, ut omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam devertisset. XIX. 65. Quæ autem opera, non largitione, beneficia dantur, hæc

eodem cod.—13 *Hab. a. ratio est* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. *delabi* Bern. 1. 2. 4. 5. Victor. *flagitium est* Bern. 3. *et ita* Bern. 3.—14 Lamb. Petr. 1568. *is est nimirum;* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. omittunt *is* Actutum, *pecuniæ est* Bern. 4. —15 *Recte igitur etiam* Bern. 4.—16 Voc. *quidem* omittunt Bern. 5. Magnol. Manut. *domus hominum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. *hospitibus illustribus* Bern. 1. 2. 3. Basil. Lamb. Petr. 1568. *est reip.* Basil. *est* omittit Bern. 4.—17 *Est etiam*, omisso *autem*, Bern. 4. Magnol. Manut. Facciol. *Est autem* omittit Bern. 5. *etiam* omittit Lamb. *utile his* Bern. 1. *his utile* Bern. 4. *multum posse* Victor. *posse multa* Bern. 5. Magnol. Manut.—18 *Theoph. scribit quidem* Bern. 5. Victor. Magnol. *in vill. imperasse* Magnol. Manut. Lamb. *in vilicis imperavisse* Bern. 2. *ut o. præberent ... in villas suas* Basil. *divertisset* Bern. 3. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568.

NOTÆ

[i] *A Theophrasto*] In libro De Divitiis, quem supra commemoravit.

[k] *Cimonem*] Filium Miltiadis. Non solis Laciadibus, quæ una ex curiis, seu tribubus Atheniensibus fuit, sed omnibus etiam pauperibus, auctore Plutarcho, licebat ad mensam accedere, quam Cimon quotidie lautissimam domi parabat. Præterea, cum per vicos iret, subsequi famulos jubebat vestibus pretiosis onustos, eas commutaturos cum pauperibus, quos Cimon in via offenderet. Plura Plut. in ejus Vita.

Digitized by Google

tum[1] in universam rempublicam, tum in singulos cives, conferuntur. Nam in jure[2] cavere, consilio juvare, atque hoc scientiæ genere prodesse quam plurimis, vehementer et ad opes augendas pertinet, et ad gratiam. Itaque, cum multa præclara majorum,[3] tum quod optime constituti juris civilis summo semper in honore fuit cognitio atque interpretatio [*p.* 47.] (quam quidem, ante hanc confusionem temporum, in possessione sua principes retinuerunt); nunc, ut honores, ut omnes dignitatis gradus, sic hujus scientiæ splendor deletus est: idque eo indignius, quod eo tempore hoc contigit, cum is esset,[1] qui omnes superiores, quibus honore par esset, scientia facile vicisset. Hæc igitur opera grata multis, et ad beneficiis obstringendos[4] homines accommodata. 66. Atque huic arti finitima est dicendi[5] gravior facultas, et gratior, et ornatior. Quid enim eloquentia præstabilius,[6] vel admiratione audientium, vel spe indigentium, vel eorum, qui defensi sunt, gratia? Huic quoque ergo[7] a majoribus nostris est, in toga, dignitatis principatus datus. Diserti igitur hominis, et facile laborantis, quodque in patriis est moribus, multorum causas, et non gravate, et gratuito defendentis, beneficia et patrocinia late patent. 67. Admonebat me res, ut hoc quoque loco[8] intermissionem eloquentiæ, ne dicam interitum, deplorarem; ni vererer, ne de meipso aliquid viderer queri.

Cap. xix. 1 Petr. 1568. *cum.* Statim, *tum singulos* Bern. 2.—2 *Nam jure* in eodem cod.—3 *Itaque tum multa p. instituta majorum* Basil. *tum quam optime* Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Paulo post, *ut omnis dig.* Basil. Magnol. Manut. *hoc contingit* Bern. 4. Basil.—4 Basil. Magnol. Manut. *astringendos.*—5 Voc. *dicendi* omittit Bern. 3. *facultas gravior gratior* Gud. 4. *et gratior* duo codd. Oxon. ut volebat Heuman. *dicendi facultas gravior et orn.* conj. Gernh. *dic. fac. et gravior et orn.* Beier. *gravior* delevit Lamb.—6 *Quid e. e. laudabilius, præstabilius* Bern. 5. *Quid e. e. laudabilius et præstabilius* Magnol. Manut. *vel* omittit Bern. 4.—7 *Huic ergo* Gud. 3. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Ergo huic quoque* Lamb. *Huic quoque ergo generi* Basil. *in tota dignitatis* Bern. 2. 4. *in tota dignitate* Bern. 1. Basil. Victor. Magnol. Manut.—8 Basil. *ut hoc loco.* Mox, *nisi vererer* Lamb.

NOTÆ

[1] *Cum is esset*] Quem e jurisconsultis temporis sui intelligat Cicero, non facile assequaris; plures enim ea ætate floruisse compertum est: an Ser. Sulpicium, an Scævolam, an Q. Catulum, an M. Antonium?

Digitized by Google

Sed tamen videmus, quibus exstinctis oratoribus, quam in paucis spes, quanto in paucioribus facultas, quam in multis sit audacia. Cum autem omnes non possint,[9] ne multi quidem, aut jurisperiti esse aut diserti; licet tamen opera prodesse multis, beneficia petentem, commendantem judicibus et magistratibus, vigilantem pro re alterius, eos ipsos, qui aut consuluntur aut defendunt, rogantem; quod qui faciunt, plurimum gratiæ consequuntur, latissimeque eorum manat industria. 68. Jam illud non sunt admonendi, (est enim in promtu) ut animum advertant,[10] cum juvare alios velint, ne quos offendant. Sæpe enim[11] aut eos lædunt quos non debent, aut eos, quos non expedit; si imprudentes, negligentiæ est; si scientes, temeritatis. Utendum etiam est[12] excusatione adversus eos quos invitus offendas, quacumque possis, quare id, quod feceris, necesse fuerit, nec aliter facere potueris: ceterisque operis et officiis erit, quod violatum est, compensandum. XX. 69. Sed cum, in hominibus juvandis, aut mores spectari, aut fortuna soleat; dictu quidem est proclive,[1] itaque vulgo loquuntur, se, in beneficiis collocandis, mores hominum, non fortunam, sequi. Honesta oratio est.[2] Sed quis est tandem, qui inopis et optimi viri causæ non anteponat, in opera danda, gratiam fortunati et potentis? A quo enim expeditior et celerior remuneratio fore videtur, in eum fere est voluntas nostra propensior. Sed animadvertendum est diligentius, quæ natura rerum sit. Nimirum enim[3] inops

aliquid de me ipse Basil. *a. de me ipse* Petr. 1568. Pearc.—9 Beier. et Billerb. cum codd. aliquot *non possint omnes;* Pearc. *omnes non possunt.* Paulo post, *judicibus, magistratibus* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Petr. 1568. *jud. aut mag.* Victor. *qui aut consulunt* Bern. 5. Magnol. Manut. *qui aut consultantur* Basil. *plurimas gratias* Bern. 3.—10 Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *ut animadvertant.* Mox, *alios juvare* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—11 *Sæpe etenim* Bern. 4. *non debeant* Bern. 5. Gud. 2. Gernb.—12 *Utendum est etiam* e codd. Beier. *Utendum autem est* Lamb. *Utendum est autem etiam* Petr. 1568. *quacumque possit* Gud. 1. Gernb. Schutz. Beier. *certisque operis* Magnol. Manut. *et off. erit id* Bern. 1. 3. 4. Basil. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Beier. *est violatum* Bern. 4. *est* omittit Bern. 1. *violatum videbitur* Bern. 3. *pensandum* Victor.

CAP. XX. 1 Gud. 4. Beier. *dictu quidem proclive.* Mox, *sese in benef.* Bern. 5. Magnol. Manut. *locandis* Bern. 4. *mores hominis* Bern. 3.—2 *Honesta ratio est* Olshausen. Paulo post, *a quo exped.* Bern. 4. *fere* deest in eodem

Digitized by Google

ille, si bonus est vir, etiam si referre gratiam non potest, habere certe potest. Commode autem, quicumque dixit, 'pecuniam qui habeat, non reddidisse; qui[4] reddiderit, non habere; gratiam autem, et qui retulerit, habere, et qui habeat, retulisse.' At, qui se locupletes, honoratos, beatos[5] putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt. Quinetiam beneficium se dedisse arbitrantur, cum ipsi quamvis magnum aliquod acceperint: atque etiam a se postulari aut expectari aliquid suspicantur: patrocinio vero se usos, et clientes appellari, mortis instar putant. 70. [*p.* 48.] At vero ille tenuis, cum, quicquid[6] factum sit, se spectatum, non fortunam, putet, non modo illi qui est meritus, sed etiam illis a quibus expectat, (eget enim multis) gratum se videri studet. Neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Videndumque illud est,[7] quod, si opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno, aut forte in liberis ejus, manet gratia: sin autem inopem, probum tamen et modestum, omnes non improbi humiles (quæ magna in populo multitudo est) præsidium sibi paratum vident. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos, beneficium collocari puto. 71. Danda omnino opera est, ut omni generi satisfacere possimus. Sed, si res in contentionem veniet, nimirum Themistocles[m]

cod.—3 Bern. 5 omittit *enim*. Statim, *si est bonus* Basil.—4 Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *et qui*. Pro *retulerit* Bern. 4 habet *reddidit*; Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *reddiderit*.—5 Magnol. Manut. Lamb. Petr. *et beatos*. Statim, *ii ne obl.* Basil. Heusing. Orell. *magnum aliquid* Victor. Lamb. Petr. 1568. *aliquid magnum* Bern. 5. *aliquod magnum* Magnol. Manut. *æque etiam* Bern. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. *aut postulari* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *patr. vero tuo* Bern. 3. Græv. Colon. 1748. *usos se* Basil. *se esse usos* Lamb. *aut clientes* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier.—6 Bern. 5. Magnol. Manut. *quid*. Mox, *sese spect*. Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. *putat* Bern. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Heusing. Gernh. Beier. *putant* Bern. 1. *putans* Magnol. Manut. unde Beier. conj. *At v. ille tenuis, q. . . . putans*. Orell. conj. *quoniam quicquid f. sit . . . putat*. Deinde, *se gratum* Bern. 3. *neque modo verbis* Basil. *neque enim verbis* Bern. 5. Magnol. Manut. *neque verbis auget* Bern. 5. cum uno cod. Facciolati.—7 *Videndum quoque illud est* Petr. 1568. *Videndum et illud est* Facciol. *Videndumque illud idem est* Bern. 5. *Vi-*

NOTÆ

[m] *Themistocles*] Idem de eo refert Val. Max. VII. 2. et Plut. in ejus Vita, et in Apophth.

Digitized by Google

est auctor adhibendus;[8] qui, cum consuleretur, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti, filiam collocaret; 'Ego vero,'[9] inquit, 'malo virum, qui pecunia egeat, quam pecuniam, quæ viro.' Sed corrupti mores depravatique sunt admiratione divitiarum; quarum magnitudo quid ad unumquemque nostrum pertinet? Illum fortasse adjuvat,[10] qui habet: ne id quidem semper: sed fac juvare: utentior sane sit; honestior vero quomodo? Quod si etiam bonus erit vir, ne impediant[11] divitiæ, quo minus juvetur, modo ne adjuvent: sitque omne judicium, non quam locuples, sed qualis, quisque sit. Extremum autem præceptum, in beneficiis operaque danda, est,[12] ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro injuria. Fundamentum enim perpetuæ commendationis et famæ est justitia, sine qua nihil potest esse laudabile.

XXI. 72. Sed, quoniam de eo genere beneficiorum dictum est,[1] quæ ad singulos spectant; deinceps de iis quæ ad universos, quæque ad rempublicam pertinent, disputandum est. Eorum autem ipsorum partim[2] ejusmodi sunt, ut ad universos cives pertineant, partim singulos ut attingant, quæ sunt etiam gratiora. Danda est opera[3] omnino, si possit, utrisque, nec minus, ut etiam singulis consulatur, sed ita, ut ea res aut prosit, aut certe non obsit, reipublicæ.

dendumque illud idem, omisso *est*, Magnol. Manut. *in uno illo* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Græv. Pearc. Hensing. Gernh. *aut si forte* Bern. 3. Mox, pro *humiles* idem cod. habet *homines*.—8 Basil. *auctor adhibendus est.* Statim, *aut minus* Magnol. Manut.—9 Bern. 5. Magnol. Manut. Petr. 1568. omittunt *vero*.—10 Lamb. Petr. 1568. *adjuvet*. Pro *utentior* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Pearc. Facciol. habent *potentior*; Lamb. *opulentior*.—11 *Quod si bonus erit, ne imp.* Bern. 4.—12 Verb. *est* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Orell. *ne quid per injuriam* Magnol. Manut. Græv. Colon. 1748. Facciol. *fundamentum est enim* codd. aliquot, et Schutz. *fundamentum enim est* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Orell. *est* ante *justitia* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Orell.

CAP. XXI. 1 Basil. *satis dictum est.* Mox, *deinceps de his* Bern. 1. 2.—2 *Eorum a. i. quæ partim* Bern. 1. 2. *ut singulos attingant* Bern. 3. Victor.—3 *Danda opera est* Bern. 1. 2. 4. Lamb. Petr. 1568. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Danda est etiam opera* Bern. 5. *est* omittit Bern. 3. *ut utrisque* Lamb. *ut universis* conj. Facciol. *aut certe ne obsit* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—

Digitized by Google

C. Gracchi[4] [n] frumentaria magna largitio; exhauriebat igitur ærarium: modica M. Octavii,[o] et reipublicæ tolerabilis, et plebi necessaria; ergo et civibus et reipublicæ salutaris. 73. Inprimis autem videndum erit ei,[5] qui rempublicam administrabit, ut suum quisque teneat, neque de bonis privatorum publice deminutio fiat. Perniciose enim Philippus[p] in tribunatu, cum legem agrariam ferret (quam tamen[6] antiquari facile passus est, et in eo vehementer se moderatum præbuit); sed cum, in agendo, multa populariter, tum illud male, 'non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent.' Capitalis oratio, et ad[7] æquationem bonorum pertinens; qua peste quæ potest esse major? Hanc enim ob causam maxime, ut sua tenerent,[8] respublicæ civitatesque constitutæ sunt. Nam, etsi, duce natura, congregabantur homines, tamen, spe custodiæ rerum suarum, urbium

4 *Ti. Gracchi* Victor. *Caii Helii et Publii Gracchi* Magnol. *largitio fuit* Magnol. Manut. *igitur* omittit Victor.—5 *In pr. vid. est autem* Bern. 5. *ei* omittunt etiam Bern. 3. 4. *ut suum unusquisque* Bern. 4. *teneat neve de, &c.* Beier. *diminutio* Bern. 4. et edd. ante Lamb. *minutio* Bern. 3.—6 Bern. 4 omittit *tamen*. Mox, *vehementer* omittit codex unus Oxon. uncis incluserunt Beier. et Billerb. *tum illud male dixit* Bern. 5. Victor.—7 *Cap. o. est ad* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. *Cap. oratio, ad* Bern. 3. Lamb. 1566. *Cap. omnino oratio est, ad* Magnol. Manut. *Cap. omnino oratio, et* Lamb. 1584. *major esse potest* Bern. 3.—8 Bern. 1. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *tene-*

NOTÆ

[n] *C. Gracchi*] Qui Tib. Gracchi, Romanis seditiosissimi, seditiosior frater. Alias inter ejus leges fuit hæc, invitis patribus, lata; uti semisse atque triente plebi ex publico frumentum viritim singulis mensibus divideretur, horreaque in urbe struerentur, in quibus annua frumentorum pro plebe provisio, cum legibus frumentariis, servaretur; quæ quidem horrea ab ipso legislatore Semproniana vocata sunt. Sext. Pomp. Fest. Huic legi vehementer obstiterunt patres, tum propter ærarii incommodum, tum ne plebis superbia otiumque foveretur.

[o] *M. Octavii*] Oppresso L. Opimii consulis armis C. Graccho, M. Octavius legem frumentariam tulit, qua et Sempronia abrogata est, et provisum plebis commodis, imminuto modii frumentarii pretio. Sed Octavia lex iterum abrogata est per Apuleiam, quæ modios denuo ad trientes atque semisses Semproniæ legis, non sine tumultu, revocavit.

[p] *Philippus*] L. Marcius Philippus, consulatu 666. et censura clarus. Legem agrariam, Gracchanæ similem, promulgare cogitaverat, qua ne quis agri jugera possideret plus quam quingenta; unde divitum bona pauperibus communicarentur.

Digitized by Google

præsidia quærebant. 74. Danda etiam opera est,[9] ne (quod apud majores nostros sæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, assiduitatemque bellorum) tributum sit conferendum; idque ne eveniat, multo ante erit providendum. Sin qua[10] necessitas hujus muneris alicui reipublicæ obvenerit; (malo enim alteri quam nostræ ominari; neque tamen de nostra, sed de omni republica, disputo) danda erit opera, ut omnes intelligant, (si salvi esse velint) necessitati esse parendum. [*p.* 49.] Atque etiam omnes, qui rempublicam gubernabunt,[11] consulere debebunt, ut earum rerum copia sit, quæ sunt necessariæ. Quarum qualis comparatio fieri soleat et debeat, non est necesse disputare: est enim in promtu: tantum locus attingendus fuit. 75. Caput autem est[12] in omni procuratione negotii et muneris publici, ut avaritiæ pellatur etiam minima suspicio. 'Utinam,' inquit C. Pontius[q] Samnis, 'ad illa tempora me fortuna[13] reservasset, et tum essem natus, si quando Romani dona accipere cœpissent! non essem passus diutius eos imperare.' Næ,[14] illi multa sæcula expectanda fuerunt: modo enim hoc malum in hanc rempublicam invasit: itaque facile patior tum potius Pontium fuisse, siquidem in illo tantum fuit ro-

rentur; Bern. 2. *teneretur;* Facciol. *tuerentur.*—9 Petr. 1568. omittit *est.* Mox, *sit* omittit Bern. 4.—10 *Sin quæ* Bern. 1. 2. 3. Victor. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Si qua* Bern. 4. *alteri* omittunt Bern. 2. 4. Victor. Græv. Gernh. Beier. Orell. *enim alii* Bern. 1. Basil. Lamb. Petr. 1568. *enim alienæ quam nostræ reip. ominari* Bern. 3. *neque tantum* Basil. Victor. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *danda est opera* Bern. 3.—11 Basil. Victor. *gubernant.* Statim, *sunt ad victum necessariæ* Bern. 3. *debeat et soleat* Bern. 4. Basil. *fuit* deest in Basil.—12 *Caput autem,* omisso *est,* Basil. *ut* ante *avaritiæ* omittit Bern. 3.—13 Victor. Magnol. Manut. Facciol. *fortuna me.* Actutum, *reservavisset* Bern. 1. 2. 3. Basil. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Orell. *servasset* Magnol. Manut. *et tunc* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *si* omittunt Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *accipere dona* Bern. 4. Lamb. Petr. 1568.—14 *Ne* Bern. 2. 3. 5. Basil. Magnol. *Nec* Victor. *illi quidem* Bern. 5. Magnol. Manut. *facile patiar* Bern. 5. *tunc potius* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *roboris* omittunt optimus cod. Grævii, Bern. 3. Heusing. Gernh.

NOTÆ

[q] *C. Pontius*] Quo duce, Samnites in Romanos bellum gesserunt per annos quinquaginta, et, misso sub jugum exercitu Romano, turpissimas Caudinæ pacis conditiones Romanis imposuerunt. Pontius demum a Q. Fabio Maximo Gurgite captus an. 463. in triumpho ductus, et securi percussus est.

Digitized by Google

boris. Nondum centum et decem [15] anni sunt, cum de pecuniis repetundis a L. Pisone [r] lata est lex, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges, et proximæ quæque [16] duriores; tot rei, tot damnati; tantum Italicum bellum [s] propter judiciorum metum excitatum; tanta, sublatis legibus et judiciis, expilatio direptioque sociorum, ut imbecillitate aliorum, non nostra virtute, valeamus. XXII. 76. Laudat Africanum Panætius, quod fuerit abstinens. Quid ni laudet? [1] sed in illo alia majora. Laus abstinentiæ [2] non hominis est solum, sed etiam temporum illorum. Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est [3] Paulus: [t] tantum in ærarium pecuniæ invexit, ut unius

Schutz. Beier. Orell.—15 *Nondum decem et centum* Bern. 4. *lata lex est* Bern. 1. 2. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—16 Bern. 4. *et prox. et quæque.* Mox, *tot* omittit Manut.

CAP. XXII. 1 *Quid laudetur* Magnol. Manut.—2 *Laus enim abst.* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *Laus sapientiæ* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. *temporum aliorum* Petr. 1568.—3 Gud. 1. et Heusing. omittunt *est.* Statim, *in ær. tantum pecuniæ* Bern. 1. *tantam in ær. pecuniam* Bern. 3. Græv.

NOTÆ

[r] *L. Pisone*] Perperam a Betuleio arguitur Tullius, volente multas leges de repetundis ante L. Pisonem latas. Repetundarum quidem accusati aliqui ante Pisonem, sed ante illum nulla lex. Is est L. Calpurnius Piso, Frugi dictus, de quo nos sæpe; ejus legis meminit rursus in Verr. I. ubi eam appellat 'arcem sociorum.' Pœna pecuniaria tantum fuit. Legibus subsequentibus, Cæcilia, Servilia, Acilia, Cornelia, Julia, adjecta ignominia; ut nec in senatum venire, nec in concione orationem habere, damnati possent: additum deinde et exilium. Calpurniæ verba hæc fuere: 'Utei, quibus in provincieis magistratus populi Rom. eorumve comites, contra leges pecunias cepissent quidve commisissent, earum injuriarum ergo Romæ quiritari, judicioque quæsito, sua repetere provinciales possent.'

[s] *Italicum bellum*] Quod et Marsicum, et Sociale, et Italicum dictum est: Marsicum, quod a Marsis rebellandi initium fuerit; Sociale, quod in excidium reip. Rom. socii conspiraverint; Italicum, quod a Picenis, Campanis, Latinis, Etruscis, et tota pæne Italia, excitatum. Huic locum dedit M. Livii Drusi lex de repetundis; et ab iis cœptum, qui, sibi conscii violatæ legis, reip. judicia metuebant. Eo bello plusquam trecenta millia juventutis Italicæ sublata, ut referunt Strabo et Vell. et libertinos ad militiam succenturiare opus fuit.

[t] *Paulus*] In Pauli Æmilii triumpho Macedonico delata sunt vasa 750. trium talentorum singula capacia: quare tota auri summa potuit esse 10,000,310. coronatorum; præterea infinita vis tabularum, signorum, ex auro, argento, ebore, &c. Finem vero tributorum attulit ea victoria; quod censum deinceps pendere desierint cives usque ad Hirtii et

Digitized by Google

imperatoris præda finem attulerit tributorum. At[4] hic nihil domum suam præter memoriam nominis sempiternam, detulit. Imitatus patrem Africanus, nihilo[5] locupletior[u] Carthagine eversa. Quid? qui ejus collega in censura fuit,[6] L. Mummius,[x] numquid copiosior, cum copiosissimam urbem funditus sustulisset? Italiam ornare, quam domum suam, maluit: quanquam, Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior.[7] 77. Nullum igitur vitium tetrius,[8] (ut eo, unde digressa est, referat se oratio) quam avaritia, præsertim in principibus rempublicam gubernantibus. Habere enim quæstui[9] rempublicam non modo turpe est, sed sceleratum etiam et nefarium. Itaque, quod Apollo Pythius oraculo[10] edidit, Spartam nulla[y] re alia nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed et omnibus opulentis populis, prædixisse. Nulla autem re conciliare facilius[11] benevolentiam multitudinis

Gernh. Schutz. *tantum* omittit Bern. 2. *præda imperatoris* Bern. 4.—4 *At* omittit Bern. 4. *in domum suam intulit præter memoriam nominis sempiternam* codd. aliquot et edd. ante Græv. *domum suam intulerit præter memoriam nominis sempiternam* Bern. 4.—5 Bern. 5. Basil. Magnol. *nihil;* Bern. 3. *nullo.* —6 Bern. 1. 2. 4. Basil. Heusing. Orell. *fuit in censura;* Bern. 3. *fuit in censura fuit.*—7 Basil. *ipsa videtur orn.* omisso *mihi;* Bern. 5. Magnol. Manut. *ipsa videtur mihi orn.* Bern. 3. *ipsa mihi orn. videtur.*—8 *Nullum i. v. tætrius est* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. Heusing. *Nullum i. v. est tetrius* Magnol. Manut. *egressa est* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *digressa est* Bern. 3. Petr. 1568. Græv. Pearc. Facciol. *et remp.* Bern. 1. 2. 5. Basil. et edd. ante Grut. *in remp.* Bern. 4.—9 *Habere e. quæstu* Bern. 3. Basil. Mox, *etiam* omittit Bern. 4.—10 Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Beier. *oraculum;* Bern. 2. *oraclu.* Statim, *alia* omittunt Bern. 4. Heusing. Beier. Billerb. *esse perituram* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. *sed etiam omnibus* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. *sed omnibus* de Gernh. conj. edidit Schutz.—11 Lamb. Petr. 1568. *facilius conciliare.* Mox,

NOTÆ

Pansæ consulatum. Plut. Val. Max. IV. 3.

[u] *Nihilo locupletior*] Post duos consulatus totidemque triumphos, septem tantum servorum satellitio officium legationis functus est. Val. Max. ibidem.

[x] *L. Mummius*] Corinthum delevit, Achaiæ caput, unde Achaici nomen accepit: triumphavit an. 607. qua de re nos alibi.

[y] *Spartam nulla*] Eo oraculo, quod Alcameni et Theopompo redditum est, (auctore Plut. in Apoph.) usi sunt Lysander et Agesilaus, ut legem agrariam, et bonorum æquationem Spartanis suaderent. Plut.

Digitized by Google

possunt ii qui reipublicæ præsunt, quam abstinentia et continentia. 78. Qui vero se populares volunt,[12] ob eamque causam aut agrariam rem tentant, ut possessores suis sedibus pellantur, aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant; ii labefactant fundamenta reipublicæ; concordiam primum, quæ esse non potest, cum aliis adimuntur, aliis condonantur pecuniæ; deinde æquitatem, quæ tollitur omnis, si habere suum cuique non licet. Id enim est proprium (ut supra dixi) civitatis atque urbis, ut sit libera et non solicita suæ rei cujusque[13] custodia. 79. Atque, in hac pernicie reipublicæ, ne illam quidem consequuntur,[14] quam putant, gratiam. Nam, cui res erepta est, est inimicus; cui data, etiam dissimulat se accipere voluisse: et maxime in pecuniis creditis occultat suum gaudium, ne videatur non fuisse solvendo. At vero ille, qui accipit[15] injuriam, et meminit, et præ se fert dolorem suum: nec, si plures sunt ii, quibus improbe datum est, quam illi quibus injuste ademtum est, idcirco plus etiam valent. [*p.* 50.] Non enim numero hæc judicantur, sed pondere. Quam autem habet æquitatem,[16] ut agrum, multis annis aut etiam seculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat; qui autem habuit, amittat? XXIII. 80. Ac,[1] propter hoc injuriæ genus, Lacedæmonii Lysandrum[a] ephorum

possunt hi Bern. 1.—12 *Qui se vero p. volunt* Bern. 4. *Qui vero p. esse volunt* Lamb. Petr. 1568. *Qui vero p. se esse volunt* Gud. 3. probante Heusing. item Gernh. Schutz. Beier. 'Haud displicet.' *Orell.* Mox, *pellantur suis sedibus* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Victor. Lamb. Petr. 1568. *pellantur propriis sedibus* Basil. Tum, *ii* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *conc. primum tollunt* Magnol. Manut.—13 Basil. *cuique*, probantibus J. F. Gronov. et Beier.—14 Petr. 1568. *consequantur*. Pro *gratiam* Bern. 4 habet *gloriam*. Statim, alterum *est* omittunt Bern. 4. 5. Magnol. Manut. *cui data est* quinque Bern. Victor. Magnol. Manut. *in iis pecuniis* Græv. et Pearc.—15 Bern. 3. *accepit*. Mox, *sese fert* Bern. 1. 2. et optimi codd. Heusingeri. *Sunt hi* Bern. 1. *est ademtum* Gud. 4. *est* delevit Beier. *etiam plus* Bern. 4.—16 *Quam a. æquitatem habet* Bern. 3. *aut sæculis*, omisso *etiam*, Basil.

CAP. XXIII. 1 *At* Bern. 1. 2. 3. Basil. *quod nunquam ante* Bern. 3. *acciderat apud eos* Bern. 5. *exque eo* Bern. 1. 2. 3. Græv. Heusing. Gernh. Beier.

NOTÆ

[a] *Lysandrum*] Agis Lacedæmoniorum rex erat; Lysander ephorus: uterque sentiebat et agros viritim dividendos, et creditam pecuniam plebi donandam; adeoque leges duas ferendas, fœnebrem et agrariam, qui-

Digitized by Google

expulerunt; Agin regem (quod nunquam antea apud eos acciderat) necaverunt: ex eoque tempore tantæ discordiæ secutæ sunt, ut et tyranni existerent, et optimates exterminarentur, et præclarissime constituta respublica dilaberetur: nec vero solum ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum, quæ, a Lacedæmoniis profecta,[2] manarunt latius. Quid? nostros Gracchos,[a] Ti. Gracchi, summi viri, filios, Africani nepotes, nonne agrariæ contentiones perdiderunt? 81. At vero Aratus[b] Sicyonius jure laudatur, qui, cum ejus civitas quinquaginta annos a tyrannis teneretur, profectus Argis[3] Sicyonem, clandestino introitu urbe est potitus. Cumque tyrannum Nicoclem improviso oppressisset, sexcentos exules, qui fuerant ejus civitatis locupletissimi, restituit; remque publicam adventu suo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis et possessionibus difficultatem, quod et eos quos ipse[4] restituerat, quorum bona alii possederant, egere iniquissimum arbitrabatur, et quinquaginta annorum possessiones moveri non nimis æquum putabat, propterea quod tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emtionibus, multa dotibus, tenebantur sine injuria; judicavit, neque illis adimi, neque his non satisfieri, quorum illa fuerant,

Orell. *ex quo eo* Bern. 5. Magnol. Manut. *atque eo* Bern. 4.—2 Ita Gud. 2. Lamb. Pearc. Gernh. Beier. *profectæ* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Græv. Heusing. Orell. *emanarunt* Gud. 2.—3 Petr. 1568. *ab Argis.* Pro *urbe* codd. aliquot, Lamb. Petr. 1568. Beier. habent *urbem.* Mox, *qui locupletissimi fuerant ejus civitatis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568.—4 Bern. 5. Magnol. Manut. *quos et ipse.* Statim, *iniquissimum esse* Bern. 1. 2. Basil. Victor. *possessiones movere* Bern. 1. 2. 4. Basil. et edd. ante Pearc. *dotibus detinebantur* Magnol. Manut. *nec iis non, &c.*

NOTÆ

bus civitas eum reciperet statum quem a Lycurgo acceperat. Sed eam ob causam pulsus e civitate Lysander; Agis, qui in templum Chalcææ Palladis confugerat, ex balneo dum redit, ab Amphare et Demochare proditus, in vincula correptus, strangulatur. Agin mire laudat Plut.

[a] *Nostros Gracchos*] Vide superiora.

[b] *Aratus*] Vir summæ auctoritatis, ab Argivis, ut eorum civitatem componeret, accitus; sed mox, ad liberandam Sicyonem, Peloponnesi urbem, patriam suam, a Paseo Abantida, Pasei filio, et Nicocle occupatam, redire coactus est. Vitam ejus scripsit Plut.

Digitized by Google

oportere. 82. Cum igitur[5] statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci velle dixit; remque integram ad reditum suum jussit esse: isque celeriter ad Ptolemæum,[c] suum hospitem, venit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditam: cui cum exposuisset, patriam se liberare velle, causamque docuisset; a rege opulento vir summus facile impetravit, ut grandi pecunia adjuvaretur. Quam cum Sicyonem[6] attulisset, adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit et eorum qui aliena tenebant, et eorum qui sua amiserant: perfecitque, æstimandis possessionibus, ut persuaderet aliis, ut pecuniam accipere mallent, possessionibus cederent; aliis, ut commodius putarent, numerari sibi, quod tanti esset, quam suum recuperare. Ita perfectum est,[7] ut omnes, concordia constituta, sine querela discederent. 83. O virum magnum, dignumque, qui in nostra republica[8] natus esset! Sic par est agere cum civibus, non (ut bis jam[9] vidimus) hastam in foro ponere, et bona civium voci subjicere præconis. At ille Græcus (id, quod fuit sapientis et præstantis viri[10]) omnibus consulendum putavit: eaque est summa ratio et sapientia boni civis,

Bern. 3. Basil. Orell. *nec his non, &c.* Bern. 1.—5 *Cum is igitur* Bern. 3. *ad eam rem constituendam opus esse* Lamb. Petr. 1568. *Alexandream* Bern. 2. *proficisci se velle* Bern. 1. *velle* cum duobus codd. delevit Heusing. *itaque celeriter* conj. Wyttenb. *atque celeriter* conj. Gernh. *qui cum expos.* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Magnol. Manut.—6 *Quam cum in Sic.* Bern. 5. Magnol. Manut. *sibi* delerunt Lamb. et Petr. 1568. *aliena detinebant* Bern. 5. Magnol. Manut. *aliena petebant* Bern. 4. *præfecitque æst.* Magnol. Manut. *ut persuaderent* Bern. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. *et ut persuaderet* Bern. 5. Magnol. Manut. *et possessionibus* Basil. Magnol. Manut. *recuperare suum* Basil.—7 *Ita perfectum,* omisso *est,* Bern. 3. *constituta concordia* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol.—8 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. optimi codd. Heusingeri, Orell. *in republica nostra.*—9 Bern. 4. *cum civibus agere n. ut jam bis.*—10 Basil. *sap. et præst. viri fuit.* Mox, pro *boni* Bern. 5. Magnol. Manut. habent *summi.* Tum, *civium defendere, non divellere* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut.

NOTÆ

[c] *Ptolemæum*] Philadelphum opinor, cum Mureto, Lagi filium, quem signis et tabulis ex Græcia delatis sibi devinxerat. Reges Ægypti omnes (qui antea Pharaones) Ptolemæi dicti sunt, a Ptolemæo Lago, gregarii militis filio, qui Ægyptum armis occupavit. Ita reges Athenienses Cecropidæ, Medorum Phraortes, Romanorum Cæsares, Philistinorum Sennacherib.

Digitized by Google

commoda civium non divellere, atque omnes æquitate eadem continere. Habitant[11] gratis[d] in alieno. Quid ita? Ut, cum ego emerim, ædificarim,[12] tuear, impendam, tu, me invito, fruare meo? Quid est aliud,[13] aliis sua eripere, aliis dare aliena? 84. Tabulæ vero novæ[e] quid habent argumenti, nisi, ut emas[14] mea pecunia fundum; eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? XXIV. [*p.* 51.] Quamobrem, ne sit æs alienum quod reipublicæ noceat, providendum est; quod multis rationibus caveri potest; non, si fuerit,[1] ut locupletes suum perdant, debitores lucrentur alienum: nec enim ulla res vehementius rempublicam continet, quam fides; quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Nunquam[2] vehementius actum est, quam me consule,[f] ne solveretur. Armis et castris tentata res est ab omni genere hominum et ordine; quibus sic restiti, ut hoc tantum malum de republica tolleretur. Nunquam nec majus æs alienum fuit, nec melius nec facilius dissolutum est. Fraudandi enim spe sublata, solvendi

civium non divellere, sed defendere Basil. *eadem æquitate* Bern. 3.—11 *Habitent* Bern. 1. 2. 3. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Lall. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—12 Bern. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *ædificaverim.*—13 *Quid aliud est* Basil. *eripere sua aliis* in eodem cod. *quam aliis* Victor. *nisi aliis* Magnol. Manut.—14 Victor. *ut emas tibi.* Mox, *et eum* Magnol. Manut. *pecuniam non habeam* Lamb.

Cap. XXIV. 1 Ita Bern. 2. 4. Basil. Lamb. seqq. *non sic fuerit* Bern. 1. *nam si fuerit* Bern. 3. *si non fuerit* Bern. 5. *hoc si non fuerit* Victor. *si hoc non fuerit* Magnol. Manut. Statim, *vehementius ulla res* Bern. 4. *rerum solutio* Bern. 3.—2 *Nunquam enim* Magnol. Manut. *quibus ita restiti* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *ut hoc totum malum* Bern. 1. 2. Pearc. *ut totum hoc malum* Bern. 3. Victor.—

NOTÆ

[d] *Habitant gratis*] Hæc verba credo partem formulæ, qua tabulis novis veteres abrogarentur.

[e] *Tabulæ novæ*] Tabulæ vocabantur syngraphæ in quibus facta nomina scribebantur. Tabulis quandoque novis ex S. C. veteres abrogabantur, ne debitores creditas sibi pecunias cum usuris persolvere cogerentur; idque in plebis subsidium fiebat, cum, obruta potentiorum fœnore, solvendo non esset.

[f] *Me consule*] Hinc maxime Catilinæ partes creverunt, ascitis omnibus qui ære alieno oppressi essent. Sed, oppresso Catilina, propositisque tabulis auctionariis, Cicero solvendi et necessitatem debitoribus imposuit, et modum dedit.

Digitized by Google

necessitas consecuta est. At vero hic, nunc[3] victor,[g] tum quidem victus, quæ cogitarat, ea perfecit, cum ejus jam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare, etiam si causa non esset. 85. Ab hoc igitur genere largitionis, ut aliis detur, aliis auferatur, aberunt ii, qui rempublicam tuebuntur: inprimisque operam dabunt,[4] ut juris et judiciorum æquitate suum quisque teneat; et neque tenuiores propter humilitatem circumveniantur, neque locupletibus, ad sua vel tenenda vel recuperanda, obsit invidia: præterea, quibuscumque rebus vel belli vel domi poterunt, rempublicam augeant imperio, agris, vectigalibus. Hæc magnorum hominum sunt;[5] hæc apud majores nostros factitata; hæc genera officiorum qui persequuntur, cum summa utilitate reipublicæ magnam ipsi adipiscentur et gratiam et gloriam.

86. In his autem utilitatum præceptis, Antipater Tyrius, Stoicus,[h] (qui Athenis nuper est mortuus) duo præterita censet esse a Panætio,[6] valetudinis curationem et pecuniæ: quas res a summo philosopho præteritas arbitror, quod essent faciles: sunt certe utiles. Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis; et observatione,[7] quæ res aut

3 *At vero hic noster* Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Lall. *At vero hic noster nunc* Gud. 5. probante Schutz. *tunc quidem* Lamb. Petr. 1568. *nunc quidem* Magnol. Manut. *tum ea perfecit* Lamb. Petr. 1568. Lall. *cum ipsius intereat, tum ea perf.* Bern. 3. *libido peccandi* Bern. 4. Basil. *eum* omittunt Bern. 4. Basil.—4 Bern. 3. *dabunt operam.* Mox, *propter imbecillitatem* Bern. 5. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. Pro *tenenda* Petr. 1568. habet *tuenda;* Basil. *ad sua recuperanda,* omissis intermediis. *vel belliis* Bern. 1. 2. 4. *vel bello* Victor. *vel domi vel belli* Bern. 3.—5 *Hæc m. h. sunt* desunt in Petr. 1568. *qui persequentur* Lamb. *magnam sibi adip.* Anem. Facciol. *m. ipsi adipiscuntur* Bern. 3. Basil. *et* ante *gratiam* omittit Bern. 4.—6 Ita Bern. 1. 4. Basil. Victor. Græv. seqq. *duo præterita censet a Panætio* Bern. 3. *præterita tacens c. esse a Panætio* Bern. 2. *duo præcepta c. esse a P. prætermissa* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *duo censet esse a P. prætermissa* Petr. 1568. Statim, Olshausen. et Orell. distinguunt, *faciles. Sunt certe utiles: sed, &c.* Voc. *sed* suspectum est a Facciol.—7 Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Facciol. *et observatione earum rerum.* Mox, *in omni victu cultuque* Basil. *in victu atque in*

NOTÆ

g *Hic, nunc victor*] Jul. Cæsar quartam partem æris alieni remisit.

h *Antipater Stoicus*] Catonis Uticensis familiaris. Plut.

Digitized by Google

prodesse soleant, aut obesse; et continentia in victu omni atque cultu, corporis tuendi causa; et prætermittendis voluptatibus; postremo, arte eorum, quorum ad scientiam hæc pertinent. 87. Res autem familiaris quæri debet iis rebus[8] a quibus abest turpitudo, conservari autem diligentia et parsimonia; iisdem etiam rebus augeri. Has res commodissime Xenophon[i] Socraticus persecutus est in eo libro, qui 'Œconomicus' inscribitur; quem nos, ista fere ætate cum essemus, qua es tu[9] nunc, e Græco in Latinum convertimus.

XXV. 88. Sed utilitatum comparatio (quoniam hic locus erat quartus a Panætio prætermissus) sæpe est[1] necessaria. Nam et corporis commoda cum externis, et externa cum corporis,[2] et ipsa inter se corporis, et externa cum externis, comparari solent. Cum externis, corporis hoc modo comparantur: Valere ut malis, quam dives esse. Cum corporis externa, hoc modo: Dives esse potius, quam maximis corporis viribus. Ipsa inter se corporis sic: ut Bona valetudo voluptati anteponatur, vires celeritati. Externorum autem, ut Gloria divitiis, vectigalia urbana rusticis. 89. Ex quo genere comparationis, illud est Catonis senis;[3] a quo cum quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, Bene pascere. Quid secundum? Satis bene pascere. Quid tertium? Male pascere.[4][k] Quid

cultu Bern. 4. *et* ante *prætermittendis* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568.—8 Bern. 1. 4. Magnol. *his rebus.* Actutum, præpositio *a* deest in Bern. 5.—9 Petr. 1568. *tu es.* Statim, *e Græco* omittit Gud. 1. uncis incluserunt Heusing. Gernh. deleruut Schutz. Beier.

CAP. XXV. 1 Bern. 4 omittit *est.*—2 Bern. 3. *cum corpore.* Mox, *comparantur* omittunt duo codd. Lambini, Lamb. ipse, Petr. 1568. Beier. Billerb Deinde, *corporis comparantur sic ut bona* Bern. 5. *corporis comparantur sic bona* Bern. 4. Magnol. Manut. *ut vectigalia* Basil.—3 Basil. *senis Catonis.*—4 Ita

NOTÆ

[i] *Xenophon*] Extat ille Xenophontis liber; Tulliana versio periit. De illa versione hoc tulit judicium Hieron. 'Noster Tullius Platonis integros libros ad verbum interpretatus est; et, cum Aratum versibus hexametris edidisset, in Xenophontis Œconomico lusit: in quo opere ita sæpe aureum illud flumen eloquentiæ quibusdam scabris et turbulentis obicibus retardatur; ut, qui interpretatum nesciunt, a Cicerone dicta non credant.'

[k] *Male pascere* [*bene vestire*] Legi malim *bene vitire*, tum quod sic habetur in antiquioribus codicibus, tum

Digitized by Google

quartum? Arare. [*p.* 52.] Et, cum ille, qui quæsierat, dixisset, Quid fœnerari?[5] tum Cato, 'Quid hominem,' inquit,[6] 'occidere?' Ex quo, et multis aliis, intelligi debet,[7] utilitatum comparationes fieri solere, recteque hoc adjunctum esse quartum exquirendorum officiorum genus. 90. Sed toto hoc de genere,[8] de quærenda, de collocandâ pecunia, etiam de utenda, commodius a quibusdam optimis viris ad medium Janum[1] sedentibus, quam ab ullis philosophis ulla in schola, disputatur. Sunt tamen ea cognoscenda: pertinent enim ad utilitatem, de qua hoc libro disputatum est. Reliqua deinceps persequemur.[9]

Bern. 3. Pal. 1. opt. cod. Grævii, Grut. seqq. *Quid tertium? Male pascere* desunt in Bern. 1. 2. *Quid tertium? Bene vestire* exhibent Bern. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Lamb. Petr. 1568. *Quid tertium? Bene vitire* Manut. *Male pascere. Quid quartum?* desunt in Gud. 1. Pal. 2. uncis inclusit Schutz.—5 *Quid fenerare* Bern. 3.—6 Ita Basil. et Facciol. alii codd. et edd. omittunt *inquit.*—7 Basil. *debet intelligi.* Statim, *solere fieri* Basil. Magnol. Manut. *et recte* Victor.—8 *Sed toto hoc genere* Bern. 2. 3. *vellem etiam de utenda* cod. Langii, Bern. 3. Lamb. Petr. 1568. Græv. Facciol. Gernh. Beier. Nobb. Orell. *vellem etiam* desunt in Gud. 2.—9 Basil. et Lamb. *persequamur.*

NOTÆ

quod Plin. XVIII. 5. cum vocem illam Catonis refert, eam de vite interpretari videtur. A vitibus igitur curandis antiqua vox 'vitire.'

1 *Ad medium Janum*] Erat in medio foro templum Jani, ad quod convenire fœneratores debitoresque consueverunt. Horat. Sat. II. 3. 'Postquam omnis res mea Janum Ad medium fracta est,' &c. et alibi, 'Hæc Janus summus ab imo Perdocet.'

Digitized by Google

M. TULLII CICERONIS

DE OFFICIIS

AD MARCUM FILIUM

LIBER III.*

ARGUMENTUM.

Hic liber de comparatione honestatis et utilitatis agit, quæ erat tertia propositæ disputationis pars. Negat Cicero, aut dubitandum esse, aut unquam dubitari, an id, quod utile videatur, honesto sit anteponendum; sed tempora incidere, quibus, quod turpe haberi soleat, honestum videatur: tanquam, quod turpe sit occidere aliquem, si tyrannus occidatur, non modo non turpe, sed etiam gloriosum videri; in quo non anteponitur utile honesto, sed honestas utilitatem sequitur. Itaque, ut sine ullo errore dijudicari possit, si quando cum illo, quod honestum intelligitur, pugnare id videbitur, quod appellamus utile, formulam quandam constituit, e Stoicorum disciplina, quam si quis in comparatione rerum sequatur, nunquam ab officio recedat. Ea hæc est: detrahere aliquid alteri, et alterius incommodo suum augere commodum, est contra naturam; pro multorum autem incolumitate et salute labores et molestias suscipere, secundum naturam est. Hanc legem qui servaverit, nunquam aberrabit, neque aut temporibus perturbabitur, aut jure civili, quo quæ conceduntur, turpia quidem plerisque non videntur, sed sunt tamen sæpissime, cum formulæ constitutæ, h. e. legi naturæ, repugnant. Ex hac formula deinde multas quæstiones propositas, quibus officium ex temporibus exquiritur, explicat.

I. 1. Publium Scipionem,[1] Marce fili, eum, qui pri-

Cap. I. 1 *P. Scip.* multi codd. et edd. *Publium* omittunt Bern. 1. 3. *ap-*

[* In hoc libro tertio desunt Interpretatio et Notæ, Delphiniani editoris morte interceptæ.]

Digitized by Google

mus Africanus appellatus est, dicere solitum, scripsit Cato, qui fuit fere ejus æqualis, 'Nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus; nec minus solum, quam cum solus esset.' Magnifica vero vox, et magno viro ac sapiente[2] digna, quæ declarat, illum et in otio de negotiis cogitare, et in solitudine secum loqui solitum; ut neque cessaret unquam, et interdum colloquio alterius non egeret. Itaque[3] duæ res, quæ languorem afferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo. Vellem nobis[4] hoc idem vere dicere liceret: sed, si minus imitatione tantam ingenii præstantiam consequi possumus, voluntate certe proxime accedimus. Nam et a republica forensibusque negotiis, armis impiis vique,[5] prohibiti, otium persequimur; et, ob eam causam, urbe relicta, rura peragrantes, sæpe soli sumus. 2. Sed nec[6] otium hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est. Ille enim, requiescens[7] a reipublicæ pulcherrimis muneribus, otium sibi sumebat aliquando; et a cœtu hominum frequentiaque interdum, tanquam in portum, se in solitudinem recipiebat. Nostrum autem otium negotii inopia, non requiescendi studio, constitutum est. Exstincto enim senatu, [p. 53.] deletisque judiciis, quid est, quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere possimus? 3. Itaque, qui in maxima[8] celebritate atque in oculis civium quondam viximus, nunc

pellatus sit Bern. 1. 3. Basil. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *ejus fere* Bern. 1. 3. 4. Victor. Petr. 1568. Beier. Statim, *esse* delevit Lamb. —2 Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *et magno viro et sapiente.*—3 Sic Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Græv. Pearc. Orell. *Ita* codd. aliquot, Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.—4 *Vellem et nobis* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *hoc idem fere* Bern. 5. *hoc idem nobis vere* Basil. *vere* omittunt codd. aliquot Lamb. Petr. 1568. Gernh. Schutz. Beier. *dicere* omittit Bern. 3.—5 Bern. 3. *causis, armis impiis, inique.* Mox, *consequimur* Basil. *relicta, peregrinantes* Lamb. *soli fuimus* Bern. 5.—6 Ita omnes fere codd. et edd. *Sed neque* Bern. 3. et Orell. *hoc otium* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. *neque hæc solitudo* Bern. 5. a m. sec. *hæc* omittunt Magnol. et Manut.—7 *Requiescens enim sibi* Bern. 4. *et e cœtu* Bern. 3. *et cœtu* Bern. 1. 4. *interdum se tanquam in portum in solitudinem* Lamb. Petr. *nec requiescendi* Bern. 5. Magnol. Manut. *deletis judiciis* Gud. 2. Billerb. probante Gernh.—8 Sic Bern. 1. 2. 4. Basil. Magnol. Græv. Pearc. Orell. *Itaque in max.* Bern. 3. Manut. *Ita qui in max.* Bern. 5. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Mox, *atque* omittit Victor. *quondam vixerimus* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Gud. 1. 4. ed. prin-

Digitized by Google

fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos, quantum licet, et sæpe soli sumus. Sed, quia sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minima oportere,[9] sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni; propterea et otio fruor, non illo quidem, quo debeat is qui quondam peperisset otium civitati; nec eam solitudinem languere patior, quam mihi affert necessitas, non voluntas. 4. Quanquam Africanus majorem laudem vel meo[10] judicio assequebatur: nulla enim ejus ingenii monumenta mandata literis, nullum opus otii, nullum solitudinis munus extat: ex quo intelligi debet, illum mentis agitatione, investigationeque earum rerum quas cogitando consequebatur, nec otiosum nec solum unquam fuisse. Nos autem, qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine[11] abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus. Itaque plura brevi tempore, eversa, quam multis annis, stante republica, scripsimus. II. 5. Sed, cum tota philosophia, mi Cicero, frugifera et fructuosa, nec ulla pars ejus inculta ac deserta sit;[1] tum nullus feracior in ea locus est nec uberior, quam de officiis, a quibus constanter honesteque vivendi præcepta ducuntur. Quare, quanquam a Cratippo nostro,[2] principe hujus memoriæ philosophorum, hæc te assidue audire atque accipere confido; tamen conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus undique circumsonare; nec eas, si fieri possit, quicquam aliud audire.

ceps, Orell.—9 Bern. 3. *oportere minima eligere;* Bern. 5. *minima oportere eligere.* Statim, *ex ipsis,* omisso *his*, Bern. 1. Basil. Manut. Beier. *quo debebat* Bern. 3. Beier. Orell. *is* omittit Bern. 1. *non quidem, ut debeo, at is* exhibet Bern. 4. *pacem et otium* Basil.—10 Bern. 5. *me vel meo;* Bern. 2. 3. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Hensing. Pearc. Gernh. Schutz. Beier. omittunt *vel.* Mox, *nulla tamen ejus* Basil. Bern. 4. a m. sec. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *nullum opus otii* omittit Petr. 1568. *cogitando persequebatur* Basil. *neque otiosum* Nonius, Hensing. Gernh. Beier. Orell.—11 Bern. 2. 4. Basil. *tacita solitudine.* Deinde, *operam scribendi* Bern. 5.

CAP. II. 1 Bern. 2. Basil. *ut deserta sit.* Pro *sit* J.-M. Hensing. conj. *est.* Actutum, *tunc nullus* Bern. 2. *tamen nullus* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Pro *uberior* Bern. 1. 2. 4. Basil. habent *verior.*—2 *Cratippo vestro* Lamb. Petr. 1568. *hoc te assidue audire* Bern. 5. Magnol. Manut. *hæc te audire assidue* Petr. 1568. *undique circumsonari* Bern. 3. uti conj. Beier.

Digitized by Google

6. Quod cum omnibus est[3] faciendum, qui vitam honestam ingredi cogitant, tum haud scio, an nemini potius, quam tibi. Sustines enim non parvam expectationem[4] imitandæ industriæ nostræ, magnam honorum, nonnullam fortasse nominis. Suscepisti onus præterea[5] grave et Athenarum et Cratippi; ad quos cum, tanquam ad mercaturam bonarum artium, sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis auctoritatem, et magistri. Quare, quantum conniti[6] animo potes, quantum labore contendere, (si discendi labor est potius, quam voluptas) tantum, fac, ut efficias: neve committas, ut, cum omnia suppeditata sint a nobis, tute tibi defuisse videare. Sed hæc hactenus. Multa enim sæpe ad te, cohortandi gratia, scripsimus. Nunc ad reliquam partem propositæ divisionis revertamur.

7. Panætius igitur (qui, sine controversia, de officiis accuratissime disputavit, quemque nos, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus), tribus generibus propositis, in quibus deliberare homines, et consultare de officio solerent; uno, cum dubitarent, honestumne id esset,[7] de quo ageretur, an turpe; altero, utilene, an inutile; tertio, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo quod utile videretur, quomodo ea discerni oporteret; de duobus generibus primis, tribus libris explicavit: de tertio autem genere deinceps se scripsit dicturum, nec exsolvit, quod promiserat. 8. Quod eo magis miror, quia scriptum a discipulo ejus Posidonio est, triginta annis[8] vixisse Panætium, posteaquam eos libros[9] edidisset. [*p.* 54.] Quem

—3 Bern. 4. a m. sec. *sit*. Mox, *tamen haud scio* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut.—4 Bern. 3. *parvam existimationem*.—5 *Suscepisti præterea onus* Bern. 5.—6 *Quare q. eniti* Basil. *Quare q. conicere* Bern. 3. *est potior quam* in eodem cod. *ut ne cum omnia* Bern. 1. 2. 4. 5. *ne cum omnia* Basil. *ut, cum tibi omnia* Lamb. *ut, cum omnia tibi* Petr. 1568.—7 Bern. 4. *honestum id essetne*. Mox, *utilene esset* Bern. 2. 3. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. *utile esset* Bern. 1. *alterum ne utile non esset* Bern. 4. *ne utile esset* Bern. 5. *utile an inutile* Petr. 1568. *haberet speciem* Bern. 5. *specimen haberet* Victor. Manut. *primis generibus* Lamb. *scripsit se dicturum* Bern. 5. *nec exsolvit id* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Orell. *nec id exsolvit* Græv. Heusing. Gernh.—8 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. cum edd. plurimis; *annos* Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—9 *Posteaquam illos libros* Bern. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

locum miror a Posidonio breviter esse tactum in quibusdam commentariis; præsertim cum scribat, nullum esse locum in tota philosophia tam necessarium. 9. Minime vero assentior iis,[10] qui negant, eum locum a Panætio prætermissum, sed consulto relictum, nec omnino scribendum fuisse, quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare: de quo alterum potest habere dubitationem, adhibendumne fuerit hoc genus, quod in divisione Panætii tertium est, an plane [11] omittendum: alterum dubitari non potest, quin a Panætio susceptum sit, sed relictum. Nam qui e divisione tripertita duas partes absolverit, huic necesse est restare tertiam. Præterea, in extremo libro tertio,[12] de hac parte pollicetur se deinceps esse dicturum. 10. Accedit eodem testis locuples, Posidonius, qui etiam scribit in quadam epistola, P. Rutilium Rufum [13] dicere solere, qui Panætium audierat, ut nemo pictor esset inventus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquisset, absolveret (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat); sic ea, quæ Panætius prætermisisset, et non perfecisset, propter eorum, quæ perfecisset, præstantiam, neminem esse persecutum.

III. 11. Quamobrem de judicio Panætii dubitari non potest; rectene autem hanc tertiam partem ad exquirendum officium adjunxerit, an secus, de eo fortasse disputari potest.[1] Nam, sive honestum solum bonum est (ut Stoicis placet), sive, quod honestum est, id ita summum bonum est (quemadmodum Peripateticis nostris [2] videtur), ut om-

Basil. Gud. 1. 2. 4. Orell. *postquam eos libros* Bern. 5. Billerb.—10 Bern. 4. *his.* Mox, *cum honesto pugnare* in eodem codice.—11 Victor. *plane fuerit.* Statim, *sed derelictum* Magnol. Manut. *necessarium est restaurare* Bern. 4.—12 Vinar. omittit *libro tertio*, probante J. M. Heusing. Verba, *Præterea . . . dicturum*, uncis incluserunt Beier. et Billerb.—13 *Rufum* omittit Bern. 3. *qui P. audierat, dic. solere* Lamb. *qui in templo choe veneris* Basil. *qui inchoavere* Bern. 1. *qui incho veneris* Bern. 2. *qui in choa venere* Bern. 3. *qui inchoata venere* Bern. 4. *Coæ* omittunt Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. probante Ernesti. Verba, *et non perfecissent*, desunt in paucis codd. unde Heusing. et Gernh. uncis incluserunt; delerunt Schutz. Beier. Billerb. *quæ fecisset* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *esse* omittunt Bern. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. uncis inclusit Orell. *persecuturum* Lamb. Petr. 1568.

CAP. III. 1 Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Græv. Facciol. Beier. Orell. *dubitari potest.*—2 *Perip. vestris* Bern. 1,

Digitized by Google

nia, ex altera parte collocata, vix minimi momenti instar habeant; dubitandum non est, quin nunquam possit utilitas cum honestate contendere. Itaque accepimus, Socratem execrari solitum [3] eos qui primum hæc, natura cohærentia, opinione distraxissent. Cui quidem ita sunt Stoici assensi, ut, quicquid [4] honestum esset, id utile esse censerent, nec utile quicquam, quod non honestum. 12. Quod si is esset Panætius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset (ut ii,[5] qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur), liceret ei dicere, utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed, cum sit is, qui id [6] solum bonum judicet, quod honestum sit; quæ autem huic repugnent specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri, nec decessione pejorem; non videtur ejusmodi debuisse deliberationem introducere, in qua, quod utile videretur, cum eo, quod honestum esset, compararetur. 13. Etenim, quod summum bonum a Stoicis dicitur, 'Convenienter naturæ vivere,' id habet hanc, ut opinor,[7] sententiam, cum virtute congruere semper; cetera autem, quæ secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent. Quod cum ita sit, putant quidam, hanc comparationem [8] non recte introductam, nec omnino de eo genere quicquam præcipien-

2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *vix minimum* Bern. 3.—3 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *solitum execrari*. Mox, *primum qui* Petr. 1568.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *ut et quicquid*; Magnol. Manut. Lamb. Petr. *ut etiam quicquid*. Mox, *idem utile* Bern. 4.—5 Bern. 1. *ut hi*. Statim, *vel vol. vel indigentia* Bern. 4. 5. Basil. et Bern. 1. a m. sec. *honestatem aliquando cum utilitate* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—6 Bern. 2. *is quid*; Bern. 1. 4. omittunt *id*. Tum, *repugnant* Bern. 4. *fieri* deest in eodem cod. *neque decessione* Bern. 5. Lamb. *nec discessione* Bern. 5. Magnol. Manut. *non videatur* Victor. *debuisse ejusmodi* Bern. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. *hujusmodi debuisse* Bern. 5. *delib. traducere* Basil. *delib. inducere* Lang. e cod. Fabric. *utile videtur* Bern. 4. 5. *honestum esset* est e conjectura Ernesti; *h. est* habent codd. et reliquæ edd. *comparetur* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol.—7 Bern. 5. *ut opinor, hanc*. Lamb. et Petr. 1568. omittunt *ut*. Mox, *sententiam, naturam cum virtute congr*. Wolf. e codd. *ita eligere* Bern. 5. a m. sec.—8 Basil. *opinionem*. Mox, *recte non esse introductam* Bern. 5. Magnol. Manut. *quicquam de eo genere* Petr. 1568. *in his autem* Bern. 1. 4. *in quibus perfecta sapientia non est* Gud. 4. Basil. *in quibus non est perfecta sapientia* Gud. 3. 5. Beier. Billerb. *quidem* omittit Bern. 4. *perfectum* omittunt Lamb. Petr. 1568. *nullo modo esse potest* Bern. 5. Magnol. Manut. *sed simili-*

Digitized by Google

dum fuisse. Atque illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur, id in sapientibus est solis, neque a virtute divelli unquam potest; in iis autem, in quibus sapientia perfecta non est, ipsum illud quidem perfectum honestum nullo modo, similitudines honesti esse possunt. 14. Hæc enim omnia officia, de quibus his libris disputamus, media Stoici appellant. Ea communia sunt, et late patent; quæ et ingenii bonitate multi assequuntur, et progressione discendi. [*p.* 55.] Illud autem officium,[9] quod rectum iidem appellant, perfectum atque absolutum est, et (ut iidem dicunt) omnes numeros habet; nec, præter sapientem, cadere in quenquam potest. 15. Cum autem aliquid actum est,[10] in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum; propterea quod vulgus, quid absit a perfecto, non fere intelligit; quatenus autem intelligit, nihil putat prætermissum. Quod item in poëmatibus et picturis usu venit, in aliisque compluribus, ut delectentur imperiti, laudentque ea quæ laudanda non sint, ob eam (credo) causam, quod insit in his aliquid probi, quod capiat ignaros, qui iidem, quid in unaquaque re vitii sit, nequeant judicare. Itaque, cum [11] sunt docti a peritis, facile desistunt a sententia. IV. Hæc igitur officia, de quibus his libris[1] disserimus, quasi secunda quædam honesta esse

tudines Bern. 3. 5. Victor. *similitudines vero* Basil. Mox *Hæc igitur omnia* Magnol. Manut. Facciol. *Hæc omnia*, omisso *enim*, Bern. 4. Gud. 1. probante Gernh. *omnia* omittunt Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. *in his libris* Basil. *et ea com.* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. *et com.* Basil. *ea* delevit Schutz. *sunt* omittit Victor.—9 Magnol. et Manut. omittunt *officium*. Statim, *atque idem absolutum* Bern. 4.—10 Petr. 1568. *actum est aliquid*. Mox, *officia comparent* Bern. 1. 4. *officia comparantur* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *officia appareant* Bern. 3. *propterea que vulgus* Græv. Colon. 1748. *fere non ex toto* Bern. 5. Magnol. Manut. *quod item in poematis* Bern. 1. 2. 3. Lamb. *quod autem in poematibus* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *in picturisque* Victor. *et in picturis* Bern. 5. Magnol. Manut. Pearc. *usu evenit* Bern. 4. a m. sec. Magnol. Manut. Græv. Facciol. *in al. quam pluribus* Basil. *in al. plurimis* Bern. 4. *laud. non sunt* Bern. 4. Basil. Victor. *insit in iis* Basil. et Orell. *qui quidem, quid, &c.* Bern. 3. 5. Basil. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *in quaque re* Bern. 3.—11 *Ita cum* Bern. 5. *sint docti* Bern. 1. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. *sit docti* Bern. 3. *desistunt facile sententia* Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *des. facile a sententia* Basil. Magnol. Manut. *facile desistunt sententia* Græv. Pearc. Colon. 1748.

CAP. IV. 1 Bern. 3. *in his libris*. Actutum, *disseremus* Petr. 1568. *dixi-*

Digitized by Google

dicunt, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. 16. Itaque his [2] omnes, in quibus est virtutis indoles, commoventur. Nec vero, cum duo Decii, aut duo [3] Scipiones, fortes viri commemorantur, aut cum Fabricius, Aristidesve justus nominatur, aut ab illis, fortitudinis, aut ab his, justitiæ, tanquam a sapientibus, petitur exemplum. Nemo enim horum sic sapiens est, ut sapientem volumus intelligi: nec ii, qui sapientes habiti sunt et nominati, M. Cato et C. Lælius, sapientes fuerunt; ne illi quidem septem: sed ex mediorum officiorum frequentia, similitudinem quandam gerebant speciemque sapientum. 17. Quocirca nec id, quod [4] vere honestum est, fas est cum utilitatis repugnantia comparari; nec id, quod communiter appellamus honestum, quod colitur ab iis qui bonos se viros haberi volunt, cum emolumentis unquam est comparandum: tamque id honestum, quod in nostram intelligentiam cadit, tuendum conservandumque est nobis, quam id, quod proprie dicitur, vereque est honestum, sapientibus. Aliter enim teneri non potest, si qua est ad virtutem facta progressio. Sed hæc quidem de iis,[5] qui conservatione officiorum existimantur boni. 18. Qui autem

mus Basil. *dicunt esse* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *esse* omittunt Beier. Billerb. *sapientum* deest in Bern. 1. 2. 4. Basil.—2 *Itaque iis* Bern. 2. 3. Basil. Orell.—3 Bern. 3. Victor. *aut cum duo;* Bern. 4 omittit *duo*. Mox, *aut Aristides* Bern. 1. 4. 5. Lactant. Inst. vi. 6. 26. Victor, Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *aut cum Aristides* codd. aliquot ap. Orell. *aut cum Fabr. justus nominatur, aut cum Aristides* Gud. 3. 4. *justi nominantur* Bern. 3. Victor. Græv. Colon. 1748. Facciol. Heusing. Gernh. *aut cum Fabricius justus nominatur, aut ab illis fortitudinis, aut ab hoc justitiæ, &c.* conj. J. M. Heusingeri receperunt Beier. et Billerb. *ab hoc justitiæ* legitur in Lactant. *aut cum Fabricius, ut Aristides, justus nominatur . . . aut ab hoc, &c.* conj. Gernh. *a sapiente* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Lactant. Victor. Magnol, Manut. Petr. 1568. *sic sapiens, ut sap.* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier. *intelligi hic volumus* Magnol. Manut. *intelligi volumus* Facciol. *nec hi* e codd. Orell. *sunt* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. Heusing. Schutz. Beier. *nec illi quidem* Basil. Magnol. Manut. *sed* omittit Bern. 4. *quandam similitudinem* in eodem cod.—4 *Quocirca nec id quidem, quod* codd. aliquot, Græv. Pearc. Colon. 1748. *utilis repugn.* Bern. 1. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *quodque colitur* Magnol. Manut. Facciol. *ab his qui, &c.* Bern. 1. 2. *viros haberi se* Bern. 5. *tamque illud hon.* Bern. 3. *nobis est* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor, Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. *quam illud, quod* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil.; Lamb. Petr. 1568. Heusing. Beier. *vereque honestum*, omisso *est*, Bern. 4. *si quæ ad virt. est* Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *si qua ad virt. est* codd.

Digitized by Google

omnia metiuntur emolumentis et commodis, neque ea volunt præponderari honestate, hi solent,[6] in deliberando, honestum cum eo, quod utile putant, comparare: boni viri non solent. Itaque existimo, Panætium, cum dixerit homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit, solere modo, non etiam oportere:[7] etenim non modo pluris putare quod utile videatur, quam quod honestum; sed hæc etiam inter se comparare, et in his addubitare, turpissimum est. Quid est ergo,[8] quod nonnunquam dubitationem afferre soleat, considerandumque videatur? Credo, si quando dubitatio accidit, quale sit id, de quo consideretur. 19. Sæpe enim tempore fit,[9] ut, quod plerumque turpe haberi soleat, inveniatur non esse turpe. Exempli causa, ponatur aliquid, quod pateat latius. Quod potest majus esse[10] scelus, quam non modo hominem, sed etiam familiarem hominem, occidere? Num igitur[11] se astrinxit scelere, si quis tyrannum occidit, quamvis familiarem? Populo quidem Romano non videtur, qui, ex omnibus præclaris factis, illud pulcherrimum existimat. Vicit ergo[12] utilitas honestatem? immo vero honestatem utilitas secuta est. [*p.* 56.]

Itaque, ut sine ullo errore dijudicare possimus, siquando cum illo quod honestum intelligimus,[13] pugnare id videbitur quod appellamus utile, formula quædam constituenda

et edd. ante Græv.—5 Bern. 1. 2. 4. Billerb. *de his.*—6 Bern. 2. 4. Basil. Victor. Orell. *ii solent.*—7 Bern. 3. *non oportere etiam.* Mox, *quam illud quod honestum* Victor. *quod* omittit Bern. 4. *sed etiam hæc* Bern. 1. 2. 3. Victor. Lamb. Pearc. *sed etiam hoc* Bern. 4. *etiam* omittit Basil. *et in his dubitare* Bern. 4. 5. *et in his aliquid dubitare* Basil.—8 *Quid ergo est* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Hensing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *addubitationem afferre* Bern. 5. Magnol. Manut.—9 *Sæpe enim fit tempore* Lamb. Petr. 1568. *turpe plerumque* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Heusing. Beier. Gernh. Orell.—10 *Quod p. esse majus* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *esse* omittunt Bern. 2. 5. *hominem* omittunt Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—11 *Non igitur* Bern. 1. 5. *se abstrinxit* Bern. 5. *se obstrinxit* Victor. Magnol. Manut. Lamb. *si qui* Bern. 1. 2. 3. 4. Græv. Colon. 1748. Heusing. Gernh. Beier. Schutz. Orell. *occiderit* Bern. 3.—12 *Vicit igitur* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Mox, *consecuta est* codd. Mureti Var. Lectt. xv. 9. Facciol. Lall. Gernh. Beier. Billerb. Orell. *est consecuta* Gud. 3. Heusing. Schutz. *utilitas honestatem secuta est* Basil. *honestas utilitatem secuta est* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748.—13 Manut. *intelligitur.* Statim, *videbitur id* Bern. 3. *dispu-*

Digitized by Google

est; quam si sequemur in comparatione rerum, ab officio nunquam recedemus. 20. Erit autem hæc formula, Stoicorum rationi disciplinæque maxime consentanea; quam quidem in his libris[14] propterea sequimur, quod, quanquam a veteribus Academicis, et a Peripateticis nostris, qui quondam iidem erant qui Academici, quæ honesta sunt, anteponuntur iis quæ videntur utilia; tamen splendidius hæc ab eis disseruntur, quibus, quicquid honestum est, idem utile videtur; nec utile quicquam, quod non honestum; quam ab his, quibus aut honestum aliquid non utile, aut utile non honestum. Nobis autem nostra Academia[15] magnam licentiam dat, ut, quodcumque maxime probabile occurrat, id nostro jure liceat defendere. Sed redeo ad formulam. v. 21. Detrahere igitur aliquid alteri,[1] et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quæ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Nam principio tollit convictum humanum, et societatem. Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolumentum spoliet aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maxime est secundum naturam, humani generis societatem. 22. Ut, si unumquodque membrum sensum hunc haberet,[2] ut posse puta-

tandi constituenda, quam in eodem cod.—14 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Græv. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *his libris*, omissa præpositione *in*. Actutum, *sequimur propterea* Bern. 4. *quanquam et a vet.* Bern. 1. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *et Peripat.* Bern. 5. Magnol. Manut. *vestris* Bern. 1. 2. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *et a veteribus vestris Acad. et Peripat.* Bern. 3. *iidem erant Academici* Bern. 4. *qui Academici* omittunt Bern. 2. 3. Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *esse utilia* Bern. 5. *et quibus quicquid* in eodem cod. unde Beier. et Billerb. conj. *quibus et quicquid*. Tum, *quicquam* omittit Bern. 4. *quam ab eis* Pearc. *quam ab iis* plurimi codd. et edd. etiam Orell. *q. et honestum* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. *q. est honestum* Magnol. Manut. Facciol. *q. est et honestum a. n. u. et utile, &c.* Lamb. Petr. 1568. *honestum est* Victor. —15 *Academia nostra* Lamb. Petr. 1568.

CAP. V. 1 *Detr. i. alteri aliquid* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. *aliquid* omittunt Gud. 3. Beda, Beier. Billerb. *commodum augere* 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. *quam dolor, quam paupertas* Bern. 3. *convictionem humanam* Bern. 4. *quisque propter suum* Victor. *dirumpi necesse* Victor. Heusing.—2 Bern. 4. *sensum haberet.* Paulo post, *et i. t. c. necesse est* Græv. Colon. 1748. *ad se rapiat* Bern. 1. 2. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *communitasque evertatur* Basil. Facciol.—

Digitized by Google

ret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset; debilitari et interire totum corpus necesse esset; sic, si unusquisque nostrum rapiat ad se commoda aliorum, detrahatque quod cuique possit, emolumenti sui gratia; societas hominum et communitas evertatur, necesse est. Nam, sibi ut[3] quisque malit, quod ad usum vitæ pertineat, quam alteri, acquirere, concessum est, non repugnante natura. Illud natura non patitur, ut aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes, augeamus. 23. Neque vero[4] hoc solum natura, id est, jure gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est, ut non liceat, sui commodi causa, nocere alteri. Hoc enim spectant leges, hoc volunt, incolumem esse civium conjunctionem; quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis,[5] damno, coërcent. Atque hoc multo magis exigit ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina et humana; cui parere qui velit (omnes autem parebunt, qui secundum naturam volent vivere), nunquam committet, ut alienum appetat, et id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. 24. Etenim multo[6] magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo, itemque comitas, justitia, liberalitas, quam voluptas, quam vita, quam divitiæ: quæ quidem contemnere, et pro nihilo ducere, comparantem cum utilitate communi, magni animi et excelsi est: detrahere autem[7] alteri sui commodi causa, magis est contra naturam, quam mors, quam dolor, quam cetera generis ejusdem. 25. Itemque, magis est secundum naturam, pro

3 *Nam ut sibi* Victor. *Ut enim sibi* Bern. 3. *pertinet* Basil. *illud quidem naturæ* Magnol. Manut.—4 *Nec vero* Bern. 5. *sed et legibus* Magnol. Manut. *res publicæ continentur* codd. aliquot, Victor. Magnol. Manut. Facciol. Beier. Bilierb. *ut non liceret* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *commodi sui* Bern. 4.—5 Bern. 1. 2. 3. Basil. Græv. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *vinclis*. Mox, *magis efficit ipsa* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *volunt vivere* Bern. 4. Petr. 1568. Heusing. *vivere volunt* Victor.—6 Nonius v. 'Excelsitas' omittit *multo*. Statim, *celsitas* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *item comites* Ernesti errore typogr. *itemque communitas* Bern. 4. a m. sec. Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. *et magni animi est et excelsi* Victor. *animi* omittit Bern. 4.—7 *Detrahere ergo* Gud. 5. Heusing. Beier. Pro *alteri*, quod servant plurimæ edd. *de altero* exhibent Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Heusing. Schutz.

Digitized by Google

omnibus gentibus (si fieri possit) conservandis aut juvandis, maximos labores molestiasque suscipere, imitantem [8] Herculem illum, quem hominum fama, beneficiorum memor, in concilio cœlestium collocavit; quam vivere in solitudine, non modo sine ullis molestiis, [*p.* 57.] sed etiam in maximis voluptatibus, abundantem omnibus copiis; ut excellas etiam pulcbritudine, et viribus. Quocirca, optimo quisque et splendidissimo [9] ingenio longe illam vitam huic anteponit. Ex quo efficitur, hominem, naturæ obedientem, homini nocere non posse. 26. Deinde, qui alterum violat, ut ipse aliquid [10] commodi consequatur, aut nihil se existimat contra naturam facere, aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem, dolorem, amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum, quam facere cuipiam injuriam. Si nihil existimat contra naturam fieri hominibus [11] violandis, quid cum eo disseras, qui omnino hominem ex homine tollat? Sin fugiendum id quidem [12] censet, sed et multo illa pejora, mortem, paupertatem, dolorem; errat in eo, quod ullum aut corporis aut fortunæ vitium animi vitiis gravius existimat. VI. Ergo unum debet esse omnibus propositum, ut eadem sit utilitas [1] uniuscujusque et universorum; quam si ad se quisque rapiat, dissolvetur omnis humana consortio. 27. Atque, si etiam [2] hoc natu-

Beier. Orell. *ejusdem generis* Bern. 4.—8 Basil. Magnol. Manut. *imitantes.* Mox, *beneficiorum memoria* Bern. 3. *in concilium* Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. *in consilio* Bern. 3. Mox, *sed etiam maximis*, omisso *in*, Bern. 5. *ut ex excellas* Victor. *pulchritudine, viribus* Petr. 1568.—9 Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *splendidissimoque.* Bern. 1 omittit *et.* Statim, *anteponat* Lamb. Petr. Ceterum hæc omnia, *Etenim multo magis . . . huic anteponit*, suspecta sunt Facciolato.—10 Bern. 4. *ut aliquid.* Mox, *se existimat facere. contra naturam* Bern. 5. Petr. 1568. *existimat se facere contra naturam* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Orell. *aut magis fugienda* Bern. 1. 3. Victor. Verba, *amissionem e. l. p. amicorum*, suspecta sunt Facciolato. Deinde, *cuiquam injuriam* Bern. 1. 2. 4. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Beier. Orell.—11 Bern. 3. 5. Facciol. Beier. Billerb. *in hominibus.*—12 *Sin f. quidem id* Victor. *sed multo illa*, omisso *et*, Bern. 3. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *sed* omittunt Bern. 1. 2. 4. 5. *vitiis animi* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568.

CAP. VI. 1 Bern. 1 omittit *utilitas.* Mox, *rapiet* Bern. 1. 2. 3. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *humana consociatio* Magnol. Manut.—2 *Atque etiam si* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *hoc n. præscripsit* Bern. 4. *ipsam* omittunt Bern. 4. Victor. *causam tamen* Magnol. Manut. *quod homo sit* Bern.

Digitized by Google

ra præscribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam ipsam causam, quod is homo sit, consultum velit; necesse est, secundum eandem naturam, omnium utilitatem esse communem. Quod si ita est, una continemur omnes et eadem lege naturæ:[3] idque ipsum si ita est, certe violare alterum lege naturæ prohibemur. Verum autem primum: verum igitur et extremum.[4] 28. Nam illud quidem absurdum est, quod quidam dicunt, parenti[5] se aut fratri nihil detracturos, commodi sui causa; aliam rationem esse civium reliquorum. Hi sibi nihil juris, et nullam societatem,[6] communis utilitatis causa, statuunt esse cum civibus: quæ sententia omnem societatem distrahit civitatis. Qui autem civium rationem dicunt[7] habendam, externorum negant, hi dirimunt communem humani generis societatem; qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia, funditus tollitur: quæ qui tollunt, etiam adversus Deos immortales impii judicandi sunt: ab iis[8] enim constitutam inter homines societatem evertunt; cujus societatis arctissimum vinculum est, magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere, sui commodi causa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, quæ vacent justitia. 29. Hæc enim una virtus[9] omnium est domina et regina virtutum. Forsitan quispiam dixerit: 'Nonne igitur sapiens, si fame ipse conficiatur,[10] abstulerit cibum alteri, homini ad nullam rem

2.—3 Ita omnes codd. et plurimæ edd. *naturæ lege* Gernh. Olshausen. Billerb. Mox, *naturæ lege prohib.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. Billerb. Orell.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *igitur extremum;* Ernesti *igitur vel extremum* errore typogr.—5 Bern. 3. *patri.* Mox, *sui commodi* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Beier. Orell. *esse rationem* Bern. 3. Basil. *civium esse* Lamb. Petr. 1568.—6 *Hi s. n. juris, nullam soc.* Bern. 1. 2. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *Is sibi n. juris, nullam . . . statuit* Bern. 3.—7 Magnol. Manut. Facciol. *dicunt esse.* Statim, *ii dirimunt* Bern. 4. Basil. Orell. *hi* uncis inclusit Beier.—8 *Ab his* Bern. 1. 4. Victor. Beier. *const. inter omnes* Bern. 4. *contra naturam esse h. de homine* Bern. 3. *quæ non vacent justitia* Basil. cum uno cod. Aldi, Græv. Colon. 1748. Orell. *quæ vacent injustitia* e cod. Ubaldini Heusing. Gernh. Schutz. *quæ vacent justitiæ* de Beierii conjectura Billerb. *quæ vocatur justitia* margo Lamb. ap. Orell. *animi, servantem justitiam* conj. Muret. *animi, ne vacet justitia* suspic. J. F. Gronov. —9 *Hæc enim virtus* Bern. 4. Magnol. Manut. *Hæc enim virtus una* Lamb. Petr. 1568. *Justitia enim una virtus* Heusing. Gernh. Schutz.—10 Bern. 3.

Digitized by Google

utili?' Minime vero. Non enim mihi est vita[11] mea utilior, quam animi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia. Quid? si Phalarim, crudelem tyrannum et immanem, vir bonus, ne ipse frigore conficiatur,[12] vestitu spoliare possit; nonne faciat? 30. Hæc ad judicandum sunt facillima. Nam, si quid ab homine ad nullam partem utili,[13] tuæ utilitatis causa, detraxeris; inhumane feceris, contraque naturæ legem: sin autem is tu sis, qui multam utilitatem reipublicæ atque hominum societati, si in vita remaneas, afferre possis, si quid ob eam causam alteri detraxeris, non sit reprehendendum. Sin autem id non sit ejusmodi,[14] suum cuique incommodum ferendum est potius, quam de alterius commodis detrahendum. Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid hujusmodi,[15] quam detractio aut appetitio alieni. 31. [p. 58.] Sed communis[16] utilitatis derelictio contra naturam est: est enim injusta. Itaque lex ipsa naturæ, quæ utilitatem[17] hominum conservat et continet, decernit profecto, ut, ab homine inerti atque inutili, ad sapientem, bonum, fortemque virum, transferantur res ad vivendum necessariæ; qui si occiderit, multum de communi utilitate detraxerit: modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, seseque diligens, hanc causam habeat ad injuriam. Ita[18] semper officio fungetur, utilitati consulens hominum, et ei, quam sæpe commemoro, humanæ societati. 32. Nam, quod ad Phalarim attinet, perfacile judicium est. Nulla enim[19]

---

conficiatur ipse.—11 Lamb. Petr. 1568. *est mihi vita.*—12 Liber Mureti *ipse algore pereat.*—13 Lamb. Petr. 1568. *si quid homini homo ad nullam rem utilis.* Actutum, *utilitatis tuæ* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. omnes Gud. Victor. Magnol. Manut. *contra nat. legem* Bern. 3. *sin a. tu sis is* Bern. 4. *multum utilitatis* Bern. 3. *si ob eam* Petr. 1568. *si quid* omittit Bern. 3. *non rep. sit* Basil.—14 Bern. 4. *hujusmodi;* cod. Mureti *Sin non sis ejusmodi.* Mox, *subtrahendum* Magnol. Manut.—15 Bern. 1. 2. 3. 4. omnes Gud. et Lamb. *ejusmodi.* Mox, *detr. atque appetitio* Bern. 1. 4. Basil. Gud. 1. 2. 4. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Orell.—16 *Sed et comm.* Basil. Lamb.—17 Bern. 4. *utilitates.* Mox, *decernet* Bern. 1. 2. 4. Petr. 1568. *fortem virum* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Beier. Orell. Paulo post, *seque diligens* Facciol. —18 *Itaque* Basil. Magnol. Manut. *s. o. fungetur* Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. *util. cons. omnium* Petr. 1568. *hominum societati* Basil.—19 *Nulla est enim* Bern. 1. 2. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. *Nulla enim est* Bern. 3. *Nulla societas est nobis cum* Bern. 4. *societas nobis* Bern. 1. 2. 3.

Digitized by Google

nobis societas cum tyrannis, sed potius summa distractio est: neque est contra naturam, spoliare eum, si possis, quem honestum est necare: atque hoc omne genus pestiferum atque impium ex hominum communitate exterminandum est. Etenim, ut membra quædam amputantur, si et ipsa sanguine,[20] et tanquam spiritu, carere cœperunt, et nocent reliquis partibus corporis; sic ista, in figura hominis, feritas et immanitas belluæ, a communi tanquam humanitate corporis [21] segreganda est. Hujus generis sunt quæstiones [22] omnes eæ, in quibus ex tempore officium exquiritur. VII. 33. Ejusmodi igitur, credo, res Panætium persecuturum fuisse, nisi aliqui [1] casus aut occupatio consilium ejus peremisset: ad quas ipsas consultationes ex superioribus libris satis multa præcepta sunt, quibus perspici possit, quid sit propter turpitudinem fugiendum; quid, quod idcirco fugiendum non sit, quia omnino turpe non sit. Sed, quoniam operi inchoato, et prope jam absoluto,[2] tanquam fastigium imponimus; ut geometræ solent non omnia docere, sed postulare, ut quædam sibi concedantur, quo facilius, quæ velint, explicent; sic ego a te postulo, mi Cicero, ut mihi concedas (si potes), nihil, præter id quod

Basil. *cum tyrannis societas est* Victor. *Nulla enim nobis cum tyrannis societas* Facciol. *et potius* Bern. 1. 2. 3. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *est* post *distractio* omittunt Basil. Magnol. Manut. Pearc. *quem est honestum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—20 Codd. pauci, Facciol. Schutz. *ipsa languere*. Mox, *carere cœperint* Bern. 3. *et nocent ceteris* Bern. 4.—21 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. et plerique codd. 'Quæ lectio stupori librariorum debetur.' *Orell.* *a comm. t. humanitatis corpore* Gud. 3. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. uti voluerat Muretus. *a communi humanitate*, omissis reliquis, Vinc. Bellov. probante Pearc. *a communitate corporis* codéx unus Oxon. *a comm. t. humanitatis*, omisso *corporis*, conj. Kiessling. *a comm. t. corpore* de Beierii conj. Billerb.—22 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *quæstiones sunt*. Actutum, *omnes hæ* Magnol. *in tempore* Bern. 3. *ex tempore* omittit Bern. 4.

CAP. VII. 1 Basil. Magnol. Manut. Pearc. Facciol. *aliquis*. Mox, *ejus consilium* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Orell. *prævenisset* Magnol. Manut. *consultationes superioribus l. s. m. p. sunt, ex quibus, &c.* de Walkeri conj. Billerb. *quid sit, quod idcirco* Bern. 1. 3. 4. Basil. Victor. *quid sit id, quod idcirco* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. Facciol. *quid idcirco* Bern. 2. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *quod o. t. n. sit* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Gernh. *quod o. t. n. est* Heusing. Beier. *quia o. t. n. est* Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. Schutz. Billerb.—2 *Sed, q. o. inchoato, prope tamen abs.* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *Sed, q. o. inchoato, et prope tamen abs.*

Digitized by Google

honestum sit, propter se esse expetendum. Sin hoc[3] non licet per Cratippum, at illud certe dabis, quod honestum sit, id esse maxime propter se expetendum. Mihi utrumvis satis est; et tum hoc,[4] tum illud, probabilius videtur, nec præterea quicquam probabile. 34. Ac primum Panætius in hoc[5] defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit (neque enim ei fas erat), sed ea, quæ viderentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum; nihil honestum,[6] quod non idem utile sit, sæpe testatur: negatque, ullam pestem majorem in vitam hominum invasisse, quam eorum opinionem qui ista distraxerint. Itaque non, ut aliquando anteponeremus utilia honestis, sed ut ea[7] sine errore dijudicaremus, si quando incidissent, induxit eam, quæ videretur esse, non quæ esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus,[8] nullius adminiculis, sed (ut dicitur) Marte nostro. Neque enim[9] quicquam de hac parte, post Panætium, explicatum est, quod quidem mihi probaretur, de iis quæ in manus meas venerunt.

VIII. 35. Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, commoveri[1] necesse est. Sed si, cum animum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei quæ speciem utilitatis attulerit; tum non utilitas relinquenda est, sed intelligen-

Schutz. *ut sibi quædam* Bern. 3. *quæ volunt* Bern. 1. 2. 4. Victor. Lamb. Græv. Pearc. Colon. 1748. Heusing. seqq. *quæ volent* Bern. 3. Basil. Deinde, *esse propter se* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—3 *Sin hoc* codd. et edd. ante Ernesti. *propter Cratippum* Bern. 4. a m. sec. Basil. Magnol. Manut. *id maxime esse expetendum se propter* Petr. 1568.—4 Bern. 1. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. *et cum hoc.*—5 *Ac primum in hoc Panætius* Bern. 3. Victor. Græv. seqq. *Ac p. P. in hoc loco ... dixerit aliquando posse* Magnol. Manut. *enim* omittit Manut. *ei* omittit Victor. *videntur* Basil. Grut. Græv. Colon. 1748. *videantur* Facciolati.—6 Magnol. Manut. *nec honestum.* Mox, *utile idem sit* Bern. 4. *in vita* Bern. 4. *in vita hominum majorem* Basil. *in* omittit Victor. *opinionem eorum* Bern. 4.—7 Manut. *sed ea,* omisso *ut.*—8 *Hanc partem explebimus* Bern. 4. Actutum, *nullius* servant tantum Victor. Græv. Colon. 1748. Facciol. *nullis* vero codd. omnes et reliquæ edd.—9 Bern. 4 omittit *enim.* Actutum, *quicquam est de h. p. p. P. explicatum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. *de his* Bern. 1. 2. Beier. *venerint* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. *pervenerunt* Basil.

CAP. VIII. 1 Magnol. Manut. *nos commoveri;* Facciol. *commoveare;* Pearc. *animum commoveri n. est, sed si cum attenderis, &c.* Mox, *ei rei adjunctam* Victor. *quæ spem utilitatis* Bern. 4. *tunc utilitas non* Magnol. Manut. *tum utilitas*

Digitized by Google

dum, ubi turpitudo sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturam, quam turpitudo (recta enim, et convenientia, [*p.* 59.] et constantia natura desiderat, aspernaturque contraria), nihilque tam secundum naturam, quam utilitas; certe in eadem re utilitas et turpitudo[2] esse non potest. Itemque, si ad honestatem nati sumus, eaque aut sola expetenda est (ut Zenoni visum est[3]), aut certe omni pondere gravior habenda, quam reliqua omnia (quod Aristoteli placet); necesse est, quod honestum sit, id esse aut solum aut summum bonum: quod autem bonum, id certe utile: ita, quicquid honestum, id utile. 36. Quare error hominum non proborum, cum aliquid, quod utile visum est, arripuit, id continuo[4] secernit ab honesto. Hinc sicæ, hinc venena, hinc falsa testamenta[5] nascuntur: hinc furta, peculatus, expilationes, direptionesque sociorum et civium: hinc opum nimiarum potentiæ non ferendæ: postremo, etiam in liberis civitatibus, regnandi existunt cupiditates; quibus nihil nec tetrius nec fœdius excogitari potest. Emolumenta[6] enim rerum fallacibus judiciis vident: pœnam, non dico legum, quas sæpe perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quæ acerbissima est, non vident. 37. Quamobrem hoc quidem deliberantium genus pellatur e medio (est enim totum sceleratum et impium),[7] qui deliberant, utrum id sequantur quod honestum esse videant, an se scientes scelere contaminent: in ipsa enim dubitatione facinus inest, etiamsi ad id non pervenerint. Ergo ea deliberanda omnino[8] non sunt, in quibus est tur-

repudianda est et intelligendum Petr. 1568.—2 Bern. 1. 2. Basil. Magnol. Manut. *re utili turpitudo;* Victor. *re utili et turpitudo;* Lamb. et Petr. 1568. *re et utilitas et turpitudo.*—3 *Zenoni est visum* Magnol. Manut. Facciol. *est* delevit Beier. cum ed. Mogont. *pondere gravior est* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *pondere gravior habenda est* Basil. Paulo post, *itaque quicquid* Magnol. Manut. *id certe utile* Bern. 3.—4 Bern. 4. *arripuit continuo*, omisso *id.*—5 Idem cod. *falsa testimonia.* Voc. *nascuntur* Beierio suspectum uncis inclusit Billerb. *hinc furta, hinc peculatus* Magnol. Manut. *existunt regnandi cupiditates* Victor. Magnol. Manut. Lamb. *existunt* delevit Petr. 1568. probante Beiero et Billerb. qui uncis inclusit. Statim, *nec* deest in Bern. 4. *deterius* Bern. 2. 4.—6 *Emolumentum* Græv. Colon. 1748. *quam sæpe perrumpunt* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. *ipsius turpidinis* Bern. 4.—7 Bern. 3. *impurum.*—8 *Ergo ea omnino deliberanda* Basil. *atque ex omni* Bern. 3. *atque etiam in omni* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *opinioque ea* Bern. 3. *proficimus* Bern. 3. 4. *perfecimus* Victor. *nihil tamen nobis* Bern. 3.

Digitized by Google

pis ipsa deliberatio. Atque etiam, ex omni deliberatione, celandi et occultandi spes opinioque removenda est. Satis enim nobis (si modo in philosophia aliquid profecimus) persuasum esse debet, si omnes Deos hominesque celare possimus, nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter, esse faciendum. IX. 38. Hinc ille Gyges inducitur a Platone; qui, cum terra discessisset [1] magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneumque equum (ut ferunt fabulæ) animadvertit, cujus in lateribus fores essent; quibus apertis, hominis mortui vidit corpus magnitudine inusitata, annulumque aureum in digito: quem ut detraxit, ipse induit: (erat autem regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit. Ibi,[2] cum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur; ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, cum in locum annulum inverterat. Itaque, hac opportunitate annuli usus, reginæ stuprum intulit; eaque adjutrice [3] regem dominum interemit; sustulitque, quos obstare arbitrabatur: nec in his eum quisquam facinoribus potuit videre. Sic repente, annuli beneficio, rex exortus est Lydiæ. Hunc igitur ipsum annulum si habeat sapiens, nihilo plus [4] sibi licere putet peccare, quam si non haberet.

CAP. IX. 1 Bern. 4. *dicessisset*; Lamb. 1584. *decessisset*; Doletus conj. *decedisset*, improbante Lamb. *descendit in illum hiatum* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Beier. Billerb. Verba, *ut ferunt fabulæ*, suspecta sunt Langio et Lall. *fores erant* Basil. *corpus hominis mortui vidit* Bern. 1. 2. 3. omnes codd. Aldi, Petr. 1568. et Orell. *hominis* omittunt Græv. Colon. 1748. *hominis mortui corpus vidit* Victor. *corpus hominis magnitudinem mortui inusitatam* Bern. 4. *magn. invisitata* Lamb. sicque volebat Ernesti. *in digito aureum* Lamb. Petr. 1568. *ille induit* Bern. 4. *atque ipse induit* Bern. 3. et Victor. *erat autem Gyges* Lamb. *tunc concilio* Bern. 4. *se pastorum* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—2 *Ubi* Bern. 4. *cum paleam* Bern. 3. *converteret* Gud. 1. Basil. Heusing. *ipse omnia videbat* Bern. 4. *ipse autem videbat omnia* Lamb. Petr. *cum in lucem annulum* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—3 Gud. 3. *ea adjutrice.* Statim, *dominum* omittit Olshausen. *sustulit quos* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *arbitraretur* Bern. 3. *eum facinoribus quisquam* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *facinoribus eum quisquam* Victor. Pearc. *quisquam eum facinoribus* Magnol. Manut. Facciol. *in his facinoribus quisquam*, omisso *eum*, Basil. *eum facinoribus, eum quisquam* Bern. 4. *videre potuit* Victor. *rex ortus* Basil. Magnol. Manut. —4 Bern. 1. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Heusing. *nihil plus.* Mox, *peccare* delevit Facciol. de sua conj. *si non*

Digitized by Google

Honesta enim bonis viris, non occulta, quæruntur. 39. Atque [5] hoc loco philosophi quidam, minime mali illi quidem, sed non satis acuti, fictam et commenticiam fabulam dicunt prolatam a Platone: quasi vero ille, aut factum id esse, aut fieri potuisse, defendat. Hæc est [6] vis hujus annuli, et hujus exempli: si nemo sciturus, nemo ne suspicaturus quidem sit, cum aliquid, divitiarum, potentiæ, dominationis, libidinis causa, feceris, si id Diis hominibusque futurum sit semper ignotum; sisne facturus. [*p.* 60.] Negant, id fieri posse. Nequaquam potest id quidem: sed quæro, quod negant posse, id si posset, quidnam facerent? Urgent rustice sane: [7] negant enim posse; et in eo perstant: hoc verbum quid valeat, non vident. Cum enim quærimus,[8] si possint celare, quid facturi sint, non quærimus, possintne celare: sed tanquam tormenta quædam adhibemus, ut, si responderint, se, impunitate proposita, facturos quod expediat, facinorosos se esse fateantur; si negent, omnia turpia per seipsa fugienda esse concedant. Sed jam ad propositum revertamur.

X. 40. Incidunt sæpe multæ [1] causæ, quæ conturbent animos utilitatis specie; non, cum hoc deliberetur, relinquendane sit honestas propter utilitatis magnitudinem (nam id quidem improbum est); sed illud, possitne id, quod utile videatur, fieri non turpiter. Cum Collatino [2] collegæ

habeat conj. Erfurt.—5 *Atqui* Victor. Pearc. *fabulam prolatam dicunt* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *prolatam fabulam dicunt* Bern. 3.—6 *Hæc enim est* Basil. Mox, *causa fecerit* Bern. 4. *negat id f. posse* in eodem cod. *quanquam potest* quinque codd. ap. Orell. Victor. Lamb. 1566. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *quanquam potest hic quidem* cod. Lil. *quanquam non potest* Magnol. Manut. Lamb. in marg. ed. 1584. *nequaquam potest* est de Manutii conjectura. *sed quæro ab iis* Basil.—7 *Urg. sane rustice* Victor. *negant enim posse fieri* Basil. *verbum si quid valeat* Bern. 3. *v. quo valeant* (sic) Bern. 4.—8 *Cum quærimus* Bern. 4. *Cum quærimus enim* Basil. *si celare possint* Bern. 3. 4. Victor. Gernh. *celare* omittunt Bern. 1. 2. *quod facturi sint* Victor. *quid facturi sunt* Bern. 4. *sed tantum torm. . . . respondeant* in eodem cod. *quod expediat facturos* Bern. 3. *sin negent* Lamb.

CAP. X. 1 *Inc. multæ sæpe* Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *quæ conturbant* Basil. Magnol. Manut. *derelinquendane sit* Bern. 3. *relinquenda sit* Bern. 4. *propter utilitatis magnitudinem honestas* Bern. 3.—2 *Cum Collatino Tarquinio* Magnol. Manut. Lamb. *facere injuste,* omisso *id,* Heusing. Beier. *consiliorum et adjutor* Bern. 1. 2. 3. 4.

Digitized by Google

Brutus imperium abrogabat, poterat videri facere id injuste: fuerat enim, in regibus expellendis, socius Bruti, consiliorum etiam adjutor. Cum autem consilium hoc[3] principes cepissent, cognationem Superbi, nomenque Tarquiniorum, et memoriam regni, esse tollendam; quod erat utile, patriæ consulere, id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. Itaque utilitas valuit propter honestatem; sine qua ne utilitas quidem esse potuisset.[4] At in eo rege, qui urbem condidit, non ita.[5] 41. Species enim utilitatis animum pepulit ejus; cui cum visum esset utilius, solum[6] quam cum altero règnare, fratrem interemit. Omisit hic et pietatem et humanitatem, ut id, quod utile videbatur, neque erat, assequi posset: et tamen muri causam[7] opposuit, speciem honestatis neque probabilem neque satis idoneam. 42. Peccavit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli, dixerim. Nec tamen nostræ[8] nobis utilitates omittendæ sunt, aliisque tradendæ, cum his ipsi egemus: sed suæ cuique utilitati, quod sine alterius injuria fiat, serviendum est. Scite Chrysippus, ut multa, 'Qui[9] stadium,' inquit, 'currit, eniti et contendere debet, quam maxime possit, ut vincat: supplantare eum, quicum certet, aut manu depellere, nullo modo debet: sic in vita sibi quemque petere, quod pertineat ad usum,[10] non iniquum est: alteri deripere, jus non est.' 43. Maxime autem perturbantur officia in amicitiis; quibus et non tribuere quod recte possis, et tribuere quod non sit æquum, contra officium est. Sed hujus generis totius breve

Heusing. Gernh. Schutz. *et cons. etiam adjutor* Victor. *cons. adjuter* Beier. et Billerb.—3 Basil. Lamb. Petr. 1568. omittunt *hoc*. Paulo post, *consulere* omittunt Lamb. et Petr. 1568.—4 Bern. 4. *potuisset esse*.—5 Bern. 1. 2. 3. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *non item;* Basil. *non ita est*.—6 Magnol. Manut. *solum se;* Basil. *se solum*.—7 Bern. 1. 2. Basil. *muri causa*. Statim, *nec probabilem* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *nec sane idoneam* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *nec satis idoneam* Magnol. Manut. Facciol.—8 Bern. 4 omittit *nostræ*. Statim, *omittendæ sunt utilitates* Bern. 3. *utilitates nobis om. sunt* Bern. 4. *cum ipsi his* in eodem cod. *cum iis ipsi* Basil. Lamb. Petr. 1568. *egeamus* codd. et edd. ante Ernesti.—9 *Ut qui* Bern. 3. *inquit* omittunt duo codd. Beier. Billerb. *quicum certat* Basil. *aut manu pellere* e Nonio et Beda Beier. et Billerb.—10 Petr. 1568. *ad usum pertinet*. Mox, *diripere* Basil.

Digitized by Google

et non difficile præceptum est. Quæ enim videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, cetera[11] generis ejusdem, hæc amicitiæ nunquam anteponenda sunt. At neque[12] contra rempublicam, neque contra jusjurandum ac fidem, amici causa, vir bonus faciet; ne si judex quidem erit de ipso amico. Ponit enim personam amici, cum induit judicis.[13] Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici causam esse malit: ut orandæ litis[14] tempus, quoad per leges liceat, accommodet. 44. Cum vero jurato sententia dicenda sit,[15] meminerit, Deum se adhibere testem, id est (ut arbitror) mentem suam, qua nihil homini dedit Deus ipse divinius. Itaque præclarum a majoribus accepimus morem[16] rogandi judicis, si eum teneremus, 'Quæ salva fide facere possit.' Hæc rogatio ad ea pertinet, quæ paulo ante[17] dixi honeste amico a judice posse concedi: [*p.* 61.] nam, si omnia facienda sint quæ amici velint, non amicitiæ tales, sed conjurationes, putandæ sint. 45. Loquor autem de communibus amicitiis: nam in sapientibus viris, perfectisque,[18] nihil potest esse tale. Damonem et Phintiam,[19] Pythagoreos, ferunt hoc animo inter se fuisse, ut, cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset, et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies, commendandorum suorum causa, postulavisset, vas factus sit alter ejus

Victor. *subripere* Magnol. Manut.—11 Basil. Victor. *ceteraque;* Magnol. Manut. *et cetera.*—12 *Ac neque* Basil. Victor. *ad fidem amici sui* Magnol. Manut. Lamb.—13 *Ponit personam amici, cum induit judicis* pro versiculo habent Beier. Billerb. Nobb.—14 Victor. Lamb. Petr. 1568. *et ut orandæ liti;* Græv. Colon. 1748. Facciol. etiam *liti;* Basil. Magnol. Manut. *ut perorandæ litis.*—15 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *dicenda sententia sit.* Mox, *Deum se habere* Bern. 2. Victor. *se Deum habere* Bern. 3. *ut ego arbitror* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Orell. *homini dedit ipse Deus divinius* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *dedit Deus homini divinius*, omisso *ipse*, Bern. 3.—16 Victor. *morem accepimus;* Petr. 1568. *accepimus a majoribus morem.* Mox, *si eum tenemus* Bern. 4. *si ea teneremus* Pith. cum uno cod. Oxon. *facere posset* Bern. 1. 2. 3. Basil. quatuor codd. Heusingeri, et ed. Mogont. non improbante Beiero.—17 Bern. 3 omittit *paulo ante.* Actutum, *dixit honesta* Victor. Lamb. Facciol. *dixi honesto* Billerb. *facienda sunt* Gud. 2. Heusing. Gernh. Beier. *putandæ sunt* Bern. 3. Victor. Magnol. Manut. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. Gernh. Beier.—18 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *atque perfectis.*—19 *Pythiam* Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *pynthiam* Bern. 1. 2. *phitiam* Bern. 3. *pithiam* Bern. 4. Basil. Statim, *ut* delendum censebat Gronov. Obss. III. 25. p. 494. Lips. *destinasset* Lamb. *is* omittit Bern. 4. *paucos dies causa comm. suor. sibi* Bern. 3. *vas factus est* Bern. 1. 2. 3. 4. Vic-

Digitized by Google

sistendi; ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se recepisset,[20] admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam tertium ascriberent. 46. Cum igitur id[21] quod utile videtur in amicitia, cum eo quod honestum est, comparatur; jaceat utilitatis species, valeat honestas. Cum autem, in amicitia, quæ honesta non sunt, postulabuntur; religio et fides anteponantur amicitiæ: sic habebitur is, quem exquirimus, delectus officii.

XI. Sed, utilitatis specie, in re publica sæpissime[1] peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri: durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Æginetis, qui classe valebant, pollices præciderentur. Hoc visum est utile: nimis enim imminebat, propter propinquitatem, Ægina Piræeo. Sed nihil, quod crudele, utile: est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maxime inimica crudelitas. 47. Male etiam,[2] qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere; quam tulerunt legem[3] sapientissimi consules, Crassus et Scævola: usu vero urbis prohibere peregrinos, sane inhumanum est. Illa præclara,[4] in quibus publicæ utilitatis species præ honestate contemnitur. Plena exemplorum est nostra respublica, cum sæpe,[5] tum maxime bello Punico secundo; quæ, Cannensi calamitate accepta, majores animos habuit, quam unquam rebus secundis: nulla timoris[6] significatio, nulla mentio pacis. Tanta vis est honesti, ut speciem utilitatis obscuret. 48. Athenienses cum Persa-

tor. Magnol. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *sistendi ejus* Victor.—20 *Qui cum revertisset ad diem* Magnol. Manut. *ut se in amicitiam* Magnol. Manut. *tertium scriberent* Bern. 4.—21 *Cum id*, omisso *igitur*, Bern. 4. *utile quod* Bern. 3. *anteponatur* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Græv. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *et sic habebitur* Magnol. Manut. *sed habebitur* Petr. 1568. *dilectus* Bern. 1. 2. Lamb.

CAP. XI. 1 Basil. *sæpissime in rep.* Mox, *durius enim Athen.* Bern. 4. *qui jusserunt* Bern. 3. *quia classe* Petr.—2 *Male agunt etiam* Basil. *ut Pennius* Basil. Victor. *ut Petronius* Magnol. Manut. *ut Fannius* conj. Beier. receperunt Billerb. et Nobb.—3 Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *legem tulerunt*; Bern. 4. *legem tulerunt legem* (sic); Bern. 3. *peregrinos prohibere.*—4 *Illa sunt præclara* Basil. *Illa præclara sunt* Victor.—5 Gud. 3. Anem. Manut. Lamb. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *cum sæpe alias;* Magnol.

Digitized by Google

rum impetum nullo modo possent sustinere, statuerentque,[7] ut, urbe relicta, conjugibus et liberis Trœzene depositis, naves conscenderent, libertatemque Græciæ classe defenderent, Cyrsilum quendam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxemque reciperent, lapidibus obruerunt. Atque[8] ille utilitatem sequi videbatur: sed ea nulla erat, repugnante honestate. 49. Themistocles, post victoriam ejus belli quod cum Persis fuit,[9] dixit in concione, se habere consilium reipublicæ salutare, sed id sciri opus non esse. Postulavit, ut aliquem populus daret, quicum communicaret: datus est Aristides. Huic ille, classem Lacedæmoniorum, quæ subducta esset ad Gytheum,[10] clam incendi posse; quo facto frangi Lacedæmoniorum opes necesse esset. Quod Aristides cum audisset,[11] in concionem magna expectatione venit; dixitque, perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses, quod honestum non esset, id ne utile quidem putaverunt:[12] totamque eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide, repudiaverunt. Melius hi, quam nos, qui piratas immunes, socios vectigales, habemus.[13] XII. [*p.* 62.] Maneat ergo, quod turpe sit, id nunquam esse utile,[1] ne tum quidem, cum id, quod esse utile putes, adipiscare. Hoc enim ipsum, utile putare quod turpe sit, calamitosum est.

50. Sed incidunt (ut supra dixi) sæpe causæ, cum repugnare utilitas honestati videtur;[2] ut animadvertendum sit, repugnetne plane, an possit cum honestate conjungi. Ejus generis hæ sunt quæstiones: Si (exempli gratia) vir bonus

tum sæpe alias.—6 *Nulla fuit timoris* Basil. Magnol. Manut.—7 Lamb. et Petr. 1568. *statuerunt*, omisso *que*. Paulo post, *Xerxenque* Bern. 3. Beier. *lapidibus cooperuerunt* Bern. 3. Palat. 1. Anem. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.—8 *Atqui* Victor. Pearc. Heusing. *sequi utilitatem* Magnol. Manut. Lamb. Facciol. —9 Bern. 4. *fuerat*, et statim omittit *in concione*. Tum, *non opus esse* Bern. 1. 2. Basil. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Beier. *non opus esset* Bern. 4.—10 *Gythium* Magnol. Manut. Statim, *necesse esse* Vinc. Bellov. uti volebat Ernesti. —11 *Quod A. cum audivisset* Magnol. Manut. Lamb. Mox, *esse* omittit Bern. 3.—12 Magnol. Manut. *putarunt*. Statim, *audiverant* in iisdem et Lamb.—13 Basil. *habeamus*.

CAP. XII. 1 Bern. 1. 2. 3. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Orell. *utile esse*. Statim, *utile esse putes* Basil. Facciol.—2 Bern. 1. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. Heusing.

Digitized by Google

Alexandria[3] Rhodum magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopia et fame, summaque annonæ caritate; si idem sciat, complures mercatores Alexandria solvisse, navesque in cursu, frumento onustas, petentes Rhodum, viderit; dicturusne sit id Rhodiis, an silentio suum quam plurimo venditurus? Sapientem et bonum virum[4] fingimus: de ejus deliberatione et consultatione quærimus, qui celaturus Rhodios non sit, si id turpe judicet; sed dubitet, turpe sit, an non sit. 51. In hujusmodi causis, aliud Diogeni[5] Babylonio videri solet, magno et gravi Stoico, aliud Antipatro, discipulo ejus, homini acutissimo. Antipatro, omnia patefacienda, ut ne quid omnino, quod venditor norit, emtor ignoret: Diogeni, venditorem, quatenus jure civili constitutum sit, dicere vitia oportere: cetera sine insidiis agere: et, quoniam vendat, velle quam optime vendere. Advexi, exposui, vendo meum non pluris, quam ceteri: fortasse etiam minoris, cum major est copia.[6] Cui fit injuria? 52. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte:[7] Quid ais?[8] tu, cum hominibus consulere debeas, et servire humanæ societati, eaque lege natus sis, et ea habeas principia naturæ, quibus parere, et quæ sequi debeas, ut utilitas tua communis utilitas sit, vicissimque communis utilitas tua sit, celabis homines, quid iis adsit

Gernh. Schutz. Beier. *videatur.*—3 *Alexandrea* Bern. 1. 2. 3. *ab Alexandria* Petr. 1568. *Alexandria profectus* Basil. *ab Alexandria profectus* Magnol. Manut. *si idem consciat* Bern. 4. *mercatores ab Alexandria* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *Rhodiis id* Basil. Victor. *quam plurimum* Magnol.—4 *Sapientem bonum virum* Petr. 1568. *Sapientem et virum bonum* Nonius v. 'Fingere,' et Bern. 3. *sed dubitet, an turpe non sit* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. Heusing. Schutz. Orell. *sed dub. an turpe sit, an non sit* codex Curiensis ap. Degen. et Gud. 2. unde, *an turpe sit, non sit* conj. Orell. *sed dub. an turpe sit* codd. ap. Pearc. *sed dub. an turpe sit, an turpe non sit* de Beieri conjectura Billerb. *sed, an turpe sit, dubitet* Basil.—5 *Diogenes,* superscripto *ait,* Bern. 3.—6 Verba, *cum major est copia,* suspecta sunt Facciolato.—7 *Exoritur ex altera parte Antipatri ratio* Lamb. Petr.—8 *Quid agis* Bern. 4. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *tute, cum &c.* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *omnibus hominibus* Basil. Pearc. *ut ea habeas* Magnol. Manut. Lamb. *semper sequi debeas* Magnol. Manut. *sit utilitas* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Orell. *utilitas* uncis inclusit Beier. delevit Billerb. *vicissim,* omissa conjunctione, Lamb. Petr. 1568. *vicissim et æque* Bern. 4. Magnol. Manut. *quid his* Bern. 1. Victor. Magnol. *et commoditatis* Magnol. Manut.

Digitized by Google

commoditatis et copiæ? Respondebit Diogenes[9] fortasse sic, Aliud est celare, aliud tacere: neque ego nunc te celo, si tibi non dico, quæ natura Deorum sit, qui sit finis bonorum; quæ tibi plus prodessent cognita, quam tritici vilitas: sed non, quicquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est. 53. Immo vero (inquiet ille)[10] necesse est, si quidem meministi, esse inter homines natura conjunctam societatem. Memini, inquiet ille:[11] sed num ista societas talis est, ut nihil suum cujusque sit? quod si ita est, ne vendendum quidem quicquam est, sed donandum. XIII. Vides, in hac tota disceptatione, non illud dici, Quamvis hoc turpe sit, tamen, quoniam expedit, faciam; sed ita expedire, ut turpe non sit: ex altera autem parte,[1] ea re, quia turpe sit, non esse faciendum. 54. Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia, quæ ipse[2] norit, ceteri ignorent: pestilentes sint, et habeantur salubres: ignoretur, in omnibus cubiculis apparere serpentes; male materiatæ, ruinosæ: sed hoc, præter dominum, nemo sciat. Quæro, si hoc emtoribus venditor non dixerit, ædesque vendiderit pluris multo, quam se venditurum putarit, num id injuste an im-

—9 *Respondit*, omisso *Diogenes*, Bern. 1. Basil. *Respondet fortasse sic Diogenes* Bern. 3. *aliud est tacere* Bern. 3. 4. Magnol. Manut. *sed tibi non dico* Bern. 3. *sit* omittit Bern. 4. *quis sit finis* Bern. 3 Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. *quid sit finis* Bern. 2. *tritici utilitas* Bern. 2. 4. Basil. Magnol. Græv. Colon. 1748. Facciol. *sed numquid, quod tibi* Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *sed num quicquid tibi* Gud. 2. *audire tibi* Bern. 2. 4. *utile, id, &c.* omisso *est*, Bern. 3. *utile est, idem* Bern. 1. 2. Victor.—10 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *inquit ille.* Hæc verba desunt in Pal. 1. delerunt ergo Beier. et Billerb. *Immo vero, inquit ille, n. est* omittunt Bern. 1. 2. Basil. Rom. 1469. *si quidem inter homines natura meministi conjunctam* Magnol. Manut. *si q. inter hom. mem. esse natura conjunctam* al. ap. Orell.—11 *Mem. inquit ille* Magnol. Manut. Lamb. *M. inquit et ille* Basil. *ille* omittit Bern. 3. *inquiet ille* de Beieri conjectura delevit Billerb. uncis inclusit Nobb. *suum cujusquam* Bern. 2. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *suum quicquam* Bern. 4. *cujusque sit suum* Lamb. Petr.

CAP. XIII. 1 Bern. 4. *ex altera parte autem.* Statim, *non esse favendum* Bern. 1.—2 Bern. 4 omittit *ipse.* Statim, *in omnibus cubilibus* Lamb. Petr. 1568. *oberrare serpentes* conj. Jortin. *male materiatæ sint* Bern. 4. Gud. 2. Heusing. seqq. *sciat nemo* Lamb. Petr. 1568. *si hæc emt.* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *num injuste* plurimi codd. et edd. *non injuste* Bern. 1. *juste aut improbe* Bern. 4. Basil. Magnol. Manut. *juste an improbe* ex uno codice vir doctus in Bibl. Crit. VIII. p. 83. *injuste atque improbe* conj. Facciol. et Ernesti, probante Wyttenb. in Bibl. Crit. III. p. 28. *injuste et improbe* e cod.

Digitized by Google

probe fecerit? 55. Ille vero, inquit Antipater.[3] Quid enim est aliud, erranti viam non monstrare (quod Athenis execrationibus publicis sancitum est), si hoc non est, emtorem pati ruere, et per errorem in maximam fraudem incurrere? Plus etiam est, quam viam non monstrare: nam est scientem in errorem alterum inducere. Diogenes contra: Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est? [*p*. 63.] Ille, quod non placebat, proscripsit: tu, quod placebat, emisti. Quod si qui proscribunt, 'villam bonam, beneque[4] ædificatam,' non existimantur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione; multo minus, qui domum non laudarunt. Ubi enim judicium emtoris est, ibi fraus venditoris quæ potest esse? Sin autem dictum non omne[5] præstandum est; quod dictum non est, id præstandum putas? Quid vero est stultius,[6] quam venditorem, ejus rei, quam vendat, vitia narrare? quid autem tam absurdum, quam si, domini jussu, ita præco prædicet? 'Domum pestilentem vendo.' 56. Sic ergo, in quibusdam causis dubiis,[7] ex altera parte defenditur honestas, ex altera ita de utilitate dicitur, ut id, quod utile videatur, non modo facere honestum sit; sed etiam, non facere, turpe. Hæc est[8] illa, quæ videtur utilium fieri cum honestis sæpe dissensio. Quæ dijudicanda sunt:[9] non enim, ut quæreremus, exposuimus, sed ut explicaremus. 57. Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodios,[10] nec hic ædium venditor, celare emtores debuisse. Neque enim id est celare,[11] quicquid reticeas: sed cum, quod tu scias, id igno-

Regio Lall. et Billerb.—3 *Antipater, improbe facit* Magnol. Manut. *quid est enim* Bern. 1. 3. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Quid est aliud enim* Bern. 4. *quam viam erranti* Victor. Mox, pro *publicis* Valkenaer. conj. *Buzygis.* Tum, *sanctum est* Bern. 1. 2. 3. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. Heusing. Facciol. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *si hoc non est* omittunt Bern. 3. Petr. 1568. *in maximam f. i. plus e. est, q. v. n. m. n. e. s. in errorem* omittit Victor.—4 Magnol. Manut. *bonam (ut ipsi asserunt) beneque.* Mox, *non æstimantur* Facciol. *multum minus* Bern. 1. 2. *non laudarit* Bern. 3.—5 *Sin a. non omne dictum* Basil.—6 *Quid v. stultius est* Bern. 3. Basil. *est* omittunt Gud. 2. Beier. Billerb. *quid tam absurdum* Lamb. Petr. 1568. *ita* omittit Basil.—7 *Sic e. in q. dubiis* Bern. 3. *dubiis* omittunt Lamb. Petr. 1568. *ex altera utilitas, ita* Bern. 3. *honestum facere sit* Magnol. Manut.—8 *Hæc est* omittit Bern. 4.—9 *Quæ d. sint* Bern. 4.—10 *Rhodius* Bern. 1. 4. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc.—11

Digitized by Google

rare emolumenti tui causa velis eos, quorum intersit id scire. Hoc autem celandi genus[12] quale sit, et cujus hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non justi, non viri boni; versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Hæc tot et alia[13] plura, nonne inutile est, vitiorum subire nomina?

XIV. 58. Quod si vituperandi sunt,[1] qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adhibuerunt? C. Canius,[2] eques Romanus, nec infacetus, et satis literatus, cum se Syracusas, otiandi (ut ipse dicere solebat), non negotiandi causa, contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus, posset. Quod cum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracusis, dixit,[3] venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis: et simul ad cœnam hominem in hortos invitavit in posterum diem. Cum ille promisisset, tum Pythius (qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus) piscatores ad se convocavit, et ab his petivit, ut ante suos hortulos postridie piscarentur: dixitque, quid eos facere vellet. Ad cœnam tempore[4] venit Canius: opipare a Pythio apparatum convi-

Neque enim celare Bern. 4. *cum quid reticeas* Reg. ed. Lugd. 1527. Lall. et sic volebant et Scheller et Hottinger. *intersit hoc scire* Bern. 4. a m. pr. et a m. sec. *intersit scire id.*—12 *Hoc autem genus* Bern. 3. *non simplicis est* Magnol. Manut. Facciol. *non boni viri* Bern. 3. Pearc.—13 *Hæc tot et talia* Petr. 1568. *non utile est* Facciol. *est* omittit Bern. 4.

CAP. XIV. 1 Ita Bern. 4. cum plerisque edd. *sunt* omittunt Bern. 1. 2. 3. Basil. Petr. 1568. Lall. *quid de eis* Basil. *quid de his* Bern. 1. *existimandum sit* Bern. 4. *est* omittunt Gud. 1. Beier.—2 *Cannius* Victor. Magnol. Lamb. *homo nec infacetus* Magnol. Manut. Lamb. *ut ipse d. s. non negotiandi* omittit Bern. 4. *otiandi causa non negotiandi, ut ipse dicere solebat, contulisset* Magnol. Manut. Facciol. *dictabat* Bern. 1. 2. Victor. *emere velle* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Orell.—3 Ita Magnol. Manut. Lamb. Pearc. *dixit* omittunt codd. et plurimæ edd. Mox, *non habere dixit* Bern. 1. *hominem in hortos* omittunt Magnol. Manut. *ut argentarius, qui esset* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *ut* omittit Bern. 3. *qui esset* Facciol. Pro *ordines* Bern. 4 habet *homines*. Tum, *convocavit ad se* Petr. 1568. *et ab iis* Basil. Magnol. Manut. Lamb. Facciol. *postera die* Bern. 3. Magnol. Manut. *dixit*, omisso *que*, Bern. 4.—4 *Ad c. tempori* Bern. 2. alii codd. ap. Lang. item Petr. 1568. probante Osann. Anal. Crit. p. 192. *Canius venit* Bern. 3. *apparatum est*

Digitized by Google

vium: cymbarum ante oculos multitudo: pro se quisque, quod ceperat, afferebat: ante pedes Pythii pisces abjiciebantur. 59. Tum Canius, Quæso, inquit, quid est hoc,[5] Pythi? tantumne piscium, tantumne cymbarum? Et ille, Quid mirum? inquit. Hoc loco est, Syracusis quicquid est piscium: hæc aquatio:[6] hac villa isti carere non possunt. Incensus Canius cupiditate, contendit a Pythio, ut venderet.[7] Gravate ille primo. Quid multa? impetrat: emit homo cupidus et locuples, tanti, quanti Pythius voluit; et emit instructos: nomina facit: negotium conficit.[8] Invitat Canius postridie[9] familiares suos. Venit ipse mature: scalmum nullum videt: quærit ex proximo vicino,[10] num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret. Nullæ (quod sciam), inquit ille:[11] sed hic piscari nulli solent: itaque heri mirabar, quid accidisset. 60. [*p.* 64.] Stomachari Canius. Sed quid faceret? nondum enim Aquillius,[12] collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas: in quibus ipsis cum ex eo quæreretur, Quid esset dolus malus; respondebat, Cum esset aliud simulatum, aliud actum. Hoc quidem sane luculenter,[13] ut ab homine perito definiendi. Ergo et Pythius, et omnes aliud agentes, aliud simulantes, perfidi, improbi, malitiosi sunt.[14] Nullum igitur factum eorum[15] potest utile esse, cum sit tot vitiis inquinatum. XV. Quod si Aquilliana definitio vera est, ex omni vita[1] simulatio dissimulatioque tollenda est. Ita

Basil. *apparatum erat* Lamb. *opipare paratum erat convivium*, omissis *a Pythio*, Magnol. Manut. *opipare a Pythio paratum convivium* Facciol. *ante hortulos multitudo* Victor. Petr. 1568. Facciol. *ante Pythii pedes* Bern. 3.—5 Petr. 1568. *quid hoc;* Magnol. Manut. omittunt *hoc;* Bern. 3 omittit *quid est hoc*. Mox, *tantumne hic piscium* Basil. Gernh. Schutz. Beier.—6 Ita codex unus Oxon. et Lang. *hoc aquatio* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. cum plurimis edd.—7 Basil. *ut vendat.*—8 Bern. 4. *nomina negotium facit conficit.*—9 Magnol. Manut. *postera die.*—10 Bern. 3. *ex proximo sibi vicinio.*—11 Ita Bern. 3. et plurimæ edd. *ille inquit* Bern. 1. et Basil. *ille* omittunt Bern. 2. 4. Beier. Orell.—12 *Caius Aquillius* Basil. *pertulerat* Victor. *in quibus cum, &c.* Bern. 2. *quærerem* Bern. 1. 2. 3. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *sed aliud simulatum et aliud actum* Basil.—13 *Hoc q. s. luculente* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Facciol. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—14 Ita Basil. cum plerisque codd. *sunt* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Beier. Billerb. Orell.—15 Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. *eorum factum*. Statim, *esse utile* Bern. 4. *sit* omittit Bern. sed a m. sec. habet *inquinatum sit*.

CAP. XV. 1 Bern. 4. *ex hominis vita;* Basil. *ex hominum vita*. Mox, *quis-*

Digitized by Google

nec, ut emat melius, nec, ut vendat, quicquam simulabit aut dissimulabit vir bonus. 61. Atque iste dolus malus etiam legibus[2] erat vindicatus, ut tutela XII tabulis, et circumscriptio adolescentium lege Lætoria; et, sine lege, judiciis, in quibus additur, 'ex fide bona.' Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt; in arbitrio rei uxoriæ, 'melius, æquius;' in fiducia, 'ut[3] inter bonos bene agier.' Quid ergo? aut in eo, quod 'melius, æquius,'[4] potest ulla pars inesse fraudis? aut, cum dicitur, 'inter bonos bene agier,' quicquam agi dolose aut malitiose potest? Dolus autem malus simulatione,[5] ut ait Aquillius, continetur. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Non licitatorem[6] venditor, nec, qui contra se liceatur, emtor apponet: uterque, si ad eloquendum venerit, non plus, quam semel, eloquetur. 62. Q. quidem Scævola, P. F. cum postulasset, ut sibi fundus, cujus emtor erat, semel indicaretur, idque venditor ita fecisset;[7] dixit, se pluris æstimare: addidit centum millia. Nemo est, qui hoc boni viri fuisse neget; sapientis, negant; ut, si minoris, quam potuisset, vendidisset. Hæc igitur est illa pernicies, quod alios bonos, alios sapientes, existimant: ex

quam simulabit Magnol. Manut.—2 Bern. 1. 2. 3. Basil. Petr. 1568. Hensing. Gernh. Beier. Orell. *malus et legibus;* Lamb. omittit *etiam*. Mox, *et* ante *circumscriptio* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Hensing. Beier. Orell. *lege Plætoria* e Tabul. Hercul. v. 112. Beier. Billerb. et Orell. *lege Plectoria* Magnol. Manut. *lege Latoria* Bern. 1. 3. Basil. Victor. *ex fide bona additur* Victor. Manut. *ex fide bona agitur* Magnol. Græv. Colon. 1748. Facciol.—3 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. cum plerisque edd. ante Heusing. *ut* omittunt Gud. 1. 3. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.—4 Victor. Magnol. Manut. *æquius est*. Mox, *ut inter bonos* Bern. 3. Petr. 1568. *bene agi* Bern. 3.—5 Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *in simulatione;* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *simulatione et dissimulatione*. Mox, *in rebus* Magnol. Manut.—6 Ita Bern. 1. 2. 4. Basil. et edd. ante Heusing. *Non illicitatorem* Bern. 3. Pal. 1. Anem. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *non, qui contra liceatur* codd. aliquot, Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *nec qui contra liceatur* Lamb. *non qui contra se lic.* Bern. 1. 2. 4. *non qui contra reliceatur* Bern. 3. *nec qui contra asse liceatur* de Mureti conjectura Lamb. *emtor opponet* Bern. 4. Victor. Magnol. Manut. *ad loquendum* Bern. 3. 4. Basil. Magnol. Manut. *loquetur* Magnol. Manut.—7 Bern. 3. *idque venditor fecisset*. Artutum, *dixissetque* Victor. *nemo est qui viri hoc boni neget*, omisso *fuisse*, Bern. 3. *nemo neget hoc fuisse, qui viri boni* Bern. 4. *viri boni* alii etiam codd. et Orell. *negant esse sapientis* Bern. 3. *ut etiam, si minoris* Lamb. Pro *vendi-*

Digitized by Google

quo Ennius, 'nequicquam sapere[8] sapientem, qui sibi ipse prodesse non quiret.' Vere id quidem, si, quid esset 'prodesse,' mihi cum Ennio conveniret. 63. Hecatonem quidem Rhodium, discipulum Panætii, video in iis libris, quos de Officio[9] scripsit Q. Tuberoni, dicere, Sapientis esse, nihil contra mores, leges, instituta facientem, habere rationem rei familiaris. Neque enim solum nobis divites esse volumus, sed liberis, propinquis, amicis, maximeque reipublicæ: singulorum enim facultates,[10] et copiæ, divitiæ sunt civitatis. Huic Scævolæ[11] factum (de quo paulo ante dixi) placere nullo modo potest. Etenim omnino tantum se negat facturum compendii sui causa, quod non liceat. Huic nec laus magna tribuenda, nec gratia est. 64. Sed, sive simulatio[12] et dissimulatio dolus malus est, perpaucæ res sunt, in quibus dolus iste malus non versetur: sive vir bonus est is qui prodest, quibus potest, nocet nemini, certe istum virum bonum non facile reperiemus. Nunquam igitur est[13] utile peccare, quia semper est turpe: et, quia semper est honestum, virum bonum esse, semper est utile.

XVI. 65. Ac de jure[1] quidem prædiorum sancitum est

disset Gud. 5. edd. vett. et Lall. habent *emisset*.—8 Basil. *nihil sapere*. Mox, *qui ipse sibi* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *qui sibi ipsi* Magnol. Manut. *non quit* Pearc. *nequiret* Bern. 3. a m. sec. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. *nonq curet* (sic) Bern. 3. a m. pr.—9 Ita Bern. 2. 3. 4. Victor. *de Officiis* Bern. 1. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. Facciol. Heusing. Beier. Schutz. Orell. Statim, *leges, mores* Bern. 3.—10 *Singulorum facultates* Bern. 1. 2. Basil.—11 *Hujus Scævolæ* Bern. 1. 2. *paulo* omittit Bern. 3. *nullo modo placere* in eodem cod. *etenim qui omnino* Gud. 3. codd. aliquot Oxon. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *tantum* omittunt Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *laus maxima* Facciol. *nec gratia tribuenda est* Lamb. Petr. 1568. *tribuenda est, nec gratia* Magnol. Manut. Facciol.—12 *Sed sive et simulatio* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Magnol. Manut. Petr. 1568. *non dolus malus iste versetur* Bern. 1. 2. Basil. Petr. 1568. Orell. *non dolus iste malus vers.* Victor. Lamb. *dolus malus iste non vers.* Bern. 4. *certe virum istum bonum* Petr. 1568. *recte justum virum bonum* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Magnol. Manut. *recte virum bonum et justum* Basil. *reperimus* Victor. Heusing. Gernh. Orell.—13 *Nunquam est igitur* Bern. 1. 2. 3. 4. et plurimæ edd. *semper honestum*, omisso *est*, Olshausen. *bonum virum* Bern. 3. *est semper*, omisso *esse*, Bern. 2. *est* omittit Bern. 4.

CAP. XVI. 1 *At de jure* Basil. *sanctum apud nos est* Bern. 1. 2. 3. Victor.

Digitized by Google

apud nos jure civili, ut, in his vendendis, vitia dicerentur, quæ nota essent venditori. Nam, cum ex XII Tabulis[2] satis esset ea præstari, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret; a jureconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim esset in prædio[3] vitii, id statuerunt, si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. 66. [p. 65.] Ut, cum in arce augurium augures acturi essent,[4] jussissentque T. Claudium Centumalum, qui ædes in Cælio monte habebat, demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis; Claudius proscripsit insulam: vendidit: emit P. Calpurnius Lanarius: huic ab auguribus illud idem denuntiatum est. Itaque Calpurnius cum demolitus esset, cognossetque,[5] Claudium ædes postea proscripsisse, quam esset ab auguribus demoliri jussus, arbitrum illum adegit, 'quicquid sibi dare, facere, oporteret ex fide bona.' M. Cato sententiam dixit, hujus nostri Catonis pater:[6] (ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus.) Is igitur judex ita pronuntiavit: cum in venumdando[7] rem eam scisset, et non pronuntiasset, emtori damnum præstari oportere. 67. Igitur[8] ad fidem bonam statuit pertinere, notum esse emtori vitium, quod nosset venditor. Quod si recte judicavit,[9] non recte frumentarius ille, non recte ædium pestilentium venditor ta-

Lamb. al. et Orell. *sanctum est apud nos* Bern. 4. *apud nos sancitum jure civili est* Basil. *ut in iis* Bern. 1. 2. 3.—2 Nonius in v. 'Præstare,' Heusing. Gernh. Schutz. Beier. omittunt *tabulis*. Statim, *satis esset cautum* Magnol. Manut. *quæ infitiatus*, omisso *qui*, Bern. 1. *duplicem pœnam* Magnol. Manut. *dupli pœna* Bern. 1. 2. *duplici pœna* Basil. *a jurisconsultis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *etiam* omittit Bern. 2.—3 Bern. 3. *in prædio esset;* Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. *est in prædio;* Magnol. *inest in prædio;* Lamb. Petr. 1568. *inesset in prædio.*—4 Lamb. *facturi essent.* Mox, *Ti. Claudium* Bern. 1. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Schutz. Orell. *T.* omittunt Bern. 4. Facciol. *ea, quo* Bern. 3. *eas, quarum* Basil. Magnol. Manut. Lamb. *et vendidit* Bern. 3. Basil. *idem illud est denuntiatum* Petr. 1568.—5 Magnol. Manut. Lamb. *cognovissetque.* Paulo post, *quid sibi dare* Bern. 1. *dare* omittunt Magnol. Manut.—6 Bern. 4. *pater Catonis.* Mox, *hic* omittunt Grut. et Ernesti, errore typogr. *illud lumen* Bern. 1. 2. 3. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Beier. Orell. *istud lumen* Basil.—7 Ita Basil. Magnol. et plurimæ edd. *vendendo* Bern. 1. 3. 4. Victor. *vendundo* Bern. 2. probante J. F. Heusing. *rem hanc scisset* Bern. 3. *pronuntiavisset* Magnol. Manut.—8 *Ergo* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier.

Digitized by Google

cuit. Sed hujusmodi reticentiæ jure civili omnes[10] comprehendi non possunt: quæ autem possunt, diligenter tenentur. M. Marius Gratidianus, propinquus noster, C. Sergio Oratæ[11] vendiderat ædes eas, quas ab eodem ipse, paucis ante annis, emerat. Hæ Sergio serviebant: sed hoc in mancipio Marius non dixerat. Adducta res in judicium est.[12] Oratam Crassus, Gratidianum defendebat Antonius. Jus Crassus urgebat:[13] quod vitii venditor non dixisset sciens, id oportere præstari: æquitatem Antonius: quoniam id vitium ignotum Sergio non fuisset, qui illas ædes vendidisset, nihil fuisse necesse dici; nec eum esse deceptum, qui id, quod emerat, quo jure esset, teneret. 68. Quorsum[14] hæc? ut illud intelligas, non placuisse majoribus nostris astutos. XVII. Sed aliter leges, aliter philosophi, tollunt astutias: leges, quatenus manu tenere[1] possunt; philosophi, quatenus ratione et intelligentia. Ratio igitur postulat,[2] ne quid insidiose, ne quid simulate, ne quid fallaciter. Suntne igitur[3] insidiæ, tendere plagas, etiam si excitaturus non sis feras, nec agitaturus? ipsæ enim, nullo insequente, sæpe incidunt: sic tu ædes proscribas, tabulam, tanquam plagam, ponas, domum propter vitia vendas; in eam aliquis incurrat imprudens? 69. Hoc quanquam video, propter depravationem consuetudinis, neque more turpe haberi, neque aut lege sanciri, aut jure civili; tamen na-

Orell.—9 *Quod si r. dijudicavit* Magnol. Manut. Petr. 1568.—10 Basil. *omnes jure civili;* Bern. 1. Victor. omittunt *omnes.*—11 *Auratæ* Schutz. *eas* omittit Petr. 1568. *eæ Sergio serviebant* Bern. 1. 2. 4. Victor. Heusing. *hee Sergio alii serviebant* Bern. 3. *eæ servitutem serviebant* conj. Orell. *Sergio* omittunt Pearc. Wyttenb. Schutz. Orell.—12 Bern. 3. *res est in judicium.*—13 *Jus C. arguebat* Bern. 2. *quod vitium* Bern. 3. Magnol. Manut. *præstare* Lamb. Pro *quoniam* Bern. 3 habet *quod.*—14 *Quorsus* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Gernh. Schutz. Beier. *non p. m. n. astus* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.

CAP. XVII. 1 Lamb. Petr. *tenere manu;* Basil. *res manu tenere;* Magnol. Manut. *manu tenere res.*—2 *Ratio ergo hoc postulat* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Pearc. *Ratio ergo postulat* Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *Ratio igitur hoc postulat* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol.—3 *Sunt igiturne* Bern. 4. *igitur* omittit Basil. *non sit* Bern. 4. *non sis feras* tantum habet codex unus Oxon. probante Pearc. *feras* omittunt omnes alii codd. et edd. *ipsæ enim feræ* codd. et edd. ante Ernesti, item Beier. et Orell. *sæpe in eas incidunt* Lamb. *si tu* Bern. 1. Victor. *sic tu cum* Bern. 5. Magnol. Lamb. Petr. 1568. *sic si tu* Pearc. *plagas* Bern. 5. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.—

Digitized by Google

turæ lege[4] sancitum est. Societas enim est, (quod, etsi sæpe dictum est, dicendum tamen est sæpius) latissime quidem quæ pateat, hominum inter homines; interior eorum, qui ejusdem gentis sunt; propior eorum, qui ejusdem civitatis. Itaque majores aliud jus[5] gentium, aliud jus civile, esse voluerunt. Quod[6] civile, non idem continuo gentium; quod autem gentium, idem civile esse debet. Sed nos veri juris, germanæque justitiæ, solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur:[7] eas ipsas utinam sequeremur! feruntur enim ex optimis naturæ et veritatis exemplis. 70. Nam quanti verba illa,[8] 'Uti ne, propter te fidemve tuam, captus fraudatusve siem!' Quam illa aurea, 'Ut inter bonos bene agier oportet, et sine fraudatione!' Sed, qui sint 'boni,' et quid sit 'bene agi,'[9] magna quæstio est. [*p.* 66.] Q. quidem Scævola, pontifex maximus, summam vim dicebat esse[10] in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur, 'Ex fide bona:' fideique bonæ nomen existimabat manare latissime, idque versari in tutelis, societatibus, fiduciis, mandatis, rebus emtis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas contineretur:[11] in his magni esse judicis, statuere (præsertim cum in plerisque essent judicia contraria) quid quemque cuique præstare oporteret. 71. Quocirca astutiæ tollendæ sunt, eaque malitia, quæ vult illa[12] quidem videri se esse prudentiam, sed abest ab ea, distat-

4 Magnol. Manut. Lamb. *naturæ tamen lege;* Bern. 4 omittit *tamen.* Actutum, *sanctum est* Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Græv. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *societas est enim* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *sæpe dictum sit* Basil. *est* delevit Schutz. *est tamen sæpius* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Orell. *omnium inter omnes* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. Pearc. *omnium hominum inter omnes* Lamb. *hominum inter homines, omnium inter omnes* conj. J. F. Heusing. *ejusdem generis sint* Bern. 4. *e. gentis sint* Bern. 1. 2. 3. Basil. Orell. *sunt* delevit Beier. *propiorque* Basil.—5 Bern. 3 omittit *jus.*—6 *Quod enim* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *non continuo idem* Bern. 3.—7 Idem codex omittit *utimur.* Actutum, *easque ipsas* Magnol. Manut. *ex optimis naturæ principiis* Gud. 3. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc.—8 *Nam quanti illa verba* Bern. 3. *fraudatusve sim* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *ut* omittunt Bern. 2. 4. Heusing. Gernh. Schutz. *oportet sine fraud.* Bern. 3.—9 Facciol. *agier.*—10 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *esse dicebat.* Statim, *in omnibus his* Bern. 2. 4. *in hiis omnibus* Bern. 3. *iis* omittit Bern. 1. *quibus adderetur*, omisso *in*, Bern. 4. *in quibus ageretur* Bern. 5. Magnol.—11 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. Schutz. Beier. Orell. *continetur* Basil. et edd. ante Ernesti. Actutum, *in iis* Bern. 2. et Bern. 1. a m. pr.—

Digitized by Google

que plurimum. Prudentia est enim locata in delectu[13] bonorum et malorum: malitia (si omnia, quæ turpia sunt, mala sunt) mala bonis ponit ante. Nec vero in prædiis solum jus civile, ductum a natura, malitiam fraudemque vindicat; sed, etiam[14] in mancipiorum venditione, fraus venditoris omnis excluditur. Qui enim scire debuit, de sanitate, de fuga, de furtis, præstat edicto ædilium. 72. Hæredum alia causa est.[15] Ex quo intelligitur, quoniam juris natura fons sit, hoc secundum naturam esse, neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscientia.[16] Nec ulla pernicies vitæ major inveniri potest, quam in malitia simulatio intelligentiæ: ex quo ista innumerabilia nascuntur, ut utilia cum honestis pugnare videantur. Quotus enim quisque[17] reperietur, qui, impunitate et ignoratione omnium proposita, abstinere possit injuria?

XVIII. 73. Periclitemur, si placet, in iis[1] quidem exemplis, in quibus peccari vulgus hominum fortasse non putat. Neque enim de sicariis, veneficis,[2] testamentariis, furibus, peculatoribus, hoc loco disserendum est; qui non verbis sunt et disputatione philosophorum, sed vinculis et carcere, fatigandi: sed hæc consideremus, quæ faciunt ii, qui habentur boni. L. Minucii Basili, locupletis hominis, falsum testamentum quidam e Græcia Romam attulerunt: quod quo[3] facilius obtinerent, scripserant hæredes secum M. Crassum et Q. Hortensium, homines ejusdem ætatis

12 Magnol. et Manut. omittunt *illa*. Statim, *se* omittit Bern. 3.—13 Bern. 1. 2. Lamb. *in dilectu*. Mox, *sunt* omittit Bern. 3. *bonis anteponit* Bern. 3. edd. ante Grut. item Pearc. et Facciol.—14 Magnol. Manut. Lamb. *sed et*. Mox, *venditoris fraus* Bern. 1. 2. Basil. Victor. Hensing. Orell. *venditorum fraus* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *de furtis* omittit Bern. 3. *is præstat* Bern. 3. Orell.—15 *Hær. alia est causa* Petr. 1568.—16 Codd. et plurimæ edd. *inscitia*. Mox, *ex quo illa* Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—17 *Quotusquisque enim* Bern. 4. *reperitur* Basil.

Cap. XVIII. 1 Bern. 1. *et in his*; Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Orell. *et in iis*; Bern. 2. *et iis*; Bern. 4. *in his*. Statim, *peccare* Magnol. Manut. Petr. 1568. *putet* Bern. 1. 3. 4. Beier. Billerb. Orell.—2 Bern. 3. *de veneficis*. Mox, *sed vinclis* Bern. 1. 2. Basil. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *et carcere castigandi* Magnol. Manut. Lamb.—3 Gud. 2. *sed quo*; Hensing. delevit *quod*. Statim, *scripserant* est de conjectura Ernestii; *scripserunt* habent codd. et reliquæ edd. *ejusdem civitatis potent*. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *nostræ civitatis pot*. conj. Ald. *hujus civitatis pot*. conj. J. M. Hensing. *esse falsum* Bern. 1. a m. pr. Lamb. Petr. 1568. *esse* delevit

Digitized by Google

potentissimos; qui, cum illud falsum esse suspicarentur, sibi autem nullius essent conscii culpæ, alieni facinoris munusculum non repudiaverunt. Quid ergo? satin' hoc est,[4] ut non deliquisse videantur? Mihi quidem non videtur; quanquam alterum amavi vivum, alterum non odi mortuum. 74. Sed cum Basilus M. Satrium, sororis filium, nomen suum ferre voluisset, eumque fecisset hæredem,[5] 'Hunc dico patronum agri Piceni et Sabini,' (o turpem notam temporum illorum!) num erat æquum, principes cives rem habere, ad Satrium nihil, præter nomen, pervenire? Etenim, si is, qui non defendit injuriam, neque propulsat a suis,[6] cum potest, injuste facit (ut in primo libro disserui), qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed etiam adjuvat injuriam? Mihi quidem etiam veræ hæreditates non honestæ videntur, si sint[7] malitiosis blanditiis officiorum, non veritate, sed simulatione, quæsitæ. Atqui,[8] in talibus rebus, aliud utile interdum, aliud honestum videri solet. 75. Falso: nam eadem utilitatis, quæ honestatis, est regula. Qui hoc non perviderit,[9] ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans, 'Est istuc quidem honestum;[10] verum hoc expedit,' res a natura copulatas audebit errore divellere; qui fons est fraudium, maleficiorum, scelerum omnium. XIX. [*p.* 67.] Itaque, si vir bonus habeat hanc vim, ut, si digitis concrepuerit, possit in locupletium[1] testamenta nomen ejus irre-

Beier. *culpæ consc. essent* Lamb. *culpæ essent consc.* Petr. 1568.—4 Bern. 1. 2. 3. 4. optimi codd. Hensingeri, Orell. *satin' est hoc;* Basil. *satisne est hoc.* Mox, *virum amavi* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Heusing. Schutz. Beier. Orell. —5 Verba, *eumque fecisset hæredem,* suspecta sunt Facciolato. *hunc ait dico* Bern. 1. 3. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. *hunc autem dico* Victor. *illorum* omittit Victor. *o turpem n. t. nomen illorum* Bern. 2. 4. *o turpem n. t. illorum nomen* Bern. 1. *o turpe nomen illorum temporum* Bern. 3. *non erat æquum* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. *principes cives rem ejus* Bern. 3. —6 Ita Bern. 1. 2. 3. Basil. et edd. ante Heusing. *a suis* omittunt Bern. 4. Heusing. Beier. Orell. uncis inclusit Gernh. *non modo repellit* Magnol. Manut.—7 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *si sunt.* Mox, *sed simulatione* omittit Petr. 1568.—8 *Atque* Bern. 3. Basil.—9 Magnol. Manut. *præviderit.*—10 *Est enim istuc honestum* Victor. *Est* omittit Basil. *istud* habent Basil. Manut. Lamb. Facciol. *qui fons est fraudum* Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Facciol. *scelerum et criminum omnium* Basil.

CAP. XIX. 1 Basil. Victor. *locupletum.* Statim, *quidem id o. n. u. suspica-*

Digitized by Google

pere, hac vi non utatur, ne si exploratum quidem habeat, id omnino neminem unquam suspicaturum. At, dares [2] hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui re vera non esset hæres; in foro (mihi crede) saltaret. Homo autem justus, isque [3] quem sentimus virum bonum, nihil cuiquam, quod in se transferat, detrahet. Hoc qui admiratur, is se, quid [4] sit vir bonus, nescire fateatur. 76. At vero, si quis [5] voluerit animi sui complicatam notionem evolvere, jam se ipse doceat, eum virum bonum esse, qui prosit, quibus possit; noceat nemini, nisi lacessitus injuria. Quid ergo? hic [6] non noceat, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros hæredes moveat, in eorum locum ipse succedat? Non igitur [7] faciat, (dixerit quis) quod utile sit, quod expediat? Immo intelligat, nihil nec expedire,[8] nec utile esse, quod sit injustum. Hoc qui non didicerit, bonus vir esse non poterit. 77. Fimbriam consularem, audiebam de patre nostro [9] puer, judicem M. Lutatio Pinthiæ fuisse, equiti Romano sane honesto, cum is sponsionem fecisset, 'ni bonus vir esset:' itaque ei dixisse Fimbriam, se illam rem nunquam judicaturum; ne aut spoliaret fama probatum hominem,[10] si contra judicasset; aut statuisse videretur, virum bonum aliquem esse, cum ea res innumerabilibus officiis et laudibus contineretur. Huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam, non modo Socrates, noverat,

turum habeat Bern. 3. *unquam* omittit Bern. 4.—2 *At si dares* Bern. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. *Adderes* Bern. 3. *crede mihi* Bern. 1. 2. 4. Basil. Beier.—3 Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *et is.* Mox, *bonum virum* Bern. 3. *detrahat* Bern. 4.—4 Gud. 3. Magnol. Manut. Lamb. Petr. *quis;* Victor. Hensing. Gernh. Beier. *qui;* Bern. 3. *nescire quid sit bonus vir.*—5 *At vero si qui* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Beier. Orell. *complicatam animi sui* Bern. 3. *bonum virum* in eodem codice. Tum, *quibus potest* Basil.—6 Bern. 4. *his.* Actutum *nonne noceat* Basil. *non nocet . . . perficit* Pearc. Facciol. Schutz. *non noceat . . . perficiet* Bern. 1.—7 *Non ergo* Magnol. Manut. *quodque expediat* Basil. Magnol. Manut. Facciol.—8 Bern. 4. Basil. *nihil expedire,* omisso *nec.* Mox, *vir bonus* Bern. 4. Beier. *vir* omittit Manut. *esse* omittit Bern. 4.—9 Basil. *de patre,* omisso *nostro.* Statim, *Pythiæ* Magnol. Manut. *ni vir bonus* Bern. 1. 2. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Hensing. Gernh. Beier. *nisi vir bonus* Victor. *ni is vir bonus* Bern. 3.—10 Bern. 4. *hominem probatum fama.* Actutum, *si contra judicavisset* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. *bonum virum* Bern. 4. *esse aliquem* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor.

Digitized by Google

nullo modo videri potest quicquam esse utile,[11] quod non honestum sit. Itaque talis vir non modo facere, sed ne cogitare[12] quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Hæc, nonne est turpe,[13] dubitare philosophos, quæ ne rustici quidem dubitent? a quibus natum est id, quod jam contritum est vetustate proverbium: cum enim fidem alicujus[14] bonitatemque laudant, dignum esse dicunt, 'quicum in tenebris mices.' Hoc quam habet vim, nisi illam, nihil expedire, quod non deceat, etiam si id possis, nullo refellente, obtinere? 78. Videsne igitur,[15] hoc proverbio, neque Gygi illi posse veniam dari, neque huic, quem paulo ante fingebam, digitorum percussione, hæreditates omnium posse convertere? Ut enim, quod turpe est, id, quamvis occultetur, tamen honestum fieri[16] nullo modo potest; sic, quod honestum non est, id utile ut sit, effici non potest, adversante et repugnante natura. XX. 79. At enim, cum permagna præmia sunt,[1] est causa peccandi. C. Marius (cum a spe consulatus longe abesset, et jam[2] septimum annum post præturam jaceret, neque petiturus unquam consulatum videretur) Q. Metellum, cujus legatus erat, summum virum et civem, (cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset) apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere: si se consulem fe-

Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier.—11 Lamb. Petr. 1568. *esse utile quicquam.* Mox, *sit honestum* Petr. 1568.—12 Basil. Græv. Colon. 1748. *sed nec cogitare.* Pro *audeat* Basil. habet *valeat.*—13 *Hæc non turpe est* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Hoc non turpe est* Victor. *dubitant* Basil. *quid contritum*, omisso *jam*, Gud. 2. Goth. Heusing. Schutz. Beier. *quod jam tritum* Victor. Magnol. Manut. Græv. Pearc. *jam* uncis inclusit Gernh.—14 *Cum enim alicujus fidem* Bern. 4. *laudent* Bern. 5. Petr. 1568.—15 Ita Magnol. Manut. Lamb. Græv. Pearc. Facciol. Billerb. *igitur* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *percussione digitorum omnium hæreditates* Bern. 4. *posse converrere* Bern. 1. 2. 3. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Orell. *posse ad sese convertere* Magnol. Manut.—16 Bern. 3. 4. omittunt *fieri*; in Bern. 3. superscr. *esse.* Mox, *adversante etiam repugn.* Bern. 5. *adversante etiam et repugn.* Magnol. Manut.

CAP. XX. 1 Basil. *sunt præmia.*—2 Bern. 1. 4. Basil. *abesset etiam;* Bern. 5. Magnol. Manut. omittunt *jam.* Mox, *petiturus esse* Bern. 3. *erat* omittit Bern. 1. *et virum* Lamb. Petr. 1568. *ab eo ut imp.* Petr. 1568. *eo* omittit Bern. 4. *bellum ducere*, omisso *illum*, Bern. 4. Græv. Colon. 1748. Facciol. *bellum illum producere* Basil. Magnol. Manut. *sed si se* Bern. 5. Basil. *in potestate* Bern. 4. 5. *p. R. redaturum* Bern. 4. *p. Ro. daturum* Gud. 1. Heusing.

Digitized by Google

cissent, brevi tempore, aut vivum aut mortuum Jugurtham se in potestatem populi Romani redacturum. Itaque factus est ille quidem consul; sed a fide justitiaque discessit, qui optimum et gravissimum civem, cujus legatus, et a quo missus, esset, in invidiam falso crimine adduxerit.[3] 80. Ne[4] noster quidem Gratidianus officio boni viri functus est tum, cum prætor esset, collegiumque prætorum tribuni plebis adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur. Jactabatur enim temporibus illis nummus, sic, ut nemo posset scire, quid haberet. [*p.* 68.] Conscripserunt communiter edictum, cum pœna atque judicio; constitueruntque, ut omnes simul[5] in Rostra post meridiem escenderent: et ceteri quidem alius alio; Marius a subselliis in Rostra recta; idque, quod communiter compositum fuerat, solus edixit. Et ea res (si quæris) ei magno honori fuit: omnibus vicis statuæ;[6] ad eas thus, et cerei. Quid multa? nemo unquam multitudini fuit carior. 81. Hæc sunt, quæ conturbant homines[7] in deliberatione nonnunquam, cum id, in quo violatur æquitas, non ita magnum; illud autem, quod ex eo paritur, permagnum, videtur: ut Mario, præripere collegis et tribunis plebis popularem gratiam, non ita turpe; consulem ob eam rem fieri, quod sibi tunc proposuerat, valde utile videbatur. Sed omnium una regula est, quam tibi cupio[8]

Gernh. Schutz. Beier. Billerb. *populo Romano redacturum* Victor.—3 Basil. *adduxisset.*—4 *Nec* Basil. Magnol. Manut. *Marius Gratidianus* Lamb. *viri boni* Bern. 1. 2. 4. Petr. 1568. Gernh. Beier. Orell. *tunc, cum* Bern. 5. Petr. 1568. *collegiumque prætorium* Bern. 1. 2. 5. Magnol. Manut. *tribuni plebi* Bern. 1. 2. Hensing. Beier. Orell. *plebis* omittit Basil. *sententia statueretur* Gud. 3. probante J. F. Heusing. *labefactabatur enim* Bern. 3. cod. Lil. Petr. 1568. *jactabatur e. t. i. n. s. ut n. p. s. quid haberet* uncis inclusit Lamb.—5 Bern. 4. *ut omnes simul.* Mox, *meridiem ascenderent* Bern. 2. 3. 4. *meridiem descenderent* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. *ab subselliis* Bern. 1. 2. Orell.—6 Magnol. Manut. *statuæ factæ sunt.* Mox, *thus, cerei* Bern. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Hensing. Gernh. Beier. Orell.—7 *Hæc s. q. conturbant,* omisso *homines,* Bern. 3. Victor. Græv. Pearc. Colon. 1748. Gernh. Schutz. *Hæc s. q. conturbent,* omisso item *homines,* Bern. 2. 4. Bern. 1. a m. sec. Lamb. Petr. 1568. Beier. Orell. *Hæc s. q. conturbent animos* Basil. *non ita magnum est* Bern. 5. *non est ita magnum* Basil. *est non ita magnum* Victor. *non habetur ita magnum* Magnol. Manut. Lamb. *et tr. plebi* Bern. 1. 2. Beier. Orell. *gratiam popularem* Basil. *tum proposuerat* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Hensing. Gernh. Beier. Orell.—8 Bern. 3. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *quam cupio*

Digitized by Google

esse notissimam: aut illud, quod utile videtur, turpe ne sit; aut, si turpe est, ne videatur esse utile. Quid igitur?[9] possumusne aut illum Marium virum bonum judicare, aut hunc? Explica atque excute intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit[10] in ea species, forma, et notio, viri boni. Cadit ergo in virum bonum, mentiri emolumenti sui causa, criminari, præripere, fallere? Nihil profecto minus. 82. Est ergo ulla res tanti, aut commodum ullum tam expetendum,[11] ut viri boni et splendorem et nomen amittas? Quid est, quod afferre tantum utilitas ista, quæ dicitur, possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit, fidem justitiamque detraxerit? Quid enim interest, utrum ex homine se quis conferat in belluam,[12] an hominis figura immanitatem gerat belluæ? XXI. Quid? qui omnia recta et honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur, nonne idem faciunt, quod is,[1] qui etiam socerum habere voluit eum, cujus ipse audacia potens esset? Utile ei[2] videbatur plurimum posse alterius invidia. Id quam injustum in patriam, quam inutile, quam turpe esset, non videbat. Ipse autem socer[3] in ore semper Græcos versus de Phœnissis habebat, quos dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen, ut res possit intelligi:

Nam, si violandum est jus, regnandi gratia
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles, vel potius Euripides,[4] qui id unum,

tibi. Mox, *nec videatur* Bern. 2. *ne esse utile videatur* Victor.—9 *Quid ergo* Bern. 1. *judicare atque hunc* Bern. 1. 2. 5.—10 Lamb. *si qua sit;* Victor. *quæ sit in ea specie forma et notio.*—11 Basil. *expeditum.* Statim, *et nomen et splendorem* Basil. Lamb. Petr. 1568. *tantum possit u. i. q. d. quantum, &c.* Lamb.—12 Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Lall. *se convertat quis in belluam;* Beier. Billerb. *se quis convertat in belluam.* Actutum, *an in hominis* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Lall. Facciol. Beier. Orell. prob. Ochsn. Ecl. Cic. p. 133. Cf. Off. III. § 32.

CAP. XXI. 1 Bern. 5 omittit *is.* Mox, *etiam* omittit Bern. 4. *cujus audacia ipse* in eodem cod.—2 *Utile enim* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *Utile enim ei* Basil. *et quam turpe, et quam inutile esset* Bern. 4. Basil. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *quam inutile* omittunt Bern. 1. 2. 3. *quam turpe, quam inutile esset* Lamb. Petr. 1568.—3 *Ipse socer* Bern. 5. *versus Euripidis de P.* Magnol. Manut. Lamb. *res* omittit Bern. 3.—4 Verba, *vel potius Euripides,* de Wyttenb. et Porsoni sententia uncis inclusit Gernh. delevit Schutz. Ca-

Digitized by Google

quod omnium sceleratissimum fuerit, exceperit. 83. Quid igitur minuta colligimus, hæreditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce tibi, qui[5] rex populi Romani dominusque omnium gentium esse concupierit, idque perfecerit. Hanc cupiditatem si honestam quis[6] esse dicit, amens est: probat enim legum[7] et libertatis interitum, earumque oppressionem tetram et detestabilem, gloriosam putat. Qui autem fatetur,[8] honestum non esse, in ea civitate quæ libera fuit, quæque esse debeat, regnare, sed ei, qui id facere possit, esse utile; qua hunc objurgatione, aut quo potius convicio, a tanto errore coner avellere? Potest enim[9] (Dii immortales!) cuiquam esse utile fœdissimum et teterrimum parricidium patriæ; quamvis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis civibus Parens nominetur? Honestate igitur dirigenda utilitas est, et quidem sic, ut hæc duo verbo[10] inter se discrepare, re tamen unum sonare, videantur. 84. Non habeo,[11] ad vulgi opinionem, quæ major utilitas, quam regnandi, esse possit: nihil contra inutilius ei, qui id injuste consecutus sit, invenio, cum ad veritatem cœpi revocare rationem. [*p.* 69.] Possunt enim cuiquam esse utiles angores, solicitudines, diur-

pitalis Euripides, vel potius Eteocles conj. Gesner. probante Heusing. *id unum solum* Bern. 5. Magnol. Manut. *id unum vitium* Basil. *sceleratissimum omnium* Petr. 1568. *fuerat* Bern. 4. 5. Basil. et edd. præter Pearc. et Ernesti.—5 *Ecce qui tibi* Bern. 4. *Ecce tibi dico, qui* Bern. 5. *concupiverit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Beier. Orell. *et id perfecerit* Bern. 3. *id perfecerit* Bern. 4.—6 *Hanc c. si quis hon.* Bern. 3. 4. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *esse* deest in Bern. 3. a m. pr. uncis inclusit Beier. delevit Billerb. *dicat* Victor. *ducit* Lamb. Petr. 1568.—7 *Probat enim et legum* Bern. 3. Lamb. Petr. 1568.—8 *Qui autem fateatur* Manut. *ea* omittit Facciol. *fuit* deest in Bern. 3. a m. pr. *fuerit* est in marg. a m. sec. *esse debebat* Bern. 5. *ei* omittunt Gud. 1. Heusing. Gernh. Beier. Billerb. *qui facere* Basil. Heusing. Gernh. Beier. Billerb. *quid facere* Bern. 1. 2. 4. Pro *convicio* Basil. habet *vitio*. Deinde, *coner evellere* Bern. 4. Victor. *coner avertere* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—9 Bern. 2 omittit *enim*. Mox, *is* omittit Lamb. *eo* omittit Magnol. *quamvis eo qui se obstrinxerit* Manut. Facciol.—10 Bern. 1. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. *hæc duo verba*. Mox, *re unum sonare* Bern. 3. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *unum sonare*, omisso *re*, Bern. 1. 2. Victor. Lamb. *unum tamen sonare*, omisso item *re*, Basil. *sed tamen unum sonare* Bern. 5. Magnol. Manut. Petr. 1568.—11 *Non habet* Bern. 1. *Nunc abeo* Bern. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. *Nunc ab eo* Bern. 5. *a vulgi opinione* Basil. Magnol. Manut. *qui id non juste* duo codd. ap. Orell. *qui injuste* Bern. 2. 3. Beier. Orell. *qui non juste* Heusing. Gernh. Billerb. *quid in-*

Digitized by Google

ni et nocturni metus, vita insidiarum periculorumque plenissima?

Multi iniqui atque infideles regno, pauci sunt boni,[12] inquit Accius. At cui regno? quod, a Tantalo et Pelope proditum, jure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas, qui exercitu[13] populi Romani populum ipsum Romanum oppressisset, civitatemque non modo liberam, sed etiam gentibus imperantem, servire sibi coëgisset? 85. Hunc tu quas conscientiæ labes in animo censes[14] habuisse? quæ vulnera? Cujus autem vita ipsi potest utilis[15] esse, cum ejus vitæ ea conditio sit, ut, qui illam eripuerit, in maxima et gratia futurus sit et gloria? Quod si hæc utilia non sunt, quæ maxime videntur, quia plena sunt dedecoris ac turpitudinis;[16] satis persuasum esse debet, nihil esse utile, quod non idem honestum sit. XXII. 86. Quanquam id quidem, cum sæpe alias, tum Pyrrhi bello a C. Fabricio,[1] consule iterum, et a senatu nostro, judicatum est. Cum enim rex Pyrrhus[2] populo Romano bellum ultro intulisset, cumque de imperio certamen esset cum rege generoso ac potente; perfuga ab eo venit in castra Fabricii, eique est pollicitus, si præmium sibi proposuisset, se, ut clam venisset, sic clam in Pyrrhi castra rediturum, et eum veneno necaturum. Hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque factum ejus[3] a senatu laudatum est. Atqui,[4] si speciem utilitatis opinionemque quærimus, magnum illud bellum perfuga unus, et gravem adversarium

juste Bern. 1.—12 Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *boni sunt;* Bern. 3. *benivoli sunt.* Mox *Attius* Lamb. Schutz. Beier. *et a Pelope* Heusing. Gernh.—13 Magnol. Manut. *qui cum exercitu.* Mox, *populum Romanum ipsum* Bern. 3. *gentibus* omittit Basil.—14 Bern. 3. *censes in animo.*—15 Bern. 4. *utilis potest ipsi.* Statim, *ea* omittit Victor. *in maxima gratia* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut.—16 Bern. 4. *dedecoris, aut turpitudinis.* Deinde, *quod non idem h. sit* solus Ernesti e cod. Cur. *idem* omittunt alii codd. et edd.

CAP. XXII. 1 Basil. *a Fabricio.* Mox, *iterum a senatu* Bern. 4.—2 *Cum enim Pyrrhus* Bern. 1. Petr. 1568. Beier. *Cum rex Pyrrhus* Basil. *ultro bellum* in eodem cod. *cumque id de imperio* Bern. 4. *sibi posuisset* Gud. 1. Heusing. Gernh. Beier. *ei proposuisset* Bern. 5. Magnol. Manut. *se ceu clam* Bern. 4.—3 Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *idque ejus factum.* Statim, *laudatum a senatu est* Bern. 1. 2. 3. 4. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *est* omittit Basil.—4 *Atque* Basil. Petr. 1568. *et imperii gravem adversarium* Bern. 4. *et flagitium et dede-*

Digitized by Google

imperii, sustulisset: sed magnum dedecus et flagitium, quicum laudis certamen fuisset, eum non virtute, sed scelere, superatum. 87. Utrum igitur utilius vel Fabricio,[5] qui talis in hac urbe, qualis Aristides Athenis fuit, vel senatui nostro, qui nunquam utilitatem a dignitate sejunxit, armis cum hoste certare, an venenis? Si gloriæ[6] causa imperium expetendum est, scelus absit, in quo non potest esse gloria: sin ipsæ opes expetuntur quoquo modo, non poterunt utiles esse cum infamia. Non igitur utilis illa L. Philippi, Q. F. sententia: quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, ex[7] senatusconsulto liberavisset, ut hæ rursus vectigales essent; neque his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus. Est ei senatus assensus:[8] turpe imperio; piratarum enim melior fides, quam senatus. At aucta[9] vectigalia: utile igitur. Quousque audebunt dicere quicquam utile, quod non honestum? 88. Potest autem ulli imperio, quod gloria fultum esse debet,[10] et benevolentia sociorum, utile esse odium et infamia? Ego etiam cum Catone meo sæpe[11] dissensi. Nimis mihi præfracte videbatur[12] ærarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis; cum in hos benefici esse deberemus; cum illis sic agere, ut cum colonis nostris solemus; eoque magis, quo illa ordinum conjunctio ad salutem reipublicæ pertinebat. Male etiam Curio, cum causam Transpadanorum æquam esse dicebat: semper autem

cus Bern. 5.—5 *Visum igitur u. v. Fabricio* Victor. *Utrum i. utilius Fabricio* Bern. 3. *a dignitate utilitatem* Bern. 4. *cum hoste pugnare* Basil. *non venenis* Bern. 4. Victor.—6 *Sin gloriæ* Bern. 5. Basil. *sin autem ipsæ* Basil. *esse utiles* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—7 Particula *ex* deest in Bern. 1. a m. pr. et Victor. *ut eæ rursus* Bern. 1. 2. Basil. Victor. Manut. Facciol. *eæ* omittit Bern. 3. *neque iis pecuniam* Bern. 2. 3. 5. Basil. Manut. Lamb. Facciol. Gernh. Beier. Orell.—8 *Ei senatus est assensus* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Petr. 1568. Lamb. Pearc. Orell. *Et senatus est assensus* Bern. 3. *melior est fides* Bern. 4. Lamb. *quam senatus* omittunt cod. Langii, Bern. 3. Petr. 1568. Facciol. Schutz. Beier. Billerb. Orell. uncis inclusit Gernh.—9 *At adaucta* Basil.—10 Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *debet fultum esse;* Bern. 3. *fultum debet esse;* Facciol. *debet esse fultum.*—11 Bern. 3 omittit *sæpe.*—12 *Nimis enim mihi vid. præfr.* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *Nimis mihi vid. præfr.* Basil. *esse debemus* Bern. 3. *et cum illis* Basil. *ut cum c. n. soleremus* codd. aliquot, et edd. *quod illa* Bern. 3. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Gernh. Bern.

Digitized by Google

addebat, 'Vincat utilitas.'[13] Potius diceret,[14] non esse æquam, quia non esset utilis reipublicæ, quam, cum utilem esse diceret, non esse æquam fateretur.

XXIII. 89. [*p.* 70.] Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis[1] talium quæstionum: Sitne boni viri,[2] in maxima caritate annonæ, familiam non alere? In utramque partem disputat; sed tamen, ad extremum, utilitate putat officium dirigi[3] magis, quam humanitate. Quærit, Si in mari jactura facienda sit,[4] equine pretiosi potius jacturam faciat, an servuli vilis. Hic alio res familiaris, alio ducit[5] humanitas. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit, extorquebitne eam sapiens, si potuerit? Negat,[6] quia sit injurium. Quid? dominus navis, eripietne suum? Minime: non plus, quam si navigantem[7] in alto ejicere de navi velit, quia sua sit. Quoad enim perventum sit eo, quo sumta navis est, non domini est navis, sed navigantium. 90. Quid? si una tabula sit, duo naufragi,[8] æque sapientes; sibi uter rapiat, an alter cedat alteri? Cedat vero: sed ei, cujus magis intersit, vel sua vel reipublicæ causa, vivere. Quid? si hæc paria in utroque?[9] Nullum erit

Orell. *reip. pertineret* Gud. 3.—13 *Vincat utilitas reipublicæ* Bern. 3. Orell.—14 *Potius doceret* Bern. 1. *quam, cum non utilem diceret esse, æquam fateretur* Bern. 3. Orell. uti conj. Beier. *quam, cum utilem diceret non esse, æquam fateretur* Basil. Beier. *quam cum æquam esse diceret, non esse utilem fateretur* Magnol. Manut. Lamb. *quam, cum utilem non esse diceret, esse æquam fateretur* Facciol. Gernh. *quam, cum inutilem esse diceret, esse æquam fateretur* de Heusingeri conj. Schutz. *æquam ipse fateretur* Bern. 4.

CAP. XXIII. 1 *Hecatonis de officiis* Lamb.—2 *Sitne viri boni* Bern. 3.—3 Gud. 4. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *utilitate officium dirigit;* Bern. 1. 2. 3. Victor. Pearc. Lall. *utilitate, ut putat, off. dirigit.*—4 Basil. *sit facienda.*—5 Bern. 3. *alio ducet.*—6 Idem cod. *sapiens eam, si p. negant.*—7 Goth. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *quam navigantem.* Actutum, *ex alto* Basil. *in altum* Magnol. Manut. *quia sua non sit* in iisdem. *non domini navis est* e codd. Orell.—8 *Quid, si in una t. sint duo naufr.* Bern. 5. Magnol. Manut. Græv. Pearc. Colon. 1748. *et duo nauf.* Bern. 3. *eique sapientes* Bern. 1. 4. *eique sapientes* Bern. 2. *iique sapientes* Bern. 3. Basil. Heusing. Gernh. Beier. *hique sapientes* Victor. Facciol. *hique sint sapientes* Magnol. Manut. Lamb. *hiique sapientes sint* Basil. *hique sint æque sapientes* Petr. 1568. *sibine uter* Bern. 1. Græv. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *sibi neuter* Bern. 2. 3. 5. Heusing. *sibine uterque* Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *sibine utervis* Lamb. *vel rei causa publicæ* Bern. 4.—9 Basil. *in utroque sint.* Mox, *sed aut sorte aut dimicando* Basil. *quasi sorte aut dimicando* Bern. 5. *quasi aut sorte aut micando* Petr. 1568. *quasi in sorte aut in dimicando* Magnol. *quasi in sorte aut in micando* Manut. *sed quasi sorte aut dimicando* Bern. 3. 4. *alteri cedet* Bern. 1. 3. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.

Digitized by Google

certamen; sed, quasi sorte aut micando victus, alteri cedat alter. Quid? si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium;[10] indicetne id magistratibus filius? Nefas id quidem est: quinetiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria præstat[11] omnibus officiis? Immo vero: sed ipsi patriæ conducit, pios cives habere in parentes. Quid? si tyrannidem occupare, si patriam prodere, conabitur pater; silebitne filius? Immo vero obsecrabit patrem, ne id faciat. Si nihil[12] proficiet, accusabit: minabitur etiam: ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris. 91. Quærit etiam, si sapiens adulterinos nummos acceperit[13] imprudens pro bonis; cum id rescierit, soluturusne sit eos, si cui debeat, pro bonis. Diogenes ait: Antipater negat;[14] cui potius assentior. Qui vinum[15] fugiens vendat sciens, debeatne dicere? Non necesse putat Diogenes: Antipater viri boni[16] existimat. Hæc[17] sunt quasi controversa jura Stoicorum. In mancipio vendendo, dicendane vitia, non ea, quæ nisi dixeris, redhibeatur[18] mancipium jure civili; sed hæc, mendacem esse, aleatorem, furacem, ebriosum. Alteri dicenda videntur, alteri non videntur.[19] 92. Si quis, aurum vendens, orichalcum[20] se putet vendere, indicetne ei vir bonus, aurum illud esse, an emat denario, quod sit mille denarium? Perspicuum jam est,[21] et

alter cedat alteri victus Bern. 3.—10 Lamb. Petr. Facciol. *agat in ærarium.* Mox, *est* post *quidem* omittunt codd. et Orell. *qui etiam* Bern. 1. 2. *cum etiam* Bern. 3.—11 *Non i. p. præstabit* Bern. 5. Facciol. *patriæ ipsi* Bern. 4. *pios habere cives* Bern. 1. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Facciol. Beier. *habere pios cives* Basil. *pios cives in parentes habere* Lamb. Petr. 1568. *pios habere filios* Bern. 3.—12 *Si nil* Bern. 1. *proficiat* Victor. *salutem anteponat* Bern. 5.—13 Bern. 5. Magnol. Manut. *accipiet.*—14 *Diogenes Antipater ait, negat* Bern. 4. *assentiar* Bern. 3. Victor. Petr. 1568.—15 *Qui venenum* Bern. 1. 2. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568.—16 Basil. *boni viri.*—17 *Hæ* Bern. 1. 2. *controversia jura* Bern. 1. *controversiæ jura* Bern. 4. 5. *controversiæ et jura* Basil. *controversia in jure* Bern. 5. Magnol. Manut. Verba, *Hæc .... Stoicorum,* de J. M. Hensingeri opinione uncis incluserunt Schutz. Beier. Billerb.—18 Bern. 3. *reddi debeatur.* Pro *sed hæc* Lamb. habet *scilicet hæc.* Pro *furacem* de Pearcii conjectura Gernh. Schutz. Billerb. *voracem,* probante Heusing. *amatorem, aleatorem, ebriosum,* omisso *furacem,* Bern. 3.—19 Magnol. Manut. *alteri non dicenda;* Bern. 5. *alteri non dicenda videntur.*—20 Bern. 3. 5. Basil. Manut. Facciol. *aurichalcum.* Statim, *putat* Magnol. Manut. *mille denariorum* Bern. 4. Basil. *denariorum mille* Bern. 3. *millenariorum* Bern. 2. 5. Magnol. Manut. —21 *Persp. est jam* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc.

Digitized by Google

quid mihi videatur, et quæ sit inter eos philosophos, quos nominavi, controversia. XXIV. Pacta et promissa semperne servanda sint, quæ nec vi nec dolo malo[1] (ut prætores solent) facta sint? Si quis[2] medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento unquam postea uteretur; si eo medicamento sanus factus fuerit, et annis aliquot post inciderit in eundem morbum, nec ab eo, quicum pepigerat, impetret, ut iterum eo liceat uti, quid faciendum sit. Cum sit is inhumanus, qui non concedat uti,[3] nec ei quicquam fiat injuriæ, vitæ et saluti consulendum. 93. Quid? si quis sapiens[4] rogatus sit ab eo qui eum hæredem faciat, cum ei testamento sestertium millies relinquatur, ut ante, quam hæreditatem adeat, luce palam in foro saltet, idque se facturum promiserit, quod aliter eum hæredem scripturus ille non esset; faciat, quod promiserit, necne? Promisisse nollem; et id arbitror fuisse[5] gravitatis. Sed, quoniam promisit, si saltare in foro turpe ducet, honestius mentietur, si ex hæreditate nihil ceperit, nisi forte eam pecuniam in reipublicæ magnum aliquod tempus contulerit; ut vel saltare eum,

Facciol. *Persp. etiam est* Bern. 3. *jam* uncis inclusit Beier. *quos nominant* Bern. 3.

CAP. XXIV. 1 Bern. 2 omittit *malo*. Mox, *ut p. solent dicere* Basil. Magnol. Manut. Pearc. *ut p. edicere solent* Lamb. Petr. *dolo malo sint, ut p. solent determinare*, omisso *facta*, Bern. 3. *facta sunt* Petr. 1568.—2 *Si qui* Petr. 1568. Orell. *pepigeritque si eo medicamento sanus factus esset, ne i. m. u. p. uteretur; si eo m. s. f. sit, et annis, &c.* e codd. Bern. 1. 2. 3. Gud. 1. Orell. *si eo medicamento sanus factus esset* inserunt etiam Victor. Lamb. Petr. 1568. *si in eo medic.* Bern. 3. *post illa uteretur* in eodem cod. *postea uteretur unquam* Basil. *factus sit* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. *et annis aliquot postea* Basil. *et a. post aliquot* Lamb. Petr. 1568. *qui pepigerat* Lamb. Petr. 1568. *pepigerit, impetravit* Bern. 4. *pepigerit, impetrat* Basil. *ut item eo* Bern. 1. 2. et edd. vett. *ut item tum*, omisso *eo*, Bern. 3. *uti eo liceat* Bern. 4.—3 Ita Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *uti* omittunt alii codd. et edd. *nec quicquam faciat*, omisso *ei*, Bern. 3. *est consulendum* Bern. 4. Basil. *consulendum est* Victor. Magnol. Manut. Pearc. *consulendo* Bern. 1.—4 *Quid, si qui sapiens* Bern. 1. 2. Lamb. Petr. 1568. Orell. *Quid, si sapiens rogatus ab eo . . . id se facturum* Heusing. Gernh. Beier. Pro *luce palam* Lamb. habet *luce claro*. Tum, *hæredem eum* Bern. 1. 5. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *scripturus non esset* Basil. *quod promiserit ille* Bern. 5. Lamb. *quod promiserat ille* Magnol. Manut.—5 Manut. *fuisset*. Mox, *sed* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *nihil exceperit* Bern. 5. *nihil ceperit, quam si ceperit* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Lamb. Pearc. *eum* post *saltare* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *consulturus etiam sit* Bern. 5. Magnol. *consulturus esset* Bern. 3.

Digitized by Google

cum patriæ consulturus sit, turpe non sit. XXV. 94. [p. 71.] Ac ne illa quidem promissa servanda sunt, quæ non sunt iis ipsis utilia, quibus illa [1] promiseris. Sol Phaëthonti [2] filio (ut redeamus ad fabulas) facturum se esse dixit, quicquid optasset: optavit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est; atque insanus, qua constitit, ictu fulminis deflagravit. Quanto melius fuerat, in hoc, promissum patris non esse servatum! Quid, quod Theseus exegit promissum a Neptuno? Cui cum tres optationes [3] Neptunus dedisset, optavit interitum Hippolyti, filii sui, cum is patri suspectus esset de noverca: quo optato impetrato, Theseus in maximis fuit luctibus. 95. Quid? Agamemnon cum devovisset Dianæ, quod in suo regno [4] pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam, qua nihil erat eo quidem anno natum pulchrius. Promissum potius non faciendum, quam tam tetrum facinus admittendum fuit. Ergo et promissa non facienda nonnunquam; neque semper deposita reddenda.[5] Si gladium quis [6] apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens; reddere, peccatum sit; non reddere, officium. Quid? si is, qui [7] apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddasne deposi-

CAP. XXV. 1 Lamb. Petr. 1568. Facciol. Beier. Gernh. omittunt *illa*.—2 *Phaëtonti* Bern. 1. 2. 3. Heusing. ' Ex his et seqq. miros versiculos extudit J. F. Heusing. quem secuti sunt Gernh. et Schutz. scilicet:

Sol Phaëthonti filio
Facturum se dixit esse, quicquid optasset [*sibi.*]
Ut curru patris tolleretur, optavit. Sublatus est,
Atque is, antequam constitit, ictu deflagravit fulminis.'

Orell. *facturum se dixit esse* habet Gud. 2. *facturum esse dixit se* Basil. *esse* delevit Beier. *sibi* addidit Heusing. de conj. *ut curru patris* Gud. 3. *atque is quam constat* Bern. 4. *atque insanus antequam constitit* Bern. 5. Græv. Pearc. Colon. 1748. Facciol. *insanus atque qua constitit* Magnol. *est insanus; ante quam constitit*, omisso *atque*, Manut. *atque is, antequam constitit* Bern. 1. 2. 3. Victor. Lamb. Gernh. Beier. Orell.—3 *Cui c. t. optiones* Magnol. Manut. *sui* omittunt Bern. 2. 3. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Heusing. Gernh. *filii* uncis inclusit Beier. delevit Billerb. *quo optatu* Bern. 3. *optato* omittunt codd. aliquot, Facciol. Schutz. Beier. Billerb. uncis inclusit Gernh. *et impetrato* Pearc.—4 Lamb. Petr. 1568. *in regno suo*. Mox, *erat in eo* Bern. 4. Gernh. Beier. *tam* ante *tetrum* omittunt Nonius et Heusing.—5 Magnol. Manut. *reddenda sunt*.—6 *Si quis gladium* Basil. *te sanæ mentis* Bern. 5. Magnol. Manut. *officium non reddere* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell.—7 *Quid, si qui* Bern. 3. a m. pr. *Quid, si quis* idem a m. sec. *pecuniam apud te* Bern. 5. *deposuerat* Victor.

Digitized by Google

tum? Non, credo: facias[8] enim contra rempublicam, quæ debet esse carissima. Sic multa, quæ honesta natura videntur esse,[9] temporibus fiunt non honesta. Facere promissa, stare conventis, reddere deposita, commutata utilitate, fiunt non honesta. Ac[10] de iis quidem, quæ videntur esse utilitates contra justitiam simulatione prudentiæ, satis arbitror dictum.

96. Sed, quoniam a quatuor fontibus honestatis primo libro officia duximus, in eisdem versabimur,[11] cum docebimus, ea, quæ videntur esse utilia, neque sunt, quam sint virtutis inimica. Ac de prudentia quidem, quam vult imitari malitia; itemque de justitia, quæ semper est utilis, disputatum est.[12] Reliquæ sunt duæ partes honestatis, quarum altera in animi excellentis magnitudine et præstantia cernitur; altera in conformatione[13] et moderatione continentiæ et temperantiæ. XXVI. 97. Utile videbatur Ulyssi, (ut quidem[1] poëtæ tragici prodiderunt; nam, apud Homerum, optimum auctorem, talis de Ulysse nulla suspicio est) sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse. Non honestum consilium: at utile (ut aliquis fortasse dixerit) regnare, et Ithacæ vivere otiose cum parentibus, cum uxore, cum filio. Ullum[2] tu decus in quotidianis periculis et laboribus cum hac tranquillitate conferendum putas? Ego vero istam[3] contemnendam et abjiciendam; quoniam, quæ honesta non sit, ne utilem

reddesne Bern. 5. Victor. Magnol. Manut.—8 Bern. 1. 2. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. *facies*.—9 Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *natura honesta*, omissis *videntur esse;* Lamb. Petr. 1568. *videntur natura honesta*, omisso *esse;* Beier. et Billerb. uncis incluserunt *natura* et *esse*. Tum, *fiunt non inhonesta* Victor. et sic paulo post.—10 *At* Basil. *de his* Bern. 1. 4. Magnol. *utilitatis* Bern. 5. Magnol. Manut.—11 Bern. 1. 2. 3. 4. *versemur*. Mox, *videantur esse* Bern. 1. Basil. Victor. *sunt quam* omittit Bern. 3. *quam sunt* exhibet Bern. 5. *virtuti inimica* Bern. 3.—12 Omnia hæc, *Sed quoniam a quatuor . . . disputatum est*, suspecta sunt Facciolato.—13 Bern. 3. Petr. 1568. *magnitudine, præstantia . . . confirmatione.*

CAP. XXVI. 1 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. cum plurimis edd. *quidam* Bern. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Gernh.—2 *An ullum* codex unus ap. Petr. 1568. *An nullum* Bern. 5. *laboribus et periculis* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *cum tranquillitate hac* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—3 *Ego v. istam utilitatem* Basil. *esse quidem arbitror* in eodem cod. *esse* omittunt Petr. 1568.

Digitized by Google

quidem esse arbitror. 98. Quid enim auditurum putas fuisse Ulyssem,[4] si in illa simulatione perseverasset? qui, cum maximas res gesserit in bello, tamen hæc audiat ab Ajace:

> Cuju' ipse princeps juris jurandi fuit,
> Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.
> Furere assimulavit;[5] ne coiret, institit.
> Quod ni Palamedis perspicax prudentia
> Istius percepset[6] malitiosam audaciam,
> Fide sacratum[7] jus perpetuo falleret.

99. [*p.* 72.] Illi vero, non modo cum hostibus, verum etiam cum fluctibus, (id quod fecit) dimicare melius fuit, quam deserere consentientem Græciam ad bellum barbaris inferendum. Sed dimittamus[8] et fabulas, et externa: ad rem factam, nostraque, veniamus. M. Attilius Regulus, cum, consul iterum, in Africa ex insidiis captus esset,[9] duce Xanthippo Lacedæmonio, imperatore autem patre Hannibalis, Hamilcare, juratus missus est ad senatum, ut, nisi redditi essent Pœnis captivi nobiles quidam, rediret ipse Carthaginem. Is, cum Romam venisset, utilitatis speciem videbat; sed eam, ut res declarat, falsam judicavit: quæ erat talis:[10] manere in patria, esse domi suæ cum uxore, cum liberis; quam calamitatem accepisset in bello, communem fortunæ bellicæ judicantem, tenere consularis dignitatis gradum. Quis hæc neget[11] esse utilia? quæ

Beier. Billerb.—4 *Ulyssem fuisse* Bern. 3. *perseveravisset* Bern. 1. 2. 4. Basil. Petr. 1568. *hoc audiat* e codd. Heusing. Gernh. Beier. *hæc audivit* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Lamb.—5 *Furere assimulare* Bern. 3. Orell. *Furere se simulavit* Lamb. *Furere simulavit* Basil. *ne quo iret* Victor. *ne eo iret* Bern. 5. —6 *Istiu' percepsit* Manut. Lamb. *Istius percepisset* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Magnol. *malitiosam astutiam* Gud. 2. Gernh. Schutz. Beier. et sic Wakef. ad Lucr. 1. 234.—7 *Fide sacratæ* Bern. 5. Pearc. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Fides sacratæ* Magnol. Manut. Lamb. *Ei de sacrata* Bern. 1. 2. *Fide sacrata* Bern. 4. *Fides sacrata* Basil. *Fide sacratum* Bern. 3. Victor. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. Facciol. Heusing. *jus perpetuum* Lamb.—8 *Sed omittamus* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Olshausen. Orell. *nostramque* Bern. 1. 2. 3. 5. Basil. Victor. Petr. 1568. Pearc. Schutz. *ad rem factaque veniamus* Magnol. Manut. *ad rem nostraque veniamus* Lamb.—9 *M. Attilius Regulus, consul . . . captus*, omissis *cum* et *esset*, Lamb. et Petr. 1568. *esset* omittit Bern. 4. *est missus* Bern. 1. *ipse* omittit Bern. 4.—10 Hæc, *quæ erat talis*, e gloss. esse videbantur Langio et Lambino; delevit Facciol. *esse domui* Bern. 1. 2. 4. Petr. 1568. Heusing.—11 *Quis hæc negat* Bern. 1. 2. 4. Vic-

Digitized by Google

censes, magnitudo animi et fortitudo negat. XXVII. 100. Num locupletiores [1] quæris auctores? Harum enim est virtutum proprium,[2] nil extimescere, omnia humana despicere; nihil, quod homini accidere possit, intolerandum putare. Itaque quid fecit? In senatum venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusavit: quamdiu jurejurando hostium teneretur, non esse se senatorem.[3] Atque illud etiam (o stultum hominem, dixerit quispiam, et repugnantem [4] utilitati suæ!) reddi captivos, negavit esse utile: illos enim adolescentes esse, et bonos duces, se jam confectum senectute. Cujus cum valuisset auctoritas, captivi retenti sunt: ipse Carthaginem rediit; neque eum caritas patriæ retinuit, nec suorum. Neque vero tum [5] ignorabat, se ad crudelissimum hostem, et ad exquisita supplicia, proficisci: sed jusjurandum conservandum putabat. Itaque tum, cum [6] vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex captivus, perjurus consularis, remansisset. 101. At stulte, qui non modo non censuerit captivos remittendos, verum etiam dissuaserit.[7] Quomodo stulte? etiamne, si reipublicæ conducebat? Potest autem, quod inutile reipublicæ sit, id cuiquam civi utile esse?[8] XXVIII. Pervertunt homines ea, quæ sunt fundamenta naturæ,[1] cum utilitatem ab honestate sejungunt. Omnes enim expetimus utilitatem, ad eamque rapimur; nec facere aliter ullo modo possumus: nam quis est, qui utilia fugiat? aut quis potius,[2] qui ea non studiosissime persequatur? Sed,

tor. *quem censes* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Græv. Colon. 1748. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Olshausen. *Quem censes? Magnitudo* Orell. *quid censes? Magnitudo* Magnol. Manut.

CAP. XXVII. 1 *An locupletiores* Magnol. Manut. *Nam locupletiores* Bern. 1. 2. 4. Basil.—2 *Harum enim virtutum proprium est* e duobus codd. Beier. *Harum est enim v. p.* Bern. 4. *Harum enim v. est p.* Bern. 3. *nihil extimescere* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Facciol. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Schutz. Olshausen. Orell.—3 Bern. 2. 4. Victor. *non esse senatorem.*—4 Bern. 4. *dixerit quispiam repugnantem.* Mox, *adolescentes et bonos duces esse* Bern. 5. Facciol. *esse* omittunt hoc loco Magnol. Manut. *cujus tum jam valuisset* Basil. *patriæ caritas* Bern. 3.—5 *Neque vero tunc* Lamb. *Neque vero tamen* Magnol. Manut.—6 *Itaque tum inquam cum* Bern. 3. *perjurus et consularis* Magnol. Manut.—7 Basil. *persuaserit.*—8 E tribus codd. Beier. *esse utile.*

CAP. XXVIII. 1 Bern. 3. *fundata natura.*—2 Idem cod. *fugiat? potius quis*

Digitized by Google

quia nusquam possumus, nisi in laude, decore, honestate, utilia reperire, propterea illa prima[3] et summa habemus; utilitatis nomen non tam splendidum quam necessarium ducimus. 102. Quid est igitur (dixerit quis) in jurejurando? num iratum timemus Jovem? At hoc quidem commune est omnium philosophorum, non eorum modo,[4] qui Deum nihil habere ipsum negotii dicunt, et nihil exhibere alteri, sed eorum etiam, qui Deum semper agere aliquid et moliri volunt, nunquam nec irasci Deum, nec nocere. Quid autem iratus Jupiter plus nocere potuisset, quam nocuit sibi ipse Regulus? Nulla igitur vis fuit religionis, quæ tantam utilitatem perverteret.[5] An, ne turpiter faceret? Primum, minima de malis. Num igitur[6] tantum mali turpitudo ista habebat, quantum ille cruciatus? Deinde illud etiam apud Attium,

> Fregisti[7] fidem. Neque dedi, neque do, infideli cuiquam,

quanquam ab impio rege dicitur, luculente tamen dicitur. 103. [*p.* 73.] Addunt etiam, quemadmodum nos dicamus videri quædam utilia quæ non sint, sic se dicere, videri[8] quædam honesta, quæ non sint: ut hoc ipsum videtur honestum, conservandi jurisjurandi causa ad cruciatum revertisse; sed fit non honestum, quia, quod per vim hostium

---

est. Actutum, *studiosissime non ea* Basil.—3 Ita Basil. et Facciol. *illa et prima* alii codd. et edd. *non splendidissimum* Basil.—4 Idem cod. *non modo eorum.* Pro *dicunt,* quod servant Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. *tradunt* exhibet Gud. 4. *dicunt* uncis inclusit Orell. delerunt Lamb. Petr. 1568. Pearc. Schutz. Beier. Billerb. *et* ante *nihil* omittunt Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Olshausen. Nobb. Orell. *qui eum semper* Bern. 4.—5 Ita Bern. 1. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. Heusing. Gernh. Schutz. *præverteret* Bern. 2. 3. 4. Lang. Lamb. Græv. Colon. 1748. Pearc. Beier. *præveniret* codd. aliquot et Petr. 1568.—6 *Non igitur* Bern. 1. 5. *tantum malum* Bern. 4. *habebit* Bern. 1. 2. 4. 5. Magnol. Manut. *denique illud* Ernesti errore typogr. propagavit Schutz. *apud Accium* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Pearc. Facciol. Heusing. Orell.—7 *Fregistin'* Bern. 4. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Olshausen. Orell. *Fregistine* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Billerb. *do cuiquam fidem* Basil.—8 Bern. 3. *vic se videre dici.* Mox, *quæ non sunt* Bern. 1. 4. Victor. *quæ non sint: sese dicere* Basil. Paulo post, pro *quia* Petr. 1568. habet *quum*, i. e. *quoniam*. Voc. *hostium* omittunt Pal. 1. Gud. 4. Beier. Billerb. uncis inclusit Nobb. *actum esset* Bern. 3. *ratum non debuit esse*

Digitized by Google

esset actum, ratum esse non debuit. Addunt etiam, quicquid valde utile sit, id fieri honestum, etiam si antea[9] non videretur. Hæc fere contra Regulum. Sed prima videamus. XXIX. 104. Non fuit Jupiter metuendus, ne iratus noceret; qui[1] neque irasci solet, neque nocere. Hæc quidem ratio non magis contra Regulum,[2] quam contra omne jusjurandum, valet. Sed, in jurejurando, non qui metus, sed quæ vis sit, debet intelligi. Est enim jusjurandum affirmatio religiosa. Quod autem affirmate,[3] quasi Deo teste, promiseris, id tenendum est: jam enim, non ad iram Deorum, quæ nulla est, sed ad justitiam et ad fidem, pertinet. Nam præclare Ennius:

O Fides alma, apta pinnis,[4] et Jusjurandum Jovis!

Qui igitur jusjurandum[5] violat, is fidem violat, quam in Capitolio vicinam Jovis Optimi Maximi (ut in Catonis oratione est) majores nostri esse voluerunt. 105. At enim ne iratus quidem Jupiter plus Regulo nocuisset, quam sibi nocuit ipse Regulus. Certe, si nihil malum esset, nisi dolere.[6] Id autem non modo non[7] summum malum, sed ne malum quidem esse, maxima auctoritate philosophi affirmant; quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum, Regulum, nolite, quæso, vituperare. Quem enim locupletiorem quærimus, quam principem populi Romani,[8] qui, retinendi officii causa, cruciatum subierit voluntarium? Nam, quod aiunt, minima de malis, id est, ut turpiter potius, quam calamitose; an est ullum majus malum turpitudine? quæ si in deformitate corporis

Bern. 4.—9 Hensing. *si ante.*

CAP. XXIX. 1 Magnol. Mannt. Lamb. *quia.* Statim, *nec irasci* Bern. 3. Basil. *nec nocere* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. Heusing. Beier. Orell.—2 *Reguli* Bern. 1. 2. 3. 4. Goth. Gud. 1. 2. Victor. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. Schutz. Nobb. Olshausen. Orell. *intelligi debet* Bern. 3.—3 *Quod autem affirmative* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *Quod autem affirmat et quasi, &c.* Bern. 3.—4 Bern. 3. Magnol. *pennis.*—5 *Qui jus igitur jurandum* Gud. 1. 2. 4. 5. Bern. 1. 2. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *Qui jusjurandum igitur* Basil. *vicinam Jovi ut,* omissis intermediis, Bern. 3.—6 Bern. 2. *dolore;* Lamb. *dolor.*—7 *Id autem non modo,* altero *non* omisso, Bern. 3. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Olshausen. Orell. *malum* omittunt Gud. 2. Heusing. *sed nec malum* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Paulo post, *quæso nolite* Bern. 3.—8 Bern. 5. *prin-*

Digitized by Google

habet[9] aliquid offensionis, quanta illa depravatio et fœditas turpificati animi debet videri? 106. Itaque, nervosius qui ista[10] disserunt, solum audent malum dicere id, quod turpe sit; qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere. Nam illud quidem,

Neque dedi,[11] neque do fidem infideli cuiquam,

idcirco recte a poëta; quia, cum tractaretur Atreus, personæ serviendum fuit. Sed si hoc[12] sibi sumunt, nullam esse fidem, quæ infideli data sit; videant, ne quæratur latebra perjurio. 107. Est autem jus etiam[13] bellicum, fidesque jurisjurandi sæpe cum hoste servanda. Quod enim ita juratum est,[14] ut mens conciperet fieri oportere, id servandum est: quod aliter, id si non feceris, nullum est perjurium: ut, si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris: nam pirata non est ex perduellium[15] numero definitus, sed communis hostis omnium. Cum hoc nec fides debet, nec jusjurandum esse commune. 108. Non enim falsum jurare, perjurare est:[16] sed, quod ex animi tui sententia juraris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Scite enim[17] Euripides:

Juravi lingua, mentem injuratam gero.

cipem publicæ rei; Magnol. Manut. *principem rei publicæ.*—9 Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Facciol. *turpificati* de Gœrenzii opinione ad Fin. p. 317. delerunt Beier. et Billerb.—10 Bern. 5. Magnol. *qui illa.*—11 *Fidem neque dedi* Lamb. *do infideli* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Nobb. Olshausen. Orell. Mox, *a poëta dicitur* Bern. 5. Magnol. Manut.—12 *Sed si hic* codd. aliquot, et Magnol. *Sed si hinc* Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *sibi* deest in Basil. *sument* Bern. 1. 2. 3. 4. Orell. *ne quærant latebram* Bern. 3.—13 *Est jus etium* e codd. Heusing. Gernh. Beier. Orell. *Est etiam jus* Basil. *Est autem etiam jus* Bern. 5. Magnol. Manut. *sæpe hosti* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol.—14 *Quod enim juratum est* Bern. 2. 5. *ut mens deferentis* Magnol. Manut. *id observandum est* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. *id si non fecerit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Lamb. *perjurium est* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. Beier.—15 Ita Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. *non est perduellium* codd. aliquot, Lall. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *non est ex perduellionum* Petr. 1568. *non est perduellium numero definitur* Rom. 1469. *definitus* pro gloss. habent Grut. J. M. Heusing. et Orell. *non est ex p. numero; definitur communis, &c.* Orell. *ne fides debet* Bern. 1. *non fides esse debet, nec jus jurandum commune* Bern. 5. Magnol. Manut. *fides esse communis* Basil.—16 *Non e. f. j. pejerare est* Victor. Magnol. Manut. Facciol. *est* omittit Petr. 1568. *quod ex a. t. s. juraveris* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *concipitur in ore*

Digitized by Google

Regulus vero non debuit conditiones[18] pactionesque bellicas et hostiles perturbare perjurio. Cum justo enim et legitimo hoste res gerebatur; adversus quem et totum jus feciale, et multa sunt jura communia. Quod ni ita esset, nunquam claros viros senatus vinctos hostibus dedidisset.[19]
XXX. 109. [*p.* 74.] At vero T. Veturius, et Sp. Postumius, cum iterum consules essent, quia, cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub jugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his:[1] injussu enim populi senatusque fecerant: eodemque tempore[2] Ti. Numicius, Q. Mælius, qui tum tribuni plebis erant, quod eorum auctoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. Atque hujus deditionis ipse Postumius, qui dedebatur,[3] suasor et auctor fuit: quod idem,[4] multis annis post, C. Mancinus; qui, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate fœdus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam L. Furius et S. Atilius ex senatus-consulto ferebant: qua accepta, est hostibus deditus. Honestius hic, quam Q. Pompeius, quo (cum in eadem causa esset) deprecante, accepta lex non est. Hic ea, quæ videbatur utilitas, plus valuit, quam honestas: apud superiores, utilitatis species falsa ab honestatis auctoritate superata est. 110. At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim. Quasi vero forti viro[5] vis possit adhiberi. Cur igitur[6] ad senatum proficiscebatur, cum præsertim de captivis dissuasurus esset? Quod maximum in eo est,[7] id reprehenditis. Non enim suo ju-

Basil.—17 Voc. *enim* uncis inclusit Beier.—18 Ita plurimi codd. et edd. fere omnes; *condictiones* Bern. 4. 5. Basil. Orell. Cf. Topic. § 82. et Forcellin. in v. 'Condictio.' *perjurio perturbare* Bern. 3.—19 Bern. 1. a m. pr. Bern. 5. Basil. *hostibus dedisset;* Bern. 4. *hostibus detulisset.*

CAP. XXX. 1 *Dediti sunt iis* Bern. 2. Basil. Orell. *injussu enim senatus fecerant* Bern. 3.—2 *Eodem tempore* Bern. 4. Victor. *Ti. Minutius* Bern. 1. 2. 3. Basil. Victor. *Q. Æmilius* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. *ut pax Samnitibus* Basil.—3 Lamb. Petr. 1568. *ipse qui dedebatur Posthumius.*—4 *Qui item* Magnol. Manut. Lamb. *P. Furius* de Oudendorpii correctione ad Obseq. p. 82. Beier. Nobb. Billerb. Orell. *Sex. Atilius*, omisso *et*, Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Petr. 1568. Heusing. Gernh. Beier. *et Sex. Atilius* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut.—5 *Quasi vero viro forti* Petr. 1568.—6 *Cur igitur Regulus* Bern. 3. *de captivis* omittit idem codex.—7 *Quod m. est in eo* Lamb.

Digitized by Google

dicio stetit, sed suscepit causam, ut esset judicium senatus; cui nisi [8] ipse auctor fuisset, captivi profecto Pœnis redditi essent. Ita incolumis in patria Regulus restitisset: quod quia patriæ non utile putavit, idcirco sibi honestum et sentire illa, et pati, credidit. Nam, quod aiunt, quod valde utile sit, id fieri honestum; immo vero esse, non fieri. Est enim nihil utile, quod idem non honestum:[9] nec, quia utile, honestum est; sed, quia honestum, utile. Quare, ex multis mirabilibus exemplis, haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius aut præstantius. XXXI. 111. Sed, ex tota hac laude Reguli, unum illud est [1] admiratione dignum, quod captivos retinendos censuerit. Nam, quod rediit, nobis nunc [2] mirabile videtur: illis quidem temporibus aliter facere non potuit. Itaque ista laus [3] non est hominis, sed temporum: nullum enim vinculum, ad astringendam fidem, jurejurando majores arctius esse voluerunt. Id indicant leges in XII Tabulis; [4] indicant sacratæ; indicant fœdera, quibus etiam cum hoste devincitur fides; indicant notiones animadversionesque censorum; qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando, judicabant. 112. L. Manlio, A. F. cum dictator fuisset,[5] M. Pomponius, tribunus plebis, diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset: criminabatur etiam, quod Titum filium (qui postea est Torquatus appellatus) ab hominibus relegasset, et ruri habitare jussisset. Quod cum audivisset [6] adolescens filius nego-

Petr. 1568. *id* omittit Basil.—8 Bern. 3. *quod nisi*. Statim, *Pœnis* omittunt codex unus Oxon. Beier. et Billerb. *redditi fuissent* Basil. *itaque incolumis* in eodem cod. *idcirco honestum sibi* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—9 Lall. e cod. Reg. *honestum sit*. Mox, *est* omittunt Bern. 1. 2. 4. Lamb. Petr. 1568. Lall. Beier. Orell.

CAP. XXXI. 1 Basil. Lamb. Petr. 1568. *est illud*. Mox, *censuit* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil. Victor. Heusing. Gernh. Beier. Orell.—2 Pro *nunc* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. Pearc. habent *non*. Tum, *facere aliter* Lamb. Petr.—3 *Ita ista laus* Bern. 1.—4 *Indicant id leges XII tabularum* codex unus Oxon. Lamb. *Id indicant leges in XII tabulis, indicant* [lacuna], *indicant sacra* Basil. *Id indicant leges sacratæ* de Beierii conj. Billerb. *Id indicant duodecim, indicant leges sacratæ* conj. nescio quis ap. Orell. *indicant sacra* Bern. 3. Magnol. Manut. *indicant notationes* edd. ante Grut. item Facciol. *indicant in notiones* Bern. 2.—5 Bern. 3. *esset*. Mox, *dies sibi* in eodem cod. *gerendam* omittit Petr. 1568. *Torquatus postea est* Magnol. Manut. *qui p. est T. appellatus* de J. F. Heusingeri sententia delerunt Beier. et Billerb. *et rure* Bern. 3.—6 *Quod*

Digitized by Google

tium exhiberi patri; accurrisse Romam, et cum prima luce Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum; quod [7] illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur; surrexit e lectulo; remotisque arbitris, ad se adolescentem jussit venire. At ille, ut ingressus [8] est, confestim gladium destrinxit, juravitque, se illum statim interfecturum, nisi jusjurandum sibi dedisset, se patrem missum esse facturum. [*p.* 75.] Juravit hoc coactus terrore [9] Pomponius: rem ad populum detulit: docuit, cur sibi causa desistere necesse esset: Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis jusjurandum valebat. Atque hic T. Manlius is est, qui,[10] ad Anienem, Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto, cognomen invenit: cujus tertio consulatu Latini ad Veserim fusi, et fugati: magnus vir in primis, et qui, perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. XXXII. 113. Sed, ut laudandus Regulus in conservando jurejurando, sic decem illi (quos post Cannensem pugnam juratos ad senatum misit Hannibal, se [1] in castra redituros ea, quorum potiti erant Pœni, nisi de redimendis captivis impetravissent), si non redierunt, vituperandi. De quibus non omnes uno modo: nam Polybius, bonus auctor inprimis, scribit,[2] ex decem

cum audisset in eodem cod. *adolescens, filii negotium* Basil. *et cum primo lucis* Bern. 3. Anem. *et cum primo luci* Beier. Orell. *et prima luce* Magnol. Manut. Lamb. Facciol.—7 Ita Bern. 1. 4. 5. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. Pearc. Facciol. *qui* Bern. 2. 3. Lamb. Græv. Colon. 1748. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *cumque* Basil. *adolescentem ad se* Bern. 4.—8 *At ille ut congressus* Bern. 3. *gladium distrinxit* Basil. cum plerisque edd. *gladium instruxit* Bern. 4. *se* omittunt Gud. 3. Basil. *illum confestim interf.* Bern. 3. *sibi* omittunt Bern. 4. Victor. Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Beier.—9 *Juravit h. terrore coactus* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Facciol. *cur sibi a causa* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. *causa* omittit Bern. 2. *cur causa desistere sibi* Basil.—10 Bern. 2. *idem qui.* Mox, *Gallo torquem detraxit* Bern. 3. *Gallum quendam ab eo* Basil. *torque detracta* codex unus ap. Orell. Ald. Gryph. *ad Veserin* Bern. 3. *fugati sunt* Bern. 3. Victor. *qui semper indulgens* Bern. 3. *qui nuper indulgens* Bern. 5. Basil. Magnol. Manut. *acerbus et severus* Bern. 5. Magnol. Manut.

Cap. XXXII. 1 Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. omittunt *se.* Mox, *reversuros* Victor. *erant potiti* Bern. 1. 2. 3. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *potiti* omittunt Bern. 4. 5. Basil.—2 Basil. *scribit inprimis;* Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Pearc. Schutz. Beier. Olshausen. Orell. omittunt *scribit.* Mox, *qui tunc* Bern. 5. Magnol. Manut. *revertisse dicit* Bern. 3. Victor. *re a senatu* Bern. 3. Victor. Pearc. *ex decem* omittunt Gud. 3. Heusing. Gernh. Beier. Olshausen. Nobb. *postquam egres-*

Digitized by Google

nobilissimis, qui tum erant missi, novem revertisse, a senatu re non impetrata; unum ex decem, qui paulo post, quam egressus erat e castris, redisset, quasi aliquid esset oblitus, Romæ remansisse. Reditu enim in castra, liberatum se esse jurejurando interpretabatur: non recte:[3] fraus enim astringit, non dissolvit [perjurium]. Fuit igitur stulta calliditas, perverse imitata prudentiam. Itaque decrevit senatus, ut ille veterator et callidus vinctus ad Hannibalem duceretur. 114. Sed illud maximum: octo hominum millia[4] tenebat Hannibal, non quos in acie cepisset, aut qui periculo mortis diffugissent, sed qui relicti in castris fuissent a Paulo et Varrone, consulibus. Eos senatus non censuit redimendos, cum id[5] parva pecunia fieri posset; ut esset insitum militibus nostris aut vincere, aut emori. Qua quidem re audita, fractum animum Hannibalis scripsit[6] idem, quod senatus populusque Romanus, rebus afflictis, tam excelso animo fuisset. Sic, honestatis comparatione, ea, quæ videntur utilia, vincuntur. 115. Acilius autem, qui Græce[7] scripsit historiam, plures ait fuisse, qui in castra revertissent, eadem fraude, ut jurejurando liberarentur; eosque a censoribus omnibus ignominiis notatos. Sit jam[8] hujus loci finis. Perspicuum est enim,[9] quæ timido animo, humili, demisso, fractoque fiant, (quale fuisset Reguli factum, si aut de captivis, quod ipsi opus esse videretur, non quod reipublicæ, censuisset, aut domi remanere voluisset) non esse utilia, quia sint flagitiosa, fœda, turpia.

sus Bern. 1. 2. 5. Basil. *e castris rediit, sed quasi* Bern. 1.—3 Basil. *non recte interpretabatur.* Mox, *distringit* Bern. 1. 2. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Petr. 1568. uncis inclusit *perjurium* solus Ernesti.—4 Gud. 3. Petr. 1568. *octo millia hominum.* Mox, *periculum mortis defugissent* Bern. 3. Orell. *in periculo m. defugissent* Basil. *qui in castris relicti* in eodem cod. *et a Varrone* Bern. 1. 2. 3. Heusing. Beier. Orell.—5 Bern. 3 omittit *id.* Mox, *fieri potuisset* Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. *aut mori* Basil. Billerb.—6 Bern. 1. 2. 4. Basil. Victor. Magnol. Manut. Pearc. Heusing. Gernh. Beier. Olshausen. Orell. *scribit.*—7 Magnol. Manut. Lamb. *ille qui Græce;* Petr. 1568. *ille qui Græciæ.*—8 *Sit etiam* Bern. 1. *Fit jam* Basil. *Sed jam h. l. finis sit* Bern. 3. Pal. 1. *jam* omittit Anem.—9 *Persp. est enim ea* Bern. 1. 4. Basil. Victor. Petr. 1568. Pearc. Heusing. Beier. Orell. *quod sibi opus* Basil. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *esse videret* Magnol. Manut. Lamb. *quia sunt* codd. aliquot, Magnol. Manut. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. *fœda et turpia* Bern. 2. 4. 5. Basil. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc.

Digitized by Google

XXXIII. 116. Restat quarta pars, quæ decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia, continetur. Potest igitur [1] quicquam esse utile, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Atqui ab Aristippo Cyrenaici, atque Annicerii,[2] philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt; virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis, floret Epicurus, ejusdem fere adjutor auctorque sententiæ. Cum his, viris [3] equisque, ut dicitur, si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. 117. Nam, si non modo utilitas, sed vita omnis beata, corporis firma constitutione, ejusque constitutionis spe explorata, (ut a Metrodoro scriptum est) continetur; certe hæc utilitas, et quidem summa, (sic enim censent) cum honestate pugnabit. Nam, ubi primum prudentiæ locus dabitur? an, ut conquirat undique suavitates? Quam miser virtutis famulatus, servientis voluptati! Quod autem munus prudentiæ? an legere intelligenter [4] voluptates? Fac nihil isto esse jucundius; quid cogitari [5] potest turpius? [p. 76.] Jam, qui dolorem summum malum dicat,[6] apud eum quem habet locum fortitudo, quæ est dolorum laborumque contemtio? Quamvis enim multis in locis dicat Epicurus (sicut hic dicit) satis fortiter de dolore; tamen non spectandum est, quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore: ut, si illum audiam de continentia et temperantia, dicit ille quidem multa multis locis: sed aqua hæret, ut aiunt: nam qui potest [7] temperantiam laudare is, qui ponat summum bonum in voluptate? Est enim temperantia libidinum inimica; libidines autem consectatrices voluptatis. 118. Atque in his [8] tamen tribus generibus,

CAP. XXXIII. 1 Petr. 1568. omittit *igitur*. Mox, *utile esse* Bern. 1. 2. 3. 4. 5. Basil. Victor. Lamb. Petr. 1568. Facciol.—2 *Annicerei* Goth. *ob rem eam* Facciol.—3 *Cum his veris* Bern. 2. 4. 5. *Cum iis veris* Basil. *Cum his velis* Victor. Magnol. Manut. *est* in fine periodi delevit Facciol.—4 Basil. Victor. *intelligetur*.—5 Magnol. Manut. *excogitari*.—6 Lamb. et Facciol. *judicat*. Mox, *quem habeat* Petr. 1568. Mox, *multis locis*, omisso *in*, Bern. 1. 2. 3. 4. Victor. Hensing. Gernh. Beier. Orell. *sicuti dicit* Bern. 3. Hensing. Gernh. Schutz. Orell. *sicut dicit* Beier. Billerb. *sicut id dicit* Bern. 1. 2. 4. *tamen non id* codd. et edd. ante Ernesti.—7 *Nam quomodo potest* Magnol. Manut. *Nam quomodo poterit* Bern. 5. *qui ponit* Basil.—8 *Atque in iis* Bern. Basil. *gene-*

Digitized by Google

quoquo modo possunt, non incallide tergiversantur. Prudentiam introducunt, scientiam suppeditantem voluptates, depellentem dolores.[9] Fortitudinem quoque aliquo modo expediunt, cum tradunt, rationem negligendæ mortis, perpetiendique doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, sed tamen quoquo modo[10] possunt: dicunt enim, voluptatis magnitudinem doloris detractione finiri. Justitia vacillat, vel jacet potius, omnesque eæ[11] virtutes, quæ in communitate cernuntur, et in societate generis humani. Neque enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas, esse potest, non plus quam amicitia, si hæc non per se expetantur, sed ad voluptatem utilitatemve referantur. XXXIV. 119. Conferamus igitur in pauca: nam, ut utilitatem nullam esse docuimus, quæ honestati esset contraria; sic omnem voluptatem dicimus honestati esse contrariam. Quo magis reprehendendos Calliphonem[1] et Dinomachum judico, qui se diremturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem, tanquam cum homine pecudem, copulavissent. Non recipit istam conjunctionem honestas; aspernatur, repellit. Nec vero finis bonorum [et malorum[2]], qui simplex esse debet, ex dissimilibus rebus misceri et temperari potest. 120. Sed de hoc[3] (magna enim res est) alio loco pluribus. Nunc ad propositum. Quemadmodum igitur, si quando ea, quæ videretur[4] utilitas, honestati repugnat, dijudicanda res sit, satis est supra disputatum. Sin autem speciem utilitatis etiam voluptas habere dicetur, nulla potest esse ei cum honestate conjunc-

---

ribus omittit Bern. 4. *quo modo* Nonius.—9 Gud. 1. Basil. Facciol. Beier. Billerb. *dolores depellentem*. Actutum, *fort. aliquo quomodo* Bern. 1. 4. *et perpetiendi doloris* Gud. 2. *perpetiendi doloris* Bern. 1. 2. 3. 4. Basil.—10 Victor. *quo modo*. Mox, *detractationem* Bern. 1. Pro *finiri* Bern. 1. 2. 4. 5. Basil. et edd. vett. habent *fieri*.—11 Magnol. Manut. Lamb. *omnesque hæ*. Statim, *neque liberalitas neque comitas* Lamb. *potest esse* Basil. *utilitatemve* de Beierii conj. delevit Billerb.

CAP. XXXIV. 1. *Calliphontem* Orell. *qui se direpturos* Bern. 5. Basil. Græv. *copulassent* Beier.—2 Voc. *et malorum* de Mureti sententia, Var. Lect. XIV. 3. uncis incluserunt Hensing. Gernh. delerunt Schutz. Beier. Billerb. Cf. Offic. I. § 7. *ex dissimillimis* Bern. 1. 2. Basil. Victor. Pearc. Heusing. Beier.—3 *Sed de hoc hactenus* Bern. 5. Magnol. Manut. *est* omittit Magnol. *pluribus verbis disputata* Bern. 5. Magnol. Manut.—4 Bern. 3. 5. Pearc. Heusing. Gernh. Schutz. Beier. Orell. *videtur*. Paulo post, *habere dicitur*

Digitized by Google

tio: nam, ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certe nihil, habebit.

121. Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia, magnum: sed perinde erit, ut acceperis: quanquam[5] tibi hi tres libri, inter Cratippi commentarios, tanquam hospites, erunt recipiendi. Sed, ut, si ipse venissem Athenas (quod quidem esset factum, nisi me e medio cursu clara voce patria revocasset), aliquando me quoque audires; sic, quoniam his voluminibus ad te profecta vox est mea; tribues his temporis quantum poteris: poteris autem, quantum voles. Cum vero intellexero, te hoc scientiæ genere[6] gaudere, tum et præsens tecum propediem (ut spero), et, dum aberis, absens loquar. Vale igitur, mi Cicero,[7] tibique persuade, esse te quidem mihi carissimum; sed multo fore cariorem, si talibus monumentis præceptisque lætabere.

Bern. 3. 4. *habere dicatur* Bern. 5. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568. Pearc. Facciol.—5 *Tanquam* Ernesti errore typogr. *hi tibi* Bern. 2. Basil. Heusing. Schutz. Beier. Orell. *et hi tibi* Bern. 3. Victor. Lamb. Petr. 1568. *hi* omittit Bern. 4. *tibi* omittit Bern. 5. Paulo post, *nisi e medio cursu cl. me voce* Beier. e Gud. 3. *de medio* Magnol. Manut. Lamb. Facçiol. *quoque* omittit Bern. 4. *vox mea est* Bern. 5. Victor. Magnol. Manut. Lamb. Petr. 1568.—6 Basil. *hoc scientiæ genere te.*—7 *Vale igitur, Cicero* Bern. 4. *te mihi quidem esse* Bern. 5. Magnol. Manut. Facciol. Pro *monumentis* Bern. 4 habet *momentis;* Lamb. *monitis.*

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

MARCI TULLII CICERONIS

OPERA PHILOSOPHICA.

Digitized by Google

EX EDITIONE JOSEPHI OLIVETI,

PARIS. 1740. 4to.

Digitized by Google

NOTÆ VARIORUM

IN

OPERA PHILOSOPHICA CICERONIS.

ACADEMICORUM

LIBER I.

Cap. i. § 1 *In Cumano*] Rure vel prædio, inter Gaurum montem et oppidum Puteolos. Ciceronis fuit villa in litore, quod ille Puteolanum suum appellavit, et postea Academiam: cum aliam villam, ad Lucrinum lacum, in collibus sitam, vocaret Cumanum suum. *Cluverius*, Ital. Ant. lib. iv. cap. 2.

§ 2 *Libone*] Scribonius Libo Varroni pernecessarius erat, vir sane doctus et historiæ scriptor: Liburnicæ autem et Achaicæ classi in bello civili præfuit. Ei libros nuncuparat Varro: citatur enim a Macrobio Varro ad Libonem. *Turneb.*

Cap. ii. § 5 *Nihil apta interrogatione concludunt*] 'Interrogatio' hic de mera conclusione rationis, nulla nec interrogatione adhibita nec responsione, intelligitur. Fortasse sumptum est e consuetudine Stoicorum, qui Dialectici per excellentiam appellati sunt. Cicero quidem interrogatiunculas illorum sæpe solet in ea significatione dicere, ut verbum *interrogare*, sicut illi ἐρωτᾷν, pro *rationem concludere*. Clarum exemplum est in libro de Fato, ex Stoicis, cap. 12. 'Sic enim interrogant, si fatum tibi est,' &c. ubi etiam ἀργὸν λόγον interpretatur *interrogationem ignavam*. Faber.

Utramque vim, virtutem esse nostri putant] Scientias quidem virtutes esse post Academicos docuerunt Stoici. Quintil. Inst. Orat. lib. ii. cap. 20. hanc rem fuse tractat. Vide Ciceronem de Orat. i. 18. iii. 18. de Fin. iii. 21. 22. denique Laërtium, vii. 46. *Davis.*

§ 6 *Quid est enim magnum, cum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum, &c.*] Obscuritatem, si qua est, offundit vocum usurpatio a vulgari usu remota. 'Res efficientes' appellat Cicero quas vulgo dicimus 'causas.' Infra cap. 6. 'De natura autem ... ita dicebant, ut eam dividerent in res duas: ut altera

Digitized by Google

esset efficiens.' 'Causas' appellat, quas vulgo dicimus fines, vel causas propter quas agunt causæ, quæ appellantur efficientes. Porro Epicurei, cum effici omnia corpusculorum fortuita concursione dicerent, causis finalibus locum nullum relinquebant. *Anon.*

Effectione] Causa efficiente. *Turneb.*

Adhibenda enim geometria est, &c.] Locus est admodum corruptus, ad quem tamen emendandum aliquantum nos libri veteres adjuverunt; in quorum nonnullis scriptum est *materia* pro *geometria*. Omnino vox *geometria* nihil hic loci habet. Cætera, quæ perverso ordine erant collocata, eadem opera et in suum locum restituta, et perpurgata sunt. *Lamb.* Nimirum vir ille doctus totum locum sic ediderat, *effectio: (adhibenda enim ea materiæ est:) hæc ipsa de vita et moribus, de expetendis fugiendisque rebus. Illi simpliciter pecudis et hominis idem bonum esse censent: apud nostros autem non ignoras, quæ sit et quanta subtilitas: quam quibusnam quisquam queat enuntiare verbis? aut quem ad intelligendum poterit adducere? Sive enim Zenonem, &c.* Sed nimis audacem se præstitit. *Davis.*

§ 7 *Simplex*] Non e tribus conflatum generibus, animi, corporis, et fortunæ, sed in sola virtute positum. *Turneb.*

§ 8 *L. Ælii*] De quo in Bruto, cap. 56.

Menippum] Gellius lib. XIII. cap. 29. Probus in Virgilii Eclog. VI. 40. Macrobius lib. I. cap. 7. 11. et lib. II. c. 7. 'Varro,' inquit, 'in illa lepidissima satyra Menippea, quæ inscribitur, 'Nescis quid vesper vehat.'' Et Charisius lib. I. Vide apud Laërtium Menippi vitam; cujus libri multo risu referti. *P. Manut.*

In laudationibus] Λόγους, ut videtur, ἐπιταφίους intelligit; hi enim 'laudationes' passim vocantur. *Davis.*

Antiquitatum] Quadraginta et uno libris constabant. De iis vide Augustinum de Civ. Dei, lib. VI. cap. 3. *Idem.*

CAP. III. § 9 *Sedem regionum*] Nam Roma in regiones quatuordecim divisa erat. Tacitus, Annal. lib. XV. 40. 'Quippe in regiones XIV Roma dividitur.' *Turneb.*

Omni fere numero] Omni fere genere versus: nam mixtum erat carminum varietate, ut Quintilianus ait. *Idem.*

§ 12 *Nihil ut iisdem de rebus Græcia desideret*] Variis modis hunc locum fatigarunt eruditi. Nam Turnebus reposuit *a Græcia desideres.* Aldus Nepos edidit, *Græca desideres.* Grutero denique placuit, *Græca desideret.* Vide num præstet ea conjectura quæ mihi nuper incidit, *nihil ut iisdem de rebus Græcia desideretur.* Davis.

CAP. IV. § 13 *Veterem*] Academiam. *Turneb.*

Immo vero et istam] Lego *ista*; nempe quæ contra Philonem disputarat Antiochus. Et ita dant, Ursino teste, libri veteres. *Davis.*

§ 16 *Ut e Socraticorum libris, maximeque Platonis, intelligi potest*] Non equidem capio, qui hoc ex 'Platonis maxime libris' possit intelligi, cum apud eum 'Socrates physica et musica et geometrica disserat.' Jamdiu legendum dixi, *maximeque Xenophontis intelligi potest: nam Xenophon negat Socratem de cæli atque naturæ causis rationibusque unquam disputavisse, ac ne disciplinas quidem cæteras, quæ μαθήματα Græci appellant, quæ ad bene beateque vivendum non pergerent, aut attigisse, aut comprobasse.* Verba sunt Gellii XIV. 3. *Davis.*

§ 17 *Ita facta est disserendi, quod minime Socrates probabat, ars quædam philosophiæ*] Eruditissimi viri magno consensu verbum *disserendi* hic censent esse delendum, neque video qui ferri possit. *Faber.*

CAP. V. § 19 *Adeptum esse omnia*

Digitized by Google

e natura] Secundum naturam. Noster, de Fin. lib. v. cap. 17. 'Hunc statum corporis per se ipsum expetit, qui est maxime e natura.' Sic et alibi. *Davis.*

§ 20 *Ad comprehendendam ingeniis virtutem*] Sive cum veteribus editis legas *ingenii virtutem*, sive cum Lambino Gruteroque malis *ad comprehendendam ingeniis virtutem;* menti Ciceronis adversatur vox penultima. Nam virtutes proprie dictæ, non solum ingeniis comprehendendæ, sed multo magis vita sunt exprimendæ. Quod si virtutes ingenii pro docilitate et memoria positas arbitreris; hæ non a moribus, sed a natura pendent, adeoque in naturam et mores dividi nequeant. Non igitur mihi dubium videtur, quin nomen id sit a librariis additum. Hoc olim suspicati sunt etiam Paulus Manutius et Petrus Faber. De re ipsa vide Cic. de Fin. lib. v. 13. *Idem.*

Progressio] Προκοπὴ, qua de re extat libellus Plutarchi. *Turneb.*

§ 21 *Animi bonis et corporis*] Hasce voces ex margine profectas, adeoque delendas esse censet doctissimus Walkerus. *Davis.*

CAP. VII. § 26 *Quintum genus*] Eandem de quinta natura Platonis, quam Aristotelis sententiam fuisse scribit Proclus in Timæum. *Turneb.* Idem affirmat Simplicius in lib. VIII. Phys. *Faber.*

Mentesque, singulare] Vulgo *mentesque singulares*, id est, ut Turnebus interpretatur, animi singulorum.

§ 27 *Sed subjectam*] Nam illis materia prima omni forma et qualitate caret; id est quod aiunt, ὕλη ἄποιος ἐστίν. *Turneb.*

Tota omnia accipere possit] Elementa et materia omnia quæcumque gignuntur accipiunt, omniumque rerum formas induunt: aut quicquid gignitur, elementa et materiam accipit, eaque formis mutat et novat. Alii *possint* et *mutari* legunt, ac de materia intelligunt, quæ omnium receptaculum sit. *Idem.*

Mutare] Novare, aliis atque aliis subinde advenientibus formis. *Idem.*

Non in nihilum] Quia materiam habent, non possunt in nihilum interire, verum in materiam, licet non primam, resolvuntur, sed forma alia novatam, ut in elementa, quæ ipsorum partes sunt. *Idem.*

Quæ infinite] Id corporibus omnibus convenit, ut in infinita potestate secari possint, ut Academici et Peripatetici, adeoque geometræ omnes censent, repugnantibus Epicureis, qui corpuscula quædam individua ponunt rerum primordia. *Idem.*

Intervallis] Motus spatia habet, quæ eodem modo ut corpora infinite dividi possunt, ut Aristoteles scribit: eumque tempus, numerus, sit motus primi globi cælestis, eodem modo ejus partes infinite secari possunt. *Idem.*

§ 28 *Qualia*] Τὰ ποῖα, vel πεποιωμένα, id est, corpora constantia ex materia et forma, vel a forma finita et determinata. *Guietus.*

§ 29 *Quasi prudentiam*] Πρόνοιαν significat, quæ non tantum sit supremi Dei, verum etiam animi mundi, qui cælestia maxime procurat; in quibus nulla mutatio est, sed constans et ratus ordo. *Turneb.*

Fortunam] Cicero in Topicis c. 17. 'Cum enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ eventus, obscura causa, quæ latenter efficit.' Sed nescio quo modo vis affertur vocabulis, et eorum notiones conturbantur. Ita enim efficitur, ut cum fatum et fortuna plurimum differant, unum tamen idemque esse videantur. *Idem.*

CAP. VIII. § 30 *In ratione*] *In oratione* legendum fortassis esse videatur. *Idem.*

Quanquam] Veri disceptatio et dijudicatio dialectices propria est: ad veri autem notionem duo comparata sunt, quæ κριτήρια dicuntur, sensus

Digitized by Google

et mens. Plato tamen sensui quam minimum tribuit, ac prope nihil: plurimum menti. *Idem.*

Oriretur] Nam quamdiu in hoc corpore inclusus est animus, sensuum ministerio et servitio utitur ad rerum cognitionem; qui tamen ea tantum percipiunt quæ nunquam vere sunt, sed esse videntur. *Idem.*

Id quod semper] Plato in Timæo: 'Quid est quod semper sit, neque ullum habeat ortum; et quod gignatur, nec unquam sit? quorum alterum intelligentia et ratione comprehenditur; quod unum atque idem semper est: alterum quod affert opinionem, per sensus, rationis expers; quod totum opinabile est; id gignitur et interit, nec unquam esse vere potest. Mens igitur rerum species quæ simplices sunt et uniusmodi (nihil enim in eis compositum, multiplex, varium, ut in iis quæ creata sunt) percipit.' *Idem.*

§ 31 *Ita mobiles*] In Theæteto et Timæo id a Platone pluribus tractatur: atque hac in re, ut Laërtius ait, Heracliti sententiam sequebatur, omnia mobilia et fluxa esse profluentis more censentis. *Idem.*

Laberentur] Cicero in Oratore ad Brutum cap. 3. 'Has rerum formas appellat ideas . . . Plato; easque gigni negat, et ait semper esse, ac ratione et intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu.' *Idem.*

Opinabilem] Quod enim rationis est expers, quodque in sensu considit, opinabile est, ut ait Plato: opinionem enim creat, non firmam scientiam. *Idem.*

§ 32 *Motionibus*] Animi agitationibus: nam in cogitando animus Platoni movetur. Alii *notionibus* legunt, quæ explicantur definitionibus et etymologiis, ut rationes argumentatione. *Idem.*

Definitiones] Semper enim Platoni in omni institutione proficisci placet a definitione. *Idem.*

Verborum] Qua de re plurima Plato disserit in Cratylo. Notatio autem vim et notionem verbi declarat. *Idem.*

Rerum notis] Quasi signis et indiciis. Metaphora est. *Idem.*

In qua] Non est quo pronomen fœmininum referatur. Forsan rescribendum *ibique*. Davis. Refertur ad id quod supra, 'tertia philosophiæ pars.' *Anon.*

Ratione] Ratiocinatione: nam συλλογισμὸν Stoici λόγον vocare solebant, et eorum more alii. Dialectica autem posita est in probationibus et conclusionibus: illæ argumenta habent, hæ argumenta in ratiocinationes includunt. *Turneb.*

§ 33 *Prima*] Ratio, in qua posteriores aliquid mutaverunt, ut mox dicet. *Idem.*

Cujus quas acceperim disputationes] Per *disputationes* Turnebus intelligit ea quæ in disputationem vocata sunt, seu de quibus fuit contentio. Sed ei voci talem vim competere non crediderim. Verumtamen illa quidem Tullii mens est, ut forsan verba mendo quodam laborent. Lego, *cujus quas acceperim mutationes, vel immutationes.* Davis.

Cap. ix. *Aristoteles*] In his quæ inscripsit μετὰ τὰ φυσικά. Plato autem species induxerat ad disputationum definitiones, ut ait Aristoteles. Itaque ea de causa a Cicerone idea dialecticæ hic attributa est. *Turneb.*

Fregit] In lib. De Beata Vita, ut Cicero ait Tuscul. v. 9. et in Callisthene, in quo illam laudavit sententiam, 'vitam regit fortuna, non sapientia.' *Turneb.*

§ 35 *Peracute moveretur*] Acutissimi esset ingenii. Noster de Leg. lib. ii. cap. 18. 'Qui modo ingenio possit moveri.' Vide de Orat. i. 25. *Davis.*

Cap. x. § 37 *Rejecta autem quæ minoris*] Attende sis orationis seriem.

Digitized by Google

Quæ secundum naturam sunt, ea sumenda. Ex sumendis alia pluris sunt æstimanda, minoris alia. Quæ pluris, præposita; quæ minoris, rejecta. Ergo, si Diis placet, 'rejecta' sunt 'sumenda;' quod prorsus repugnat. Quin et hæc rejecta (qualia sunt dolor, morbus, et similia) non *κατὰ φύσιν*, sed *παρὰ φύσιν* dicebant Stoici. Vide Stobæum Eclog. Ethic. lib. II. pag. 173. et Ciceronem Tusc. II. 7. Quæ cum ita sint, hunc locum vel vitiosum, vel mutilum putat Just. Lipsius Manud. ad Phil. Stoic. lib. II. Dissert. 23. Nec aliter sane fieri potest. Certe *rejecta*, sive *ἀποπροηγμένα*, nulla æstimatione digna esse, *καὶ πολλὴν ἔχειν ἀπαξίαν* statuerunt. Vide Tullium de Fin. lib. III. cap. 15. 16. et Stobæum Eclog. Ethic. p. 173. Auctore quidem Sexto Pyrrhon. Hypot. lib. III. c. 24. sect. 191. tradunt Stoici esse *προηγμένα μὲν τὰ ἱκανὴν ἀξίαν ἔχοντα, ὡς ὑγίειαν, πλοῦτον*: *ἀποπροηγμένα δὲ τὰ μὴ ἱκανὴν ἔχοντα ἀξίαν*, ut nostro favere videatur. At ibi legerim *τὰ ἱκανὴν ἔχοντα ἀπαξίαν*. Sic certe loquitur advers. Mathem. lib. XI. sect. 62. Quid igitur? Lego *sed quæ essent media: ex iis alia pluris, &c.* Noster de Fin. lib. IV. cap. 25. 'Media illa, inquit, Zeno, inter quæ nihil interest, tamen ejusmodi sunt, ut eorum alia eligenda sint, alia rejiciendа, alia omnino negligenda,' &c. Vide sis et lib. V. c. 30. *Idem.*

Officia autem, et servata, prætermissaque, media putabat] Ornamenti causa *et* iterari notum est: inferri autem *que* post *et*, quod hic Cicero facit, minus tritum est in consuetudine Latinæ linguæ. Itaque, ne mendosus locus putetur, exempla subjungam. Lib. IV. de Finib. 'Omne animal ipsum sibi commendatum, ut se et salvum in suo genere, incolumemque vellet.' Et lib. V. cap. 22. 'Quis est qui non intelligat et eos . . . nosque cum ea,' &c. *Manut.* De re ipsa vide lib. III. de Finib. cap. 17. et 18.

§ 38 *Natura aut more*] Quæ enim natura perfectæ sunt, ab illis in ratione ponuntur, ut docilitas, memoria: quæ more, fere in ea animi parte quæ per se rationis est expers, perturbationibusque agitatur: quanquam rationi paret. *Turneb.*

In ratione] Nam Zenoni virtus nihil aliud est, quam perfecta ratio, vel quam constans et perpetua ratio vitæ. Has definitiones a Stoicis lib. I. Legum Cicero mutuatus est. Quin etiam Zeno perturbationes in opinione et judicio posuit. *Idem.*

Posse arbitrarentur] Neque enim quisquam Academicorum et Peripateticorum, ut censet Cicero, affirmavit, qui virtutem unam haberet, eum omnes habere. Id adeo vitæ docent exempla. Nam fere prudentia timidior est, et philosophi libentius in lectulo quam prælio moriuntur: multosque abstinentissimos et innocentissimos videmus, qui ut injuriam non faciunt, ita, cum infertur aliis, minime propulsant. Stoici non putant sejungi posse. Laërtius: *τὰς ἀρετάς φασιν ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, καὶ τὸν μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν*· id est, *virtutes aiunt seipsas mutuo sequi, ut qui unam habeat omnes habeat.* Eorum sententiæ etiam astipulatur Alexander, Aristotelis interpres, disseritque *ἀρετὰς ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις*, libro secundo de Animo. *Idem.*

Contraherent] Vide Tusc. IV.

CAP. XI. § 39 *Quintam*] Quatuor tantum elementa Zeno ponit, quintam autem naturam non agnoscit: cælum enim igneum esse putat. *Turneb.*

Ab ea quæ expers esset] Natura scilicet. Aliis natura, quæ vis est efficiens, corpore vacat: Zenoni corporata est, ignis scilicet; proinde et animus qui ex ea gignitur: nec solum natura, sed qualitates etiam omnes illis corporatæ sunt, extatque in Stoicos hac de re libellus Galeno adscriptus, et hi ab Alexandro graviter

Digitized by Google

oppugnantur. Quo autem processerint eorum nugæ, ex Plutarcho operæ pretium est cognoscere. *Idem.*

§ 40 *Sensibus*] In quibus judicium veri veteres esse nolebant, sed in mente: cum Zeno judicium veri in eorum comprehensionibus posuerit. *Idem.*

Junctos] Actio sentiendi, quam etiam sensum Stoici dicunt, ex quadam impulsione visorum constat et componitur, ut censet Zeno. Sic alio loco, 'junctum ex multis partibus' Cicero dicit. *Turneb.* Legendum fortasse, *punctos*, *νυγέντας*, vel *ictos*, *τυπέντας*. *Davis.*

In nobis positam] Veteres enim nonnulli, ut Cicero docet in libro de Fato, censuerant assensiones vi et necessitate fieri. *Turneb.*

§ 41 *Prenderentur*] Nam manus proprium est comprehendere, a cujus comprehensione vocabulum duxerat Zeno, quod sensibus percepta sic tenerentur, ut quæ manu prehensa sunt. *Idem.*

Sensum] Stoicis sensus est spiritus a parte animi, in qua principatus est, ad sensus perveniens; et sensuum comprehensio, quam hic Cicero 'sensum' in neutro genere dicit, est sensuum actio. Auctor Laërtius. *Idem.*

Cum falso] Opinamur enim in falsis et iis quæ non sunt nobis cognita. Itaque sapiens Zenoni non opinatur, et ab eo in rebus malis opinio numeratur. *Idem.*

§ 42 *In rectis*] Scientiam enim Zeno in laude ponit; opinionem et inscientiam in vitio: comprehensionem inter utramque collocat, neque in rebus bonis aut malis numerat. *Id.*

Sensibus fidem] Cum veteres menti tribuerent. *Idem.*

In re, comprehenderet] Non enim sensuum comprehensio vim totam rei sine prætermissione complectitur, cum exteriora tantum lineamenta attingat, eaque quæ sub sensum quemque cadunt, ut sub aspectum colores, sub auditum soni. *Idem.*

In eam] Comprehensionem.

Principium sui] Comprehensionem sensibus factam. *Turnebus.* Aliquis deesse putet *eam.* Plenior quidem eo addito locutio futura sit. *Faber.* Ipse legerim, *quamque natura, &c.* Davis.

Non principia] Quæ comprehensiones sunt. *Turneb.*

Sed latiores] Notitiæ quædam ex comprehensionibus oriuntur: sunt enim hæ intelligentiæ fundamenta quædam scientiæ. Ἐννοίας καὶ προλήψεις Stoici vocant. *Idem.*

CAP. XII. § 44 *Veluti amantes Socratem*] Locus est corruptus: nam non amore Socratis, sed obscuritate rerum, Democritus, Empedocles, et Anaxagoras ad ignorantiæ confessionem sunt adducti. Quapropter viri docti reponunt *et velut jam ante Socratem.* Sed illud *velut* hic importunum est, ac omnino legendum, *et, jam ante Socratem, Democritum, &c.* Prius enim ii, quam Socrates, hunc philosophandi modum sequebantur. Olim videlicet in hoc loco varia fuit lectio, nonnullique codices *et jam ante*, reliqui, *ut jam ante* præferebant. Annis autem volventibus, hæc scripturæ diversitas, ad oram libri vel inter lineas notata, in orationis invasit seriem; unde factum *et vel ut jam ante Socratem*; tandem vero vocabulis male conjunctis litteraque perperam repetita, *et veluti amantes Socratem.* Hæc origo mendi, quod homines doctos habuit exercitos. Muretus quidem Var. Lect. IX. 14. reponit *adduxerant Socratem, velut jam ante Socratem.* Sed commodior videtur ea, quam insistimus, via: quamque prior iniit vir ille doctus XV. 46. Addit autem Muretus 'Democritum, Anaxagoram, Empedoclem ante, ut opinatur, mortuos fuisse, quam avia Socratis nasceretur.' Quod omnino falsum: nam Democritus unico duntaxat anno natus est ante Socratem,

Digitized by Google

eique fuit superstes. Anaxagoras autem XI tantum annos major fuit quam Socrates. Nec Empedocles eum longe videtur ætate præcessisse, siquidem insignis fuerit A. P. J. 4270. cum Socrates inter vivos esse cœperit ejusdem periodi A. 4245. Hic est accuratissimi chronologi D. Petavii calculus. Rogat autem Petrus Faber, cur Apollo Socratem sapientissimum Græciæ dixerit, quod is profiteatur se nihil scire; siquidem veteres idem antea dixerant. Hoc nimirum constanter dicebat Socrates, et in ea sententia permanebat; eum 'omnes isti nimis etiam quædam affirment, plusque profiteantur se scire quam sciant.' Vide Acad. II. 6. et Sextum Empiricum Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 30. *Davis.*

ACADEMICORUM

LIBER II.

ARGUM.—Postea quam Cicero in Hortensio philosophiam verissimis atque amplissimis ornavit laudibus, statuit, cum multa philosophandi tum genera colerentur, Platonicorum, Peripateticorum, Stoicorum, Academicorum, Epicureorum, quod ipse maxime omnium approbaret, ostendere. Ea vero fuit Academiæ novæ ratio. Hoc autem fecit scriptis primum libris duobus Academicis, quorum unum 'Catulum,' 'Lucullum' alterum appellavit: post mutato consilio, ac ea re, ac quæstione copiosius atque accuratius tractata, libris Academicis alteris quatuor, quos ad Varronem emisit. Ex priore scriptione Lucullum habemus; ex posteriore duntaxat primi libri particulam. Reliqua vis vetustatis consumpsit. *Sigonius.*

'Lucullus, sive Academicorum liber II.' Hunc indicem libro præfiximus, cum vulgo detur *Academicarum Quæstionum liber secundus, seu potius, ut eum numerat Nonius, IV. qui inscribitur Lucullus.* Absurde: nam Academicorum librorum duæ fuerunt ἐκδόσεις. Prior duobus libris fuit comprehensa, quos 'Catulum' vocavit Tullius et 'Lucullum;' adeo ut Lucullus hicce, si modo prologum demas, fuerit editionis primæ liber secundus. Postea mutato consilio, hæc Academica refinxit scriptor, et ex duobus quatuor libros fecit, quos ad Varronem misit. Ex his primi tantum pars jam superest; licet Nonius eos legerat integros, ut ex fragmentis liquebit. Rem totam luculenter narrat Cic. lib. XIII. ad Att. Vide sis ep. 16. 19. &c. *Davis.*

CAP. I. § 1 *Caruit omnino rebus urbanis*] Gruterus rescripsit, *humanis*, et stolidum esse ait illud prius. Sed rejecta Gruteri emendatione, nihil mutandum. Stat enim sententia, eamque Cicero explicat, ubi hæc subjungit: 'Diutius, quam vellem, tanta vis virtutis atque ingenii peregrinata abfuit ab oculis et fori, et curiæ.' *Anon.* Res urbanas aliquando rusticis opponebant Romani. Sic apud Plautum, Casin. act. I. sc. 1. servus quidam rusticus a rebus urbanis abstinere jubetur. At eo sensu vox illa in hoc Tullii loco accipi nequit. Sæpius res urbanæ a bellicis distingue-

Digitized by Google

bantur: nec sane dubitari potest, quin in eadem significatione rerum urbanarum mentio facta fuerit in eo, de quo agitur, loco. Juvenis enim adhuc Lucullus ædilis factus est anno U. C. DCLXXIV, et prætor urbanus anno DCLXXVI, ac tandem consul anno DCLXXIX. ita ut per omnes urbanorum magistratuum gradus ad supremum usque fuerit evectus, et ætatis annum quadragesimum tertium impleverit, antequam res bellicas attigisset. Cum igitur falsissimum sit, in ætatis flore Lucullum rebus urbanis omnino caruisse, necesse est in mendo cubare ea Ciceronis verba, de quibus agitur; quæ tamen unius litterulæ restitutione facile sanari possunt. Legendum enim suspicor, *claruit omnino rebus urbanis.* Sensus est, Lucullum, quo tempore licuit ei per publica negotia in urbe versari, non in foro solum, sed etiam in magistratibus gerendis maximam gloriam esse consecutum. Quod ex sequentibus patet, et a Plutarcho abunde confirmatur. *Bulterius.*

Paternas inimicitias] Luculli pater ἑάλω κλοπῆς, accusatore Servilio augure. Hic a Lucullo peculatus insimulabatur; at incolumis evasit. Vide Plutarchum in Lucullo. *Davis.*

Absens factus ædilis, continuo prætor; licebat enim celerius legis præmio] Ædilitatem prætura biennio post consequebatur, quod sæpe jam, et opinor, primi olim docuimus. Lucullus autem, Syllanarum partium adjutor, cum ædilis fuisset, continuo prætor factus est beneficio legis, ut opinor, a Sylla dictatore latæ, ut iis, qui partes ejus in civili bello secuti essent, honores ante tempus capere liceret. Nam apud Appianum lib. I. scriptum est, lege Syllæ cautum, ne quis, omissa prætura, consul fieri posset. Quod Cicero etiam significat XI. in Antonium, his verbis: 'Vopiscus ex ædilitate consulatum petit: solvatur legibus.' Verisimile autem additum in ea lege de magistratuum intervallo, sed exceptos esse eos, quorum opera in bello usus esset; itaque *præmium legis* hic appellat Cicero. Quod autem ait, *licebat;* non ideo abrogatam postea legem Syllæ significat, (nam eam valere locus ex XI Philippica proxime recitatus indicat) sed neminem jam uti ejus legis beneficio; cum ii, qui pro Sylla contra Marium pugnaverant, aut honores, ipso vivente Sylla, jam cepissent, aut vita excessissent, aut certe ita senes essent, ut de petenda ædilitate aut prætura minime jam cogitarent. *P. Manut.*

Legis præmio] Intelligere videtur legem Corneliam; qua licebat iis qui Syllæ partes essent secuti, magistratus ante tempus capere. Vide Paulum Merulam de Leg. Rom. cap. 24. sect. 36. *Davis.*

§ 2 *Indocilem usus disciplinam*] 'Indocilis' est, qui non docetur. Propertius, lib. I. Eleg. 2. 12. 'Et sciat indociles currere lympha vias:' Ovid. Fast. III. 119. 'Ergo animi indociles, et adhuc ratione carentes.' 'Indocilis' autem dicitur 'usus disciplina,' quia quod docetur, opponitur experientiæ. Apuleius de Habit. Doctr. Platon. lib. II. 'Justitiam artem vivendi ac disciplinam putat, et nunc docilem esse, nunc usu et experiendo provenire.' Indocilis igitur ἄτεχνον, aut *inartificialem*, denotat. *Davis.*

§ 3 *Totiusque belli instrumentis et apparatu*] In libris Victorianis erat *instrumento et apparatu;* quæ scriptura longe commodior profecto est. Nam erit illa usitata Ciceroni ἐπεξήγησις commodissima, in qua, si *instrumentis* diceretur, *apparatibus* item dicendum fuerat: neque aliud est hic *instrumento* unitatis appellatione, quam in libro primo de Finibus, ubi dicitur, 'Quid enim opus tanto instrumento in optimis artibus compa-

Digitized by Google

randis?' *Faber.*

Cap. II. § 4 *Sub ipsis pellibus*] Tentoria videlicet ex pellibus erant confecta. Vide Just. Lipsium Mil. Rom. lib. v. Dial. 5. et Fr. Hotomanum ad Cæsaris Bell. Gall. lib. III. cap. 29. *Idem.*

§ 5 *In legatione illa nobili*] Vide sis Athenæum, lib. VI. pag. 273. Justinum, lib. XXXVIII. cap. 8. Val. Max. lib. IV. cap. 3. 13. Strabonem, lib. XIV. pag. 985. Plutarchum in Apophthegm. et Ant. Bendinellum, Loc. Controv. sect. 15. *Idem.*

§ 6 *In libro*] Hortensio.

Cum fungi munere debeamus] Fortasse, *cum fungi munere debebamus .... removimus .... fecimus.* Passerat.

Cap. III. § 7 *Contra omnes dicere, qui scire sibi videntur, solemus*] Academici percipi nihil posse dicebant præter unum illud, nihil posse percipi. In hac autem hæresi Cicero cum esset, non erat cur alios a se dissentire moleste ferret: id enim ab iis solet fieri, qui scire sibi videntur; contra quos Academici solent dicere. Sunt qui legunt, *contra omnes dicere, quæ videntur:* quos secuti non sumus. Non enim contra omnes dicere, quæ videbantur, soli Academici solebant; quod commune omnium erat: sed contra omnes qui scire videbantur; quod proprium erat Academicorum, negantium quidquam sciri et affirmari posse. *P. Manut.*

§ 9 *Sed, ut potuerint*] Vulgo, *sed ut potuerunt omnibus rebus, &c.* Omittamus Manutii, Fabri, ac Davisii conjecturas. Videndus tamen Muretus, Var. Lect. VII. 18. Quanquam facit satis Lambini, quam repræsentamus, lectio: nihil enim, ut ipse ait, neque ad Ciceronis sensum accommodatius, neque scripturæ receptæ affinius excogitari potest. *Oliv.*

In xysto] Xystus videtur locus subdialis, ante domum positus, et pro vario dominorum ingenio variis modis ornatus. Vide sis J. Fr. Gronovium ad Sen. de Ira, lib. III. cap. 18. et Aug. Buchnerum ad Plin. lib. IX. ep. 7. *Davis.*

Cap. IV. § 12 *Sosus*] Ascalonita, Stoicus insignis, de quo Stephanus Byz. in Ἀσκαλών. Vide J. F. Fabricii Bibl. Gr. lib. III. cap. 25. *Oliv.*

Tamen est adversarius lenior] Lambino placuit *levior;* et cum eo faciunt Eliens. ac Paris. 4. 5. *Davis.*

Cap. V. § 13 *Tum ad hos notiores*] Vulgatorum librorum pessimam interpunctionem nos ex re ipsa, veteribusque libris sic mutamus: *tum ad hos notiores, C. Flaminium, (qui legem agrariam aliquot annis ante secundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit, invito senatu, et postea bis consul factus sit) L. Cassium, Q. Pompeium. Illi quidem etiam P. Africanum, &c.* Davis.

Duos ... fratres] Quod *fratres* hic Lambinus tollit, nihil necesse est. Fuisse enim hos fratres scribunt nominatim Cicero, et Gellius, et Pomponius jurisconsultus. Ad rem vero quod attinet, Crassum favisse Graccho suspicari licet ex Plutarcho, qui de Scævola dicit aperte, ut hic Cicero, cum inducit Nasicam dicentem in Gracchis p. 833. Ἐπεὶ τοίνυν, ἔφη, προδίδωσιν ὁ ἄρχων τὴν πόλιν, &c. *Faber.*

§ 14 *Nihil nos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse reperire*] Respicit ad hos Empedoclis versiculos, Τὸ δὴ ὅλον εὔχεται εὑρεῖν Οὕτως, οὔτ' ἐπιδερκτὰ τὰ δ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐπακουστὰ, Οὔτε νόῳ περιληπτά. Ubi tamen, nisi fallor, sententia postulat ut rescribatur Τὸ δὴ ὅλον εὔχεται εὑρεῖν. Αὔτως. Οὔτ' ἐπιδερκτὰ, &c. Αὔτως est ματαίως, ut interpretatur Suidas, et in eo sensu legitur apud Homerum. Empedoclis locus extat apud Sextum Empiricum advers. Mathem. lib. VII. sect. 123. aliosque. Vide Isaac. Casaubonum ad Laërtii x. 73. *Davis.* Plutarchus, libro ' De Audiendis Po-

Digitized by Google

ötis,' eosdem laudat versus.

§ 15 *In Africano*] Vide lib. III. de Orat. cap. 67.

Cap. VI. § 16 *Sed fuerint illa vetera, si vultis, incognita. Nihilne est igitur actum, quod investigata sunt, postea quam Arcesilas Zenoni*] Levi mutatione verborumque trajectione legerim, *sed fuerint illa veteribus, si vultis incognita. Investigata sunt postea. Nihilne est igitur actum, quod Arcesilas Zenoni, &c.* His dudum scriptis, Cl. Walkerum reposuisse video, *sed fuerint illa veteribus incognita. Nihilne est ergo actum, quod investigata sunt postea? Nam Arcesilas . . . obducere.* Davis.

Confecta a Carneade] Optime correxit Lambinus. Nam qui possit intelligi Arcesilæ ratio *conficta* a Carneade, qui fuit, ut hic dicitur, quartus ab Arcesila? Potuit etiam confirmare ex his verbis lib. I. de Nat. Deorum, 'Hæc in philosophia ratio contra omnia disserendi, profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade,' &c. Convenit cum *confecta*. Id autem valebat idem quod 'absoluta.' *Faber.*

In hoc] Non de Clitomacho, sed de alio quodam Carneadis discipulo videtur hic agi. Quam ob causam Gulielmius voluit, *ingenii non minus in Æmone, in Charmida eloquentiæ.* Ast Æmonem ἐν Καρνεάδου μαθηταῖς numeratum fuisse non constat. Eo quidem magistro Mentor est usus, de quo lepidam fabulam videas licet apud Eusebium Præp. Evang. lib. XIV. cap. 8. pag. 738. et apud Laërtium IV. 63. Verum is ἀποστὰς ἀντεσοφίστευε. Quid igitur? Liber S. Victoris, Paris. 4. et Reg. a prima manu repræsentant, *ingenii non minus in hac nonne, in, &c.* Legerim *ingenii non minus in Æschine, in Charmada eloquentiæ.* Æschinem dico Neapolitanum, philosophum Academicum, quem, licet Μελανθίου Ῥοδίου μαθητὴν prodat Diogenes II. 64. a Carneade tamen institutum fuisse docet Plutarchus in libro 'An Seni sit gerenda Resp.' tom. II. pag. 791. Id etiam patet ex Nostro de Orat. lib. I. cap. 11. *Davis.*

In Charmada eloquentiæ] Vulgo *in Carneade.* Quasi Carneades sui fuisset discipulus! Igitur statim vidi rescribendum *in Charmada.* Et sic olim reposuit Petrus Faber. Hinc, ut idem vir doctissimus optime monuit, apud Suidam in Πλάτων, non Ἀρμάδας, sed Χαρμάδας legi debet: quod observare neglexit Lud. Kusterus. Alii porro reponunt *in Charmida*: præstantissimus autem Fabricius, ad Sexti Empirici Pyrrhon. Hypot. I. 33. *in Charmide.* Nihil interest; siquidem non modo Χαρμίδας ac Χαρμίδης, sed etiam Charmadas, hic Carneadis discipulus nominetur. Vide Curium Fortunatianum Rhet. Schol. lib. III. pag. 75. *Idem.* Vide Commentarium in lib. I. de Orat. c. 11.

§ 17 *Nec vero esse ullam rationem disputare cum iis*] Sic Paulus Manutius ex codice Maffæano reponit, *nec vero esse ullam rationem disputare cum iis:* Lambinus autem, deletis duabus vocibus, unaque addita, legit, *nec enim verum esse disputare cum iis.* Lego, *nec enim verum esse ulla ratione disputare cum iis;* ac ita fere conjecit J. M. Brutus. 'Verum,' est *æquum.* Apud optimos auctores passim reperitur hic loquendi modus: quare 'verum' pro *justo* frequenter poni recte notavit Priscianus, lib. XVIII. col. 1180. *Davis.*

§ 18 *Visum igitur impressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo unde non esset*] Lambinus, assentiente Fabro, dedit, *visum igitur impressum effictumque ex eo quod esset, quale esse non posset ex eo quod non esset.* Favent quidem ea quæ leguntur infra cap. 24. Favet etiam definitio Græca φαντασίας, quam suppeditat Laërtius VII. 50. et ex eo Suidas in φαντασία· Νοεῖται δὲ, inquiunt, ἡ φαντασία ἡ ἀπὸ ὑπάρχοντος κατὰ τὸ

Digitized by Google

ὑπάρχον ἐναπομεμαγμένη, καὶ ἐναποτετυπωμένη καὶ ἐναπεσφραγισμένη, οἵα οὐκ ἂν γένοιτο ἀπὸ μὴ ὑπάρχοντος. Vide et Sextum Empiricum Pyrrhon. Hypot. lib. II. § 4. et advers. Mathem. lib. VII. § 248. 402. 426. Mss. tamen adversantibus haud quicquam mutarim, cum res eodem fere redeat: ac nostram lectionem suis in codicibus reperit Augustinus, ut liquet ex lib. II. contra Academ. cap. 5. *Davis.* Sed Lambinum audiamus. Hic locus, inquit, restitutus est ex ipso Cicerone infra cap. 24. Ibi: 'Quale igitur visum? Tum illum ita definivisse; ex eo quod esset, sicut esset, impressum et signatum et effictum.' Sequitur paulo post: 'Hic Zenonem vidisse acute, nullum esse visum quod percipi posset, si id tale esset ab eo quod est, ut ejusmodi ab eo, quod non est, posset esse.' Ut igitur hunc locum aliquanto obscuriorem declaremus, hoc dicebat Philo: si Zeno recte definivit visum quod percipi possit; (sic autem definivit: visum quod percipi possit, est quod impressum ac signatum est ex eo quod est, quale esse non potest ex eo quod non est) verum est nihil comprehendi, nihilque percipi posse. At Zeno visum definivit non recte. Aliquid igitur comprehendi potest. *Effictum* autem edendum curavimus, Manutianam editionem secuti; quamvis in omnibus libris *effectum* scriptum invenerimus. *Lamb.*

CAP. VII. § 19 *Deus aliqui requirat*] Sic habet Victoriana editio, quam expressit Gronoviana. In aliis est, *aliquis.* Porro 'qui,' 'quiqui,' 'aliqui' occurrunt apud bonos auctores pro *quis, quisquis, aliquis.* Plaut. Amph. I. 1. 1. 'Qui me alter est audacior homo?' Aului. IV. 10. 45. 'Ab eo, quiqui est, inde posces.' Cœlius, Famil. VIII. 8. 'Cum qua sit aliqui deprehensus.' Vide Oberti Gifanii Collectanea in Lucretium, v. *qui* pro *quis.* Cæterum, ut hic, *Deus aliqui,* pro *aliquis,* sic infra cap. 34. *Herculi quendam laborem,* pro *Herculis.* Oliv.

§ 20 *In quo Cyrenaici solo putant veri esse judicium, quia sentiatur*] Hunc tactum Lucretius in libro II. 'tactum animi;' Plutarchus initio lib. V. Συμποσιακῶν, etiam διάνοιαν appellavit. *Sentiat* igitur hic aliquis, potius quam *sentiatur,* putet esse legendum: cur enim tactus, ut cæteri quoque sensus quos hic enumerat, quos sentire dicit, non item dicatur *sentire* probabilius, quam *sentiri?* Et sane quæ sentiuntur, e sententia Cyrenaicorum sunt permotiones animi duæ, et quidem solæ, dolor et voluptas. Diogenes in Aristippo, Δύο πάθη ὑφίσταντο, πόνον καὶ ἡδονήν. Et Aristocles apud Eusebium ait illis esse μόνα τὰ πάθη καταληπτά. Et de Aristippo nominatim, τούτων ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. Id est, opinor, has permotiones aiebat solum sentire nos. Nisi etiam intelligi potest passive dictum *tactus doloris et voluptatis* pro *voluptate ac dolore quibus afficimur;* ut in Orat. pro Cœlio, 'Si quem forte inveneritis, qui aspernetur pulchritudinem, non odore, non tactu, non sapore capiatur,' et quæ sunt his similia, ut et sentire, et sentiri significet. *Faber.*

§ 21 *Ille deinceps equus est, ille canis*] Lucullus e ratione Stoicorum primum posuit ea, quæ singuli sensus percipiant, quæ propria eorum cujusque judicii sunt, ut album sensus videndi; sonus, aurium; et ita deinceps. Sequuntur quæ jam tenere nos animo dicit. Φαντασία efficit, quæ etiam αἴσθησις vocatur a Stoicis, ut Plutarchus quoque nos monet in lib. IV. De Placitis Philosophorum. Φαντασία ergo illa ab iis definitur apud eundem Plutarchum, et alios, τύπωσις ἐν ψυχῇ. Alexander Aphrodisiensis in lib. I. de Animo, illa impressio in animo ut fiat, exponit his verbis: Ἄνθρωπος κατὰ τὰς αἰσθήσεις ἐνεργῶν

Digitized by Google

φαντασίας λαμβάνει, et quæ sequuntur. Ubi ille ostendit, ut hic Cicero, ex pluribus in animo impressis, et custoditis, exempli gratia, albis, genus ipsum posse nos cognoscere; ac viso aliquo albo singulari dicere, hoc est album. Hic vocatur a Plutarcho primus modus illius impressionis. Huic igitur secundus erit, Ciceroni tertius, quem adverbio *deinceps* intelligit; non de iis dicetur, quæ sint propria sensuum singulorum, sed de iis quæ vocant Græci *κοινὰ αἰσθήματα*, quæ communiter percipiuntur. Velut cum Socratem, aut Cleonem venientem, ut est apud Aristotelem, cernimus; non solum de colore judicat visus, sed etiam de magnitudine, cujus judicium est illi commune cum tactu; tum de motu, de statu, de forma, de numero, quæ communia eidem cum cæteris sensibus. His igitur conjungendis fiunt enuntiationes, e quibus rationis conclusio componitur; ut hic subjungit, 'Si homo est;' et quæ sequuntur. *Idem.*

§ 22 *Sed ex multis animi perceptionibus constat*] Nihil quidem est hic mutandum. Non possum tamen quin te moneam hæc sumpta esse ex illa nota definitione artis; cujus auctores vetus interpres Hermogenis Stoicos esse testatus est. Τέχνη ἐστὶ σύστημα ἐγκαταλήψεων ἐγγεγυμνασμένον πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ. Multo minus celem te tam studiosum, ut Cicero illam definitionem in Latinum verterit nescio quo in libro. Diomedes conservavit initio lib. II. de Grammatica, ubi 'artem Tullius,' inquit ille, 'hoc modo definivit: ars est præceptionum exercitatarum collectio, ad unum exitum vitæ utilem pertinentium.' Apud interpretem Hermogenis tamen est, Ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων, ut apud Quintilianum, lib. II. cap. 17. 'Ex perceptionibus coëxercitatis.' *Faber.*

Quam si subtraxeris] Lege, *quas*, nempe perceptiones animi; quod etiam Cl. Walkerus vidit. *Davis.*

Cumque artium aliud ejusmodi genus sit, &c.] Audi Quintilianum, Inst. Orat. lib. II. cap. 18. 'Artium aliæ positæ in inspectione, id est, cognitione et æstimatione rerum; qualis est astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei, cujus studium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur: aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, et ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ πρακτικὴ dicitur; qualis est saltatio: aliæ in effectu, quæ operis, quod oculis subjicitur, consummatione finem accipiunt, quam ποιητικὴν appellamus, qualis est pictura.' Vide et Joan. Wowerium Polym. cap. 3. *Idem.*

CAP. VIII. § 26 *Sic et initium quærendi*] Lege cum Walkero nostro, *sic ratio et initium, &c.* Nam vox illa nec subintelligi, nec ex superioribus repeti commode potest. Deinde, ubi *exitus*, malim *exitum*. Idem.

Ratio, quæ ex rebus perceptis, &c.] Vide Laërtium, VII. 45. *Idem.*

CAP. IX. § 29 *Sit, ut opinor*] Vel sequenda est Ms. Cantab. fides, *sicut opinor*, quod nos fecimus; vel deleta prima vocula, rescribendum, *ut opinor.* Et ita sane dat codex regius. *Idem.*

CAP. X. § 30 *Quid eum facturum putem de abditis rebus et obscuris, qui lucem eripere conetur*] Prætermissam hic esse vocem *clarissimis* arbitror a properante librario, ut fere fit. *Passer.*

Quemadmodum prima visa, &c.] Legendum fortasse est *primo visa, &c.* ut *primo* et *deinde* inter se respondeant. Omnino neque *prima visa* neque *secunda* dicuntur. Præterea ubi libri vulgati habent *nos pellerent*, legendum *eos pellerent*. *Eos* autem, videlicet sensus. *Lamb.* *Prima* non magis hic Lambinum aut quemquam offendere debuit, quam apud Maronem in illis: 'Cui prima frementem

Digitized by Google

Fudit equum tellus;' aut, 'Consulis imperium hic primus sævasque secures Accipiet.' Nec magis necesse fuit pro *nos* legere *eos*, ut referatur ad sensus: de sensibus enim nominatim subjungitur, 'tum ut sensus ad res percipiendas intenderemus; mens enim ipsa,' &c. Illud fortasse magis animadvertendum, quod hic minus videtur ordo, quem sequuntur Stoici, servatus esse; quem servabit ipse infra, quo in loco *visum* primum ponit; deinde *assensum*; postremo *appetitionem*. 'Primum,' inquit, 'videri oportet, in quo sit etiam assensus: dicunt enim Stoici sensus ipsos assensus esse; quos quoniam appetitio consequatur, actionem sequi.' Et sic Alexander, cui non minus videntur Stoicorum, quam Aristotelis fuisse decreta cognita, ait in lib. I. de Animo, Ἕπεται μὲν οὖν τῇ φαντασίᾳ συγκατάθεσις, ὥσπερ οὖν καὶ τῇ συγκαταθέσει ὁρμή. Sed Plutarchus in Colotem eundem ordinem posuit, quem Cicero in his verbis, Τριῶν περὶ ψυχὴν κινημάτων ὄντων, φανταστικοῦ, καὶ ὁρμητικοῦ, καὶ συγκαταθετικοῦ. Quæ postea hoc eodem ordine omnia persequitur, credo, quod ita conjuncte fiant posteriores hi duo motus *assensus* et *appetitio*, ut ratione quadam magis, quam tempore distinguantur. *Faber.* Eam lectionem temere defendit Petr. Faber, qui solutæ ligatæque orationis characterem non distinxit. Certe necessaria prorsus est hæc Lambini conjectura, *primo visa*, quam ex emendatione præ se fert Regius noster. *Davis.*

Itaque alia visa sic arripit, ut his statim utatur: aliqua sic recondit, e quibus memoria oritur] Locus hic ut doctissimos viros fatigaverit, nihil est necesse dicere. Lambinus reliquit inane spatium, quod ipse multis verbis explere conatus est; at ego una littera *c* hic plus esse existimo; (nam particula *sic*, quia sine redditione est, hic ferri nullo modo potest) quæ littera si in *a* mutetur, nihil quisquam hic, opinor, aut deesse aut superesse dixerit. Cicero duo visorum genera hic facit; alia quibus mens statim utitur; alia quæ recondit, ut reservet scilicet, et his utatur postea, cum erit usus. Sic Plutarchus in libro, quem inscripsit πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, dividit νοήσεις in κινουμένας, et ἐναποκειμένας, quæ verba Stoicorum sunt, quæ idem Plutarchus in ipsorum repugnantiis explicat, nominatim in verbis κίνησις et σχέσις: et Philo Judæus in lib. Περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε, qui κίνησιν hic interpretatur ἐνέργειαν, ut σχέσιν ἠρεμίαν. Utrumque sic ostendit exemplo artificis, ut sit artifex σχέσει, cum ex arte non agit, et κινήσει cum agit, nec reconditam mente modo tenet artem, sed ea utitur: quomodo Cicero ipse in lib. III. de Finibus κινήσεις, aut τὰ ἐν κινήσει vertit *quæ sunt in effectu*, ut σχέσει *quæ sunt sine effectu*; ut hic φαντασίας, (quas a Stoicis etiam ἐννοίας Plutarchus appellari dicit, et appellat ipse νοήσεις, ut paulo ante retuli) κινουμένας, *visa quibus mens statim utitur*; ut ἐναποκειμένας *quæ recondit*. Aperta res: ipse tamen addit *quasi*, molliendæ metaphoræ causa, si cui verbum Latinum *recondit*, quod tamen Græco verbo proprie respondet, hic videretur durius: quod verbum ubi proprie dicatur a Latinis, notum. Lego igitur, et quidem fidenter, *Alia visa sic arripit, ut his statim utatur: alia quasi recondit, e quibus memoria oritur.* Nam quod ex reconditis illis visis memoriam oriri dicit, idem pene eisdem verbis dicit Alexander de illo viso, et quasi nota impressa, quæ in animo relinquitur, quam τύπωσιν supra Stoicos appellare diximus. Τῆς μνήμης, inquit, ἡμῖν σωζόμενον αἴτιον γίνεται τοιοῦτον ἐγκατάλειμμα, καὶ τὸν τοιοῦτον ὥσπερ τύπον φαντασίαν καλοῦσι. Et sic Plutarchus ait apud Stoicos μνήμας εἶναι μονίμους καὶ σχετικὰς τυπώσεις. *Faber.*

Digitized by Google

Similitudinibus constituit] An inductionibus, id est, ἐπαγωγαῖς? Ex singularibus similibus generalia colligit: hic olor est albus: ille etiam albus est; et alius hic albus: ergo omnis olor albus. Hæc nix alba: et hæc, et illa: ergo nix omnis alba. Hæc inductio est ex partibus similibus totum quodam modo constituens; quod ἔννοια et πρόληψις Stoicis, Latine *notio*. Vide Plut. de Placit. IV. 11. *Guietus*.

§ 32 *In profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstruserit*] Respicit ad illius effatum, quo pronuntiavit ἐν βυθῷ εἶναι ἀλήθειαν. Vide Laërtium, lib. IX. § 72. Lactantius Epit. cap. 40. 'Democritus in profundo quodam puteo demersam veritatem jacere testatur.' Vide sis et Inst. Div. lib. III. cap. 28. 13. et cap. 30. 6. *Davis*.

CAP. XI. § 33 *Quæ ista regula est veri et falsi*] Ego hoc totum *veri et falsi*, tanquam a librario errante temere positum, funditus delevi. Namque hæc regula, quam dicit, non intelligitur regula veri et falsi; sed regula, qua certum ab incerto, cognitum ab incognito distinguitur, id est regula cognitionis. *Lamb.* Mihi simul ac Lambino librariorum videntur adsumenta hæ voces. Regula, quam dicit, est ea πιθανότητος, seu verisimilitudinis, qua se uti dicunt Academici. *Davis*.

Sive tu probabilem visionem, sive improbabilem et quæ non impediatur] Ut ad hujus philosophiæ rationem, et ad verba Græca et Latina minus trita aliquot, egregius erat hic locus; ita male a librariis, aut a lectoribus, aut a correctoribus acceptus est. Non hic divisio est illa visionis in probabilem et improbabilem, quomodo Lambinus accepit; sed illius altera pars, id est, visio probabilis, dividitur in eam quæ sit probabilis tantum; quam exponit ipse paulo inferius, 'visum, quod cuique occurrit, et primo quasi aspectu probabile videtur;' et eam quæ sit probabilis simul et quæ non impediatur, quam inferius item exponit sic, 'quod ex circumspectione aliqua, et accurata consideratione visum sit.' Hoc ita esse doceant etiam Pyrrhoneorum philosophiæ quasi rudera illa, quæ restant apud Græcos. Galenus in lib. IX. de decretis Hippocratis et Platonis hanc eam ipsam divisionem novorum Academicorum sic refert: Ἀνάγεται δὴ ἡ τούτων κρίσις εἰς φαντασίαν, ὡς οἱ νεωτέροι τῶν Ἀκαδημαϊκῶν λέγουσιν, οὐ μόνον πιθανὴν, ἀλλὰ καὶ περιωδευμένην καὶ ἀπερίσπαστον. Sextus Empiricus, lib. I. Pyrrhonearum Hypotyposeων paulo secus distinguit, et verbis tamen utitur eisdem, quibus Græce Galenus, et quibus Latine Cicero. Ille igitur, ut quidem est interpretatus Henricus Stephanus (Græcum enim adhuc mihi videre non licuit): *Præferunt igitur novi Academici ei phantasiæ, quæ simpliciter est verisimilis, eam, quæ est verisimilis, et περιωδευμένη. Utrique autem harum eam, quæ est verisimilis, et περιωδευμένη, et ἀπερίσπαστος.* Vides eadem verba. Stephanus ipse vir de Græcis litteris et Latinis tam bene meritus, credo, si illi verborum Ciceronis venisset in mentem, maluisset hic *visionem probabilem*, quam *phantasiam verisimilem*, etsi res erat eadem, Latine dicere; neque tantillum hæsisset in verbis περιωδευμένη, et ἀπερίσπαστος: potius ea ex hoc loco in suum Ciceronianum Lexicon retulisset. Quid enim aut potuit φαντασίαν πιθανὴν magis reddere, quam *visionem probabilem*, aut μόνον, quod illi addunt, magis explicare, quam quod hic dicit, cum repetit, *quod cuique occurrit, et primo quasi aspectu probabile videtur?* Deinde *probabilem, et quæ non impediatur* cum dicit, vertit πιθανὴν καὶ ἀπερίσπαστον: reliquit περιωδευμένην, quod postea cum repetit, reddit, ut jam diximus, *quod ex*

circumspectione aliqua, et accurata consideratione visum sit, ἀπερίσπαστον reliquit; ut intelligatur ipsum utrumque pro eodem accipere: ut Galenus etiam περιωδευμένην et ἀπερίσπαστον conjuncte posuit: ἀπερίσπαστον igitur est hic ἀνεμπόδιστον, ut Suidas etiam addita præpositione contrariæ significationis ἀντιπερίστασμα exponit ἐμπόδιον. Et Plutarchus in lib. Περὶ φυγῆς, cum dicit τὸν μόνιμον, καὶ σχολαῖον, καὶ ἀπερίσπαστον βίον, ut aliis plerisque in locis, hoc nomine non aliter utitur. At περισπᾷν est in glossis veteribus *distrahere*; et quidem *distrahere* et *impedire* dici promiscue unus locus apud Cæsarem primo libro de Bello Civili, quem tu attente legisti, satis docere poterit: 'Subjicitur Metellus tribunus plebis ab inimicis Cæsaris, qui hanc rem distrahat, reliquasque res, quas agere instituerat, impediat.' Ut nihil sit apertius, quam ἀπερισπάστως in epist. ad Corinth. I. cap. 7. veterem interpretem, cum vertit *sine impedimento*, optime atque eruditissime vertisse. Περιωδευμένη ut minus etiam dubites, redditum sic esse verissime, atque ego te hic quasi Græce doceam; περίοδος est, præter cætera, ἡ τῆς γῆς περιήγησις, ut interpretantur veteres. Cicero lib. II. de Finibus 'regionum historiam' dixit; verbum scilicet geographis in usu frequens, ut περίοδοι Eudoxi, Hecatæi, aliorum. Iidem verbo quoque περιοδεύειν utuntur pro περιηγεῖσθαι. Docet Eustathius præfatione commentariorum in Dionysium, id esse non modo καταγράφεσθαι et ἀναμετρεῖσθαι, *describere ac metiri regiones*; sed accipi etiam pro κατὰ λεπτὸν ἀφηγεῖσθαι, *singula accuratius exponere*: ut Cicero vertat *circumspicere*, et *accurate considerare*, eodem pertinet; et tu vide profecto jam pridem sic debere scribi, *sive probabilem et quæ non impediatur*. Faber.

§ 34 *Subtiliter*] Id est, κατὰ λεπτὸν, exacte, ἀκριβῶς. Impressa subtiliter animo oportet esse visa, ut sint perspicua, ex illorum sententia. *Gaietus.*

§ 36 *Si magna parte*] Lambinus, *magnam partem*. Bene: et multa exempla Budæus in suis commentariis linguæ Græcæ e libris Ciceronis collegerat. Bene etiam legit idem Lambinus *obscurato*; sic enim recitat Capella in libro primo, et cum sequenti participio *oppresso* magis id convenit. *Faber.* Falsus est Pet. Faber, qui Martianum Capellam ita recitare tradit. Legerem *obruto et oppresso.* Certe 'obrui' et 'opprimi' passim jungit Cicero. *Davis.*

CAP. XII. § 37 *Aut ea, quæ est in nostra sita potestate*] Cl. Walkerus, addita negatione, legit, *quæ non est in nostra sita potestate;* quia paulo post Noster ait 'necesse esse animum perspicuis cedere,' et 'non posse objectam rem perspicuam non approbare.' *Davis.*

CAP. XIII. § 42 *Quam obscurari volunt*] Hanc lectionem pertinaciter exhibent nostri; nec tamen ex ea sensum commodum exsculpere queo. Si aliis idem contingat; legant illi mecum, *quæ obscurare volunt.* Nimirum statuebant Academici, sensus reliquaque, quæ memorat Cicero, rebus percipiendis esse parum idonea. Id quibus rationibus effecerint, docebit Sextus Empiricus Pyrrhoniarum Hypotypos. lib. I. cap. 14. *Idem.*

CAP. XIV. § 44 *Cumque ipsa natura accuratæ orationis hoc profiteatur*] Legendum videtur potius, *rationis.* Vocavit enim paulo ante *argumentum:* nec ullus est qui nesciat, *rationem* a Cicerone sæpe usurpari pro argumento. *Passer.* Neque hic mandatum est quicquam; est enim hæc oratio nihil quam συλλογισμὸς, ut ab Aristotele definitur, et explicatur etiam a Gellio in lib. XV. cap. 26. 'Aristoteles,' inquit ille, 'quid syl-

Digitized by Google

logismus esset his verbis definivit: *Λόγος ἐν ᾧ τιθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει διὰ τῶν κειμένων.* Ejus definitionis non videbatur habere incommode interpretatio facta hoc modo: *Syllogismus est oratio, in qua, consensis quibusdam et concessis, aliud quid, quam quæ concessa sunt, per ea, quæ concessa sunt, necessario conficitur.*' Sic Gellius hic vertit λόγος: et sic Apuleius, etiam cum eandem illam definitionem exponeret: recte scilicet, ut hic Cicero. Quam enim in aliam rem definitio hic a Cicerone facta conveniat? *Faber.*

§ 45 *Opinionem a perspicuitate sejungere*] Censuit Epicurus, sensus nunquam non veraces esse, cum perspicuitate nitantur; opiniones vero, quæ sunt nostra de visis judicia, nonnunquam veras, nonnunquam falsas statuit. Sextus Empiricus advers. Mathem. lib. VII. § 203. et 210. Vide et Laërtium, lib. X. § 31. 34. *Davis.*

CAP. XV. § 47 *Animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quæ nullæ sint, ut iis quæ sint*] Walkero nostro delenda videtur vox *inaniter;* ut enim animi inaniter moveantur rebus iis, quæ nullæ sint; vere tamen moventur iis rebus, quæ sint. Supra cap. 12. 'Cum sit incertum, vere inaniterne moveantur.' Vide sis et cap. 16. ac lib. I. de Nat. Deor. cap. 38. Et recte quidem vir eruditus illi voci litem movet. Nescio tamen an non mutanda potius quam delenda sit: ad me enim quod attinet, legerim, *animi frequenter moveantur, &c.* Idem.

§ 48 *Cur non ut plane nihil intersit*] Locus obscurior non attendenti ob particulam *ut.* Cujus tamen in ea significatione Ciceroni usus est frequentissimus. 'Ut nihil intersit,' valet *etiamsi nihil intersit.* Dicatur plenius, *ut concedamus nihil interesse.* Confer sequentia, et quæ annoto ad illa verba, *ut sibi sint et ova ovorum, et apes apum simillimæ,* qui locus item immerito correctus est. *Faber.*

CAP. XVI. § 51 *Simul ac se ipse commovit*] Proverbium tritum sermone ipse in lib. III. de Oratore sic extulit, 'Facilius est currentem incitare, quam commovere languentem.' Ductum etiam videri potest ex ritu commovendi sacra bellis indicendis, de quo legendus tibi Servius ad illud Maronis, Æneid. VII. 'Cum prima movent in prælia Martem.' *Idem.*

Visus Homerus adesse poëta] Lucretius I. 121. 'Etsi præterea tamen esse Acherusia templa Ennius æternis exponit versibus, edens; Unde sibi exortam semper florentis Homeri Commemorat speciem,' &c. Vide et Somn. Scip. cap. I. *Davis.*

CAP. XVII. § 52 *Species ac eorum*] Sensui prorsus necessaria est vox media; quam nos ea de causa reposuimus. *Idem.*

§ 55 *Democritum dicere, innumerabiles esse mundos*] De hac Democriti sententia videri possint Æg. Menagius ad Laërtii IX. 44. et Jac. Perizonius ad Æliani Var. Hist. IV. 29. *Idem.*

CAP. XVIII. § 58 *Internoscere. Nihil enim magis assentiri potest*] Lamb. *internoscere licere. At enim nihilominus assentiri potes.*

Nihil enim magis assentiri potest hoc illud esse, quam si inter illa omnino nihil interesset. Habeo enim regulam] Verba inculcare aut mutare, ut mutavit hic Lambinus, satis tutum non arbitror. Si quid ausim affirmare, tantum pro *potest* legam *potes;* et distinguam sic, *Nihil enim magis assentiri potes, hoc illud esse, quam si inter illa omnino nihil interesset? Habeo enim, &c.* quia sentio dialogismum esse, in quo responsio illa, *Habeo enim regulam,* postulat, ut in priore parte legatur *potes.* Academicus inducitur qui Lucullo hæc dicenti, *nobis satis est ova illa internoscere,* referat *nihil enim:* quasi responderet, *nihil est,*

Digitized by Google

aut nihil est profecto: quomodo ille apud Terentium in Adelphis, 'Quid aiunt? quid censes? nihil enim.' Deinde item sibi Lucullus objicit etiam, quod Academicum quæsiturum sciat, *magis assentiri potes, &c.* Ipse respondet, *Habeo enim regulam.* Significare autem vult ejusmodi anthypophora non magis assentiri posse Lucullum, hoc ovum scilicet esse illud ovum quod se dicat nosse, quam si inter illa omnino nihil interesset. *Faber.*

§ 60 *Non solemus, inquit, ostendere*] Augustinus contra Acad. lib. III. cap. 20. 'Cicero ait illis (Academicis) morem fuisse occultandi sententiam suam, nec eam cuiquam, nisi qui secum ad senectutem usque vixisset, aperire consuevisse.' Vide et cap. 17. et lib. II. cap. 13. Attamen Carneades *καίτοι ὑπὸ Στωικῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους δι' ἀποῤῥήτων ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευε καὶ ἀπεφαίνετο, ἃ κἂν ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων.* Hoc testatur Numenius apud Eusebium, Præp. Evang. lib. XIV. cap. 8. *Davis.*

CAP. XIX. § 61 *Et Cimmeriis quidem, quibus aspectum solis, &c.*] Est ab Homero Odyss. Λ. 14. Hinc in proverbio feruntur 'Cimmeriæ tenebræ;' de quibus vide Des. Erasmum in Adag. *Idem.*

§ 62 *Ea te comperisse*] Te comperisse conjurationem Catilinariam. *Lamb.*

CAP. XX. § 65 *Cum de rep. disceptatur, fieri interdum solet*] Respicere videtur ad id jusjurandum, quo post sententias dictas interdum adigebantur senatores: jurabant enim, E REPUBLICA ESSE QUOD CENSUISSENT. Vide Brissonium Form. lib. II. p. 226. *Davis.*

CAP. XXI. § 67 *Carneades nonnunquam secundum illud dabat*] Secundus conclusionis modus, ut vidisti descriptum in Topicis, hic plenus est: 'Si ulli rei sapiens assentietur unquam, aliquando etiam opinabitur: nunquam autem opinabitur: nulli igitur rei assentietur.' His verbis porro *primum* et *secundum* Stoici solent uti in his conclusionum modis, quos in eodem libro illo exponit tam accurate Cicero, et Chrysippus apud Diogenem in Zenone, et alii multi. Græci vocant *ἡγούμενον* et *πρῶτον* primam partem connexi, ut secundam *δεύτερον* aut *λῆγον*, aut *ἑπόμενον*, quam Cicero nunc *antecedens et consequens*, nunc *primum et secundum*, nunc *primum et extremum*, eisdem quibus illi verbis exprimit. Hic tamen vocat *primum*, primam sumptionem, id est totum connexum, ut etiam paulo post, cum dicit, 'sed illud primum, sapientem, si assensurus esset, etiam opinaturum:' *secundum* autem ut Græci, quod erat postremum in connexo, 'nunquam autem opinabitur;' quæ est etiam secunda sumptio in hac conclusione rationis. Jam Arcesilæ ratio tota est perfacilis. Is probabat conclusionem, id est, *συμπέρασμα*, ut etiam in lib. III. de Finibus conclusionis rationis postremam partem illam sic vocat: 'duorum autem,' inquit, 'e quibus effecta conclusio est.' (Hoc dixi quod sæpissime conclusionem rationis vocat, quam Græci *συλλογισμὸν*, aut *ἀπόδειξιν*.) Conclusionem igitur hanc probat hoc ipso quod sumptiones duas, ex quibus ea efficitur, confirmat, id est quasi *συγκυροῖ*, sua sententia comprobat, aut adeo confirmat rationibus allatis. In hoc autem convenit Arcesilæ cum Zenone, qui primus omnium philosophorum statuit sapientem nihil opinaturum. De Carneade res est item facillima; *nonnunquam probabat secundum;* id erat, 'sapiens autem nunquam opinabitur.' 'Nonnunquam' dicit, quia nonnunquam contrariam sententiam probabat, ut supra dixit: 'Carneadem autem etiam heri audiebamus solitum esse delabi interdum, ut diceret opinatu-

Digitized by Google

rum esse sapientem.' Et paulo ante eum locum de assensione: 'In qua melius,' inquit, 'sibi constitit Arcesilas, si vera sunt quæ de Carneade nonnulli existimant.' Vides igitur Carneades quid hic probaret, et quomodo; vel potius quid simularet se probare. Id enim dicit infra Cicero se putare magis ab illo disputatum, quam probatum, atque in eo se Clitomachum auctorem sequi. *Faber.*

§ 68 *Ut tamen in præcipitem locum*] Legendum est, *ut in tam præcipitem locum.* Atque hanc emendationem et adjuvant codices Mss. et libentius amplector, quod Guidoni Fabro Pibracio, patrono regio, venerat etiam ante in mentem. *Lamb.*

Sin autem omnino nihil esse quod percipi, &c.] Nam si nihil percipi potest, non potest sapiens assentiri rei incognitæ, quin uno tempore opinetur: at sapiens non opinatur: ergo sapiens assensus omnes cohibere debet. *Idem.*

CAP. XXII. *Mænianorum*] Nonius in *Mæniana*: 'Mæniana ab inventore eorum Mænio dicta sunt: unde et columna Mæniana.' Cicero, Acad. lib. IV. 'Interim ille, cum æstuaret, veterum, ut Mænianorum, sic Academicorum viam secutus est.' Ex Nostro corrigendi sunt Marcelli codices. Pravam tamen illam rationem non evitavit G. J. Vossius in Etymologico; qui, simul ac Brissonius, Martinius, et interpretes ad Festum, de Mænianis plura congessit. Adjiciam tamen Asconii verba: 'Mænius,' inquit, 'cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ: super quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipsi et posteri ejus spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur.' Extant ad Div. in Cæcilium, cap. 16. De Mænianorum vero etymologia diversus abit a veteribus Cl. Salmasius ad Spartianum pag. 155. edit. Paris. quem, si lubet, vide. *Davis.*

CAP. XXIII. § 72 *Res non bonas*] Lego, *res novas.* Nihil enim rep. bene constituta fuit unquam invidiosius, quam non modo tractatio, sed etiam studium novarum rerum. Legisti oratione prima in Catilinam, 'Servilius Ahala Sp. Mælium rebus novis studentem sua manu occidit;' ut mittam exempla infinita. In philosophia vult item invidiosum esse Arcesilæ, novæ Academiæ principi, atque ejus æmulis, quod nova Academia instituenda ille exortus est, ut antea dixit, qui bene constitutam philosophiam everteret. Quid ergo aut in rep. aut in philosophia bene constituta, aut seditiosis illis tribunis quos memoravit, aut novis Academicis quos cum illis comparavit, vel aptius, vel gravius, quam res novæ ab antiquis potuit objici? *Faber.*

§ 73 *Quintæ classis*] Id est, ultimæ. Populus in comitiis in quinque classes dividebatur. Infimi quique ex plebe in quintam classem conferebantur. *Guiet.*

CAP. XXIV. § 75 *Imitari nunquam*] Exulet vox nequissima, *nunquam*, et reducatur in suas sedes, *num quem*, cum hac interpunctione: *Videorne tibi non ut Saturninus, nominare modo illustres homines, sed etiam imitari? Num quem nisi clarum? nisi nobilem?* Passer.

§ 78 *Ille credo, Nihil opinatur*] Alii *opinaturum* legi volunt. Ego nihil muto. Vel facilius est intelligi verbum *inquit*, aut *respondet*, aut aliud simile. In definitione autem *nisi* bene *efficium* pro *effectum* reponit Lambinus. Est enim expressum e Græco ἐκμεμαγμένον, quod verbum in hac definitione posuerat Zeno. *Faber.*

CAP. XXV. § 79 *Quod ne id facere posses*] Manutius delet *id*: Lambinus autem legit, *quod ne tu facere posses.* Petrus Faber statuit, *id* ornatus causa

hic adjici. Revera *quod*, ut solet, *παρέλκει*. Vide J. Fr. Gronovium ad Livii XXVII. 7. *Davis.*

Remo] Supra, cap. 7.

Maneant illa omnia; lacerat ista causa; veraces suos sensus esse dicit. Igitur] Hic de doctorum hominum conjectura nihil dicam. Mihi error omnis videtur esse in uno verbo *lacerat*; isque natus e similitudine litteræ *i* cum littera *l*, quas plerumque vix liceat internoscere; et litterarum *B* et *R*, quarum item magna similitudo est in libris qui majoribus his, id est Latinis, litteris scripti etiam hoc tempore reperiuntur. Pro illis igitur *L* et *R*, rescribam *I* et *B*, et erit *jacebat ista causa*. Si, inquit, hoc teneo, ut maneant et fixa sint omnia illa, quæ heri diximus, videbas ipse jacere istam causam. Verbum *maneant* in ejusmodi re admodum frequens: quomodo apud Græcos Plato in Sophista dicit, *Μενέτω ὁμολογηθέν*. Sic sæpe alias; nihil opus exemplis. Verbi item *jacere* usus in hac re frequentissimus. *Jacebat ista causa*, hic valet, afflicta ista erat et labefacta defensio. Sic infra dicet in hoc libro, *vides profecto jacere illud perspicuitatis patrocinium*. Faber. Legerim, *manent illa omnia. Blaterat iste tamen, et veraces suos esse sensus dicit*, vel, *blatero iste tamen veraces, &c.* Davis.

Veraces suos sensus esse dicit: igitur semper auctorem habes] Rectum sic est. Est enim anthypophora, qualis infra erit, 'cautum est, inquit.' Hic ergo quasi alius quis, qui id pro Lucullo dicat, inducitur. Respondet Cicero, atque addit illi socium Epicurum, ut auctore tam levi magis ei sententiæ fidem deroget. *Faber.*

§ 80 *Hoc est verum esse, confidere suis testibus, et importune insistere?*] Sic lego cum interrogatione. Negat verum esse docere suis modo testibus. Paulus Juriscons. in lege 24. De Testibus, cum dicit, 'testes eos, quos accusator de domo produxerit, interrogari non placuit,' ostendit quid hic licuerit antiquo jure. *Suos* autem *testes* eo magis appellare sensus, eosque improbare, hic videtur, quod eos Heraclitus apud Sextum sic et appellat, et vituperat. Κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ, &c. *Faber.*

Opinionis enim esse mendacium, non oculorum] Ita dicere solebant Epicurei. Vide Lucretium IV. 464. Ac, ne plures memorem, Sextum Empiricum advers. Mathem. lib. VII. § 203. lib. VIII. § 9. *Davis.*

Ego Catuli Cumanum ex hoc loco video, Pompeianum non cerno] Sic recte liber Ursini. Vulgo, *ego Catuli Cumanam ex hoc loco regionem video, Pompeianum non cerno*: unde Lipsius, Epist. Quæst. V. 17. emendabat, *ego Catuli Cumanum ex hoc loco e regione video*: quod hæc disputatio Baulis fuit habita, et e regione oppositum erat Catuli Cumanum. *Idem.*

§ 81 *Mille et octingenta stadia*] Plinius VII. 21. 'Tradidit Cicero, fuisse qui pervideret CXXXV. M. passuum, Huic et nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum.' Itaque ex Plinio Cicero emendandus; scribendumque, *mille et octoginta*, quæ plane efficiunt, CXXXV. M. passuum, ut habent Pliniani libri omnes, tum manu exarati, tum etiam impressi. *Harduin.* Not. et Emend. ad lib. VII. n. 75.

Quid? talpam non desiderare lumen putas] Vulgo, *quid talpam! num desiderare lumen putas?* Nos vero tam interpunctionem, quam lectionem Ms. Cantabrigiensis exhibuimus: id quod loci mens omnino postulat. *Davis.*

Neque tam quererer] Victorius et Gruterus, *Neque tam quereretur cum Deo, quod parum longe, quam quod falsum videret.* Ad talpam scilicet referunt: quod viderint eruditi.

Cap. XXVI. § 82 *Ubi igitur illud est 'semel'*] Pertinet hic locus ad illum capitis 25. 'Eo rem dimittit Epicurus,

Digitized by Google

si unus sensus semel in vita mentitus est,' &c. *Lamb.*

§ 84 *M. Cotta*] Opinor scribendum, ut est in Mss. *C. Cotta.* Fuit enim Caius Aurelius Cotta bis consul cum P. Servilio Gemino anno post Urbem conditam DI. et DV. *Ursinus.*

§ 85 *Lysippus eodem ære, eadem temperatione, eodem cælo, aqua*] Bene Lambinus hic nos admonet, ut quæramus, quid *aquæ* nomen valeat. Unus tamen Plutarchi locus e libro De Defectu Oraculorum satis docere id potuit in disputatione de nobilitata sede illa Crateræ quæ haberet: inquit ille, αἰτίας ὀλικὰς πῦρ, καὶ σίδηρον, καὶ μάλαξιν διὰ πυρὸς, καὶ δι' ὕδατος βαφήν. Idem paulo post illa verba etiam quid ignis, quid aqua hic afferat, exponit pluribus. Nec refert quod illud ferreum, hoc autem æneum est opus, de quo Cicero loquitur: ut enim ferri, sic æris βαφὴν sive βάψιν etiam Pollux esse docet in lib. VII. 'Cælum,' id est aër. *Faber.*

CAP. XXVII. § 87 *Denique videantur*] Lego, *denique probentur;* quod, nisi fallor, postulat sententia. *Davis.*

Res jam universas profundam] Credo rescribendum, *res jam universas non profundam;* addita particula negante. *Idem.* Particula, quam addit Davisius, Ciceroni adversatur, qui ait *profundam,* id est acervatim proponam, *res universas,* id est principia unde ortam dicunt rerum universitatem. *Anon.*

§ 88 *Siccorum*] Id est, sobriorum, non vinolentorum. 'Ah! scelesta ego, præter alios meum virum fui rata siccum, frugi, continentem, amantem uxoris maxime.' Plautus in Asinaria. *Anon.*

Illa visa putare, ut erant, et somnia] Siquidem visa sunt vel vera, vel falsa. Fuit cum legendum censerem, *illa visa falsa putare, ut erant, et somnia.* Jam vero mihi venit in mentem conjectura, quæ longe videtur præferenda. Ea sic se habet: *experrectus enim potuit illa visa putare, ut erant, esse somnia.* Davis.

Dormienti vero æque ac vigilanti probantur] Si non plus probarentur illa visa dormienti quam vigilanti, etiam dormiens ea somnia fuisse censeret. Itaque rescribendum, *dormienti vero æque ac vigilantis probabantur.* Subintellige *visa.* Idem.

Mater te appello] Ilionam sic alloqui fingitur umbra Polydori. Sed et hic et illa, liberi fuere Hecubes et Priami. Qui fit igitur, ut Polydorus Ilionam *matrem* dixerit? Lambinus ad Horatii lib. II. Sat. 3. 60. hoc ideo putat evenisse, quod Hecuba Iliona quoque fuit nominata. At id commentum nullis veterum testimoniis fulcitur. Verius igitur est, Ilionam a Polydoro *matrem* vocatam; quia Priamus et Hecuba 'Ilionæ filiæ suæ dederunt eum educandum, quæ Polymnestori regi Thracum erat nupta, quem illa pro filio suo educavit.' Verba sunt Hygini Fab. 109. Eadem est Hieronymi Columnæ sententia ad Ennii Fragmenta. Fabulam sat notam fecit Euripides in Hecuba vers. 3. et seq. Vide et Virgilium Æn. III. 49. Ab iis tamen diversus abit is, quem modo dixi, mythologus. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 89 *Apud Euripidem Hercules*] Herc. Fur. vers. 969. *Idem.*

CAP. XXIX. § 93 *Sed quid proficit*] Patet secundam requiri personam, si modo Tullius impersonale verbum non posuerit. Legas igitur, *sed quid proficis?* Nihilominus cum terminationem alteram retineant omnes libri; a Ciceronis manu fuisse crediderim, *sed quid prosit?* Idem.

§ 94 *Ego enim . . . sustinebo*] Locus hic mihi parum sanus videtur; nec tamen quicquam juvant codices. Forsan reponendum, *ego enim, ut agitator callidus, priusquam ad finem veniat, equos sustinebit . . . sic me, &c.* Idem.

Perspicis] Victorius, *percipis.* Quod

Digitized by Google

placet Davisio; et recte quidem.

§ 95 *Inexplicabilia*] Ἄπορα. Vide Diogenem Laërtium VII. 82. et Gellium V. 10. IX. 15. XIV. 2. XX. 2.

CAP. XXXI. § 99 *Alia visa esse quæ percipi possint, alia quæ non possint*] Quoniam hæc divisio Stoicorum est, ut in Zenone Diogenes testatur, et Galenus in lib. IX. De Decretis Hippocratis et Platonis; Carneadi autem sunt incomprehensa omnia, id est, ἀκατάληπτα ἅπαντα, ut ait Aristocles apud Eusebium, et sæpius idem hoc libro a Cicerone dicitur, facile suspicetur quis hic aliquid esse mendi. Nihil est. Supra dixit Lucullus cum Academicos refelleret, illos etiam componere artem quandam, et 'visorum,' inquit, 'et vim et genera definiunt, in his quale sit id, quod percipi et comprehendi possit, totidem verbis quot Stoici.' Deinde verbum *esse* usitatum pro *dici* monuit etiam Priscianus in lib. XVIII. Et Donatus eodem pene verbo apud Terentium in illis, 'Quem semper te esse dictitasti,' *nominari* interpretatur, idque moris antiquorum esse dicit. *Faber.*

§ 100 *E saxo sculptus*] Respexit ad Homeri versum, Odyss. T, 163.

CAP. XXXII. § 103 *Academicis placere, esse rerum ejusmodi dissimilitudines*] Detrita syllaba, magis probo *similitudines*. Errorem peperit postrema syllaba vocis superioris, *ejusmodi*, temere geminata. Sermonem autem esse constat de hac Academicorum sententia: non est in visis quicquam tale, quale non etiam falsum, nihil ab eo differens esse possit. *Passer.* Eam Passeratii conjecturam veterum librorum auctoritate munivit Ursinus: quibus etiam Pet. Faber assensus est. Sed, ut verum fatear, illa correctio minime placet; nec placeret, licet omnes codices ei suffragarentur. Nam si rerum essent *dissimilitudines*, non erat cur aliæ probabiles viderentur, aliæ contra. Certe *dissimilitudo* mater est discriminis; *similitudo* vero talem pariat ἀπαραλλαξίαν, ut una res ab altera distingui non possit; adeoque hæc illa nec probabilior evadat, nec improbabilior. *Davis.*

CAP. XXXIII. § 106 *Polyænus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur*] Cicero Fin. lib. I. cap. 6. 'Si a Polyæno familiari suo geometriam discere maluisset Epicurus, quam illam etiam ipsum dedocere.' Fuit autem Lampsacenus, Athenodori filius, ut discimus ex Laërtii X. 24. Ejus etiam meminit Plutarchus advers. Colotem. *Davis.*

§ 107 *Sed illa sunt lumina duo*] Quid huc faciant *lumina*, vel quam causam possint continere, non assequor. Paris. 5. *limina*. Forsan Cicero reliquit *vimina*, vel *vincula*. *Idem.*

CAP. XXXIV. § 108 *Herculi*] Pro *Herculis*. Vide supra ad c. 7. 'Deus aliqui,' &c.

§ 109 *Antipatrum reprehensum*] A Carneade. Vide supra, cap. 9.

Pingue] Crassum, hebes. *Turneb.* in lib. de Fato, cap. 4.

Proinde quasi sapiens nullum aliud decretum habeat, et sine decretis vitam agere possit] Hic locus correctus est, et quidem varie. Nequicquam. Erat enim integer, et apertus: repetenda tantum negatio post copulam, *et*. Similis ellipsis supra cap. 9. in illis verbis, 'sapientique satis sit.' Res est etiam confirmata exemplis pluribus. Ciceronis sunt hæc, leviter Antiochum reprehendentis, quod is diceret novos Academicos hoc unum decretum habere, cum haberent multa alia, sed ea probabilia modo, non etiam percepta. *Faber.*

CAP. XXXV. § 113 *Sed nihilo minor*] Veram lectionem, *sed qui minor est*, mihi præbuerunt Cantab. et Reg. pro varia lectione. Turnebi quidem conjecturam, quam protulit Advers. lib. XVI. cap. 18. satis confutavit Lambinus; nec tamen melius quid-

Digitized by Google

dam commentus est ipse, dum reponit *sed nihilo minor, esse tale verum, &c.* Acutiorem multo se præstitit vir eruditissimus Joan. Clericus; cui placet, *sed qui his minor est.* Præponderant autem ii quos dixi codices. Cave vero putes *minorem* vocari Zenonem, habito ad ætatem respectu; quod voluerunt Andr. Turnebus et Petrus Faber. Acuminis tantum et eruditionis rationem Tullius habuit. *Davis.*

Cap. xxxvi. § 116 *Velut illud ante*] Non muto. *Ante* significat illa *ante* esse quæsita. *Faber.* Locus Lambino suspectus est: et certe mendo quodam laborat. Mecum legas, *verum illud ante;* nisi melius quid inveneris. *Davis.*

Priusquam Archimedes] Quærit an sapiens juraturus sit solem majorem esse quam terram, etiam priusquam rationes illas geometricas, quibus id efficitur, audiverit. Id autem vix insanus fecerit; potius quæsierit ex Archimede ipso non stultissimus aliquis, cum ex eo rationes eas audiverit, idem quod Diogenes ex illo, qui de rebus superis ac cœlestibus dissereret, Ποσταῖος ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ; quod etiam quam sit incertum, doctissimus Philo Judæus, si quis id quærit, exequitur pluribus in libro qui est inscriptus Περὶ Ὀνείρων. Sed huc revertamur. *Postquam* igitur hic a Cicerone scriptum esse, non *priusquam*, ne sapiens ipse jam, opinor, jurare dubitet. Hoc enim ait, sapientem non juraturum solem multis partibus majorem esse quam terram, ne tum quidem cum Archimedes rationes eas, quibus id efficitur, inspectante eo, descripserit. Hoc ita esse, hæc verba quæ sequuntur, 'quod si rationibus geometricis non est crediturus,' ita planum faciunt, ut stulte faciam, si coner pluribus ostendere. Addam hic tamen; idem error, æque gravis, atque æque apertus, nec magis a doctissimis hominibus notatus, quod sciam, hæsit in lib. ii. de Legibus, non longe ab initio: 'Ut vestri Attici,' inquit, 'priusquam Theseus eos demigrare ex agris, et in astu se conferre jussit, et Sunii erant iidem, et Attici.' Id vel ex historia Thucydidis apparet esse plane falsum. Ex illis notis librariorum, et compendio scribendi, qui *p'* aut *p* varie acciperent, videtur hic esse error: ut Manutius notavit. *Faber.*

Cap. xxxvii. § 117 *Princeps Thales, unus e septem, cui sex reliquos consensisse primos ferunt*] Hunc locum haud satis caute Lambinus ex Paulo Manutio castigatum voluit. Ubi enim omnes legunt *consensisse primos*, jubet legi *concessisse primas:* Latine quidem; sed scribentis ad sensum minus apte. Nam qui totam sententiam paulo attentius legerit, non de concessione primarum partium; sed de consensione in eandem sententiam hic agi certissime deprehendet. Quod liquido constat ex his verbis: 'at hoc Anaximandro populari, et sodali suo non persuasit:' quasi dicat, persuasit sex reliquis sapientibus ex aqua constare omnia, at hoc Anaximandro non persuasit: vel, quod eodem redit, sex alii primi sapientes Thaleti consenserunt, at Anaximander non consensit. Esto igitur, sex reliqui sapientes Thaleti, velut omnium sapientissimo, primas concesserint: at hoc modo non agitur, ut dixi: agitur, quid de rerum principio senserint, et an consenserint Thaleti; ac illi quidem consensisse dicuntur. Quid autem incommodi sit in vulgato contextu, plane non video. Nisi forte displicet dici sex reliquos primos, cum unus fuerit septem inter sapientes primus: non omnes primi esse potuerint. At dicuntur primi non inter se collati; sed cum cæteris, qui deinde consecuti sunt, sapientibus comparati. *Lescaloperius*, in lib. i. de Nat. Deor. cap. 10. Hujus loci emendatio debetur Joanni Scalæ, qui primus

Digitized by Google

pro *consensisse primos* correxit *concessisse primas;* eamque correctionem Callimachi auctoritate confirmavit ex Diogene Laërtio. *Ursin.* Prætterquam quod hoc modo *primos* abundare patet; reliquos istos sapientes rebus physicis operam dedisse nulla est memoria. Dedi igitur, auctore Manutio, *concessisse primas.* Davis.

§ 118 *Mathematicorum initiis*] Initia mathematicorum, quæ memorat Noster, puncta sunt et lineæ : ex his enim planæ solidæque nascuntur figuræ, quæ pro Pythagoræ mente solidorum corporum sunt parentes. *Idem.*

Cap. xxxviii. § 119 *Existere*] Recte Walkerus noster legit *efficere.* Idem.

§ 120 *Perniciosa*] Fortasse additum fuerit ex ejus notatione, qui velut *συνώνυμον* adscripserat. *Faber.*

Myrmecides] De quo Plinius, lib. vii. cap. 21. et xxxvi. 5.

Cap. xxxix. § 123 *Hicetas*] Vulgo *Nicetas*, sed male. Nicolaus autem Copernicus in sua præfat. ad Paulum iii. 'Reperi,' inquit, 'apud Ciceronem, primum Nicetam sensisse terram moveri . . . Inde igitur occasionem nactus, cœpi et ego de terræ mobilitate cogitare.' *Anon.*

Egone? Ne bis quidem] Ita Lambinus, cum vulgo sit, *Ego ne vobis quidem.* Petrus Faber minore mutatione legit, *Egone? Nobis quidem, &c.*

§ 124 *An, ut Xenocrates, mens nullo corpore*] Animus pro mente Xenocratis erat *ἀριθμὸς ἑαυτὸν κινῶν.* Sed *ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ* posuit. Itaque nihil refert, num *numerus*, an *mens* dicatur animus. Vide Tuscul. i. 10. *Davis.*

Cap. xlii. § 129 *Megarici, quorum*] Sic legas et distinguas velim, *quam non multum a Platone. Megaricorum fuit nobilis, &c.* Idem.

§ 130 *Quæ ἀπαθὴ nominantur*] 'Απάθεια, quod legisse testatur in libro scripto Lambinus, rectum est. Atque in hoc conveniebat Pyrrhoni cum Stoicis, qui ut illud usurparint satis docet unus Gellius in lib. xii. cap. 10. Hoc tamen inter illos differebat, quod Pyrrho hunc bonorum finem esse volebat, Stoici non item. De quo Pyrrhonis fine pluribus disserunt in Pyrrhone Diogenes et Sextus. *Faber.*

§ 131 *Nunc proxime*] Ursini codices, quos probat Faber, exhibent *huc proxime.* Si libri tales usquam extiterunt, eos equidem non sequerer; nam *nunc* dicit, ne Peripatetici temporis illius, quo vivebat Tullius, a magistro suo descivisse viderentur. *Davis.*

Carneades] Vide lib. ii. de Finib. cap. 11. 12. 13. et lib. v. c. 7. *Idem.*

Cap. xliii. § 132 *Hic igitur neutri assentiens : si nunquam, uter est prudentior*] Sensum non video, neque videt quisquam, ut opinor, tam obscuro in loco : obscuritatis autem causa, depravatio est; quam judicio meo tollet, qui ita leget, *Hic igitur neutri assentietis : sin utrique, uter est prudentior?* Quorum verborum non absurda sententia est : dicit enim hoc : in hac controversia neutri assentietis, id est, neque Stoicum neque Academicum dicetis esse sapientem : sin utrumque, uter est prudentior? *Assentietis* autem refero ad illud supra positum, 'ad vos nunc refero.' *Utrique* videtur esse necessarium propter insequens verbum *uter.* Sed hæc qui et acumine et judicio præstant, dijudicabunt. *P. Manut.* Restituo, *si nunquam, uter sit sapiens, apparebit; nonne utroque est prudentior?* Lamb. Sic scriptum hic fuisse non dubitem : *Hic igitur neutri assentiens num, quam uter, est prudentior?* *Uter* erit simplex pro composito 'uterque,' aut 'utervis,' non aliter ac citat ex edicto prætoris Verris in lib. i. Accusationis, 'inter aratorem et decumanum si uter velit, edicit se recuperatores daturum.' Et

Digitized by Google

post paulo, 'si uter volet, recuperatores dabo.' Et paulo etiam post, 'sed utrum ita scripsit: si uter volet, an si decumanus volet?' *Faber.* Legendum suspicor, *hic igitur neutri assentiens, si usquam, utroque est prudentior.* Non magna quidem sit mutatio, sensusque commodus videtur. *Davis.*

§ 133 *Non posse illa probanda esse*] Manutius legit, *probabilia.* Lambinus delet *posse.* Davisius Lambinum sequitur.

§ 134 *Theophrasto*] Vide Tusc. v. 9. et de Finibus v. 5.

CAP. XLIV. § 135 *Nec si patria deleatur, non doleat*] Grammaticorum decretum est, duas negationes affirmare in lingua Latina. Hoc semper verum non esse docuit etiam Nonius ex Varrone; et Budæus noster in suis commentariis linguæ Græcæ exemplis e Cicerone pluribus, quibus addi possunt infinita alia; quare nihil hic muto. *Faber.*

CAP. XLV. § 137 *Sed ille noster*] Lego, *vester.* Emendationem nostram plane flagitat auctoris mens: Antiochus enim intelligitur, quem Lucullus sequebatur. *Davis.*

§ 139 *Ut Calliphontem sequar*] Merito, opinor, visa Lambino est inanis particula *ut* ante *Calliphontem.* Faber. Lego, *aut Calliphontem.* Itaque unius litterulæ additione redintegravi locum satis luxatum, fide Palatini tertii, sententia tam clara, ut vel ipsius unius testimonio stari posse videretur. Lambinus, qui hic eam particulam delere cupiebat ceu supervacuam, non videtur assecutus mentem auctoris. *Grut.* Abundare *ut,* qui totum ambitum verborum attendet, statim intelliget: et, ut dicam quod sentio, suspicor ipsum ita scripsisse Ciceronem, rem potius, quam verba spectantem. Idem enim alibi quoque vitium deprehendi, ut lib. III. de Finib. 'Ne illud quidem est consentaneum, ut, si cum tria genera bonorum sint, quæ sententia est Peripateticorum, eo beatior quisque sit, quo sit corporis aut externis bonis plenior, ut hoc idem approbandum sit nobis.' Et lib. I. ep. 1. ad Quintum fratrem, 'ut te ante compares; cum jam dixerit ut si hoc plane,' &c. *P. Manut.*

CAP. XLVI. § 140 *Audi contra illos*] Epicureos. Vide Tusc. v. 26. et 41.

§ 142 *Qui putet id cuique verum esse quod cuique videatur*] Vide Menagium ad Laërtii IX. 51. et Fabricium ad Sextum Empiricum Pyrrhon. Hypot. lib. I. cap. 32. § 216. *Davis.*

Permotiones intimas] Dolorem, et voluptatem. Vide supra cap. 7.

§ 143 *Noster Antiochus*] Ut legatur *vester,* res ipsa postulat. *Davis.*

CAP. XLVII. *Aliter Diodoto*] Sane nulli non notus est Diodotus Stoicus, Ciceroni perfamiliaris; quod in causa, credo, fuit cur illum huc intulerint Lambinus et Gruterus. Sed Diodorus is intelligendus est, qui Κρόνος appellabatur; ut ex sequentibus patebit. Quin etiam Philonem, Antiochi magistrum, non vult Cicero, sed Diodori Croni discipulum, contra cujus Περὶ Σημασιῶν libros scripsit Chrysippus, ut testatur Laërtius VII. 191. De Philone illo dialectico plura Joan. Jonsius de Scriptor. Hist. Philos. lib. II. cap. I. Inter eundem hunc Diodorum et Chrysippum magna fuit etiam περὶ ἀδυνάτων contentio; quod memoriæ tradidit Cicero de Fato cap. 7. In aliis etiam nonnullis dissentiebant, quod patet ex A. Gellii Noct. Attic. lib. XI. cap. 12. *Idem.*

§ 146 *Jurare ex sui animi sententia ... videri pronuntiarent*] De iis quas Cicero memorat formulis, vide Cujacium Observ. lib. I. cap. 21. et lib. III. cap. 26. ac Brissonium Form. lib. V. et VIII. *Idem.*

CAP. XLVIII. § 148 *Per ἐποχὴν*

Digitized by Google

illam omnium rerum comprobans] Pruriginosum quiddam, ut ita dicam, et scabiosum videtur inesse in peroratione Luculli, cum causa Academiæ in utramque partem disputata, sententia tandem dicitur. Cum autem velle videatur dicere retinendam esse ἀκαταληψίαν, præsertim cum percipi et comprehendi nihil possit; tollendam tamen ἐποχὴν, cum de omni re assensio sustineri non possit; particulam *per*, veluti scabiem quandam, exterens, et in ejus locum, veluti floridam autem, particulam *nec* inducens, lego, *nec ἐποχὴν illam omnium rerum comprobans*. Quo quidem in loco Carneadem sequitur, qui assensionem relinquebat sublata comprehensione; sapientem enim assentiri et opinari, nihil tamen percipere dicebat. *Turnebus*, Advers. XVI. 18. Nihil esse mutandum arbitror; sed vocem *per* sic intelligendam, ut, ad Attic. I. 15. 'Per mihi, per, inquam, mihi gratum feceris.' Et Gell. XVIII. 4. 'Per, inquit, magister optime, exoptatus venis.' Quibus, aliisque pluribus locis, *per* significat 'valde,' 'magnopere.' Itaque 'perexoptatus,' valde exoptatus; 'percomprobans,' magnopere comprobans. Neque *per* hic præpositio est, sed adverbium ejusdem formæ ac *pol*. Nam quemadmodum *pol* syllaba est residua ex integra phrasi, 'juro per ædem Pollucis,' cujus formulæ vim totam hæc syllaba continet; sic in adverbio *per* inest vis tota vocum duarum, 'magno opere,' ex quibus concisis remansit hæc una duntaxat syllaba. Videat, si quis vult, G. J. Vossii Etymologicon, v. 'Nuper,' et v. 'Cur.' *Franc. Odinus.*

Tum ille ridens, tollendum] Ut dogmaticorum est ponere decreta; sic tollere, Academicorum. Quocirca, cum hoc tantum dixisset Hortensius, *tollendum*, hoc est, censeo tollendum esse, vel tolli oportere; visus est Ciceroni in Academicorum transisse partes. 'Teneo te:' jam noster es: 'nam ista Academiæ est propria sententia.' Poterat aliud velle Hortensius, nam *tollere* est absistere; et qui censet *tollendum* esse, censet de re proposita dictum esse satis. Atque haud scio an vox illa *ridens* indicet, in ista *tollendum* latere quidpiam joci et ambiguitatis. *Anon.* Ex sequentibus manifeste patet, in illo verbo, *tollendum*, quærendum esse præcipuum quoddam Academicorum effatum. A quo tamen mirum quantum aberrant omnes, quos hactenus vidi, Ciceronis interpretes. Horum autem error, ni fallor, procedit ab ignoratione singularis, et parum usitatæ significationis verbi, *tollo;* quam tamen patefecit talium rerum non incuriosus grammaticus, Nonius Marcellus: 'Tollere,' inquit, 'est et differre.' Quod probat eo Plauti versu, Pœnul. act. II. sc. 1. v. 52. 'Res serias Omnes extollo ex hoc die in alium diem.' Alia idem affert exempla in *extollere* et *protollere*. Itaque, cum ridens Hortensius ea voce, *tollendum*, usus est, in ambigua illius significatione ludendo, dicere voluit, de hac disputatione amplius esse deliberandum. Quæ vere, ut ait Cicero, 'Academiæ propria fuit sententia.' Illius enim sectæ disciplina, inquirendum esse potius quam decernendum docebat, teste Phavorino, apud A. Gellium XX. 1. Sic igitur Hortensius, verbum usurpans forsan comicum, et vulgare, seriam nimis disputationem in risum convertit. *Buher.*

Digitized by Google

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

LIBER I.

Argum.—Vide Mureti Var. Lect. lib. xvii. cap. 1. cui titulus 'Rectene inscripti libri M. Tullii, De Finibus Bonorum et Malorum.'

Cap. i. § 1 *Mandaremus*] Ego et tu. Nam Brutus quoque in hanc exercitationem studiose incumbebat. Liber ejus de Virtute cum alibi, tum hoc ipso in procemio a Cicerone laudatur. Veteres grammatici citant librum ejusdem de Officio, sive Περὶ Καθήκοντος, ut eum vocat Seneca, lib. xiv. Epistolarum. Cic. Acad. lib. i. cap. 3. 'Brutus quidem,' inquit, 'noster, excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus Græcia desideret.' *Muret.*

§ 2 *Ab Hortensio*] Hortensium abhorruisse a philosophia, vel hinc colligi potest. Neque sane mirum est, piscinario illi philosophiam parum probatam fuisse. Lege, quæ de eo narrat Macrobius lib. iii. Saturnaliorum: non quæres, cur ejusmodi homini philosophia sorduerit. *Idem.*

Missum] Ut eo respexisse videatur Cicero, quod dici solet, telum emissum revocari non posse. *Morel.* Lego, *admissum*, id est, incitatum. Metaphora ab equis; in qua persistit, etiam cum addit, *coerceri ac reprimi.* Muret.

Justioribus utamur illis] Justiores in nos sint illi. *Idem.*

Cap. iii. § 7 *Male, credo, mererer*] Vel hæc εἰρωνικῶς sunt intelligenda, vel legendum *non male, credo, mererer*, prout exhibent Mss. Scalig. et Eliens. 2. *Davis.*

Sed id neque feci adhuc] Verterat tamen adolescens aliquot Platonis dialogos. *Muret.*

Utinam esset ille Persius] Vide lib. de Orat. ii. cap. 6.

§ 9 *Quem quidem locum*] Vide lib. de Orat. ii. 45.

Ponti, Tritanni] De T. Pontio centurione, vide Cic. de Senectute, cap. 10. De Tritanno, sive Tritannio, Plinius vii. 19.

Lictores] Quæ proxime antecedunt verba ex persona Scævolæ sunt: hæc autem, 'Lictores,' &c. ab ipso Lucilio pronuntiantur; cum dicat, post Scævolæ verba lictores ejusdem cohortemque prætoriam, quo magis Græca salutatione Albucius eluderetur, exclamasse simul omnes, prætoris exemplo, Χαῖρε. Erat autem hoc tempore adolescens Albucius. De quo in Bruto cap. 35. et in Oratione de Provinciis Cons. cap. 7. Scævola hic est Q. Mucius augur, gener C. Lælii, socer L. Crassi oratoris, accusatus postea repetundarum ab hoc Albucio, ut legitur in Bruto, cap. 26. Quam accusationem spectavit Lucilius poëta in illo versu, 'Hinc hostis Muci Albucius, hinc inimicus.' *Manut.*

Cap. iv. § 12 *Partus ancillæ sitne in fructu habendus*] Ulpianus Dig. lib. vii. tit. i. leg. 68. 'Vetus fuit quæstio,' an partus ad fructuarium pertineret. Sed Bruti sententia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere.' Vide sis et Justinianum Inst. lib. ii. tit. 1. leg. 37. *Davis.*

Cap. v. § 13 *L. Torquato*] Filio L. Manlii Torquati qui consul fuit cum L. Aurelio Cotta, altero anno ante Ciceronem consulem. Hic bis accusavit P. Syllam; semel ambitus, et condemnavit; deinde majestatis, quod Catilinariæ conjurationis parti-

Digitized by Google

ceps fuisset; qua in causa Syllam Cicero defendit. *Muret.*

Triarius] In quo errat Seb. Corradus (in Bruto, cap. 76.) qui, quod plena senectutis fuisse dicitur illius oratio, senem ex eo significari putat; ideoque non esse eundem, qui hic adolescens vocetur. Cum revera hoc Cicero, tanquam admirabile, proponat, fuisse Triarii in illa ætate, nempe in adolescentia, plenam senectutis, id est, senilis gravitatis, orationem. *Idem.*

§ 14 *In Cumanum*] Acad. I. 1.

CAP. VII. § 23 *In tertia vero parte, &c.*] Hoc totum, quod reperitur in libris vulgatis, ab hoc loco, 'in tertia vero parte,' &c. usque ad 'confirmat,' &c. non reperi in libris nostris manuscriptis; quæ credibile est a docto aliquo esse assuta. Nam cum certum sit, hic aliquid deesse in libris manuscriptis, neque difficile admodum sit, quid desit, conjicere; hoc totum ille, quisquis fuit, non inepte supplevit: nisi forte in alio meliore exemplari reperitur. Ego in nostris libris manuscriptis non reperi, neque ullam reperi lacunam. *Lamb.* Vetus exemplar quo usi sumus, ea verba non habebat: vera tamen esse videntur. Sed adhuc quædam desiderari, verba quæ sequuntur satis indicant; ea enim apte cum illis non cohærent. *Morel.*

Eum Torquatum] Q. Claudius Quadrigarius, cujus verba, quibus hanc historiam retulit in litteras, leguntur apud Gellium lib. IX. cap. 13. putavit hoc contigisse anno ab U. C. CCCLXXXVI, M. Furio Camillo quintum dictatore, ut testis est Livius lib. VI. extremo. Ipse autem lib. VII. Livius, decem haud minus post annos. Idem tamen narrat id factum C. Sulpicio et C. Licinio Calvo coss. dictatore T. Quintio Penno; id est, sex annis posterius. Considera per otium. *Muret.*

§ 24 *L. Torquatus*] Lego *T. Torquatus* ex lapidibus Capitolinis, e Valerio lib. V. cap. 8. e libro LIV. Epit. Livii. *Idem.* Vide et Val. Max. lib. VI. cap. 3.

CAP. IX. § 30 *Quid aut ad naturam, aut contra sit*] Rectius (ut puto) legendum est, *quid aut ad naturam aptum, aut contra sit:* nullis enim exemplis adductis probant interpretes voces, *ad naturam*, significare 'secundum naturam,' licet eas ita interpretentur. *Pearc.* Præclarum enim ab eo munus accepi, 'Conjecturales in Ciceronis Philosophica Emendationes,' hactenus ineditas. Pro quibus magnas ipsi gratias ago, litterati habebunt immortales; ideo in illis multa sunt animadversa solerter, et nitide explicata, quibus ægre caruit hactenus Cicero; et hæc abundabit editio, doctissimi Pearcii opibus locupletata. Agnoscent sane lectores non frustra esse, quæ de illius eruditione ac judicio in præfatione posui. *Oliv.*

CAP. XI. § 39 *Conclusum est*] Chrysippi rogatiunculam, quæ contra Epicuri sententiam facere videbatur, artificiose rejicit in Cyrenaicos, qui solum, ut dixit, motum illum jucundum et suavem nomine voluptatis intelligebant. *Morel.*

CAP. XIII. § 45 *Naturales*] Epicurus: 'Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opinionem, nunquam dives. Exiguum natura desiderat; opinio immensum. Naturalia desideria finita sunt; ex falsa opinione nascentia ubi desinant, non habent; nullus enim terminus falso est.' Seneca, lib. II. Epist. *Muret.*

CAP. XVI. § 50 *Natura depravata desideret*] Illud *depravata* scriptum erat in margine, quo significaretur depravata esse, quæ statim sequuntur. Inde per errorem translatum est in contextum. Lambinus, *non depravata*, sed ex conjectura. *Idem.*

Sic cujus in mente consedit, &c.] Locus est a librariis pessime habitus,

Digitized by Google

eumque conjecturis suis tentarunt eruditi. Fred. Gronovius reposuit, *sic cum vis in mente consedit, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest non fieri.* Ubi 'vim' pro injustitia positam censet. Tullius tamen ambiguæ saltem significationis vocem hoc in loco vix, ut opinor, adhiberet. Gruterus urit secatque, totum locum sic constituens, *quemadmodum temeritas et libido et ignavia, si cujus in mente consedit, hoc ipso quod adest, turbulenta est; si vero molita quippiam, &c.* Denique Cl. Clericus, Art. Crit. P. III. § 1. c. 16. 10. vitii nihil in his verbis inesse censet. Mihi vero fidem non facit vir doctissimus, licet prioris membri sensum videatur assecutus. Nunc varias lectiones videamus. Eliens. 2. dat, *sic cujus in mente consedit justitia, hoc ipso, &c.* Idem codex, Paris. unus, et alter P. Manutii repræsentant *etsi vero impietas molita quippiam est.* Itaque, non spreta Mss. ope, legerim *sic si cujus in mente consedit justitia, hoc ipso quod adest, turbulenta non potest ea fieri: si vero impietas molita quippiam est, quamvis occulte fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum.* Davis.

Cap. XVIII. § 61 *Monstrosi*] Lambinus, conjecturam suam secutus, edidit *morosi.* Nulla vero mutandi fuit causa; nam receptam lectionem servat etiam Nonius in 'Minutum;' nisi quod ille *monstruosi,* prout etiam nonnulli Mss. Nec refert utrum *monstrosi* legas, an *monstruosi.* Idem.

Cap. XIX. § 63 *Maximasque ab eo, et gravissimas*] Duo verba, *ab eo,* in veteri codice non sunt, nec in Græco Epicuri. Ideo expungenda, cum ad sententiam nihil faciant. *Morel.*

Verborum vis] Nam verba non hominum instituto, sed natura constare dicebat. *Muret.* Vim verborum et naturam orationis ex naturæ cognitione percipi censuit. Ideo crebro dicebat diligenter oportere exprimi, quæ res subjecta esset vocibus, ut extaret quo disputationem omnem referre liceret. Imo docebat voces ipsas hominum instituto positas non fuisse, sed naturam ipsam rerum id docuisse: nimirum eam suis permotionibus homines incitasse, ut peculiarem et rebus accommodatum spiritum efflarent. *Morel.* Patet igitur superiora verba, 'ea scientia,' intelligenda esse de physica, ut Gueieto placuit; non de logica, ut affirmat Davisius. *Oliv.*

Cap. XX. § 67 *Quod quia nullo*] Aliqui satis otiose, ut videtur, primam vocem onerant apice gravi, perinde ac si conjunctio sit. Atqui pronomen est quarti casus. Ellipsis detraxit præpositionem *propter;* ut in his Terentii; Andr. IV. 3. 23. 'Si quid est, quod mea opera opus sit:' Eun. III. 5. 10. 'Quid est quod sic gestis?' Heaut. IV. 7. 6. 'Nihil est, illic quod moremur diutius:' Phorm. II. 3. 14. 'Adolescenti nihil est quod succenseam.' Hoc itaque loco 'quod' est, *propter quod, quamobrem,* ut monet Horat. Tursellin. De Particul. Aliter explicat Obert. Gifanius, Collectan. in Lucr. V. 'Quod nunc;' et putat 'quod' esse pro *autem.* Anon.

§ 69 *Si ludicras*] Victorius: *Si ludicra exercendi aut venandi consuetudine adamare solemus.* Quæ lectio ut a nobis reduceretur, fecit ipse loci sensus. Nam fieri contendit Noster, ut homines loca, fana, cæteraque, quorum meminit, consuetudine soleant adamare. *Davis.*

Digitized by Google

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

LIBER II.

Cap. I. § 1 *Scholam*] Disputationes, quibus, perpetua oratione, una aliqua de re philosophi in cœtu hominum explicabant, scholæ dicebantur. Cicer. Tuscul. I. 'Dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli.' Idem lib. III. 'Separatim autem certe scholæ sunt de exilio,' &c. *Muret.*

Cap. IV. § 12 *De Pelasgis*] Id est, de rusticis. *Muret.* Vide Victorii Var. Lect. I. 10. Turnebi Advers. IV. 8.

Non pereruditos] Erasmus in Adagio, 'More Romano,' legit hic, 'non semper eruditos:' inepte, ut solet. *Muret.*

§ 13 *Voluptatem animi nimiam, lætitiam*] Interpunge ; *voluptatem, animi nimiam lætitiam.* Idem.

§ 14 *Tanta lætitia*] Vide Tuscul. IV.

Nunc demum] In Orat. pro Cœlio, c. 16. 'Sed dubito,' inquit, 'quem patrem potissimum sumam ; Cæciliannmne aliquem vehementem atque durum ?'

Quanquam hæc inter nos] Terent. Heaut. act. I. sc. 1.

Cap. VI. § 18 *Omnes Danai*] Versus est anapæsticus, qui speciem habet proverbii, ad significandum universum genus : ut dicimus, 'cælo, terra, marique,' cum ubique designare volumus. *Morel.*

Anapæsto] Nos anapæstum intelligimus totam eam quam appellant Græci ἀναπαιστικὴν βάσιν, quæ est μέτρων συναγωγὴ ἤτοι δύο ἢ πλειόνων, ἢ ὁμοίων ἢ ἀνομοίων, quæ etiam alio nomine σύστημα appellatur. Ita anapæsti, vel, ut alii legunt, anapæstici nomine, multos inter se conjunctos versus intelligimus. Sic nuncupat Cicero Tuscul. III. versus quosdam, qui in Iphigenia Aulidensi expositi sunt, anapæstum. 'Nec siletur,' inquit, 'illud potentissimi regis anapæstum, qui laudat,' &c. *Idem.*

Cap. VII. § 20 *Id est, quasi maxime ratas*] Has voces alienas esse suspicatur Lambinus. Ego vero (quæ Gruteri quoque, et Guieti mens est) nullus dubito quin hoc totum, *id est, quasi maxime ratas : quia gravissimæ sunt ad beate vivendum breviter enuntiatæ sententiæ,* ab homine stolido barbaroque sit profectum. Nam præterquam quod Tullius jam scripserat *in quo* (libro) *breviter comprehensis gravissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur,* adeoque nihil aliud sit quam futilis et inepta ταυτολογία, vix est ut ab ejus manu fuerit inelegans illud *ad beate vivendum breviter enuntiatæ.* Davis.

§ 21 *Si ea quæ sunt luxuriosis*] Græca se sic habent apud Diogenem Laërtium x. 142. Εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν, &c. In editione Wetsteniana locum corrupit M. Meibomius, ut errasse Ciceronem longa verborum ambage frustra contenderet. *Idem.*

Nihil hæreremus] At Pall. tres et Balliol. *nihil haberemus.* Exciderunt autem propter ὁμοιοτέλευτον voces *quod reprehenderemus,* ut aperte docent Græca, Οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅ, τι μεμψαίμεθα αὐτοῖς. Hoc etiam vir doctus ad editionis Stephanicæ marginem notavit, ac Fr. Guietus et M. Meibomius animadverterunt. Lambinus, Aldus nepos, aliique plures edidere *nihil haberem quod reprehenderem.* Sed Epicurus hæc pluraliter

Digitized by Google

extulit, eodemque numero Tullium usum fuisse docet illud *haberemus*, quod est in Mss. Itaque lego, *nihil haberemus, quod reprehenderemus*. Idem.

Similiter et] Aut *similiter ut* legendum videtur, aut veteres *similiter* ita eum *et* junxisse, ut cum *ac*, *atque*, *ut* putandum est, quod interdum suspicor, utpotè cum sæpe animadverterim *æque et* scriptum in antiquis libris, ubi est in recentioribus *æque ut*. P. Manut.

Si nec cupidi sint, nec Deos metuant, nec mortem, nec dolorem] Totus hic locus præpostero verborum ordine ita perturbatus est, ut elicere sententiam nullo modo liceat; et ne lectorem multis morer, verba recitabo, non ut leguntur in omnibus libris, sed ut videtur sententia postulare: 'Si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si nec cupidi sint, nec Deos metuant, nec mortem, nec dolorem; dicit absurde; similiter et si dicat non reprehendendos parricidas, si sapientes sint. Etenim quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dare? aut fingere aliquos, qui, cum luxuriose viverent, cætera caverent, a summo philosopho non reprehenderentur eo nomine duntaxat? Sed tamen nonne, &c.' Lego autem, nec dubitanter quin recte, *etenim quid attinet*, ubi est in omnibus libris *et tamen quid attinet*. Idem.

§ 22 *Ut edant de patella*] Patellis sacrificio vasa accommoda significari indicat Cælius; unde illud Ovidii in Fastis, 'Fert missos Vestæ pura patella cibos.' Inde appellari 'Patellarios Deos,' qui patellis placarentur. Ex quo illud Plauti, 'Dii me omnes magni, minutique, et patellarii.' Eos ergo profert luxuriosos contra Epicurum Cicero, qui neque mortem metuant, cum parati sint paulo post expleta voluptate de vita decedere; nec Deos ita revereantur, quo minus e sacrificiis securi abripiant quod libeat. *Morel.*

Ex Hymnide] Cæcilii fabula, quam plus vice simplici laudat Nonius. Hunc versum imitatus est Lucilius, Satyr. lib. XXVI. 'Qui sex menses vitam ducunt, Orco spondent septimum.' Extat apud eundem Nonium in 'Ducl,' et in 'Annos.' *Davis.*

Narthecio] Narthecium appellat thecam medicamentorum: Martialis: 'Artis ebur medicæ narthecia cernis: habebis Munera, quæ cuperet Pactius esse sua.' Est autem νάρθηξ *ferula*, cujus semen ait Plinius morbis quibusdam succurrere, et ejus lignum servandis medicamentis accommodatum est. *Morel.*

CAP. VIII. § 23 *Viderent*] Lego *viderint*. Hoc de luxuriosis hominibus et abdomini vinoque natis dicitur. Id quidem Sybaritis fuit solenne. Vide Athenæum, lib. VI. pag. 273. et lib. XII. pag. 520. Iterum de Colophoniis pag. 526. Inter Romanos id primus usurpasse videtur M. Cato. Vide Senec. epist. 122. *Davisius.*

Quibus vinum defusum e pleno sit; hir, siphon, ut ait Lucilius, cui nihil demsit] Græci τῷ σίφωνι ad gustandum in caupona vinum utebantur. Inde σιφωνίζειν est *furtim vinum pitissare*. Vinum cui siphon aliquid dempserit, si ita diu deintegratum maneat, ut loquebantur veteres, acescit. Propterea Lucilius, ex cujus verbis hæc scribit Cicero, proponit vinum integerrimum, et nulla parte periclitans acescere; id quod siphone depletum non est, neque vola manus pitissatum. Nam *hir* est vola manus, et qui vinum furtim deplent ut gustent, solent id vola manus haurire. Hæc sane est vera sententia Lucilii, quæ elegantissima est; quam Ciceronis præposteri æmuli cur mutarent, causa non erat. Si enim Ciceroni putabant injuriam fieri, quod prisco verbo *hir* uteretur; saltem hoc cogitare debebant, ipsum Ciceronem ver-

Digitized by Google

bis Lucilii, non snis, loqui. Quod sequitur apud eundem Ciceronem, *vis et sacculos abstulerit*, (nam ita habebant antiquæ editiones) lego *vires sacculus abstulerit*. Firmissima vina olim sacculis vinariis castrari solita notissimum est ex Plinio. Itaque delicatissimum vinum esse proponit Lucilius, tum quod de pleno defusum sit (nam quod deminuto et σεσιφωνισμένῳ haustum est, id acescit) tum quod 'sacco castratum contumaciam illam,' ut ita loquar post Plinium, 'exuit.' *Jos. Scaliger* in Append. Conject. ad Varronem.

Jus et sacculus abstulerit] Ob. Gifanius Syll. Burmann. tom. II. pag. 306. reponit *cui nihildum nix et sacculus abstulerit*. Lævinus autem Torrentius ad Horatii lib. I. Od. 11. 6. legit *cui nihil demserit nix et sacculus abstulerit*. Ei præivere P. Manut. et D. Lamb. *Davis*.

§ 24 *Ei non sapiat palatum*] Sic recte Paris. 1. 2. Vulgo *palatus*, quam vocem lingua Latina non agnoscit. *Idem*.

Lælius præclare et recte sophos, illudque vere] Versum putant Lucilii, qui ne pedibus claudis incederet, Ursinus rescribit *illaque vere*, Lambinus autem *illeque vere*. Sed renituntur Mss. quemque dedimus ordinem præstant. Revera, quod Fr. Guietus et Th. Bentleius censuere, verba sunt Tullii, quibus Lælii dictum, quod expresserat Lucilius, comprobavit. *Idem*.

§ 25 *Quæri'*] Pro *quæris*, ut constet metrum. Versus enim Lucilii erat hujusmodi: 'Quid bene? cocto, Condito, sermone bono, si quæri', libenter.' *Manut*.

Cap. IX. *Ut loqui deceat frugaliter*] Neque vacare mendo locum hunc existimo; (quid enim sibi vult *loqui frugaliter*? cum hic frugalis cœna potius quam sermo laudetur) neque mihi tamen, cupienti emendare, probabile quidquam succurrit. In quo quia meliore forsitan eventu aliorum exercebitur industria, notandum putavi. *Idem*.

Cap. X. § 29 *Argumento, esse*] Sic Gruterus: alii aliter. *Argumento esse voluptatem ullam* Victor. *Est argumento, voluptatem illam esse nullam* Lamb. Locus est corruptus. Forsitan haud male rescripseris, *hoc viro* (scilicet Epicuro) *non videri, maximo argumento est, esse voluptatem illam, qua sublata, &c.* Nam si dolori sola privatio doloris contraria videretur; non esse posset voluptas; qua sublata, bonum tolleretur. De voluptate quam dicit, vide supra cap. 3. Emendatio Lambini nullam reddit Ciceronis argumentationem. *Davis*.

Quanquam hæc sunt contraria] P. Faber ad Acad. I. 2. legendum statuit, *quam hæc sunt contraria!*

§ 30 *Quam nemo unquam voluptatem appellat*] In vetusto codice ita scriptum est, *quam nemo unquam voluptatem appellavit, appellat*. Morel.

M. Curium] M. Curius Dentatus vir insignis frugalitatis fuit et modestiæ; qui aliquando legatis Samnitum auri pondus offerentibus, cum ipse rapam in foco torreret, 'Malo,' inquit, 'hanc in fictilibus meis edere, et aurum habentibus imperare.' *Idem*.

§ 32 *Nec ullum habet ictum, quo pellat animum*] Melius alii libri habent, *nec illum habet ictum, quo pellat, &c.* Idem.

Cap. XI. § 34 *Eligente ea*] In veteri codice est, *eligentem ea quæ essent . . . rejicientemque . . .* Qua forma loquendi usus est quoque Cic. lib. IV. 'Vivere adhibentem scientiam earum rerum, quæ natura evenirent.' Et paulo post eodem libro, 'officia omnia media aut pleraque servantem vivere, et iis quæ secundum naturam sint facientem vivere.' Quod a Græcis loquendi genus sumpsit. Sic enim dicunt, πάντα τὰ καθήκοντα ἐπιτελοῦντα ζῆν. *Morel*.

Cap. XII. § 35 *Ut voluptatem illam non Aristippi*] Sic Eliens. 2. et optime quidem. Vulgo deest particula negans; quo modo fit ut exsurgat sen-

Digitized by Google

sus a mente Ciceronis alienus. *Davis.*

§ 36 *Illud est judicatum, quod judicat sensus*] Sensu quidem nullo, prout Lambinus etiam vidit. Itaque doctissimus ille vir edidit *illud est judicatum. Quid judicat sensus?* Non male; sed melius esset *judicant.* Cum tamen Eliens. 1. haberet *quod judicat sensibus,* statim legendum succurrebat *quid judicatur sensibus?* Eamque conjecturam, quoniam certa videbatur, recepi. *Idem.*

§ 38 *Nec ulla de summo bono*] Vulgo *illa.* Sed recta prorsus est hæc Pall. 1. 3. et Med. scriptura, quæ Grutero fere allubescebat. *Idem.*

Cap. xv. § 50 *Ergo ita, non posse honeste vivi, nisi honeste vivâtur, an nisi populari fama*] Lambinus pro *nisi* legit *sine,* Davisius vero *cum.* At neuter eorum duplicem (nam duplex est) hujus loci mendam mihi videtur abstulisse. Si forte mentem Ciceronis satis feliciter assecutus sim, sic scripsit, *ergo ita* (scilicet dicit) *non posse jucunde vivi, nisi jucunde vivatur; an* (scilicet honeste vivere dicit idem, quod vivere) *populari fama?* Quæstio fuit de sensu horum verborum Epicuri, 'non potest jucunde vivi, nisi etiam honeste.' Quærit igitur Cicero, quid Epicurus velit per vocem *honeste:* si idem (inquit) quod *jucunde,* tum nihil aliud quam hoc dicit; 'non potest jucunde vivi, nisi jucunde vivatur:' quod qui dicit nugatur, non argumentatur. Sed si per vocem *honeste,* Epicurus vult 'populari fama,' tum ille (ut ait Noster) facit id quod turpe est, 'negando sine populari fama sapientem jucunde posse vivere.' Hinc bene concludit Cicero, Epicurum non aliud *honestum* intelligere, nisi quod rectum sit, ac sua natura laudabile. En sensum loci, ni fallor, Ciceronemque jam suo more pulchre recteque argumentantem! Quod si cum vulgatis codicibus legamus *honeste vivi, nisi honeste vivatur,* non video hoc esse consequens eorum quæ ante dixerat, 'quid nunc honeste dicit? idemne quod jucunde?' *Pearc.*

Cap. xvi. § 52 *Plato*] In Phædro. Vide Cic. de Offic. i. 5.

Quicum in tenebris] Deest verbum, *mices.* Certe in ejusmodi proverbiis, mos est Ciceroni prima tantum verba proferre, quod statim reliqua facile tum intelligerentur. Erat autem illa digitorum micatio ludi genus, quod digitorum citissima erectione fiebat, et divinatione quot erecti essent. Propterea acri aspectu opus erat, et summa fide. *Morel.*

Cap. xvii. § 54 *Q. Pompeius*] De quo in Bruto, cap. 25.

§ 55 *Quis enim redargueret? Nemo nostrum negabat: eratque, &c.*] Corruptus certe est hic locus; quis enim diceret amicos Sextilii non negasse, cum ideo, quod rei non interfuerint, non potuerint vel negare vel affirmare? Davisius et alii, hac (ut opinor) ratione adducti, ex duobus tribusve Mss. protulerunt *credebat,* vice *negabat;* ut sit *nemo nostrum credebat.* Sed cum cæteri Mss. uno ore habeant *negabat,* sic ope interpunctionis locus emendari possit, *quis enim redargueret? nemo nostrum: negabat, eratque verisimilius, &c.* 'Nemo nostrum' scilicet redargueret; 'negabat' scilicet Sextilius. *Pearc.*

§ 56 *Animi causa*] Lambinus maluit *cum casu,* Davisius *sua causa,* sed omnes codices scripti, *cum causa,* et recte: nam 'cum causa dimicare' idem est quod rationem habere dimicandi. Sic Cicero de Orat. ii. 60. 'quod nos cum causa dicimus, ut proficiamus aliquid, illi totum diem et sine causa.' *Pearc.*

Cap. xviii. § 57 *Qui tamen solebat uti suo bono*] Id est, ea potestate quam divitiæ ipsi et honores dederant. Ironice hic potentia nimia Crassi dicitur ejus *bonum:* non opus igitur est, ut legamus *bene uti suo bono,* quod doctus vir quidam se probaturum dicit. *Idem.*

§ 58 *Nec usquam id scripserit, ut*

Digitized by Google

scripsit Fadius] Vetus codex habet, *nec usquam id scripserit fœdus, nec cuiquam, &c.* Judicent eruditiores: mihi sat est, quod reperi, bona fide indicasse. *Morel.*

CAP. XIX. § 60 *Imperiosum illum*] Cognomen T. Manlii Torquati, ejus, a quo Manliana imperia dicuntur infra, cap. 32. Solo Imperiosi nomine ipsum designat Plinius, lib. XXII. cap. 5.

§ 61 *Nam ubi eam caperet*] Paris. I. 3. *nisi ut eam.* Pal. pr. *ubi ut eam.* Forsan *ubi autem caperet.* Alioquin *eas* potius scripsisset Cicero. *Davis.*

CAP. XX. § 63 *Thorius Balbus fuit Lanuvinus*] Extat L. Thorii hujus Balbi denarius argenteus; in quo Junonis Sospitæ simulacrum, quale Lanuvii colebatur, cum pelle caprina signatum est, adjecta inscriptione, L. THORIVS. BALBVS. I. S. M. R. hoc est, *Juno Sospita, maxima regina.* Ursin.

§ 65 *Voluntarius*] Nos, *voluptarius,* quam lectionem præstant C. C. C. et vetustiores editi, quamque loci mens omnino flagitat. *Davis.*

CAP. XXI. § 68 *Themista*] Vide Menagium in Hist. Mulierum Philos.

§ 69 *Tabulæ, quam Cleanthes*] Tabellæ hujus et picturæ meminit D. Augustinus lib. V. de Civ. Dei, cap. 20. cujus verba hunc locum explicant. *Morel.*

CAP. XXII. § 70 *Cur Chius*] Apposui notam, quam ad mendas indicandas consuetudo jam recepit. Antiquus liber nihil mutat; historia nihil, equidem quod meminerim, suppeditat. Quatuor puto colligi Epicureos; L. Thorium Balbum Lanuvinum, de quo proxime mentio facta est; Postumium, quem ignoramus; Curium tertio loco si ponamus, (nec tamen *Curius* a *cur Chius* longe distat) eum esse dicemus de quo legimus in Pediano versiculum istum Calvi, 'Et talis Curius pereruditus.' C. vero Sergius Orata nominatur a Cicerone Offic. lib. III. cap. 16. et Valerio lib. IX. cap. 1. *Manut.* Quod legitur, *Chius,* arbitror mendum esse. Cur autem arbitrer, facit locus Plinii, lib. IX. cap. 55. ubi ait, 'murænarum vivarium ante alios excogitasse C. Hirium.' Itaque forsan pro *Chius,* legendum *C. Hirius.* Morel.

§ 71 *Malet existimari bonus vir, ut non sit; quam esse, ut non putetur*] Probitatis famam probitati anteponet. Malet existimari bonus vir, quamvis non sit; quam esse talis, eo modo, eo pacto, ea conditione, ut non putetur esse vir bonus. *Passer.*

§ 72 *Quod adulterium, quod stuprum, quæ libido non se proripiet*] Opinor legendum, *quo adulterium, quo stuprum, quo libido non se proripiet.* Virgil. Eclog. III. 19. 'Et cum clamarem, Quo nunc se proripit ille?' *Davis.*

CAP. XXIV. § 79 *Pythagoreus*] Vide Tuscul. V. 22. et Offic. III. 10.

CAP. XXVII. § 87 *Etenim quemadmodum*] Non reddit rationem superioris sententiæ, quod beatam appellari vitam perpetuitate temporis dixerat; sed apponit Epicuri opinionem, negantis diuturnitate temporis augeri beatam vitam: quod refellit infra in eo loco, 'hæc dicuntur inconstantissime.' Videant igitur eruditi, an sit aptius, quod mihi quidem videtur, *at enim* pro *etenim,* verecunda, ut ita dicam, correctione, quæ unam modo litteram mutet. *P. Manut.*

§ 88 *At enim hic etiam dolore*] Duas priores voces delendas esse censeo, utpote ex sequentibus verbis *ait enim* natas. Procul dubio nullus hic locus est voci *enim.* Ecce totam sententiam: 'uterque enim summo bono fruitur: hic etiam dolore (fruitur) at eum nihil facit; ait enim,' &c. Verum est (quod dixit Servius ad Virg. Æn. VII. 90.) *frui* de rebus tantum bonis dici: hinc minime propria locutione Epicurus hic dicitur 'frui

Digitized by Google

dolore,' pro *habere dolorem*. At recte notavit Davisius sæpius apud bonos scriptores verbum uni rei proprium pluribus adhiberi. Exempli loco sit illud Virg. Æn. II. 320. 'Sacra manu, victosque Deos, parvumque nepotem Ipse trahit:' Ubi 'trahit nepotem' proprie dicitur; improprie vero 'trahit sacra manu,' cum potius dicatur quis ea 'portare.' *Pearc.*

§ 89 *In qua quid est boni*] Pronomen ad Deum, non ad æternitatem spectat; ideoque legas oportet, *in quo quid est boni*. Hoc olim vidit Joan. Walkerus. *Idem.*

Cap. xxix. § 94 *Resonando mutum*] Vulgo *multum*, sensu vix ullo. Sed elegantissimus est ille, quem præbet lectio nobis recepta, et Victorio. Vide Tusc. II. 13. et Jos. Scaligerum ad Varronis lib. VI. L. L. p. 102. *Idem.*

§ 95 *Dictata sunt*] Id est, dictari possunt; atque ut dicitur de Orat. lib. I. cap. 23. 'loquacitas sine usu, cantilena ex scholis.' *Anon.*

Cap. xxxi. § 99 *Veneuntque scripta ejus*] Quidam legi volunt *vincunturque*. Lamb. Putidissime, *veneunt*. Eliens. 2. Med. et Pal. 1. *vincunturque*. Malim tamen *convincunturque*, hoc est, refelluntur, redarguuntur, confutantur. Supra cap. 25. 'Ita enim vivunt quidam, ut eorum vita refellatur oratio.' *Davis.*

Cap. xxxii. § 105 *Manliana*] Vide supra, cap. 19.

§ 106 *Sardanapali epigramma*] Vide Tuscul. V. cap. 35.

Cap. xxxiii. § 109 *Partim indulgenter, vel cum labore, ut in gignendo . . . appareat*] Suspectus est mihi hic locus, cui sanando sic se Lambinus offert, *partim indulgenter, vel cum labore in gignendo, in educando, ut perfacile appareat, &c.* Bene ille, opinor, quod mutavit locum conjunctionis *ut*; nam 'labor' iste est labor 'in gignendo et educando,' ut Cicero dicit in III. 19. 'Bestiarum in fœtu et educatione laborem cum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire.' Sed ne sic quidem satis se mihi commendat vulgata lectio; quia non video quid velint ista *indulgenter, vel cum labore*. Annon opus est verbo quodam, cum proxime sequatur *partim lætantur?* Equidem suspicor Ciceronem scripsisse, *quid, si etiam bestiæ multa faciunt, duce sua quæque natura? partim indulgent labori in gignendo, vel* (sive *et*) *in educando, ut perfacile appareat . . . . non voluptatem.* Tum demum voces, *indulgent labori*, respondebunt sequentibus, 'partim cursu et peregrinatione lætantur.' Et per phrasin 'indulgent labori' lector intelligat, multum laborant: cui simile est illud Virg. Æn. II. 776. 'Quid tantum insano juvat indulgere labori?' *Pearcius.*

§ 110 *Disciplinam*] Vict. Grut. *desideria videmus.*

Cap. xxxv. § 116 *Velut hoc ad portam, uno ore cui plurimæ, &c.*] Cum codices habeant *uno cum*, vel *uno cui*, recte Davisius aliique legunt *velut hoc ad portam unicum: Plurimæ, &c.* Cicero de Leg. II. 23. dicit, antiquitus aram fuisse extra portam Collinam cum hac inscriptione, 'Domina Honoris: eamque causam fuisse ædis Honoris postea dedicandæ: sed cum multa in eo loco sepulcra fuissent, a pontificibus exarata sunt; statuit enim collegium locum publicum non potuisse privata religione obligari.' Hoc igitur Cicero in eo, quem excutimus, loco videtur innuere, sepulcrum solius Atilii Calatini ibi a pontificibus intactum relictum fuisse: inde vere dici potius hoc 'unicum' fuisse 'elogium,' cum ne monumenta quidem elogiis cæterorum extarent. Nec aliter Noster dicit in Senect. c. 17. 'Quanta in Atilio Calatino! in quem illud elogium unicum; Plurimæ,' &c. *Idem.*

§ 117 *De Calatino*] Anno 495. A. Atilius Calatinus Enna, Drepano,

Digitized by Google

Lilybæo, hostilia præsidia dejecit, Panormum cepit; totamque Siciliam pervagatus, paucis navibus magnam hostium classem duce Amilcare superavit. *Muretus.*

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

LIBER III.

Argum.—Occurrent sane in tertio hoc libro multa, opinor item in quarto, quæ homines, cæteroqui non indoctos, impediant ac morentur: tricæ videlicet Stoicorum; vocabula, vel nata in Portica, vel, si minus nova ipsa, novum certe pravumque in usum detorta. Ubi ego, si Morelianas, quas in præfatione indicavi, observationes ad hæc explicanda sæpius adhiberem, illudere huic ætati ac studiorum usitatæ rationi existimarer voluisse. Hanc enim explicandi viam instituit Morelius, ut varios e Plutarcho, Laërtio, atque aliis ejusdem linguæ scriptoribus, locos afferat longiusculos, quibus illustrat ea scilicet, quæ obscura quidem per se, tamen Cicero dixit planius, quam a Græcis dicebantur. Neque hæc τεχνικὰ dilucidiora faciunt, vel Justus Lipsius, vel Gaspar Scioppius. Mihi quidem, præter illam Zenonicæ doctrinæ partem, quæ est de judicio veritatis, a Petro Valentia, peculiari opusculo, diligentissime pertractata, cæteræ omnes videntur jacere adhuc in tenebris, et lucem expectare. Spoponderat vero hic ipse Valentia in Academicis, eandem se Stoicæ de moribus doctrinæ impensurum esse operam. Ego, etsi vix dubitabam, quin illi id evenisset, quod plerisque scriptoribus, cum præsertim ejus operis nullam viderem, neque in Hispana Nic. Antonii bibliotheca, neque in aliis mentionem esse; tamen ne quidem omitterem inquirendo, datis in Hispaniam litteris, imploravi fidem amici summi ac popularis mei, Jacobi Antonii Fabri, qui illic nunc degit regiorum liberum præfectus; oravi, videret etiam atque etiam, num quod in Laurentiana regali bibliotheca vestigium ejus libri esset, cujus potiundi tanta me cupiditas tenebat. Respondit vir oppido eruditus ac diligens: perlustratis curiose scriniis omnibus, inventum prorsus nihil. Idoneo itaque artifici non deerit in explicatione Stoicæ doctrinæ labor, cui hactenus defuit idoneus artifex. *Olivetus.*

Cap. iv. § 15 *Ephippiis*] Ephippiorum nomine utimur, pro equi tegmine ad mollem vecturam parato, ut ait Nonius. Cato de Liberis Educandis, 'Mihi puero modica fuit una tunica et toga, sine fasciis calceamentum, equus sine ephippio.' Et notus est versiculus, 'Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.' Vocabulo 'acratophori' Varro utitur de Re Rust. lib. i. 'Ea minus sumptuosa vinea, qua sine jugo ministrat acratophoro vinum.' Ἀκρατοφορὸν Julius Pollux in catalogo poculorum ait esse, quod alii ψυκτῆρα, alii δῖνον ἐν ᾧ ἦν ὁ ἄκρατος, nominant, ubi vinum merum servabatur. *Morel.*

§ 16 *Fortuna fortes*] Subaudi 'adjuvat.' Proverbium est, cujus in Tuscul. ii. 4. mentio fit: 'Fortes enim

non modo fortuna adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis.' Admonet adagium, ait Erasmus, fortiter periclitandam esse fortunam; nam his plerumque res prospere cedere. *Idem.*

CAP. V. § 17 *A se diligendi*] In antiquo exemplari est *a se diligendo.* Idem.

Quam eodem usu imminutas] Forte, *easdem*, scilicet partes corporis. *Pearc.*

Arbitrantur] Cum nullus sit casus nominativus, qui præcedat aut sequatur hoc verbum, malim legere *arbitramur;* ut paulo ante dictum est 'putamus' et 'arbitramur.' *Idem.* *Arbitramur* habet liber Ms. *Ursin.*

§ 19 *Ipsæ res verba rapiunt*] Eorum probo conjecturam qui reponunt *ipsæ res verba pariunt.* Sic certe locutus est noster de Orat. II. 34. *Davis.*

CAP. VI. § 20 *Appellamus*] Legendum *appellemus;* quod etiam Th. Bentleio placuit. Post eam vero vocem in editione Victoriana ponitur hiatus indicium, Paulusque Manutius et D. Lambinus locum supplemento carere judicantes, reponunt *æstimaabile esse dicitur (sic enim, ut opinor, appellamus ἀξιωτὸν,) id quod, &c.* At ἀξιωτὸν Græcæ linguæ non est cognitum, Stoicique hac in re ἀξίαν ἔχον adhibent. Vide Plutarchum Advers. Stoic. pag. 1072. Stobæum Eclog. Ethic. lib. II. p. 173. 174. et Laërt. VII. § 105. 106. Revera nihil deest, Tulliusque subjicit, *sic enim, ut opinor, appellemus;* quoniam vocabulum *æstimabile* primus ipse finxit. *Davis.*

Quam ille ἀξίαν vocat] Si hæc est vera loci lectio, subintelligendus est Zeno; quem tamen Cato ex eo, quo in hanc disputationem ingressus est, ne semel quidem nominavit. Opinor igitur legendum esse *quam illi ἀξίαν vocant*, scilicet Stoici, quos Cato memoravit modo, et quorum dogmata hic explicaturus est. Huic vero conjecturæ favet id, quod infra in hoc ipso capite occurrit, 'quam appellant ἔννοιαν isti.' *Pearc.*

In qua primum inesse incipit et intelligi quid sit quod vere bonum possit dici] Vel auctoris mentem non assequor, vel hæc a sciolis corrupta sunt. Omnes Pall. Paris. pr. tert. Eliens. uterque, Med. C. C. C. Balliol. et editio Victoriana, *incipit et intelligit.* Ciceronem scripsisse suspicor, *in qua primum inesse concipit et intelligit id quod vere bonum possit dici. Nam simul vidit rerum agendarum ordinem; statuit in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum et expetendum bonum,* sicut Noster paulo post loquitur. Περὶ τῆς ὁμολογίας, sive τοῦ ὁμολογουμένως ζῆν, qui Zenoni finis fuit, agit Noster. *Davis.*

§ 22 *Ut enim, si cui propositum sit collimare, &c.*] In omnibus his de philosophia libris nullus est forsitan hoc vel obscurior, vel corruptior locus. Multi igitur editores multa ad eum sanandum et illustrandum excogitarunt: nec ita mihi mea placent, ut iis, quæ de hac re dicturus sum, satis expurgari locum credam. Ante vero, quam doceam quomodo locum legendum esse censeam, quatuor res dignæ notatu memorandæ sunt: 1. Cato hæc e media Stoicorum philosophia depromit: si qua igitur in his insit obscuritas, non ea Ciceronis verbis tribuenda est, sed rebus ipsis de quibus Cato Stoice agit. 2. 'Collimare' et 'collineare' inter se differunt: nam 'collimare hastam' idem significat quod dirigere hastam ad aliquem locum; 'collineare' vero, idem quod locum ferire. 3. Aliud est secundum Stoicos 'ultimum,' 'finis,' 'expetendum,' (nam idem hæc tria valent) aliud 'seligendum,' cum hoc de eo dicitur, quod non propter se, sed rei alius gratia fiat. 4. Stoici docuerunt, alium esse finem, alio tamen actiones esse referendas. Exempli

Digitized by Google

gratia; dixerunt omnia officia eo referri, ut adipiscamur principia naturæ, hoc tamen non esse bonorum ultimum. Sic Cato paulo supra in hoc ipso capite. Docuerunt (notante Plutarcho in libro Advers. Stoicos) ei, qui suum corpus ambulando exercet, aut medicina utitur, non finem esse ut sanus sit; sed huic exercitationem et medicinam finem esse sanitatis. Dixerunt etiam (secundum eundem Plutarchum) eum, qui sagittet, non omnia, quæ possit, facere, ut scopum attingat; sed ut omnia, quæ possit, feriat. His igitur præcognitis, ita locum legendum esse arbitror: *etenim, si cui propositum sit collimare hastam aliquo aut sagittam, huic omnia sunt facienda ut collineet: et tamen, ut omnia faciat quo propositum assequatur, hoc quasi ultimum dicimus; illud autem, ut feriat, quasi seligendum, non expetendum.* Cato hæc dicit, ut probet non esse Stoicis duo ultima bonorum: et ad hanc rem probandam profert exemplum collimantis hastam. Non est huic (inquit) finis, ut feriat; sed ut omnia faciat, quo propositum suum collimandi aliquo hastam assequatur: illud, ut collineet sive feriat, est 'seligendum:' hoc vero proprie 'ultimum' jaculatoris dicitur. Ridicula hæc sunt, fateor, sed Stoicorum ridicula; quapropter non est Ciceroni vitio dandum, si quid solito obscurius in his insit. Interim Mss. ex scriptoribus vitio dandum sit, obscura multo obscuriora facta esse, multaque in textum recepta esse, quæ inter lineas olim interpretamenti loco extarent. *Pearc.*

CAP. VII. § 24 *Nec enim gubernationi*] Artium ultimum cum sapientiæ ultimo non apte comparari posse docet: dissimilitudinem explicans. In artibus est et artificis habitus, et artis affectio. Cum habitu, sapientiæ nihil est commercii. Otiosus est enim habitus ille, nisi materiam in qua versetur, habeat. At sapientia in se tota conversa est: nihil ad se tuendam eorum quæ sunt externa, requirit. Est enim in animi cura et cogitatione posita, non in fortunæ temeritate: et non minus exercetur in rerum omnium penuria, quam in abundantia. Est quoque sapientia dissimilis artis effectioni. Cum enim suum munus ars effecit, et prodiit opus, jam ab arte ipsum alienum est, nec artis dignitatem amplectitur. At sapientiæ effectio, quæ est illa εὐλογιστία, in se omnes retinet sapientiæ numeros, imo ne nomen quidem sapientiæ amittit. Qui enim ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῇν didicit, is sapiens est, prudens, justus, fortis, et temperans, quæ sunt sapientiæ propria officia: Imo ipsam constituunt tuenturque sapientiam: et ea recte facta, sive κατορθώματα dicuntur. *Morel.*

§ 25 *Nihil esse, quod intersit, aut differat aliud ab alio*] Legerim *nihil esse quod intersit, aut quo differat aliud ab alio.* Vide Tuscul. I. 11. et infra III. 15. *Davis.*

CAP. IX. § 30 *Singulis singulas*] Si legamus *singuli*, et sententia erit planior, et explicatio facilior: singuli enim intelligentur Aristoteles, seu Peripatetici, Callipho, Diodorus, qui virtuti res singulas ex illis tribus addiderunt. Sic igitur legendum arbitror, *singuli singulas addiderunt, &c.* Lamb.

§ 31 *Tollatur omnis ea*] Nihil obscuritatis in sententia; in elocutione fortasse aliquid desiderarem; hoc enim, *quid apertius quam tollatur omnis prudentia*, recedere videtur ab usu Latinæ linguæ. Usitatum autem erat, *quid apertius quam tolli omnem prudentiam.* Consului veteres libros; nihil adjumenti. *Manut.*

§ 32 *Sed in cæteris artibus cum dicitur artificiose*] Effectorum quæ ab artibus et quæ a sapientia in convenienter naturæ vivendo posita proficiscuntur, discrimen aperit. Quod artis effectum, arte ipsa posterius

Digitized by Google

sit et inferius: at quod sapiens sapienter efficit, non posterius gignatur, quam ipsa unde proficiscitur sapientia: quodque virtutis munus, id virtutis omnibus partibus sit absolutum et perfectum. Nam ut non ad perfectionem progrediatur sapientia, tamen ubi statim προαίρεσις munus suum præstitit, in convenienter naturæ seligendo, appetendo, &c. jam sapientiæ est effectio. Eam enim foras, ut perficiatur, non est necesse exire, sed apud se ipsa manens, etiam recta efficit, dum εὐλόγως propria instituit et proponit munera. At artis non extat munus ullum, quod non extrinsecus fiat, quod non artem relinquat. *Morel.*

Adprimo] Originem hujus adverbii, quod ejusdem formæ et significationis est, ac 'profecto,' Gellius ostendit, Noct. Att. VII. 7. Videri autem potest Cicero id prætulisse, quod, ut antiquum, Catonis erat consuetudini atque ingenio magis consentaneum. Victorius, Manutius, Lambinus, non *adprimo*, sed *apprime* ediderunt. *Olivet.*

CAP. X. § 33 *Motum aut statum esse dixit e natura absoluta*] Non invitus fateor me nihil sensus ex his verbis posse elicere. Arbitror sane Ciceronem sic scripsisse, *motum aut statum esse dixit natura absoluti*, id est, ejus quod est absolutum natura. Diogenes (ut paulo ante dicitur) definivit 'bonum id quod esset natura absolutum:' hujus igitur est consequens, ut idem definiendo diceret 'illud, quod prodesset, motum aut statum esse natura absoluti.' *Peare.*

Hoc quarto, quod extremum posui bonum, notitia facta est] Sic Victorius et Gruterus ediderunt, nec aliter omnes fere codices. Quid autem sibi velint hæc verba, plusquam Œdipus sit oportet, qui dixerit. Quid autem in mente Noster habuerit, docet cum paulo post ait 'animum collatione rationis ad notionem boni pervenire.' Ms. Scaligeranus et Eliens. pr. *quod extremum posui bonum boni notitia factum est.* Lego *hoc quarto, quod extremum posui horum, boni notitia facta est.* Quin et Lambinus exhibuit, *quod extremum posui, boni notitia facta est:* idque non male. Alii, *bonorum notitia:* parum recte. *Davis.*

§ 34 *Non accessione neque crescendo*] Hoc ex eo sequitur, quod Stoicis omnia bona sint æqualia. Diogenes Laërt. VII. 101. Vide sis et infra cap. 14. ac Senecam Ep. 76. *Idem.*

CAP. XI. § 37 *Qui majorum aut Africanorum*] Legendum *qui Manliorum aut Africanorum;* ut recte conjecit eruditissimus vir Joan. Clericus; nam, nisi fallor, illud *majorum* lectori semel monito non potest non incommodum videri. De Manliis Torquatis habuimus supra I. 7. et II. 19. *Davis.*

Proavi mei] Ne quis ideo mendum subesse suspicetur, quia Cato Censorius, quem Cicero significat, multo antiquior fuerit quam proavus; nam est hoc familiare Ciceroni, ut 'proavos' appellet ab ejus ætate longissime remotos; ut in epistola ad Appium, Fam. III. 11. 'Si censor es, de proavo multum cogitato tuo,' cum de Appio Cæco, qui Pyrrhi pacem dissuasit, eum loqui constet. *P. Manut.*

CAP. XII. § 40 *Scio enim esse quosdam, qui quavis lingua philosophari possint; nullis tamen partitionibus*] Nihil est apertius quam legi debere, mutatis particularum sedibus, *Scio tamen esse quosdam, qui quavis lingua philosophari possint; nullis enim partitionibus, nullis definitionibus utuntur.* Ad Epicureos respicit. Vide supra II. 2. 9. 10. *Davis.*

§ 41 *Complecti*] Pall. nostrique Paris. pr. tert. C. C. C. Med. et Eliens. *compleri beatam vitam.* Recte sine dubio; quod etiam Gruterus statuit. Id arripiens Guietus, reponit, *nostri eo, quod æstimatione omnino aliqua dignum*

Digitized by Google

sit, compleri vitam beatam putent. Sed hæc emendatio, non minus ac vulgata scriptura, Stoicorum sententiæ prorsus adversatur; nam, cum Peripatetici bona tripartito diviserint, nec sine corporis firmitate fortunæque stabilitate compleri vitam beatam posse censuerint, honestum Stoicis solum bonum videbatur, eoque vitam beatissimam putabant effici, nec in alio loco τὰ ἀξίαν ἔχοντα, quæ Cicero vocavit *æstimabilia*, quam *ἐν ἀδιαφόροις, in indifferentibus*, ponebant. Vide modo nostrum infra cap. 15. 16. Laërt. VII. 185. et Stobæum Eclog. Ethic. lib. II. pag. 172. seq. Hoc quod fugit interpretes, nonnullis librariis fuit cognitum: quapropter Eliens. sec. habet *complecti beatam vitam non putent.* Sed ineunda est alia corrigendi ratio. Paris. pr. sec. *nostri non quod æstimatione omnino aliqua dignum sit.* Pal. pr. *nostri non quod ex omni æstimatione aliqua dignum sit.* Leges oportet, *nostri non ex omni, quod æstimatione aliqua dignum sit, compleri beatam vitam putent.* Adi Tusc. v. 13. 14. 16. et Gellium XVIII. 1. *Davis.*

CAP. XIII. § 44 *Etenim si valere et sapere magis expetendum sit, quam sapere solum*] Hic locus varie legitur. In nonnullis codicibus in hunc modum, *etenim si valere et sapere magis expetendum sit, quam sapere solum; neque tamen si utrumque sit æstimatione dignum, pluris sit conjunctum, quam sapere ipsum separatim. Nam, &c.* In veteri codice sic legitur, *etenim si et sapere expetendum sit et valere, conjunctum utrumque magis expetendum sit, quam sapere ipsum separatim. Nam qui valetudinem æstimatione aliqua dignam judicamus, neque tamen, &c.* Alii codices plura habent, in hunc modum; *etenim si et sapere expetendum sit, et valere; conjunctum utrumque magis expetendum sit, quam sapere solum: neque tamen si utrumque sit æstimatione dignum, pluris sit conjunctum, quam sapere ipsum separatum. Nam qui valetudinem æstimatione aliqua dignam videamus, neque tamen eam, &c.* Morel. Hoc modo tamen aliquid manifeste deest. Ut autem locum recte capiamus, reminiscamur oportet virtutes solas Stoicis *αἱρετὰς, expetendas*, videri; cum res ἀδιάφοροι, *indifferentes*, et quæ nec bonæ nec malæ sunt, *ἀξίαν ἔχωσι, ληπταὶ ὦσι, καὶ ἐκλέγωνται· æstimatione dignæ, sumendæ sint, et eligendæ.* Vide Nostrum IV. 8. Stobæum Ecl. Ethic. pag. 170. et Plutarch. de Repugn. Stoic. pag. 1042. *Davis.*

CAP. XV. § 48 *Utrumque eorum fundi*] Seneca Epist. 74. 'Quod rectum est, nec magnitudine æstimatur, nec numero, nec tempore: non magis produci, quam contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe, et in unum diem coge: æque honesta est. Modo latius virtus funditur; regna, urbes, provincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia: modo arcto fine circumdatur paupertatis, exilii, orbitatis: non tamen minor est, si ex altiore fastigio in privatum, ex regio in humilem subducitur,' &c. Forsan 'in privatum statum, ex regio in humilem subducitur.' Vide Lipsium Manud. ad Philos. Stoic. III. 3. *Davis.*

§ 49 *Divitias autem Diogenes*] Diogenem intellige Babylonium, Chrysippi auditorem, et Antipatri magistrum, magnum et gravem Stoicum, qui aliquando Romam ab Atheniensibus cum Carneade legatus missus est, adolescentibus Scipione et Lælio, ut est in Tuscul. a Cicerone scriptum. Ejus sententiam de divitiis ad voluptatem et valetudinem gignendam non modo valentibus, sed etiam ut retineantur et serventur vim habentibus, non recte accommodari posse ad virtutem et artes, dissimilitudine ostendit. Dictum est antea quæ Stoicis τὰ μέσα dicuntur,

Digitized by Google

ἀρχὰς εἶναι τῶν καθηκόντων: in officiis vero et recte factis neminem ea continere possunt. Addit rationem, bonum non nisi a bono contineri posse. Ea vero media neque in bonis esse, neque in malis. *Morel.*

Cap. xvi. § 52 *Vel promota et remota .... vel præcipua, et illa rejecta*] Lambinus legit *vel promota, ut illa remota.* Bene: nam *remota* ἀποπροηγμένα proprie opponuntur *promotis* προηγμένοις. Insuper tamen (id quod illum, acutissimum licet, fugerat) legendum arbitror, *vel præcipua, ut illa rejecta:* eadem enim ratione hæc mutanda esse videntur, atque illa. En totam sententiam eo modo, quo scripsisse Ciceronem arbitror: *quæ vel ita (producta) appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota, ut illa remota; vel (ut dudum diximus) præposita vel præcipua, ut illa rejecta.* Pearc.

Cap. xviii. § 59 *Quod quoniam nunquam fallitur*] Lego *qui quoniam nunquam, &c.* ut pronomen ad *sapientem* referatur. Et ita legendum suspicatur Guietus, nisi forte *quod quoniam* sit additamentum. *Davis.*

Erit autem etiam inchoatum] Vel cum Lambino deleatur *autem;* vel legatur, *erit item etiam inchoatum.* Idem.

Facit recte factum] Lambinus emendavit *fit recte factum.* Mihi placet *evadit recte factum;* quod litterarum ductus a Tullii manu fuisse suadet. *Idem.*

§ 61 *Desciscere a vita .... quod est convenienter naturæ vivere*] Qui non discedit e vita, cum discedendum sapientia præcipit, non vivit convenienter naturæ: ergo qui tum discedit, quando debet, vivit convenienter naturæ. Non vivit quidem, postquam discessit e vita, sed vivit, cum discedendi consilium capit. *Anon.*

Cap. xix. § 62 *Natura fieri*] Quod et convenienter naturæ, et ut obsisterent Epicuro, statuerunt Stoici. Negabat enim Epicurus illam naturalem φιλοστοργίαν ad hominem pertinere. Ideo, ne liberos alerent sapientes, jubebat. Noverat, ait Epictetus, fore, ut si semel liberi susciperentur, non in nostra esset potestate eos non amare, eos non tueri, eos non educare, &c. *Morel.*

§ 63 *Pinna*] Plin. ix. 42. Concharum, inquit, generis et pinna est. Nascitur in limosis subrecta semper, nec unquam sine comite, quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacem; is est squilla parva, alibi cancer dapis assectator. Pandit se pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piscibus præbens. Assultant illi protinus, et ubi licentia ac audacia crevit, implent eam. Hoc tempus speculatus index, morsu levi significat. Illa ore compresso, quicquid inclusit exanimat, partemque socio tribuit. *Idem.*

§ 64 *Quo minus, ipsis mortuis, terrarum omnium deflagratio consequatur*] Græcus, ad quem respexit, versus est, Ἐμοῦ θανόντος, γαῖα μιχθήτω πυρί. Extat apud Sueton. Nerone cap. 38. Dion. lib. lviii. et Joan. Xiphil. in Epit. Hic idem versiculus in mentem fuit Senecæ de Clement. ii. 2. *Davis.*

Cap. xx. § 65 *Ad naturalem communitatem esse natos*] Homines *ad naturalem natos esse communitatem* vix, ut opinor, Cicero diceret. Igitur vel vocem *naturalem* delendam puto, vel legendum *ad civilem communitatem esse natos.* Paulo post: 'Inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti et consociati sumus.' Vide sis et N. D. ii. 31. *Idem.*

§ 68 *Ne amores quidem sanctos*] Eleganter mihi videtur Panætius respondisse adolescentulo cuidam quærenti, an sapiens amaturus esset? 'De sapiente,' inquit, 'videbimus: mihi et tibi, qui adhuc a sapiente tam longe absumus, non est committendum ut incidamus in rem commotam, impotentem, alteri emancipa-

Digitized by Google

tam, vilem sibi.' Seneca Ep. CXVI. *Olivet.*

Cynicorum] Κυνιεῖν σοφὸν, pro Stoicorum sententia, testantur Diogenes Laërt. VII. 121. et Stobæus Eclog. Ethic. p. 184. Et sane, præter Arrianum, Cynicam vitam summopere laudat Maximus Tyrius Dissert. XX. A Stoicis nulla fere re differebant, nisi quod sordibus et impudentia gauderent, in propatulo res Veneris exercerent, in sermone decori rationem non haberent, et dialecticam, physicam, disciplinasque liberales spernerent. Vide Laërt. VI. 103. 104. Lactant. Div. Inst. III. 15. ac Epitomes cap. 39. denique Ciceronem Offic. I. 35.41. In vestitu quoque nonnulla fuit discrepantia, de qua consule Juvenal. XIII. 121. *Davis.*

CAP. XXI. § 72 *De bonis et malis diceremus*] Omnino legendum *disseremus*, ut optime Jos. Scaliger emendavit. *Idem.*

Ars ea, quæ tollit hæc] Cui teretes aures sunt, intelligensque judicium, is non dubito quin hoc magis probet, accedente libri veteris auctoritate, quam illud vulgo receptum *ab his ea quæ tollit hæc.* P. Manut. Vulgo *ab his ea quæ tollit, &c.* Multis autem parasangis elegantior est lectio, quam præstant Scaligeri codex et Eliens. quamque Manutius in Ms. repertam probavit. *Davis.*

CAP. XXII. § 73 *Tempori parere*] Sic aliorum, sic etiam nostri Mss. Verumtamen, probante Grutero, Victorius legit *tempori parcere.* Prius itaque audiamus virum doctissimum, quam sententiam dicamus. Sic igitur ille Var. Lect. XI. 19. 'Vereor ne *parcere* pro *parere,* injecta in medium indefinitum verbum littera, legi debeat . . . Nam qui præcepta hæc septem Sapientium tradiderunt, χρόνου φεῖδου in illis posuere; nullum autem quod respondeat huic, si, ut nunc in omnibus libris est, *parere* legatur, attulere. Ut Sosiades, qui plurimas ipsorum ὑποθήκας hujuscemodi collegit. Leguntur autem illæ apud Joannem Stobæum in lib. III. Præterea Clemens Alexandrinus in primo Stromate [immo Strom. v.] hujus vocis mentionem fecit, ubi docet, brevibus quibusdam acutisque dictis Sapientium virorum magnarum rerum sensum contineri, ut hac ipsa χρόνου φεῖδου.' Hæc et plura huc spectantia vir eruditissimus; nec reniterer, si modo scripti codices faverent. Cum autem magno consensu vulgatam lectionem retineant, eam loco movendum non puto. Cicero Fam. IV. 9. 'Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum.' Et ad Attic. VII. 18. 'Stomachari desinamus, tempori pareamus, cum Pompeio in Hispaniam eamus.' *Davis.*

Sequi Deum] De hoc effato plura suppeditabunt Just. Lipsius ad Senecam de Vit. Beat. cap. 15. Th. Gatakerus ad Antonini VII. 31. et Ren. Vallinus ad Boëtii Cons. lib. I. Pros. 4. *Idem.*

Se noscere, et nihil nimis] De celeberrimis hisce præceptis sat multa collegit Menagius ad Laërt. I. 40. 41. *Idem.*

§ 74 *Quid non sic aliud ex alio nectitur, ut non si ullam litteram moveris, labent omnia*] Quod a quibusdam dici solet, duplicem negationem tam apud Latinos aliquando, quam apud Græcos, affirmative significare; id in hujusmodi sententiis, quæ interrogatione fiunt, vix alibi occurrere arbitror. Ne igitur hæc prorsus contraria Catonis menti sonent, legendum censeo, *quid non sic aliud ex alio nectitur, ut, si ullam litteram moveris, labent omnia?* scilicet hoc vult Cato, fore ut omnia labent, si commutaris vel unam litteram. Deleo posterius *non;* meæque conjecturæ fidem facit id, quod Noster dicit in IV. 19. 'Et ais, si una littera commota sit; fore, tota ut labet disciplina.' *Pearc.*

Digitized by Google

§ 76 *Ullum tempus ætatis*] Optime vir Cl. Th. Bentleius reposuit *ultimum tempus ætatis*, nisi forsan eodem sensu malis *summum tempus ætatis*. Martialis x. 47. 'Summum nec metuit diem, nec optat.' *Davis.*

Crœsum monuit] Vide supra, II. 27.

Usque ad illum a Cyro exstructum rogum] In quo Crœsus incenderetur. Herodot. lib. I.

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

LIBER IV.

Cap. I. §1 *Non est facile perdiscere*] Sic omnes quidem habent libri, et Mss. et typis impressi. Sed quid sibi vult hoc *perdiscere?* aut quomodo hic locum habere potest? Videtur enim potius scribi debere *dissolvere*, *subvertere*, aut *evertere*, aut aliquid aliud tale; nisi forte dicamus, hoc esse referendum ad oratorum et patronorum consuetudinem, quos non solum ejus, pro quo dictum erat, sed etiam adversarii jura et argumenta *perdiscere* oportebat, ut eis respondere possent. Quod ea quæ sequuntur, comprobant. *Lamb.*

Nova lege] Novam legem dicit Pompeianam, ut arbitror, de qua est apud Asconium in Milonianam; et de qua in Bruto, cap. 94. *Morel.*

Cap. II. § 4 *Materia tantum*] Materiam virtutum fecerunt Peripatetici τὰ πάθη, *animi commotiones:* quæ, quia variæ sunt, varias genuerunt virtutum species. Nam virtus omnis ratio est, quæ actionibus et illis animi vehementibus motionibus modum adhibet: quam multi unam tantum fecerunt virtutem, quam prudentiam nominarunt, et pro varietate rerum in qua versaretur, aliis atque aliis nominibus appellarunt. Si enim in eo occupetur, ut suum cuique distribuat, appellari justitiam: si in moderandis doloribus et periculis honestatis causa, fortitudinem. Itaque qui unam earum habeat, reliquas item habere: et qui unam amiserit, nullam eum habere censuerunt. *Morel.*

Ad meliorem partem] Quid sibi hæc verba velint *ad meliorem partem*, non dispicio. Omnino mihi suspecta sunt. *Lamb.*

Cap. III. § 6 *De spinas vellentium*] Sine remigio librorum bibliothecis insepultorum locum velle constituere, mera Grutero videtur insania. Sit sane: tamen insaniamus, dum nec nobismet ipsis, nec aliis noceat hæc insania. Forsan itaque Cicero scripsit, *de virtute omni, non hominum more spinas vellentium;* nam 'fortitudinem' jam memorarat, ut huic verbo non sit locus. Eliens. habet *de animis hominum spinas vellentium;* sed in ea lectione nihil opis video. *Davis.* Petrus Marsus legit *de fortitudine: nec more hominum vellentium spinas, ut, &c.* Morel.

§ 7 *Quid ille incendat*] Sic distinguo, *Quid? ille incendat?* Lamb.

Illorum vero ista ipsa quam exilia de virtutis vi! quam, &c.] Primum iterari non placet *ista ipsa;* deinde illud *de virtutis vi* distinguendum ab antecedentibus et cum sequentibus conjungendum existimo, ut legatur et distinguatur hoc modo, *Illorum vero quam exilia! de virtutis vi, quam tantam volunt esse ut beatum per se efficere possit, pungunt, quasi aculeis, &c.* Manut.

Digitized by Google

Cap. v. § 11 *Sed etiam molestiam quandam cognitio rerum cælestium affert*] Deesse videtur particula causalis: qua de causa Lambinus conjecit, *sed quod et modestiam*; ego, *sed et quia modestiam quandam, &c.* Davis.

§ 12 *Zeno id dixit esse ignem*] Vide Acad. I. 12. N. D. II. 9. III. 14.

Cap. vi. § 15 *Quod virtute fruitur*] *Finitur* pro *fruitur* habet vetus liber. *Ursin.* Hoc est, τελειοῦται, *perficitur, absolvitur.* Davis.

Cap. xii. § 30 *Quo hæc adjecta sint*] Conjectabat Gruterus, scripsisse Ciceronem *quoi.* Et videri potest non improbabile; cum testetur Velius Longus, lib. de Orthograph. scripsisse veteres *quoi*, quod nunc scribimus *cui.* Illud *quoi* placuisse Lucretio, Catullo, Ciceroni, Virgilio, probant grammatici. Creditu facile est, cecidisse inter librariorum manus extremam litteram, et ubi erat *quoi* remansisse *quo.* Atenim observat Jac. Perizonius, Sanct. Minerv. III. 14. *quo* veterem esse dativum pronominis *qui* omnium generum, a plerisque habitum loco adverbii, atque gravi apice notatum. *Anon.*

Ampulla] Vasculum vinarium e corio. Gestabatur a Cynico, mendicisque. Plaut. Pers. I. 3. 'Cynicum esse egentem oportet parasitum probe, Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium, marsupium habeat,' &c. *Morel.*

Cap. xv. § 40 *At enim jam dicitis*] Manutius, *At enim veram dicitis, &c.* quam scripturam non improbo, et eam confirmant nostri libri, quamvis depravati. Sed codex Memmianus tollit omnem dubitationem, in quo scriptum est *Atenim natura dicitis, &c.* Lamb.

Cap. xvi. § 43 *Quod ea non occurrentia fingunt, &c.*] Magis, opinor, ad mentem loquentis legas mutato verborum ordine, *quod ea occurrentia non fingunt, vincunt Aristonem.* Stoici erant, qui non fingebant ea occurrentia: Aristo, qui fingebat. Sic Noster paulo ante: 'Aristo introduxit, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quod cuique in mentem incideret, et quodcumque tanquam occurreret.' Sic et paulo infra: 'Ille (Aristo) occurrentia nescio quæ comminiscebatur.' Hæc igitur, de quibus agimus, cum de Stoicis dicantur, particula negativa non cum voce *occurrentia*, sed cum *fingunt* debet conjungi. *Pearc.*

§ 45 *Si quidpiam, nisi quod honestum sit, numeretur*] Lambinus duabus vocculis adjectis, rescribit *numeretur in bonis.* Certe deest simile quiddam; nisi forsan id Cicero subaudiendum reliquerit. *Davis.*

Cap. xviii. § 50 *Quo nihil putatis esse vitiosius*] Inter editores satis constat hunc locum esse corruptum; Cicero enim hæc de Stoicis dicit, quibus iste sorites vehementer placuit, quique eo perpetuo fere usi sunt. Ergo illud ad Stoicos vere dici non potuit, *quo* (sorite) *nihil putatis esse vitiosius.* His de causis Davisius ex uno Ms. legit, *quo nihil putatis esse melius.* Aliam viam alius vir doctus tentat, legendo, *quo nihil putamus* (sc. nos Academici) *esse vitiosius.* Si mihi etiam conjicienti detur locus, malim legere, *in quo nihil putatis esse vitiosius.* Satis notum est comparativum vice positivi sæpius usurpari: hinc per vocem *vitiosius* intelligat lector *solito vitiosius.* Omnis sorites a Cicerone credebatur *vitiosus* (vid. Acad. II. 16.) hic vero cæteris *vitiosior.* Solet noster ita comparativo uti, ut v. 15. 'animadvertunt ea, quæ domi fiunt curiosius.' Alibi idem notandum est. *Pearc.*

Hebes illorum] Vide Mureti Var. Lect. IV. 13.

Cap. xix. § 55 *Consequentibus*] Sic lego et distinguo: *Sic, consequentibus vestris sublatis, prima tolluntur. Quæ sequuntur igitur,* (nempe illa, *Omnes, &c.*) *cum magnifice primo*

Digitized by Google

dici, &c. Th. Bent.

Sensus enim] Horat. I. Sat. III. 96. 'Queis paria esse fere placuit peccata, laborant, Cum ventum ad verum est: sensus, moresque repugnant, Atque ipsa utilitas,' &c.

Cap. XX. § 56 *Pœnulus*] Non Pœnulum vocat Noster Zenonem, quod callidus esset; sed appellatione diminutiva propter contemptum utitur. Alioqui cognomine 'Pœnus' sive φοίνιξ appellabatur, ut tradit Suidas. Vide sis et Laërt. VII. 3. *Davis.*

§ 58 *Verbis illi commodius utuntur*] Lego, *verbis illi commodis* (Lamb. *commodioribus*) *utantur;* nam Latinitas, nisi fallor, haud sinit, ut indicandi modum Tullius adhibeat. *Davis.*

Cap. XXI. *Partim * * quæ voluptatem habeant in omni animante, sed in homine rationem etiam*] Silent interpretes, nihilque juvant codices. Lambinus quidem edidit *partim habere, quæ voluptatem habeant, &c.* Mihi locus non videtur integer. At licet eum mendosum esse video; quæ tamen ineunda sit emendandi via, non intelligo. Defectus tamen apposui notam, quod librarii nonnulla prætermisisse videbantur. *Idem.*

§ 59 *Posse: valetudinem autem, pulchritudinem, celeritatem, vires corporis, divitias, et cæteras res hujus generis, non faciles illas quidem, &c.*] Post *obteri posse*, et ante *faciles illas quidem*, erat lacuna in uno libro manuscripto, longe omnium antiquissimo; quæ sic in ora libri aliena manu, ut videtur, expleta est, ut jam olim edidimus. *Lamb.*

Non faciles illas quidem, nec contemnendas] Hoc fortasse vident alii quo referatur: mihi, homini non acuto, tenebras esse confiteor. Quod si legatur cum Sigonii libro *non facilia illa quidem, nec contemnenda;* nemo erit tam hebes qui hæc non cernat ab iis pendere *quæ dura, difficilia, adversa videantur.* P. Manut. Nisi forsan hic quædam desint, quod equidem vehementer suspicor; ductu libri Sigoniani, qui dabat *non facilia illa quædam, nec contemnenda*, rescripserim, *non ut futilia illa quidem et contemnenda .... sed ut hoc judicaremus, &c.* Davis.

§ 60 *Beatam autem vitam eam solam, quæ cum virtute degatur*] An igitur Academici vel Peripatetici vitam beatam sine virtute posse fieri concedebant? Nullo modo. Pro Zenonis itaque sententia legas oportet, *beatam autem vitam eam quæ sola cum virtute degatur.* Idem.

Cap. XXIII. § 62 *Neque tamen pluris, quam illis videatur*] Hic vel Tullii calamus, vel librarii deerrarunt; nam sensus omnino flagitat *neque tamen minoris quam illis videtur, qui illud non dubitant bonum dicere.* Scilicet Stoici, quod illis philosophis passim exprobrat Cicero, *non minoris ea, quæ præposita vocabant*, fecere, quam Peripatetici, qui eadem 'bona' dicebant. *Idem.*

Barbati] Quidam edunt *barbari:* alii melius *barbati.* Et apparet, inquit Erasmus, apud Romanos, proverbiali loco, barbatos dici consuesse, homines priscis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quod illic sero receptum sit barbam radere aut tondere. Huc spectat, quod ait Juvenal. 'Facile est barbato imponere regi.' *Morel.*

§ 63 *Nihilo miseriores esse*] Cum Davisius censuerit Ciceronem hæc de Academicis, non de Stoicis, dicere, istud *nihilo* mutare voluit in *nimio.* Guietus vero legit *non nihilo*, item alius vir doctus *non paulo*, vel *multo.* Nempe hi omnes id unice curarunt, ut ea, quæ crederent dicta esse de veteribus Academicis, ad veritatem opinionum eorundem accommodarentur. Et mihi quidem videntur hæc de Stoicis dicta, nihilque censeo mutandum esse, modo parenthesin sic interjiciamus sententiæ: *Stoici hæc videlicet viderunt (illos autem id fugerat superiores) qui arbitrabantur ho-*

Digitized by Google

mines sceleribus et parricidiis inquinatos nihilo miseriores esse, quam eos, qui cum caste et integre viverent, nondum perfectam illam sapientiam essent consecuti. Hoc Stoicorum placitum consequens est ejus, quod Cato dixerat in III. 14. 'Ita qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilominus in miseria est, quam ille, qui nihil processit.' *Pearc.*

Cap. xxv. § 68 *Contra Aristonem*] Hujus disputationis Chrysippi contra Aristonem, plura Galenus lib. VII. de decretis Hippocratis et Platonis. *Morel.*

Cap. xxvii. § 75 *Si nulla earum ita contenta numeris sit*] Quid loci possit esse *numeris*, equidem nullus intelligo. Paris. pr. tert. et Eliens. *contenta nervis sit.* Lego *si nulla earum ita contentis nervis sit.* Hoc certe melius videtur, quam si cum Lambino vocem penultimam funditus expunxeris. *Davis.*

Omnes æque incontentæ sint necesse est] Particula *æque* ad nomen *omnes* referri potest, ut sit sensus, æque contingit omnes ut incontentæ sint: et ita non efficitur, quod Stoici volunt, peccata paria esse; sed tantum inde colligere possis, pariter esse peccata, id est, similiter peccati nomine omnia appellari. Si vero illud *æque*, ad verbum *incontentæ* pertineat, jam quod assumitur, falsum est: et ita consequens necessario verum esse non concluditur. Debet enim omnis ratiocinatio, quæ fidem factura sit, ex veris et concessis proficisci. Præclare M. Tullius hanc ἀμφιβολίαν dissolvit: qua in re quantum arte disserendi valuerit, satis ostendit. *Morel.*

Cap. xxviii. § 77 *L. Tubulum*] De quo supra II. 16. et Nat. Deor. I. 23. III. 30.

Et quasi nihil] Siquidem præcessit *quasi vero aut concedatur;* hic omnino legendum *aut quasi nihil,* ut vir eruditus Th. Bentleius recte monuit. *Davis.*

§ 78 *Re eadem defendunt quæ Peripatetici; verba tenent mordicus*] Quomodo possunt Stoici Peripateticorum verba mordicus tenere, si nova verba finxerunt, et quæ illi bona appellant, hi proegmena, seu producta; quæ illi mala, hi apoproëgmena, sive rejecta nominarunt? Omnino hic locus mendo non vacat: quod sic fortasse purgari possit, *re eadem defendunt, quæ Peripatetici et tenent mordicus: verbo non item: quæ rursus, &c.* vel, *re eadem defendunt, quæ Peripatetici et tenent mordicus: verbo deserunt, quæ, &c.* Conjecturam probabiliorem faciat lector ingeniosus; mihi satis est, mendum quasi digito indicasse. *Lamb.* Paris. *verba sibi tenent mordicus.* Et revera deest simile vocabulum. Cum vero mox recurrat idem illud, forsan in eo tantum vitiosi sunt plerique Mss. quod *sibi* suam non assignent sedem. Totum igitur locum sic lego: *verba sibi tenent mordicus; quæ rursus dum evelli, &c.* Davis.

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

LIBER V.

Cap. I. § 1 *Antiochum*] Antiochum Ascaloniten, quem Plutarchus, ut hominem eruditissimum, ingeniosissimum, eloquentissimum, veteris Academiæ illis temporibus principem, in Lucullo commendat. Hic scripsit librum ad Q. Lucilium Balbum, quo contendebat Stoicos cum Peripateti-

Digitized by Google

cis re concinere, verbis discrepare. Cic. Nat. Deor. lib. I. *Muret.*

Ptolemæum] A Ptolemæo Lagi filio conditum: Pausanias in Atticis. *Idem.*

A Dipylo] Porta ea velut in ore urbis posita, major aliquanto patentiorque quam cæteræ est: et intra eam, extraque latæ sunt viæ: et extra, mille ferme passus in Academiæ gymnasium ferens. Liv. lib. XXXI. *Muret.*

§ 2 *Œdipodis*] Locus ad quem respicit Tullius, extat in Sophoclis Œdip. Colon. vs. 1. seq. *Davis.*

Vivorum memini] Vide Petronium Sat. cap. 43. et 75. ac Erasmum Adag. Chil. I. Cent. II. 52. *Idem.*

CAP. II. § 4 *Pythagoræ ipsum illum locum, ubi vitam ediderat*] Finierat. Vide J. Fr. Gronovium ad Gell. III. 15. De re ipsa sic Justinus XX. 4. 'Pythagoras autem, cum annos XX Crotonæ egisset, Metapontum migravit, ibique decessit.' Tam vero de loco, quam de modo, quo mortem Pythagoras obiit, varia tradunt auctores. Vide Menag. ad Laërt. VIII. 40. *Idem.*

Carneades] Nemini dubium esse potest, quin legendum sit *Charmades.* Quomodo enim Cicero Carneadem videre potuisset, quem Crassus non viderat? H. Valesius, Emend. I. 29. Vide quæ annotavit Pearcius de Orat. I. 11.

CAP. V. § 12 *Quia duo genera librorum sunt*] Primum genus appellabatur ἐξωτερικὸν quod vulgares continebat disputationes, et quæ erant scriptæ negligentius, adque captum popularem accommodatæ; quodque omnibus legendum proponebatur. In iis autem libris prooemiis Aristoteles utebatur, ut ad Atticum scribit Cicero. Alterum genus ἀκροαματικὸν, in quo philosophia remotior, subtiliorque tractabatur: id ad vulgi intelligentiam minime aptum erat. Priori generi exercendo vespertinum tempus, posteriori matutinum dabat: et quia utroque tempore ambulans disserebat, illum δειλινὸν περίπατον, hunc ἑωθινὸν nuncupabat. Quam rem latius Gellius XX. 4. persequitur. *Morel.*

Theophrasti de beata vita liber] Vide Acad. I. 10. Tuscul. V. 9.

CAP. VI. § 16 *Negabat ullam esse artem, quæ ipsa a se proficisceretur*] Carneades, qui infenso in Stoicos fuit animo, quos semper studiosissime refellebat, ut inprimis, quæ sunt secundum naturam, esse finem bonorum constitueret, negabat, artem vivendi quæ est sapientia, in se conversam esse: quia ne id quidem fiat in cæteris artibus. Quod de aliis quidem artibus Stoici fatentur: sic enim aiunt, πᾶσα τέχνη καὶ δύναμις προηγουμένων τινῶν ἐστι θεωρητική. Sed addunt, ut ex eo genere sejungant sapientiam, id est, artem vivendi, ὅταν μὲν μὴ ὁμοειδὴς τοῖς θεωρουμένοις καὶ αὐτὴ, alioqui ἀναγκαίως, inquiunt, καὶ αὑτῆς γίνεται θεωρητική· id est, *nulla ars est, nullaque facultas, quæ non in rebus quibusdam antecedentibus versetur, ac spectetur:* quod verum est, quando non est ea ejusdem generis sive formæ, cujus res illæ quas ipsa tuetur: alioqui, necessario ipsa in se converteretur, a seque proficisceretur. Quod si de effectionibus agatur, meminerimus quid lib. III. dictum sit a Catone, sapientiam non foris petere extremum, id est, artis effectionem: eam enim et animi magnitudinem complecti, et justitiam, et uno nomine omnes numeros virtutis continere: quod idem in cæteris artibus non fiat. Fatentur ergo id de reliquis artibus Stoici: de arte vivendi negant. Dum ergo progreditur; quasi hoc constituto, Carneades, docens inprimis illis suis naturalibus versari, indeque constitui sapientiam, frustra ex minime concessis progreditur, si cum Stoicis agat. Peripatetici id libentissime amplectuntur, quibus in virtute satis esse causæ non videtur,

Digitized by Google

ut beatam vitam efficiat. Omnes a recta via deflectentes, labuntur, ac in contentiosas incidunt disputationes, e quibus se non bene extricant. *Morel.*

Cap. vii. § 19 *Alii rursus iisdem a principiis omne officium referunt*] Junctos fines bonorum exposuerunt nonnulli: alii ad voluptatem virtutem adjungentes; alii ad doloris vacuitatem; alii ad prima naturæ: quæ Varroni, ut ait Augustinus, primigenia nominabantur. Varro autem longius has producebat sententias. Aut enim cum ad voluptatem accedit virtus, ita accedere potest, ut præferatur, aut ut postponatur, aut ut juncta æquetur: ita tres existent sententiæ. Præterea ex adjunctione ejusdem virtutis cum primogeniis illis aliæ tres: et si conferatur quoque cum Epicuri voluptate, tres insuper emergent: quæ omnes in duodenarium numerum sententiarum excurrunt. Cicero eas enumerat non quæ esse potuerunt, quod Varro facit; sed simpliciter quæ fuerunt, defensoresque invenerunt inter alicujus nominis philosophos. *Idem.*

§ 20 *Facere omnia, cum, etiamsi*] Locum sic lege, *nam voluptatis causa facere omnia, ut, etiamsi nihil consequamur, tamen ipsum illud consilium ita faciendi per se expetendum, et honestum, et solum bonum sit, nemo dicit.* Hanc mutationem mens Tullii videtur flagitare. *Davis.*

Cap. viii. § 21 *Quoniam igitur et de voluptate cum Torquato*] Certe Cicero, cum illa scriberet, oblitus erat, non se, sed Pisonem loqui, inquit Muret. Var. Lect. xiv. 20. Sed videtur Muretus ipse oblivisci, qui sit mos dialogorum. Vide A. Schotti Tull. Quæst. iv. 5.

Cap. ix. § 26 *Quæ ad vivendum*] Omnino legendum *quo ad vivendum.* Davis.

Cap. x. § 28 *Apud Terentium*] Heautont. i. 1. 95.

§ 29 *Mihi sic*] Ibid. i. 1. 28.

Cap. xi. § 31 *Sanguen*] Neutro genere. Sic Lucret. i. 838.

§ 32 *Propagabat tamen vitam*] Inde, ait Seneca, illud Mæcenatis turpissimum votum, quo et debilitatem non recusat, et deformitatem, et novissime acutam crucem, dummodo inter hæc mala spiritus prorogetur. 'Debilem facito manum. Debilem pede, coxa: Tuber astrue gibberum, Lubricos quate dentes, Vita dum superest, bene est. Hanc mihi, vel acutam, Si das, sustineo crucem.' *Muret.*

§ 33 *Sive, ut doctissimis*] Vetus *sive enim, ut doctissimis, &c.* Morel. Sic etiam Guietus ac Davisius, qui mutata nostrorum quatuor editorum interpunctione, maluit, *sive enim, ut doctissimis viris visum est, major aliqua causa atque divinior hanc vim ingenuit; sive hoc ita fit* (Vict. et Man. *sit*) *fortuito; videamus, &c.*

Cap. xiii. § 36 *Magis proprio nomine*] Lego *magis proprie eo nomine.* Davis.

Prioris generis est docilitas, memoria: quæ fere omnia, &c.] Vox *omnia* videtur postulare, ut plures duabus res antea nominarentur. Ciceronem igitur scripsisse censeo, *prioris generis est docilitas, memoria, cætera* (vel *similia*) *quæ fere omnia, &c.* Pearc.

§ 38 *In sue, animam*] Varro idem habet de R. R. ii. 4. et Plin. viii. 77. Chrysippum hujus dicti auctorem facit Cic. de Nat. Deor. ii. 64.

Cap. xiv. § 39 *Illis et apta quædam ad naturam aptare*] Lego quam minima mutatione, *illis et apta quædam natura putare et aliena.* Sic omnia fiunt plana. *Davis.*

Eo possit ire] Legerim *eo possint ire*, scilicet arbores, &c. *Idem.*

§ 40 *Et inter hæc multo esse cariora*] Si quæras, inter quæ? nemo (ait Davisius) responderit. Legit igitur *insuper hæc*, vel *nupera hæc*, vice vocum *inter hæc.* Ego vero nihil mutandum

Digitized by Google

esse opinor; nam voces *inter hæc* idem valent ac *interea*. Exempla hujusmodi locutionis suppeditabit Stephani Thesaurus. *Pearc.*

Cap. xv. § 43 *Virtutis quasi carmen efficitur*] J. Fr. Gronovius reponit, *virtutis quasi germen efficitur*. Lubens equidem fateor mihi vulgatam lectionem satis non facere; non enim *elementa* de litteris intelligi possunt, siquidem ex iis, non *auctis*, sed conjunctis et ordine certo dispositis, efficitur carmen. Forsan, *quibus auctis, virtutis quasi cacumen efficitur*. Lamb.

Cap. xviii. § 49 *Homeri*] Vide Mureti Var. Lect. xiv. 20.

Cap. xix. § 50 *Aristophanem*] Aristophanem, non poëtam comicum, sed grammaticum Byzantinum vult, de quo Suidas et alii. Vide Cl. Fabricium Bibl. Græc. *Davis.*

Quæ qui non vident, nihil unquam magna cognitione dignum amaverunt] Quid sit *magna cognitio*, quidve huc faciat *vident*, haud intelligo. Forsan a Tullii manu fuit, *quæ qui non laudent*, vel *quæ qui non mirentur, nihil unquam magnum aut cognitione dignum amaverunt*. Codices autem nihil adjuvant. *Idem.*

§ 53 *Qualis natura sit vita sapientium*] Omnino legendum, *qualis futura sit, &c.* quod recte monuit J. Clericus ad Æschinis Axioch. § 17. *Davis.*

Cap. xx. § 56 *Circulos aliquos et sessiunculas consectari*] Sic Mss. Scalig. et Eliens. quod Grutero recte perplacebat. Vulgo *semicirculos*. Hæc autem vox in tali sensu, qualem locus postulat, non usurpatur. *Idem.*

Cap. xxi. § 58 *Rerump. administratio, aut administrandi sciendique prudens*] Etsi nihil mutavi, tamen, nisi prorsus nihil in litteris video, rectius est *administrandi scientia, tum prudens, &c.* Sic in vetere libro. *P. Manut.*

Plato] De Leg. lib. ii.

Cap. xxii. § 63 *Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato erranlique regi*] Locus parum sanus. Jos. Scaliger emendabat, *cum autem etiam exitus utrique datur a conturbato erranteque rege;* quod Fr. Guieto placet. Mihi legendum videtur, *cum autem etiam exitus alterutri datur a conturbato hærenteque rege*. Dubius scilicet erat Thoas, uter Orestes esset; quapropter non utrique, sed vel huic vel illi, vitam concedebat. *Davis.*

§ 64 *Nos tutores misimus regibus*] Pertinent hæc ad argenteum denarium M. Lepidi, in cujus una parte turrita imago Ægypti signata est cum litteris ALEXANDREA; in altera inscriptio M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. EX. S. C. *Ursin.*

Cap. xxiv. § 70 *Tiberina decursio*] Meliores codices *dissensio*, non *decursio*, habet. Sed quid prodest hoc animadvertisse, cum locus sit adhuc corruptissimus? Quare recte fuit in Asulana editione, ut depravatus et mancus, notula signatus. Agitur autem de re, ut opinor, obscura, et parum ab antiquis auctoribus, quod sciam, pertractata. Quid enim juxta Tiberim, quod tantopere delectaret et gaudio afficeret, gereretur, non mihi valde compertum est. Declaratur autem verbis Ciceronis, magnas omnino corporis voluptates eo loco capi solitas, et eas quidem certo quodam die, quem festum ob eam rem agebant. Existimo sane posse fieri, ut aliquis, qui majore studio diligentiaque ritus et mores antiquorum observarit, aliquid, quod hunc locum illustret, invenerit; et hæc causa fuit, cur adnotarem: proposita enim hac quæstione, aut qui hoc deprehenderit, alios docere animum inducet, aut aliquorum ingenia ad id investigandum excitabuntur. Epigramma quoddam (ut quod ego hactenus indagavi, in medium proferam) satis argutum et elegans, sed parum integrum et purgatum, Virgilii nomine legitur; in quo significatur turpes

Digitized by Google

quasdam et obscœnas voluptates prope Tiberim exerceri solitas esse, ut de eadem fortasse re hic intelligi debeat, quod tamen non affirmo: nihil enim mihi de hoc compertum est. *Victor.* Vide num huic loco conveniant piscatorii ludi, de quibus Festus meminit in voce *piscatorii*, aut ludi *Maίουμα*, de quibus mentio est apud Suidam. *Ursin.* Ovidii versibus adductus sum, ut pro *dissensio* legendum putarem *decursio*. Hoc facilius, quod Maffæi et Tertii veteres libri comprobant. Erat autem festus ille dies, quem Romani in honorem Fortunæ celebrabant. Ovid. Fast. VI. 773. *Manut.*

CAP. XXVII. § 79 *Quia cum a Zenone*] Putat excellens ingenio Sigonius, cujus acquiesco sententiæ, abundare *cum*. P. Manut. Secundam vocem cum Sigonio Manutioque non sustulerim; potius vero totum locum sic refinxerim, *Quia, cum a Zenone, inquam, tanquam ex oraculo editur*, virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est; *quare?* inquirenti, *respondet*, quia nisi quod honestum est, &c. *Davis.*

§ 81 *Si ista mala*] Sensus est: Non impedio quo minus valetudinem, vires, reliquaque corporis, ut et eorum conficientia, dicas bona; sed si ista mala sunt in quæ potest incidere sapiens, dico satis ad beate vivendum non esse, ut aliquis sapiens sit. *Davis.*

CAP. XXIX. § 86 *Tecum enim, ut ait Theophrastus, mihi instituenda, &c.*] Quis non videt, verborum ordinem hic esse perturbatum? Quo modo enim potuit Theophrastus, qui multis annis, atque adeo sæculis, ante Lucium Ciceronem natus est, de eo cogitare, aut loqui? Sic igitur videtur legendum, *tecum enim, Luci, mihi instituenda oratio est. Omnis auctoritas philosophiæ, ut ait Theophrastus, consistit in beata vita comparanda, &c.* Lamb.

§ 87 *Acrionem Locros*] Val. Max. VIII. 7. 3. Ext. ubi tamen 'Arione' pro 'Acrione' perperam scribitur, quemadmodum observat Davisius.

Vere, falsone, quæreremus] Victorius Var. Lect. XV. 9. 'Vere, falsone, quæremus;' supple, 'alias.'

§ 88 *Præscribi*] Ex consuetudine jurisconsultorum, apud quos 'præscribere,' est excipere. *Manut.*

CAP. XXX. § 91 *An hoc usquequaque, aliter in vita*] Hæc sententia est: An hoc usquequaque, id est, in omni re, judicabis, nempe unumquidque esse appellandum ex majore parte. Verbi gratia, bonum id dicimus, quod plus habet boni, quam mali: et id dulce dicimus, quod plus in se continet dulcedinis, quam amaroris, et ita de cæteris. Aliter autem in vita se habere existimabis, et non de tota vita ex majore parte vitæ judicabis? id est, non judicabis eam vitam beatam esse, in qua plus sit boni, quam mali? *Lamb.*

CAP. XXXI. § 94 *Propter oculorum dolorem*] Aut *oculorum* depravatum est, aut Cicero sibi non constat; nam Tuscul. II. 25. 'renum' dolore Dionysium hunc laborantem memorat. *P. Manut.* In Tusculanis Ciceronem memoria lapsum putarim; cum Dionysium hunc propter ὀφθαλμίαν a Stoicis descivisse tradat etiam Laërt. VII. 37. 166. *Davis.*

Carneades Epicuri perfamiliaris] Adversantur rationes chronologicæ; nam Epicurus mortuus est anno secundo Olymp. CXXVII. Carneades autem quarto Olymp. CLXII, ut inter eorum fata CXLII intercesserint anni. Quærendus igitur est alius, qui revera fuit Epicuro familiaris; Carneades enim Academicus philosophus intelligi non potest. Forsan autem latet *Corniades*, de quo Plutarchus tom. II. p. 1089. C. ut legendum sit, *visitassetque hominem Corniades Epicuri perfamiliaris, et tristis exiret, Mane, quæso, inquit, Corniade noster, &c.* Idem.

Digitized by Google

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

LIBER I.

ARGUM. — Quomodo inscribendi sint hi Tusculanarum libri, docet Turnebus in fragmentum de Fato, cap. 2. Dialogi forma scripti sunt interrogante uno, altero respondente. Personas colloquentes designant in libris hactenus excusis litteræ M. A. in quibus quid sit, utrum in priore 'Marcus' an 'Magister;' in posteriore 'Atticus,' 'Adolescens,' 'Auditor,' certant curiosi; modico, ut videtur, operæ pretio; neque firmis admodum argumentis. Qui 'Marcum' hoc est, Ciceronem cum Attico videre colloquentem, volunt, ii pugnare possunt auctoritate Lactantii, Divin. Instit. I. 15. itemque Eliensium duorum codicum, quos vidit Davisius. Verum hic ipse et suorum codicum, et Lactantii auctoritatem elevans, Atticum ab his dialogis excludit. 'Atticus enim,' inquit, 'tum temporis senex erat; juvenis autem ille, qui cum Cicerone disputavit, ut patet ex lib. II. cap. 12. Hac igitur littera, quod etiam Lambinus vidit, 'Adolescentem' denotari puto.' Ita Davisius. Huc facit quod is, quicum disputat Cicero, mortem ait esse malum. Secus Epicurei sentiebant, quos Atticus sequebatur. Alii, quibus placet 'Auditor,' præsidio habent hæc e lib. I. cap. 4. 'Ponere jubebam, de quo quis audire vellet ... Fiebat autem ita, ut cum is, qui audire vellet, dixisset, quid sibi videretur, tum ego contra dicerem.' Quid si autem illas Cicero litteras non apposuerat? Earum sane nullum extare in libris manuscriptis vestigium testis est Lambinus; neque, dissentiens a Lambino, Davisius ullum vidisse se affirmat, nisi in illis, quibus fidem ipse non habet, Eliensibus. Est hic Lutetiæ in bibliotheca regia vetustus, a Salmasio, in Prolegomenis ad Solinum, laudatus codex Tusculanarum Quæstionum; in quo nec litteras M. A. neque ullam videre est notam loquentium personarum. Unde ergo in libris sunt vulgatis? Omnino ex eorum, qui olim ediderunt, diligentia, lectoribus eas cavente tenebras, quæ oriri ex ignorata personarum mutatione possunt. Proinde ego, in re tam incerta, neque tanti porro, integrum mihi esse existimavi, id malle, quod opportunius ad intelligendi facilitatem videretur. Cujusmodi visa sunt vocabula, 'Marcus,' 'Auditor.' Si quis litem movet, erit certe de vocibus tota. *Olivet.*

CAP. I. § 3. *Annis enim fere CCCCX*] Dubio procul excidit numerus centenarius. Testatur quidem Ursinus in suo Ms. legi *IↃXIV.* librariumque ex *DXIII.* facili lapsu *DXIV.* fecisse censet. In Fastis sane Claudii et Tuditani consulatus ad A. U. C. DXIII. refertur. At quemadmodum testatur Cicero in Bruto cap. 18. 'Livius primus fabulam, C. Claudio Cæci filio et M. Tuditano consulibus, docuit, anno ipso antequam natus est Ennius; post Romam conditam autem, quarto decimo et quingentesimo;' adeo ut ille codex calculum suppeditet, quem alibi Tullius est secutus. Immo vero nullus dubito, quin ex hoc loco refictus sit iste liber; Noster enim paucos annos sciens prætermisit, quia non erat cur chronologiam nimis anxie traderet. De ea vide Jos. Scaligerum ad Eusebii Chron. *Davis.*

Anno ante natum Ennium, qui fuit

Digitized by Google

major natu, quam Plautus et Nævius] Videtur Cicero dicere, Ennium Plauto, Nævioque, natu esse majorem. Sed secus se res habet. Quippe provocabulum relativum *qui*, non Ennium respicit, sed Livium. Ut sententia sit, Livium, non Ennio modo antiquiorem fuisse, de quo satis liquet; ut quem dixerit demum natum esse, cum Livius jam primam fabulam docuisset; sed ipso etiam Plauto, Nævioque: de quibus minus erat apertum. *G. J. Voss.* Pronomen relativum non ad Ennium, sed ad Livium respicere censet G. J. Vossius de Hist. Lat. I. 2. Incommode quidem; præterquam quod nulla fuit unquam controversia, quin Livius Nævium et Plautum ætate præcesserit, siquidem Romanorum primus fabulam dederit. Vide Quintil. Inst. Orat. x. 2. Ego sane cum multis exemplis Tullium non ἀναμάρτητον esse deprehenderim, nullus dubito, quin σφάλμα μνημονικὸν hic admiserit; Nævius enim fuit Ennio vetustior. Vide Cic. in Bruto cap. 15. 18. 19. et Gell. N. A. XVII. 21. Immo Plautus ipse prius fato cessit quam Ennius, sed quot annos natus obierit, haud constat. *Davis.* Ms. Reg. Luparensis, in editione Verburgii ad marginem citatus, omittit voces *et Nævius*, quas omittendas esse potius puto, quam cum Davisio credam Ciceronem hic σφάλμα μνημονικὸν admisisse. At legendum fortasse est *quam Plautus, ut et Nævius*; id est, ut et Nævius fuit major natu quam Plautus. Satis constat, Nævium antiquiorem fuisse Ennio, utrumque Plauto. *Pearc.*

CAP. II. *Est in Originibus*] M. Porcii Catonis opus, qui 'senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum P. R. Secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines videtur appellasse,' ut ait Corn. Nepos in Vit. cap. 3. Eliens. tert. et Petrens. hic exhibent, *gravissimus auctor Cato in Originibus solitos dicit esse canere convivas ad tibicinem*, quod glossema est ex IV. 2. huc traductum, ubi hæc sunt verba: 'Gravissimus auctor in Originibus dicit Cato morem apud majores hunc epularum fuisse, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum hominum laudes atque virtutes.' Eandem consuetudinem memorant Varro apud Nonium *in assa*, Cicero in Bruto cap. 19. Val. Max. II. 1. 10. et Quintil. I. 10. Eamque lege sancitam voluit Noster de Leg. II. 24. *Davis.*

§ 4 *Si Fabio*] De quo Sigonius, Vide in Bruto, cap. 21.

CAP. III. § 6 *Latini libri ... non satis eruditis*] Amafanium notat aliosque nonnullos ex Epicuri grege, quos eo nomine perstrinxit etiam Acad. I. 2. Adi sis et Tusc. IV. 3. *Davis.*

Illa manabant] *Illa* sc. disponere, illustrare, et delectatione afficere lectorem. Sed mihi, fateor, fere persuasum est Ciceronem scripsisse *manabat*, ut hoc verbum ad *oratoriam laudem* respiceret, quæ proxime præcesserat. *Pearc.*

CAP. IV. § 7 *Isocratis rhetoris gloria*] Vide Cic. de Orat. II. 35. *Idem.*

Dicere etiam cœpit, adolescentes docere, et prudentiam cum eloquentia jungere] Video te (Davisium, quod semel dicam, semper alloquitur) hæc cum vulgo sic accipere, ac si asyndeton esset, pro *cœpit dicere, et docere adolescentes*. Perperam quidem: quippe auferendum illud comma, et sine interpunctione legendum *dicere etiam cœpit adolescentes docere*; hoc est, cœpit docere adolescentes etiam artem dicendi. Sic infra Tusc. I. 18. 'Aristoxenus hæc magistro concedat Aristoteli; canere ipse doceat.' Græci διδάσκειν τοὺς νέους λέγειν. *Bentl.*

Ita nos studiose operam dedimus] Lambino assentior delenti *operam*, quem secutus est Janus Gebhardus, Crepund. I. 23. nec tamen nego ei

Digitized by Google

voci posse præsidium esse in hoc versu Plaut. Prolog. in Casin. 22. 'Benigne ut operam detis ad nostrum gregem.' *Buker.*

Scholas] Disputationes; quo sensu 'pomeridianas scholas' dixit Quintil. III. 1. Noster infra III. 84. 'Separatim certæ scholæ sunt de exilio. . . . Hæc Græci in singulas scholas et in singulos libros dispertiunt.' Et de Fin. II. 1. 'Ne me tanquam philosophum putetis scholam aliquam vobis explicaturum.' Augustinus C. D. II. 7. 'An forte nobis philosophorum scholas disputationesque memorabunt?' Sic τὴν γενομένην ΣΧΟΛΗΝ περὶ τοῦ ἀκούειν memorat Plutarchus tom. II. p. 37. Vide sis et Arrianum Epict. IV. 9. p. 424. et Diog. Laërt. X. 26. *Davis.* Omissum nolim, quod animadvertit in Anglica scriptione quadam Phileleutherus Lipsiensis, hoc est, Richardus Bentleius, has quæstiones non ejusdem esse generis, cujus illæ sunt, quæ vel præcessere, Academicæ, et de Finibus; vel sequentur, De Natura Deorum, et De Divinatione. Hæ Tusculanæ in morem scholarum, quas habebant Græci, sunt compositæ: aliæ sunt proprio nomine disputationes. In disputationibus agunt philosophi, et sui quisque ordinis et sectæ proprias sententias ita defendunt, ut quod mente præceptum attulerant, domum reportent. Quod enim a disputantibus philosophis fieri videbat Cicero, et nos quoque videmus, id in his servabit fictis disputationibus, ne quis forte dubitaret esse philosophos, si videret cedentes veritati. In scholis unus est qui velit doceri; alter, qui doceat. Auditor nihil defendit, non repugnat, parce loquitur, neque alio fine, quam ut alteri det causam loquendi, atque explicandi. *Anon.*

CAP. VI. § 13 *Quid miserius, quam omnino nunquam fuisse*] Alia interpunctione sic distinguenda videtur sententia, *quid, miserius, quam omnino nunquam fuisse?* Pearc.

CAP. VII. § 14 'Αξίωμα] Ad hunc locum respicit Gell. N. A. XVI. 8. 'Quicquid ita dicitur plena atque perfecta verborum sententia, ut id necesse sit aut verum aut falsum esse, id a dialecticis ἀξίωμα appellatum est . . . a M. Cicerone 'pronunciatum,' quo ille vocabulo tantisper uti se attestatus est, 'quoad melius,' inquit, 'invenero.'' Quod si alia veterum loca desideres, ea suppeditabit Æg. Menagius ad Laërt. VII. 68. *Davis.*

CAP. VIII. § 15 *Quia si mori etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus in vita. Nunc video calcem: ad quam cum sit decursum, nihil sit præterea extimescendum*] Ita omnes; credo, editiones, saltem quas ipse viderim. Sed aut ego dialectica perversissime didici; aut falsissimum est quod hic infertur ut consequens. Quid enim? concedamus mori etiam mortuis miserum esse; ideone in vita sempiternum malum haberemus? minime vero; nam certe non ante mortem. Sed noli credere Ciceronem tam prave et inscite argumentari: sic enim lege et distingue: *Quia si mors etiam mortuis miserum esset, infinitum quoddam et sempiternum malum haberemus. In vita nunc video calcem, &c.* Vides, opinor, novam jam lucem exoriri. *Mors* lego, non *mori*: hoc enim in puncto temporis fit; illa sempiterna. Sic cap. 5. 'Malum mihi videtur esse mors. Est miserum igitur, quoniam malum.' Cæterum geminus huic locus est I. 41. 'Intelligamusque, si mors malum: nam vitæ miseræ mors finis esse videtur; mortis, si est miserum, finis esse nullius potest.' *Bentl.* Intelligere hæc noluit vir doctissimus, qui mutare voluerat. Sic opinor intelligenda: Fateris mortuos non eo esse miseros, quod sint mortui, et vita careant. Vide ista confessione quantum mali

Digitized by Google

de humana conditione dejeceris. Etenim cum nascamur omnes ea conditione et lege, ut moriamur, cum esse mortuum sit sempiternum, et in tempus infinitum duret vitæ privatio; si mortui eo essent miseri, quod mortui sunt, *haberemus in vita,* cum vita acciperemus, malum *quoddam infinitum et sempiternum.* Si non essemus nati, si vitam non accepissemus; ea non privaremur, neque possemus in sempiternum et infinitum tempus esse miseri. Fassus es non esse miseros, qui nati non sunt, quia nempe vitam non habuerunt. Si ergo vitam non habuissent mortui, carerent illo sempiterno et infinito malo, quod est in privatione vitæ: illis ergo vita sempiternum illud malum attulit; acceperunt illud cum vita, et in vita quasi inclusum habuerunt. *Anon.*

Epicharmi, acuti nec insulsi hominis, ut Siculi] Si Laërtio fides, VIII. 78. erat Κῷος . . . τριμηνιαῖος δὲ ὑπάρχων ἀπηνέχθη τῆς Σικελίας εἰς Μέγαρα. Hinc ejusdem libri § 7. Ἠλοθαλῆ τὸν Ἐπιχάρμου τοῦ ΚΩ'ΟΥ πατέρα memoret. Sane de ejus patria inter auctores non convenit, ut ex Suida liquet. Plerique tamen eum *Siculum* dicunt; is autem populus ob acumen erat nobilis. Hinc Siculis facetias tribuit Noster de Orat. II. 54. *Davis.*

CAP. IX. § 18 *Catus Ælius Sextus*] Vox *Catus* scribenda est, opinor, cum majuscula littera initiali; nam cognomen fuit Sexti Ælii Cati, et ab eo derivatum in familiam Æliorum transiit, ut testatur Plinius in Nat. Hist. VII. 31. 'Reliquis animi bonis præstitere cæteros mortales sapientia: ob id Cati, et Corculi apud Romanos cognominati.' *Pearc.*

§ 19 *Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem*] Huic philosopho eandem opinionem tribuunt Tertullianus de Anim. cap. 5. et Macrobius in Somn. Scip. I. 14. nec deerat ansa, cur ita se gererent; Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα, ut ille cecinit. Extat apud Stobæum Eclog. Phys. p. 131. et eos, quos laudat Menagius ad Laërtii VII. 159. Ejus tamen auctorem Critiam facit Philoponus ad Aristotelem de Anim. cap. 8. et is sane animum e sanguine constare dixit, ut perhibent veterum multi. Eadem fuisse videtur Hebræorum veterum sententia; quemadmodum patet ex Genes. IX. 5. Hoc loco prolato sic loquitur Chalcidius in Platonis Timæum § 217. 'Quæ si ita intelliguntur ut debent, animam esse animalium sanguinem, quia sit vehiculum irrationabilis animæ, cujus partes sunt importuni appetitus; habet plane rationem talis assertio. . . . Rationem qua ratiocinamur, sanguinem putare esse, non rectæ opinionis est.' Post corporis quidem fata μένειν ψυχὰς crediderunt Hebraici, quod e Pythonissa Samuelem evocante merito collegit Justinus Martyr Dial. cum Tryphon. p. 333. Ac, ut puto, non ipsum sanguinem esse animum, sed animi sedem existimavit Empedocles; hoc enim diserte tradit Plutarchus Plac. Phil. IV. 5. et in Stromat. apud Eusebium P. E. I. 8. p. 24. Immo necesse est ita se res habeat, siquidem animorum æternitatem docuit, ut inter alios referunt Lactant. III. 18. et Theodoretus Therap. V. p. 73. Hinc ille, Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος. Adi Diogenem Laërtium VIII. 62. Sextum Empiricum adv. Mathem. p. 60. Anthol. I. 86. Philostratum Vit. Apollonii I. 1. et Suidam in Ἐμπεδοκλῆς. *Davis.*

Animum autem alii animam; ut fere nostri declarant nomen. Nam et agere animam et efflare dicimus, et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est] Non incommode, opinor, ut et tu propemodum conjeceras, legere possis, *alii animam, ut fere nostri: ipsum*

Digitized by Google

declarat nomen. Ita Tuscul. III. 5. 'Totum igitur id quod quærimus quid et quale sit, verbi vis ipsa declarat.' Div. I. 42. 'Quorum ostentorum vim, ut tu soles dicere, verba ipsa prudenter a majoribus posita declarant.' Sed dic, sodes, quid sibi velint aut quo pertineant illa quæ sequuntur? Equidem hic nihil video, neque possum animo concipere, quo tandem pacto declaretur *animum esse animam* (hoc est aërem) ideo quod Latine dicant 'animosus,' et 'ex animi sententia.' Nihil stolidius absurdiusve dici potest. 'Animosus,' inquit, et 'animatus' derivatur ab 'animo:' ergo qui hæc derivata primi finxerunt, declararunt se credere *animum* esse *animam*. Haud vidi magis. Fruantur per me suo judicio, qui a Cicerone hujusmodi quid proficisci posse existimant. Tu, si sapis, totum hoc, quod a mala manu notatum e margine in textum irrepsit, recide: et sic locum constitue: *animum autem alii animam; ut fere nostri: declarat nomen ipsum; nam animus ab anima dictus est.* Bentl. Hunc locum minori, quam Bentleius, mutatione sic restituo: *animum autem alii animam, ut fere nostri. Ipsum declarat nomen. Nam et agere animam, et efflare dicimus. Dicimus et animosos, et bene animatos, et ex animi sententia. Ipse autem animus ab anima dictus est.* Quæ verba hunc mihi sensum offerunt. Aliqui putant animam nihil esse nisi auram quandam. In his sunt Romani: quod usus ipse nostri sermonis comprobat; dicimus enim 'agere animam,' &c. Vocibus quidem aliis utimur, quæ videantur propius ad *animum* accedere: sed tenue discrimen est; nam ab *anima* est *animus*. Sic ego hæc explicari oportere judico. Veri quidem similius videtur vocem Latinam *animus* fluxisse a Græca ἄνεμος, quæ communis sententia est. At enim non tam quid in re sit, quærimus, quam quid in verbis Ciceronis. *Buher.*

CAP. X. *Sed hæc quidem quæ dixi, cor, cerebrum, animam, ignem, vulgo: reliqua fere singuli, ut multi ante veteres*] Quid vero est, quo referatur illud *ante*? quomodo autem, si singuli reliqua tenebant, eadem tenuere et *multi?* Enimvero in omnibus quas vidi editionibus, labefactatur hic locus a prava distinctione: quæ eo demum inhonestior est, quod, ut nuper editione Batava, novum hic caput inchoetur. Tu sic distingue, et sequentia cum prioribus connecte: *Sed hæc, quæ dixi . . . vulgo: reliqua fere singuli: ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus musicus idemque philosophus, ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus, quæ harmonia dicitur.* Quorum hæc est sententia: animum esse cor, sanguinem, &c. vulgo est creditum: reliquas opiniones singuli auctores tuentur: ut ignem Zeno, numerum Xenocrates, ἐντελέχειαν Aristoteles, harmoniam Aristoxenus proxime quidem, sed non primus, neque solus; nam multo ante eum veteres in eadem erant sententia. Hoc verum esse constat ex Platone (in Phæd. et Tim.) et Aristotele (de Anima, I. 4.) Repone insuper *multo ante*, non *multi*; ut mox cap. 10. de hac ipsa re: 'Et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone.' *Bentl.*

Cor, sanguinem] Vulgo deest vox ultima, cui sedem suam dedimus ex antiquo codice, quem laudat Paulus Manutius. Ratio est in promptu; hanc etiam sententiam inter reliquas numeraverat Cicero, quam memorat etiam postea cap. 11. 25. *Davis.*

§ 20 *Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse: verum numerum dixit esse, cujus vis in natura maxima esset*] Codex vetus Sigonii, quod tu in notis tuis attingis, *negavit esse ullum; verum numerum dixit esse.* Un-

Digitized by Google

de P. Manutius, τῷ *verum* ejecto, locum restituisse sibi visus est. Tu autem illud *verum* retines, et non, ut ille, pro adjectivo, sed pro conjunctione accipis, ut nunc vulgo faciunt; vel ex codice tuo scripto probas, *illum vero numerum dixit esse*. Atqui illud pro Manutio dicere liceat, utramvis conjunctionem, seu *verum* sive *vero*, dure hic et coacte versari: neque enim sententia tale quid postulat. Aiter ex tuis manuscriptis, et vetustior et fidelior, cum Sigoniano fere consentit; habet enim *negavit esse illum*, et pro varia lectione *ullum: verum* autem similiter agnoscit. Lego una litterula mutata: *Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse ullum: merum numerum dixit esse, cujus vis, ut jam ante Pythagoræ visum erat, in natura maxima esset*. Eleganter, ni fallor, *merum numerum* ψιλὸν ἀριθμὸν, merum et purum sine figura et corpore. Ita Noster sæpe alibi: 'meræ nugæ,' 'mera monstra,' 'solitudo mera,' 'meræ proscriptiones,' 'meri Syllæ.' Cæterum de Xenocratis sententia aliud plane narrat in Lucullo, c. 39. 'Tresne partes habeat animus, an simplex unusque sit? si simplex, utrum sit ignis, an anima, an sanguis? an, ut Xenocrates, mens nullo corpore? quod intelligi, quale sit, vix potest.' Ergo qui hic *numerum esse* animum statuit, ibi *mentem esse* vult. Neque tamen quidquam vel in codicibus varietatis est, vel editoribus dubitationis. Tu vero fidenter repone *numerus nullo corpore*; quod cum scriberetur *nums*, facilem errori ansam porrigebat. *Mens* vero et per se cum sententia loci, et alias cum historia pugnat. Nemesius de Natura Hominis, cap. 11. pag. 70. Πυθαγόρας δὲ ὁρίσατο τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, ᾧ καὶ Ξενοκράτης ἠκολούθησεν· *Pythagoras definivit animam, numerum seipsum moventem: quem et Xenocrates secutus est*. Bentl. Cum Xenocrates animum *numerum se moventem*, ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, dixerit, mirum videri posset, cur Acad. II. 39. pro Xenocratis sententia animum esse 'mentem nullo corpore' statuerit. Sed hæc re conveniunt, verbis tantum discrepant. Plutarch. de Plac. Phil. IV. 2. Πυθαγόρας (ἀπεφήνατο τὴν ψυχὴν) ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα. Τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀντὶ τοῦ νοῦ παραλαμβάνει. Vide et Acad. I. 11. *Davis*.

CAP. XI. § 23 *Cuperem equidem utrumque, si posset: sed est difficile confundere*] In Lambini et Aldi nepotis, et credo in aliis plerisque ante Gruterum editionibus sic habetur, *sed est difficile non confundere*. Hoc, opinor, ab iis invectum est, qui sententiam ipsam crederent particulam illam flagitare. Quid ergo? an difficile erat *non confundere* sententias tam varias, tam inter se diversas? Quas enim enumeraverat, fere erant hæ; *animum esse cor, aut sanguinem, cerebrum, animam, ignem, harmoniam, numerum, ἐντελέχειαν, nihil*. Crassa profecto Minerva fuerit, qui has tam dissidentes non sine confusione tractare et dijudicare poterit. Sed in nullis usquam codicibus repertum est illud *non*: quod idcirco Victorius omiserat, in ea re plerumque fidus, ne dicam superstitiosus. Quin et a suis omnibus abfuisse testatus est Gebhardus; sicque manum de tabula tollit, quasi insititiæ particulæ ejectione res confecta esset, et sententia explicata: quæ, aut multum ego fallor, aut eo magis hæret et impedita est. Quid enim, obsecro, sibi volunt *sed est difficile confundere?* Enimvero potius distincte, distribute, enucleate scribere difficile est; confundere, dormitare, labi longe facillimum. Quorsum autem *difficile*, quasi vero id *studio et data opera* fieret, et in orationis virtutibus esset, ut res *confunderentur?* Apage lectionem tam stultam, tam portentosam. Viderunt scilicet hoc, qui il-

Digitized by Google

lud *non* invitis codicibus introduxerunt: viderunt quoque, credo, qui rursum ejecerunt; sed cum loco labanti medicinam non reperirent, silentio rem dissimulare prudenter est visum. Ego vero, cum in uno ex tuis codicibus *confundere*, in altero *confutare* vidissem exhiberi; continuo ex ipsa sententia veram lectionem extudi, quæ sic se habet: *ûperem equidem utrumque, si posset; esse difficile confitere:* hoc est, confiteris. Atque hæc emendatio ex ipso solo quasi sponte nascebatur. Dixerat enim Cicero, 'quæ ex his sententiis vera sit, supra hominem esse dijudicare; quæ veri simillima, magnam et arduam quæstionem esse.' Ergo quod ipse confessus erat esse difficile, modestus interlocutor veritus est ab eo exigere. *Bentl.* Conantur critici hæc refingere. Sed nihil opus est. *Confundere* est miscere multa diversi generis, 'quasi cum una multa jura confundit coquus,' ut ait Plautus alicubi. Velim, inquit Ciceroni Auditor, docere me possis, quid sit de animæ natura sentiendum. At enim difficile est agere hæc simul, et in unam disputationem includere res varias ac multiplices. Si ergo mortis metum excutere possumus, sine hac disceptatione; eam sane omittamus. Sin id non potest fieri, ut liberemur mortis metu, nisi hac quæstione de natura animorum explicata, nunc, si videtur tibi, hoc agamus, et in quæstione animorum immoremur; illud argumentum de mortis abigendo metu, in quod eramus ingressi, exequemur alias. *Buher.*

§ 25 *Ejus eum librum, qui est de animo*] Phædonem dicit. *Davis.*

CAP. XII. § 27 *Quos Cascos appellat Ennius*] In illo versiculo, quem laudat Varro L. L. lib. VI. 'Quam primum casci populi genuere Latini.' Hieronymus Epist. 42. 'Rudes illi Italiæ homines, quos cascos Ennius appellat.' Plura vide sis apud Hier. Columnam ad Ennii Fragm. pag. 14. Quin et 'casce loqui' dixit Gellius N. A. I. 10. *Idem.*

In cæteris humi retineretur, et permaneret tamen] Tres codices Lambiniani *in cæteris humi retineret, et permanerent tamen;* cum quibus fere conveniunt alii nonnulli Mss. Sed retinenda recepta lectio; hæc enim ad 'vitam' sunt referenda. Sensus est, mortem animos hominum vitiis deditorum humi retinere, ita tamen ut non pereant, sed durent adhuc maneantque. Multorum sane philosophorum mentibus inhæsit, bonos corpore liberatos in cælum recta pergere; malorum vero animas circa tumulos oberrare. Hanc opinionem luculenter explicant Plato in Phædone pag. 386. 398. et Hierocles in Aur. Carm. 69. 70. eamque secutus est Origenes. Vide lib. VII. in Cels. p. 334. et P. D. Huetii Orig. lib. II. qu. VI. 17. seq. Plura suppeditabit Just. Lipsius Phys. Stoicæ III. 14. *Davis.* An locus sic legendus? *quæ claris viris et fœminis dux in cœlum soleret esse: cæteros humi retineret, et permanerent tamen.* Primum τὸ in ante *claris* videtur irrepsisse in textum: deinde τὸ *cæteros* in *cæteris* mutatum. *Guiet.*

§ 28 *Liber Semele natus*] Aut valde fallor, aut scripserat *Semela* ex antiquo usu linguæ Latinæ, quem demonstrarunt Obertus Gifanius, in Indice Lucretiano, v. 'Effigia,' G. J. Vossius, de Analog. II. 2. Claudius Dausquius Orthograph. Part. I. pag. 56. 57. Jacobus Cujacius Observat. XII. 18. Ea consuetudo post Augusti ætatem vix tenuit: in edendo tamen Cicerone retinenda. *Buher.*

CAP. XIII. § 29 *Majorum gentium Dii*] Ad hunc locum respicit Augustinus C. D. VIII. 5. Majorum vero gentium Deos, quos etiam 'Consentes' vocabant, hoc disticho complexus est Ennius: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Digitized by Google

Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollo.' Id exhibent Apuleius de Deo Socr. et Martianus Capella lib. I. *Davis.* Per metaphoram. Nam senatores illi centum, quos legit Romulus, appellati sunt 'majorum gentium;' centum illi quos legit Tarquinius Priscus, 'minorum gentium.' Hoc transtulit, ac festive quidem, Cicero ad Deos electos et ad adscriptitios. *Guiet.*

§ 30 *Ut porro firmissimum*] Cum non sequitur vel *sic*, vel *ita*, vel ulla alia hujusmodi particula, Lambinus censuit scribendum fuisse *at porro firmissimum.* Celeberrimus vero Buherius (cujus et acumini et doctrinæ multum debent hæ Tusculanæ Disputationes, ut et libri de Natura Deorum) legit *et porro firmissimum.* Mihi quidem nihil mutandum videtur, si hæc possit esse constructio sententiæ, *hoc porro videtur afferri ut firmissimum,* id est, tanquam firmissimum. *Pearc.*

Nec vero id collocutio hominum, aut consensus efficit] *Consensus* ex collocutione. Ita sentiunt omnes, inquit Petrus Victorius, quamvis consensio nulla hominum intercesserit, neque ita inter se ipsi pepigerint. Itaque consensus hic est pactio, et ut jurisperiti vulgo loquuntur, 'conventio.' *Anon.*

CAP. XV. § 34 *Nec funera fletu faxit*] Est in veteri codice Leydensi *nec funera lessum;* quod tenendum videtur. 'Funeram' dicebant feminam, ad quam funus pertinebat, et in exequiis præcinebat ejulationem funebrem, hoc est *lessum.* Quam vocem huic significandæ rei maxime propriam, sed minus notam, librarii scriptores mutarunt, et *fletum* substituerunt, tam hoc, tum aliis pluribus in locis. Quod miror non animadvertisse Josephum Scaligerum, cum in Catalectis hos Enniani epitaphii versus explicaret. At ille quidem scite exposuit quæ ad 'funeram' attinent; itemque G. J. Vossius in Etymolog. Ling. Lat. v. 'Funus' et v. 'Lessus.' *Buher.*

Phidias sui similem speciem inclusit in clypeo Minervæ] Hanc historiam refert Aristoteles de Mundo cap. 6. Ejus verba Latine reddit Apuleius p. 746. 'Phidiam illum .... vidi ipse in clypeo Minervæ .... oris sui similitudinem colligasse, ita ut siquis olim artificis voluisset exinde imaginem separare, soluta compage, simulacri totius incolumitas interiret.' Eodem respiciunt Val. Max. VIII. 14. 6. et Noster de Orat. II. 17. *Davis.*

Cum inscribere non liceret] Moris erat, ut fictores nomina sua statuis insculperent. Plinius H. N. Præf. 'Pingendi fingendique conditores invenies absoluta opera ... pendenti titulo inscripsisse, ut Apelles faciebat aut Polycletus.' *Idem.*

CAP. XVI. § 36 *Easque formidines*] Hoc loco *formidines*, quod opinor esse hactenus observatum a nemine, haudquaquam timores sunt ac metus; sed eorum causæ. Formido veterum superstitione consecrata, quam Hyginus, in aditu fabularum, natam ait ex Venere et Marte, fingebatur uti spectrum quoddam, cujus officium terrere mortales, unde etiam Terricula dicebatur. Idem ille scriptor, Fabul. 145. de vacca, in quam conversa Io fuerat: 'Juno Formidinem ei misit, cujus timore exagitata,' &c. Virgilius Æneid. XII. 335. de Martis comitatu: 'Circumque atræ Formidinis ora, Iræque, Insidiæque,' &c. *Formidines* dixit Cicero ad emphasim, quemadmodum Lucilius in fragmento, quod servavit Lactant. Instit. Div. I. 22. 'Terriculas, Lamias, Fauni quas, Pompiliique Instituere Numæ.' *Buher.*

§ 37 *Homeri tota νεκυία*] Ita vocatur Odyss. XI. quod in eo libro Ulysses inferos adiisse, et cum umbris collocutus esse fingitur. Vide Eustathium. *Davis.*

Digitized by Google

Ea, quæ meus amicus Appius νεκυομαντεῖα faciebat] Nec vitio caret hæc scriptura; non enim νεκυομαντεῖα, seu loces ubi responsa dant manes evocati, facere, sed iis uti solebat Appius. Vide de Divin. I. 58. Forsan igitur, cum nonnulli libri νεκρομαντεῖα, alii ψυχομαντεῖα, reliqui νεκυομαντεῖα dent; eæ varietates librarii produnt additamentum, meritoque Pet. Ciacconius illud verbum, quodcumque sit, abundare statuit; aut, quod probabilius videtur, cum acutissimo Bentleio legendum, νεκυομαντεῖα *consulebat*. Non absurde tamen legeris, νεκυομαντεῖα *adhibebat*. Idem.

Unde animæ, &c.] Deseris hic Gebhardum, qui ex manuscriptis suis dederat *salso sanguine*; ut et prius conjecerat Turnebus: qui quidem *salsum sanguinem* quasi perpetuo epitheto a Latinis veteribus tragicis dictum autumat. Mirum tamen, sanguinem, qui non sit, salsum appellari: et præterea loca sunt suspecta, ne addam aperte mendosa; ut illud Ennii ex Cresphonte apud Macrob. VI. 2. 'Neque miseræ lavere lacrimæ salsum sanguinem.' Ubi reponendum cum viro summo Gerhardo Vossio, *lacrimis salsis*. Citatur etiam ex Accii Phinidis apud Nonium in 'Lavit:' 'Salsum cruorem guttis lacrimarum lavit:' sed rectius hodie editur 'Salsis cruorem,' &c. Quare abeat Gebhardus cum insulsa illa lectione, *salso sanguine*: et videamus, si quid in altera melioris sit frugis. Vossius imagines mortuorum 'falso sanguine' dici existimat, quia non sunt id quod videntur; quippe exsangues umbræ duntaxat. Sed paucis, credo, approbabit hanc interpretationem. Durus et ferreus poëta sit, qui sic loqui sustineat: potius *falso corpore*; nam sanguis ne in viventibus quidem videri potest, nisi vulneratis. Quid ergo? an conjecturam meam expetis? Equidem sic locum constituerim: *Unde animæ excitantur, obscuræ umbræ, aperto ostio Alti Acheruntis, fuso sanguine, mortuorum imagines. Umbræ* sunt ipsæ animæ; ut Virgilius, 'Exsangues territat umbras.' *Fuso* autem *sanguine* non cum Vossio ad *imagines* refero, sed ad *excitantur*. *Unde*, inquit, *excitantur fuso sanguine*. Scis, opinor, hæc omnia ex Homeri Νεκυίᾳ Odyss. Λ. esse desumpta: ubi animæ mortuorum ad sanguinem fusum advolabant, nec nisi eo degustato proloqui quidquam poterant. *Bentl.*

§ 38 *Cum honore et disciplina, tum etiam auctoritate*] Hic (inquit Bentleius) copulantur duæ voces *honore* et *disciplina*, quæ vix ullam habent affinitatem aut similitudinem. Particulæ etiam (addit) *cum* et *tum* disjungunt voces *honore* et *auctoritate*, quasi res essent plane diversi generis. Legendum igitur idem vult, *cum more et disciplina, tum etiam auctoritate*. At mihi potior videtur emendatio, quam nuper protulit popularis noster, doctissimus Warburtonus, qui (leviore vulgatæ lectionis mutatione) legit, *cum honore ex disciplina, tum etiam auctoritate*. Ciceroni (ait) propositum fuit in hoc loco non naturam Pythagoreæ philosophiæ memorare, sed eam gloriam quam Pythagoras habuit apud civitates Magnæ Græciæ. Hunc illæ civitates tum philosophum, tum legislatorem agnoverunt: 'honos' igitur 'ex disciplina' hic respicit ad primum illum Pythagoræ characterem, 'auctoritas' vero ad secundum. Ne quis vero dubitet, an satis Latine dicatur 'honos ex disciplina,' animo contempletur id quod Cicero dicit in Orat. pro Sex. Roscio cap. 50. 'Quanto honore ipsa ex illorum dignitate afficeretur.' *Pearce.*

CAP. XVII. § 40 *Num igitur dubitamus; an, sicut pleraque, sic et hoc? quanquam hoc quidem minime: persuadent enim mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinere*] Quocunque te verteris, nunquam hercle effi-

Digitized by Google

cies, ut hæc oratio recto pede incedere videatur. Quo enim referes illud *an?* Vides, opinor, sententiam mutilam et claudicantem. Quod et ille recte deprehendit, qui in codice suo sic interpolavit, *an sicut pleraque, sic et hoc sub dubitatione accepimus?* Certe admisso illo *an*, necesse est ejusmodi quid sequatur. Quod tamen cum nullus alius codex agnoscat, tutior et facilior medicina quærenda est. Dele igitur *an*; et sic lege ac distingue: *Num igitur dubitamus, sicut pleraque, sic et hoc? (quanquam hoc quidem minime: persuadent enim mathematici) terram . . . quasi puncti instar obtinere?* Nullæ jam salebræ relictæ sunt; omnia complanata. Num, inquit, dubitamus terram instar puncti esse, sicut pleraque dubitare solemus nos Academici? immo hoc quidem minime: nam mathematicis rationibus convicti manus dare et assentiri cogimur. *Bentl.*

Reliquæ duæ partes, una ignea, altera animalis, ut illæ superiores (terrena et humida) in medium locum mundi gravitate feruntur et pondere, sic hæ rursum (vel *sursum*) *rectis lineis et cœlestem locum subvolent, sive ipsa natura superiora appetente, sive quod a gravioribus leviora natura repellantur*] Ubi primum hæc legeram, continuo subodoratus sum mendum subesse. Quid enim illud, *ipsa natura?* nihil profecto aliud, quam natura rerum communis: atqui illa haud magis superiora appetit, quam inferiora, sive media. Ergo falsum hoc et absurdum, ideo ignem et aërem cœlum versus subvolare, quod ipsa natura superiora appetat. Legebam igitur, *sive ipsæ natura superiora appetentes.* Ubi *natura* perinde est ac *natura sua.* Postea vero inspecta Lambini editione, animadverti virum doctissimum τὸ *appetentes* ex veteri codice pretulisse, *ipsæ* autem ex conjectura. Et tamen hic est, quem ubique bonus ille Gebhardus præ se contemnit, sugillat, conculcat: quo, si verum amamus, tam longe inferior ipse est, ut nullo modo sit comparandus. *Bentl.*

§ 41 *Horum igitur aliquid animus est, &c.*] Hoc ita exponitur, quasi consequens ex iis quæ antecessere. Atqui aliter res habet, neque phrasis sententiam explicare nisi absurdam potest. Proinde opinor Ciceronem scripsisse, *horum igitur aliquid animus esto, ne, &c.* Explicato quam felix animorum sit futura conditio, si aut aëre constent, aut igne, &c. hæc subjungit: optemus igitur horum aliquid animum esse, ne indigne cum corpore pereat: periret autem, si vel cor esset, vel cerebrum, vel sanguis. *Buher.*

Cap. xviii. *Qui animum se habere non sentiat*] In hac lectione Cicero non dicit, cur Dicæarchus non videatur condoluisse: poterat ille et sensisse se animum non habere, et tamen condoluisse. Quapropter mihi in mentem venit Ciceronem scripsisse, *quia animum se habere non sentiat*; ut hæc sit ratio, cur Dicæarchus non videatur condoluisse. Sensus est: Dicæarchus ita acerrime disseruit se animum non habere, ut ne condoluisse quidem, quod eum non haberet, videretur. *Pearce.*

§ 42 *Quam tamen Democritus concalefactam et spirabilem, id est animalem esse vult*] Vulgo *voluit*, contra Mss. fidem. Scilicet philosophus illa corpuscula σφαιροειδῆ πῦρ καὶ ψυχὴν λέγει, prout auctor est Aristoteles de Anima, I. 2. Portenti vero simile videri possit, quod Noster hoc in loco *spirabilem, id est animalem* dicit, cum supra cap. 17. legatur, 'sive illi sint animales, id est spirabiles.' Hinc certe dubitari non potest, quin *animale spirabili* censuerit obscurius. *Davis.*

Cap. xix. § 43 *Junctis . . . facit. Tum enim . . . adeptus*] Vulgo *junctus . . . facit. Cum enim adeptus est.* At Reg. ultimam vocem nescit; idemque codex *junctis* dat a prima manu.

Digitized by Google

Nos igitur emendationem Cl. Bentleii merito recepimus. Vide Hieroclem in Aur. Carm. LIV. pag. 186. et seq. *Idem.*

Sustentabitur iisdem rebus, quibus astra sustentantur et aluntur] Veteres stellas animatas esse, terrenisque et aqueis vaporibus ali censuere. Vide Cicer. Nat. Deor. II. 46. Servium ad Æn. I. cap. 612. Lucianum in Icaromen. Plura veterum loca suppeditabunt Lipsius Phys. Stoic. II. 14. et Menagius ad Laërt. VII. 145. *Davis.*

§ 45 *Patriam illam et avitam*] Sic omnes Mss. *Patritam* tamen legit Nonius, quem secuti sunt P. Manutius, D. Lambinus, cæterique recentiores. Mihi sane tanti non est Marcellus, ut ejus libros cunctis Ciceronis exemplaribus præferam, cum pravas et vitiosas passim det lectiones. Accedit, quod 'Tullius patria bona,' 'patrias fortunas,' et reliqua generis ejusdem, singulis fere paginis adhibeat, voce vero 'patrita' nullus utatur. Quin et Act. prima in Verrem cap. 5. 'rem patriam et avitam,' ut hic *patriam et avitam philosophiam*, dixit. *Idem.*

CAP. XXI. § 47 *Quamvis copiose hæc diceremus, si res, &c.*] Menti Ciceronis aptior videtur alia loci interpunctio, *quamvis copiose hæc, diceremus, si res, &c.* Quasi dixisset Noster, quamvis hæc copiose diximus, tamen diceremus, &c. *Peare.*

§ 48 *Liberatos enim se per eum dicunt gravissimis dominis, terrore sempiterno, et diurno ac nocturno metu. Quo terrore! quo metu*] Vereor equidem, ne *gravissimi* illi *domini* non nisi unus solusque sit: quo enim differunt *terror* et *metus?* Juncta quidem interdum hæc vocabula reperies: sed hoc ex more rhetorum, qui ad amplificandam orationem cognatas et similes dictiones coacervant. Stoici quidem, qui omnia in pulvisculum diffringunt, sic hæc partiuntur et definiunt, ut terror sub metu, quasi species sub genere, comprehendatur. Terror, inquiunt, est metus concutiens. Esto: at nihilominus putidissimum plane fuerit binos hinc dominos confingere. Tu lege, litterula abjecta, *errore sempiterno, et nocturno ac diurno metu. Quo errore? quo metu?* Hinc illa Ciceronis, quæ mox sequuntur; *non pudet philosophum in eo gloriari, quod hæc non timeat, et quod falsa esse cognoverit?* Ubi *timeat* ad *metum* retulit, *falsa* ad *errorem.* Non sunt Lucretii versus, I. 147. quos ter quaterque inculcat, 'Hunc igitur terrorem animi, tenebrasque necesse est, Non radii solis, neque lucida tela diei Discutiant, sed naturæ species, ratioque.' 'Terrorem et tenebras' hic vocavit, quæ Cicero 'metum et errorem.' *Bentl.*

CAP. XXII. § 50 *Ut, si jam possent . . . casurusne in conspectum videatur animus, an tanta sit . . . ut fugiat aciem*] Ne possit istud *ut* ferri, facit vocula interrogativa *ne* et *an* in posteriore parte sententiæ. Lambinus pro *ut* legit *aut:* quod sequendum videtur, nisi malit lector reponere, *at, si jam possent, &c.* Utraque lectio cum sequentibus verbis bene conveniet. *Peare.*

In homine uno] Bentleius corrigit, *in homine vivo.* Quam emendationem recepit Davisius; nos autem, renitentibus aliis editionibus, in Tullii contextum non audemus introducere; sed in nostra tamen metaphrasi Gallica secuti olim sumus. *Oliv.*

§ 51 *Si enim*] Victorium, Manutium, et Lambinum sequimur. Gruterus autem: *nisi enim . . . intelligere non possumus . . . complecti non possumus.* Particulam negantem tollit Buherius post *intelligere;* Davisius post *complecti.* Idem.

§ 52 *Præceptum Apollinis, quo monet, ut se quisque noscat*] Hoc ἀπόφθεγμα Thaleti, Soloni, Chiloni, aliisque multis adscriptum fuisse docebunt Erasmus Adag. pag. 306. ed. Hanov. et Menagius ad Laërt. I. 40. Iis, quæ

laudarunt viri illi doctissimi, plurima possent adjici; sed id nunc non agimus. Monebo duntaxat Apollini tribuisse non modo Platonem, Nostrumque de Leg. I. 22. 23. ac Fin. V. 16. sed etiam Plutarchum, Philostratum, &c. *Davis.*

Hoc est, se ipsum posse cognoscere] Hasce voces glossematis merito damnarunt P. Manutius et D. Lambinus: licet enim refragetur Janus Gebhardus, naso tamen careat necesse est, qui glossam non olfacit. Simili fere ratione Plutarchus in Demosth. tom. I. p. 847. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως, inquit, εἰ παντὸς ἦν τὸ Γνῶθι σεαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει πρόσταγμα θεῖον εἶναι. Vide sis et Platonem in Alcib. primo. *Idem.*

CAP. XXIII. § 53 *Quod semper movetur*] Vide Mureti Var. Lect. VIII. 2. ubi collatio loci hujus e Phædro Platonis cum ejusdem loci interpretatione Ciceroniana, et Somn. Scipionis, cap. 8.

CAP. XXIV. § 58 *Cumque nihil esset, &c.*] Hoc loco *esse* debet intelligi non sensu populari, sed Platonico et sublimi; aut, si quis mavult, metaphysice: nimirum quo sensu aiebat Plato, id unum posse dici *esse*, quod semper est: quod autem oritur et interit, id vere et proprie non esse. Quod Cicero statim ponit. Non ergo de corpore, multo minus de animo dicitur, quod *nihil esset*; sed de re quavis alia, præter ideas. His enim unice convenit *esse*. Vide Timæum, cap. 2. *Olivet.*

Non potuit animus hæc . . . agnoscere, cognita attulit: ex quo, &c.] Potius mutatis punctis lego, *non potuit animus hæc in corpore inclusus agnoscere: cognita attulit; ex quo, &c.* Pearc.

§ 59 *Quanta memoria Simonides*] Is artem memoriæ primus ostendisse dicitur. Vide Quintil. Inst. Orat. XI. 2. Plin. H. N. VII. 24. et Ælian. H. A. VI. 10. *Davis.*

Quanta Theodectes] D. Lambino placet Themistocles, et sic ex Mss. Fr. Fabricius. At si ullus extat ejusmodi codex, a sciolo quodam fuit emendatus; nam licet Themistoclis memoriam celebrent plurimi, se recte tamen habet vulgata lectio, cum 'semel auditos quamlibet multos versus protinus dicatur reddidisse Theodectes,' ut auctor est Quintil. Inst. Orat. XI. 2. eique artem memoriæ fuisse tradit Ælian. H. A. VI. 10. *Idem.*

Cineas] Vulgo *Cyneas:* male. Græcis enim Κινέας, non Κυνέας, dicitur. Vide Cl. Salmasium Exerc. Plin. p. 49. Ejus memoriam hisce verbis celebrat Seneca Controv. Procem. 'Cineas . . . missus a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die novus homo et senatum et omnem urbanam circumfusam plebem nominibus suis persalutavit.' Adi sis et Plin. H. N. VII. 24. *Idem.*

Noster Hortensius] Hujus excellentem memoriam deprædicat Cicero in Bruto cap. 88. Seneca Controv. Procem. 'Hortensius a Sisenna provocatus, in auctione persedit diem totum, et omnes res, et pretia, et emptores ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.' Adi sis Latinum Pacatum Pan. XII. cap. 18. ac Quintil. Inst. Orat. X. 6. et XI. 2. *Idem.*

CAP. XXV. § 61 *Tam immensa magnitudo, quæ illa tam multa possit effingere*] Suspecta est vox ultima; non enim magnitudo res ullas effingit, sed in illa hæ effinguntur. Lego *quæ illa tam multa possit excipere.* Idem.

Quid? illa vis quæ tandem est, quæ investigat occulta, quæ inventio atque excogitatio dicitur? Ex hacne tibi terrena mortalique natura concreta ea videtur? aut qui primus (quod summæ sapientiæ Pythagoræ visum est) omnibus rebus imposuit nomina? aut qui dissipatos homines congregavit, et ad societatem vitæ convocavit? aut qui sonos vocis, &c.] Scire equidem ex te velim, quo

Digitized by Google

referantur illa toties hic repetita aut qui; non enim video quorsum pertineant, neque ullum exitum orationis invenio. Tot ergo rerum inventores, quos hic enumerat, nominum, litterarum, astronomiæ, frugum, vestium, tectorum, quid? quid agunt, vel quid sunt denique? nihil omnino; ut quidem hic locus vulgo nunc legitur. Tu vero sine dubitatione repone, *ex hacne tibi terrena mortalique natura concretus is videtur, aut qui primus . . . omnibus rebus imposuit nomina; aut qui, &c.* Hoc est; nihilne divinitus habuit, nihil auræ cœlestis, nihil ignis ætherii? Nosti illud Lucretii de Empedocle: 'Ut vix mortali videatur corpore cretus.' Cæterum tam turpe mendum librariorum solemni audaciæ acceptum referimus: cum enim præcessisset *inventio atque excogitatio*, statim hi τὸ *concretus is* ne Latinum quidem esse arbitrati, permutarunt terminationes, ut eodem genere adjectivum cum substantivo, ut putabant, amice concordaret. *Bentl.* *Concreta ea, &c.*] Ita omnes codices scripti et impressi: pro qua lectione Bentleius reposuit *concretus is videtur, aut qui primus, &c.* quia nescivit, quo referrentur illa toties in sequentibus repetita *aut qui*. At mihi ista emendatione opus non esse videtur, si sic locum interpungamus, *ex hacne tibi terrena mortalique natura et caduca concreta ea* (sc. inventio atque excogitatio) *videtur? aut qui primus, &c.* Scilicet hæc compendiose dicta esse censeo, cum fusius Cicero sic dicere potuisset, *aut ex illa natura concretus is videtur, qui primus, &c.* Pearc.

§ 62 *Progressiones, institutiones*] *Institiones* reponunt Manutius, Lambinus, alii: nec, ut videtur, immerito: licet enim codices nihil varient, minime capio, quem locum habere possint *institutiones*. Alteram vocem sicco pede prætereunt interpretes; eundem tamen potestatem obtinet ac cursus, nec ταυτολόγως putanda est Cicero. Reg. et Elien. sec. *progressiones*. Scribo *regressiones*; nam planetas nunc stare, nunc regredi, nunc procurrere videri, notissimum. *Davis.*

Tum illa, non re, sed vocabulo errantia] Platonicorum fuit sententia, stellas erraticas non vago motu, sed certis legibus, agitari; quod etiam recentioribus videtur astronomia, qui diversa illa φαινόμενα vario planetarum et telluris inter se situi tribuunt. Vide sis Cic. Nat. Deor. II. 20. *Idem.*

Quorum conversiones omnesque motus qui animus vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, qui ea fabricatus esset in cœlo] Redige, quæso, hæc mecum ad calculum: *qui*, inquit, animus *vidit, is* (id est, animus) *docuit animum suum similem ejus esse.* Ergo hic habemus *animum animi*: satis hoc belle? Alius, opinor, dixisset, *is docuit se similem ejus esse.* Sed alia paratior medicina est. Lege certissime, *quorum conversiones omnesque motus qui animo vidit, is docuit similem animum suum ejus esse, &c.* Noster Nat. Deor. I. 18. 'Epicurus autem, qui res occultas et penitus abditas non modo viderit animo, sed etiam sic tractet,' &c. Ibid. II. 64. 'Totam licet animis, tanquam oculis lustrare terram.' Acad. II. 40. 'Aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur.' Ovid. Fast. IV. 'Appius est auctor, Pyrrho qui pace negata Multum animo vidit, lumine captus erat.' Et alii passim. Sed et hoc jam nunc a Lambino video occupatum: adeo ut rursus indigner ejus hominis vicem, cui sæpe recte monenti, seu præ invidia et livore, sive præ cæcitate et ignorantia, nemo obtemperare voluit. *Bent.*

§ 63 *Quod si in hoc mundo fieri sine Deo non potest*] Nihil variant codices scripti: est tamen cur a Ciceronis manu esse nunquam crediderim. Quid enim sibi vult *in hoc mundo*? an

Digitized by Google

plures et infinitos quidem mundos constituit, ex sententia Democriti et Epicuri? Nugæ meræ: nullus quippe apud illos mundi ædificator Deus: omnia casu et fortuito ex atomorum concursu. Atqui hic ex Platonis sententia loquitur: lege itaque inverso ordine, *quod si hoc in mundo fieri sine Deo non potest, ne in sphæra quidem, &c.* Idem.

Cap. xxvi. § 65 *Non enim ambrosia Deos aut nectare, aut Juventate pocula ministrante lætari arbitror*] Geminus fere locus est Nat. Deor. i. 40. 'At poëtæ quidem nectar, ambrosiam, epulas comparant, et aut Juventatem aut Ganymedem pocula ministrantem.' Verum ut hic locus rectus est et integer, ita prior ille in mendo cubat. Quale enim illud, *lætari ambrosia, aut nectare,* aut *Juventate?* Quid? cibusne, obsecro, est Juventas, an potio? Vides nunc, opinor, quod tuum est acumen, sententiæ labem; quam nullo negotio expurgaveris, nisi sic legeris, τῷ *aut* deleto, *Non enim ambrosia Deos aut nectare, Juventate pocula ministrante, lætari arbitror.* *Pocula* vero intellige 'ambrosiæ aut nectaris;' quorum utrumque interdum pro liquoribus venditant poëtæ, et 'ambrosiæ succos,' cum libuerit, spargunt. *Idem.*

Cur Laomedonti tanta fieret injuria] Nostro σφάλμα μνημονικὸν impingunt Joach. Camerarius, Aldus nepos, et Fulv. Ursinus; quasi *Troi,* non *Laomedonti,* fuisset scribendum. Verum ut de raptore, sic de patre Ganymedis magnæ sunt inter auctores discrepantiæ. Plerisque Trois est filius. Lucianus in Charidemo eum Dardani filium vocat. Laomedonte genitum confirmat Cycli scriptor apud Scholiasten in Euripidis Orest. vs. 1392. Quo loco Ciceronem tuetur Tan. Faber Ep. ii. 58. Quin et Ganymeden ab Euripide Troad. vs. 822. Λαομεδόντιον παῖδα nominari video. Neque eum Laomedonte prognatum fuisse, *patris* asserit noster: sed patre mortuo, fratrem contingebat injuria. *Davis.*

Divina mallem ad nos] Hæc laudat Augustinus Civ. Dei, iv. 26. et Confess. i. 16. Idem querebatur Xenophanes. Adi Menagium ad Laërt. ix. 18. *Idem.* Vide P. Victorii Var. Lect. xxxv. 10.

Inducta: primum hæc] Interpunctum sic voluerat Lambinus, *inducta primum: hæc, &c.* Facit cum Lambino Bentleius, ac merito quidem.

Cap. xxviii. § 67 *Motum, celeritatem*] *Motus celeritatem.* Bentl.

§ 68 *Ad maturitatem frugum*] Rectius, opinor, Ms. Norvic. quo usus est Davisius, *ad maturationem frugum et ad temperationem corporum aptas;* id est, ad faciendas fruges maturas. Sic ab aliis Latinis scriptoribus 'poma' et 'uvæ maturari' dicuntur. 'Maturitas' significat tempus maturum; hic vero locus postulat potius vocem, qua actus maturandi exprimatur. Vix aliter Noster locutus est in Nat. Deor. i. 2. 'Cœlique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignant, maturata pubescant.' *Pearce.*

Cap. xxx. § 72 *Nam qui se humanis vitiis contaminavissent, et se totos libidinibus dedissent, quibus cæcati, vel ut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent, vel rep. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, seclusum a concilio Deorum*] In his verbis non ita multis ter quaterve a dormitantibus librariis peccatum esse suspicor. Sed primum apponam integrum locum, ut mihi legendum videtur; tum de ratione emendationum videbimus. Scribo igitur, *nam qui se immanibus vitiis contaminavissent, aut se totos libidinibus dedidissent, quibus cæcati, vel domesticis stupris atque flagitiis se inquinavissent, vel rep. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis devium quoddam iter esse, &c.* Principio, illud quod vulgo fertur *humanis vitiis* quam sententiæ

Digitized by Google

adversum sit, tu considera. Nam certe 'humana vitia' sunt quæ in quemvis hominem cadunt, quæ naturæ humanæ imbecillitas a se defendere et depellere non potest. Ovidius Fast. I. 299. de astronomiæ inventoribus loquens, tanquam supra mortalem conditionem evectis, 'Credibile est illos pariter vitiisque locisque Altius humanis exseruisse caput.' Atqui hoc loco non de mediocribus et ignoscendis vitiis Ciceronem loqui manifestum est; hinc enim mortalium turpissimos et contaminatissimos ponit, illinc castissimos sanctissimosque; quorum hos ad Deorum sedes recta ire post mortem, illos iter devium capessere, a beatis sedibus quam maxime diversum. Lego igitur, quod proxime ad librorum scripturam videtur accedere, *immanibus vitiis*, quo epitheto Horatius noster usus est II. Sat. 4. 76. 'Immane est vitium dare millia terna macello.' Mox lego, *aut se totos, &c.* Non enim eosdem, sed diversos intelligit; priores, sceleratos, fraudibus, rapinis, cædibus grassantes; posteriores, voluptarios, qui ventri et gulæ et libidinibus serviunt. Certe hæc vitia quodammodo contraria sunt, nec facile in unum eundemque hominem cadunt. Lege deinde *dedidissent*, cum Victorio et codice ex tuis meliore, quod et hic et sæpe alias perperam immutavit Gebhardus. 'Dedere' enim majus quid et significantius notat, quam 'dare;' pro captivo se tradere, in servitutem addicere, mancipare. Confirmatur hoc et ex adjuncto *totos dedidissent:* sic Noster de Legibus II. 2. 'Pro qua mori, et cui nos totos dedere debemus.' Ad Atticum IX. 4. 'Sed tamen, ne me totum ægritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις.' Tuscul. V. 39. 'Huic discendi quærendique divinæ delectationi toto se animo dedidissent.' Ubi iterum contra Victorium et tuos codices Gebhardum sequeris male interpolantem 'dedissent.' Sequitur deinceps, *quibus cæcati, velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinavissent:* hoc est, quibus seu sceleribus, sive libidinibus (nam ad utrumque hoc refertur) velut domesticis vitiis, &c. Quid, malum, illud *velut?* an scelera, fraudes, rapinæ sunt domestica vitia? immo vero hæc ut disjuncta et disparata ponuntur. Lego ergo levissima mutatione, *vel domesticis flagitiis, vel re publica violanda.* Alioqui impedita prorsus oratio est, neque exitum sibi reperit. Hæc quidem emendatio, utcumque fiat cæteris, longe certissima est, sed aliud quid etiam restat. Vide enim illud, *quibus vitiis et libidinibus cæcati, vel domesticis vitiis se inquinavissent:* quam frigide, quam illepide hic repetitur illud *vitiis!* an quidquam sapit aut elegantiæ, aut copiæ Tullianæ? Quamobrem aut legerim, *domesticis stupris atque flagitiis*, aut *domestica nequitia atque flagitiis:* illa enim apud nostrum una cum flagitiis non semel juncta legimus. *Bentleius.* Agnosco sane, quod ait Bentleius, in usu esse et communi, et Ciceronis, ut 'humana vitia' dicantur mediocria et excusabilia. At enim philosophi personam hic induit Cicero, atque hominibus e turba ac fæce mortalium, opponit sapientem Diis admovendum. 'Humana' quæ dicit 'vitia,' illa ipsa sunt quæ Plato κακὰ ἀνθρώπεια. Phædon. pag. 81. edit. H. Steph. Quem locum videtur Latinus respexisse. Tum etiam infinita sunt a quibus nos absterret religio tanquam malis ac flagitiis, quæ philosophorum sapiens ille neque illicita sibi ducebat, neque in vitiis numerabat vel tolerabilibus. Davisio itaque assentior nihil in illis verbis mutanti. Neque in his quidquam video mutandum, *et se totis libidinibus dedissent*, cum 'libido' genus omne contineat illicitarum cupiditatum. Vide, si vacat, Tusc. IV. 6. *Buher.*

§ 73 *Itaque dubitans*] Hæc verba

Digitized by Google

poëticum nescio quid olere videntur; et fortasse veteris poëtæ cujuspiam anapæstici fuerint sic ordinandi: 'Dubitans, circumspectans, hæsitans, Multa adversa revertens.' *Guietus.*

CAP. XXXI. § 76 *Sive retractabis, sive properabis, volat enim ætas*] Recte quidem nunc vulgo editur *retractabis;* cum veteres editiones et codices aliquot scripti *retardabis* habuerint; quod natum videtur ex illo altero *properabis,* cui scilicet contrarium et ἀντίθετον ponendum videbatur *retardabis.* Cæterum uno verbo feliciter restituto, de altero erat cogitandum. Quid enim est *properabis* ad mortem? hoc certe est voluntariam mortem ante diem sibi arcessere; quod hoc ipso loco auctor tanquam illicitum et nefarium damnat. Quid ergo? equidem corrigendum puto, *sive retractabis, sive obtemperabis;* quod si compendiose et cum *p, optep.* scripseris, more in veteribus libris recepto, minimum aberraverit a vulgata lectione. 'Retractare' autem et 'obtemperare' sunt plane antitheta: et sententia exurgit aptissima. Moriendum, inquit, erit; seu iniquo animo et ingratiis, sive æquo et libenter; seu renuas et tergiverseris, sive pareas et morem geras. Huc opposite accedunt illa Græca Cleanthis, quæ Latine eleganter vertebat Seneca Ep. 107. 'Duc me, parens celsique dominator poli, Quocumque placuit: nulla parendi mora est; Adsum impiger. Fac nolle: comitabor gemens; Malusque patiar, quod pati licuit bono. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.' *Bentl. Retrectabis* habent editiones quædam, aliæ *retractabis;* quæ verba tantumdem differunt, quantum 'lavare' et 'lavere,' 'impartio' et 'impertio.' Qui recusent stare pactis, facere aliquid, ire quopiam, &c. revocant, retrahunt, retractant dicta, manum, pedem, &c. Quid sit, *sive retractabis,* intelligere videor ex hoc Ovidii Trist. I. 3. 55. 'Ter limen tetigi, ter sum revocatus, et ipse Indulgens animo pes mihi tardus erat.' *Anon.*

A. Quid refert? M. Adsunt enim, qui hæc non probent. Ego autem, &c.] Sic videntur ista distinguenda. *Quid refert,* inquit Auditor, ista urgeri? Refert, inquit Marcus, *adsunt enim, qui hæc non probent;* video quosdam abnutantes, quibus servire debeo. Et complures secum familiares fuisse affirmavit supra, cap. 4. quos non puto id commisisse, ut Ciceronem solum cum solo Auditore relinquerent, cum hanc declamationem et scholam haberet. Schola sane et declamatio nunquam sine frequentia. Tum illud *adsunt* potest id ipsum dicere, quod explicatur mox fusius, 'catervæ veniunt contra dicentium,' &c. *Anon.*

§ 77 *Quos equidem non despicio*] Dictum civiliter, atque dissimulatione Academica. Aliter in Dialogis loquitur, ubi personam inducit alicujus Stoici. Sensum hunc video: Venient catervæ contra disputantium, qui te ab his revocent, quæ persuadere sum conatus. Nihil quidem est magnopere, quod tibi ab Epicureis metuam: non quod illos despiciam; sed quod eos videam a doctissimo quoque despici. Equidem non satis intelligo, cur ita contemnantur; sed contemnuntur tamen. At Dicæarchus, homo minime despiciendus, ipse quoque acerrime, &c. *Idem.*

CAP. XXXII. § 78 *In his est enim aliqua obscuritas*] Sententia Academicorum est, in rebus omnibus, etiam clarioribus, esse obscuritatem aliquam. In hac sententia fundatur epoche, et retentio assensionis, de qua in Lucullo. *Idem.*

Id igitur si acciderit] Ut veniant contra dicentes, ut moveamur aliquo acute concluso, ut labemus, simus armati: nihil itaque nimis confidamus; sed arma etiam paremus. *Id.*

Sed non semper. Istos vero] Legi potest *sed non semper.* Auditor. *Istos*

Digitized by Google

vero . . ne intereat. Marcus. *Bene reprehendis . . . Credamus, &c.* Auditor, Marco assentiens de omittendis Stoicis, Omittamus vero istos, inquit; his enim quid facias, qui, contra quam monstrat ratio, admittunt ultro id, quod est in hac quæstione difficillimum; negant id, quod et facile est ad credendum, et consequens ex eo quod admittunt? Auditoris orationem hanc approbans, subjungit Marcus, *Bene reprehendis, &c.* Hunc tamen locum Buherius legit, ac distinguit, uti nos edidimus. Guietus autem istud, *Credamus igitur Panætio*, cum interrogatione legebat, quasi dictum εἰρωνικῶς. Tu, erudite lector, judicio tuo utere. *Olivet.*

Cap. xxxiii. § 80 *Semotas a mente et disclusas putat*] Plato videlicet in capite rationem ponit; iram vero in pectore locat, cupiditatem subter præcordia. Vide supra cap. 10. et Diogenem Laërt. iii. 67. *Davis.*

Aristoteles quidem ait] Hoc ponit et rationibus confirmat Stagirita Problem. xxx. Quæst. 1. Vide Gell. N. A. xviii. 7. *Davis.*

§ 81 *Omittit similitudines*] Nihil pravius et ineptius hac lectione; nam ubicumque dicimus 'omitto' aut 'mitto,' nostra significamus nos mittere argumenta, quæ, si opus fuerit proferre, possemus: at hic contra adversarii argumentum se dicit omittere; nam ex 'similitudine' ingeniorum, qua filii parentes suos referre solent, Panætius probare voluit 'animos nasci.' Ergo subtilissime sane fortissimeque disputat, qui id, quo ab adversariis urgetur, non refutare, sed omittere se profitetur. Quid, quod id ipsum falsum est, 'se omittere similitudines?' pergit enim argumentum a similitudine ductum pluribus exemplis refellere. Quid multa? legendum esse contendo *omitto dissimilitudinem;* nam codex tuus *similitudinem* singulari numero exhibet. Duplici scilicet ratione Panætii argumentum convellit. Primo, ait, posito talem esse animorum similitudinem; ea tamen efficitur, non quod ipsi animi a parentibus nascantur, sed quod animi mores fere suos et indolem ducant a temperamento corporum, quæ sine dubio parentum corporibus cognata et similia sunt. Negat secundo ejusmodi similitudinem esse perpetuam: *Omitto*, inquit, *dissimilitudinem;* Africani quippe et Crassi et multorum clarorum virorum filii et nepotes parentibus dissimillimi erant. Addere potuisset et suum Marcum: sed is qui vir futurus esset, nondum ostenderat. *Bentl.*

Cap. xxxiv. § 82 *Totumque hoc leve est, qualecumque est*] Considera sodes illud *qualecumque.* Id enim eam vim in hoc loco habet, quasi diceret, *totum hoc leve est, quantumvis grave sit;* quo quid putidius et absurdius dici potest? Sine dubio scripsit Cicero, *totum hoc breve est, qualecumque est.* Hoc est; seu grave sit, ut illi contendunt, seu exiguum, ut ego quidem existimo; certe breve est; cur? quia fit ad punctum temporis. *Idem.*

§ 83 *A rege Ptolemæo*] Cum multi post Alexandrum in Ægypto regnarint Ptolemæi, haud facile est definire quem eorum Cicero hic potissimum dicat, neque est quidquam a veteribus de hoc Hegesia proditum litteris, quod inquirentes juvet. Gerardi Joannis Vossii errorem, qui Hist. Græc. i. 12. Hegesiam facit Platonis æqualem, convicit in Diog. Laërt. ii. 26. Ægidius Menagius; cujus argumentis adjungi hoc potest, eum, qui Ptolemæorum primus in Ægypto regnavit, longo satis intervallo post Platonis mortem, rerum fuisse potitum. Quia vero quo Hegesias tempore floruerit, non indagavit Menagius, quod veri simile videtur proferam. Auctore nitor Diogene eodem Laërtio, qui hac serie dispositos dedit Cyrenaicæ sectæ philosophos:—

Digitized by Google

ARISTIPPUS.

Areta, condiscipulus Antipatri.

- Aristippus junior, discipulus Aretæ.
  - Theodorus, cognomento Deus, discipulus Aristippi.
- Epitimedes, discipulus Antipatri.
  - Parabates, discipulus Epitimedis.
    - Hegesias, discipulus Parabatæ.

Theodorum hunc, quem cognominarunt Deum, vixisse constat tempore Ptolemæi Lagidæ; cujus rei testem habemus Diog. Laërt. II. 101. Hegesias ergo, si proxima post Theodorum ætate vixit, in postremos incurrerit annos Lagidæ, qui prope quadraginta imperio explevit; aut in tempora Philadelphi. Notum est, isto regnante, quis honos litteris fuerit Alexandriæ, qua in urbe Hegesiam scholas habuisse testis est hic Cicero. Atque ut erat non tantum philosophus insignis, sed orator, Val. Max. VIII. 9. vix dubito, quin hic ipse ille sit Hegesias Magnesius, a Cicerone inter oratores, a Vossio inter historicos numeratus. Hegesiam quidem philosophum Vossius sejungit ab historico; sed idcirco quia in philosophi ætate aberraverat, quod ante animadverti. Fuerit tamen alter Hegesias philosophus, alter historicus, at eodem uterque vixit tempore. *Buher.*

§ 84 *E muro se in mare abjecisse*] Ita quoque Callimachus: ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος. Non utique muro urbis patriæ; a mari enim Ambraciam interjecta 80 stadia removebant. At Ambraciotæ ad mare habebant murum et portum: Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττης τεῖχος, κ. τ. λ. Si Callimachum audimus, desiluit Cleombrotus ex alto muro in Orcum, εἰς Ἀΐδην. Criticus aliquis corrigebat, εἰς ἅλα: nihil opus erat. Rem eandem Cicero populariter expressit, Callimachus poëtice. Ut hic εἰς Ἀΐδην, Ovid. in Ibin, vs. 495. scripsit 'in Tartara.' *Idem.*

Ἀποκαρτερῶν] Hac voce significatur is, qui cibo abstinet, ut a vita per inediam discedat; non *intolerantissimus*, ut imperite censuit Aldus nepos. *Davis.*

Cap. xxxv. § 85 *Honoratus quatuor filiis*] Reponebat Davisius *honoratis*, veritus, credo, ne parum apte diceretur pater honoratus filiis. An forte non viderat quod scripsit de Catone Cic. de Offic. III. 16. 'Ut enim cæteri ex patribus, sic, qui lumen illud progenuit, ex filio est nominandus.' Si pater non honorabatur filiis, cur inductum fuit jus trium liberorum? *Anon.*

Vitam evitari] Antiquis 'evitare' idem erat ac occidere. Apuleius Met. lib. III. 'Nec enim verisimile est hominem solitarium tres tam validos evitasse juvenes.' Vetus Gloss. Ἐναρίζω, *evito.* Sensu eodem usurpavit Plautus verbum 'invitare,' Casin. III. 6. 21. 'Gladium Ancilla Casinam habere ait, quo me atque te invitet.' *Buher.*

Eventum amisisset] Ut dixit Sallust. 'amittere ærumnas,' 'egestatem.' *Anon.*

Cap. xxxvi. § 87 *Sed hoc ipsum*] Ita lego, atque interpungo: *sed hoc ipsum concedatur, bonis rebus homines morte privari. Ergo etiam carere mortuos vitæ commodis, idque esse miserum (certe ita dicunt) necesse est.* Buher.

Cap. xxxix. § 94 *Cur? Nam, reor, nullis si vita longior daretur*] Buherius recte statuit legendum esse *Cur? nam, reor, illis, &c.* ad fidem unius Ms. suæque vet. editionis. Sed ne sic quidem hæc cum sequentibus bene cohærebunt. Quis est enim qui dicit aut hæc, aut sequentia?

Digitized by Google

Nihil est enim profecto homini prudentia dulcius; quam, ut cætera auferat, affert certe senectus. Quis est, inquam, qui hæc dicit? si Cicero, suo ipse argumento adversari videtur; nam, cum instituerit probare *non esse miserum ante tempus mori,* inepte hic causam senectutis agit, ut quæ *afferat prudentiam, qua nihil est homini dulcius.* Hoc si Cicero dixerit, non potuit non concedere, miserum esse ante senectutem mori. Locus, ut opinor, vitiosus est; eaque Ciceronis esse verba creduntur, quæ potius adolescentis vel auditoris sunt; quocum hanc disputationem Noster habuerit. Sic potius credas Ciceronem scripsisse: *Eorum autem qui exacta ætate moriuntur, fortuna laudatur.* M. *Cur?* A. *Nam, reor, illis si vita longior daretur, posset esse jucundior; nihil est enim profecto homini prudentia dulcius; quam, ut cætera auferat, affert certe senectus.* M. *Quæ vero ætas longa est?* Siquis meam conjecturam probaverit, videbit verba *nam, reor, illis, &c.* adolescentis esse; rationemque reddere ejus, quod paulo ante dixerat, nempe, 'fortunam laudandam esse eorum, qui exacta ætate moriuntur.' *Pearc.*

Modo pueros] Volt Bentleius hos esse versiculos, 'Modo pueros, modo adolescentes, in cursu a tergo insequens, Nec opinantes assecuta est.'

Apud Hypanim ... Aristoteles ait] Ejus sunt verba Hist. Anim. v. 19. quæ tantum non exscripsit Plinius H. N. xi. 36. *Davis.*

Cap. xl. § 96 *Qui venenum præbuerat*] Elegantem J. M. Bruti notam hic legisse non pœnitebit. '*Cui venenum, inquit, præbiberat,* habet Gryphii liber; quæ mihi germana lectio, atque eadem clarissima videtur; nam verbum *præbuerat,* cum ad Critiam referendum sit, cujus fuerat sententia Theramenes damnatus, haud satis apte quadrare videtur. Est enim 'præbere' ejus, qui manu tradit et porrigit; non ejus, qui aliquid præbendum alteri dat. Etsi autem non ignoro verbum 'præbibere' non temere apud classicos auctores inveniri; non video tamen, cum minime analogiæ ratio repugnet, et sit verbi compositio haud invenusta, cur non debeat cuivis, optimo exemplari et vetustissimo suffragante, probari. Certe ne cui mea fides suspecta sit, locum viris doctissimis ostendi, de quorum sententia ita mihi esse edendum existimavi.' Hæc eruditus ille vir. Accedunt fere Pall. tert. quart. Reg. et Eliens. prim. in illis enim est *qui venenum præbiberat.* Ignota tamen aliis auctoribus non est 'præbibendi' vox. Apuleius Met. x. pag. 334. 'Simul, quod ei præbiberim, commoneto.' Hieronymus Epist. xxii. pag. 142. 'Aliæ vero sterilitatem præbibunt, et necdum sati hominis homicidium faciunt.' Ac Epist. lxv. pag. 485. 'Nec venena jam timebo, cum antidotum præbibero.' Haud sane Romanis est aliud verbum mere Latinum, quo Græcorum προπίνειν exprimant. *Id.*

Cap. xli. § 97 *Si mors ei somno similis est, qui placatissimam quietem affert, Dii boni! quid lucri est emori? Aut quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur, cui similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis? Quis me beatior*] Impedita sane oratio; adde quoque, scabrosa et aspera. *Cui nocti,* ait, *similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis.* Atqui illud non pro concesso sumendum erat, sed probatione indigebat. Illud deinde, quam ex abrupto, *quis me beatior?* Non agnosco Ciceronem ita temere et intempestive exclamantem. Lege vero, et distingue, me fidejussore, *quam multi dies reperiri possunt, qui tali nocti anteponantur? Cui si similis futura est perpetuitas omnis consequentis temporis, quis me beatior?* Illud *si* absorptum est a sequente syllaba. *Bentl.*

Digitized by Google

CAP. XLII. § 101 *Quid ille dux Leonidas*] Vereor ne mendum sit; nam manu scripti codices *Leonidas* non habent, sed pro illa vocem parum sinceram: et per se recepta verba non parum mihi suspecta sunt. *Victor.* Sana omnia, si legas, *Quis ille dux: de prandio, ait, surgite animo forti, Lacedæmonii. Hodie apud inferos, &c.* Buher. Vide Gul. Canterum, Nov. Lect. VI. 12. et Nic. Fabrum, ad Senecæ Suasor. II.

Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant] Omnino non videtur hæc phrasis in loco esse proprio ac suo. Forsan irrepsit in contextum e margine, ubi fuerat explicando alteri Simonidis versui collocata. Quod si non ejicitur prorsus, rejiciatur certe ad calcem hujus capitis. Satis belle stabit ante hæc verba, *Esto, fortes et duri Spartiatæ.* Buher.

CAP. XLIV. § 106 *Mater, te appello*] Vide in Lucull. cap. 27.

Pressis] Id est, lentis: quales numeri tristibus et querulis affectibus congruunt. Cic. de Nat. Deor. II. 59. 'Sonos vocis distinctos, et pressos.' De Orat. III. 12. 'Presse, æquabiliter, et leniter loqui.' Tit. Liv. XXVIII. 14. 'Presso pede incedere,' id est, lento. Ovid. Met. III. 17. 'Subsequitur, pressoque legit vestigia passu.' Velleius Paterculus, II. 129. 'Causas pressius audit?' id est, patientius. *Buher.*

§ 107 *Cum multi inimicos*] Id est, quamvis multi, &c. Hunc usum voculæ *cum* non omisere, qui de particularum vi et usu scripserunt. *Anon.*

Quam essent dura, si sentiret! nulla sine sensu] Frigida sane exclamatio, neque ex genio Ciceronis. Codices tui præferunt *sentirent.* Editiones autem præter tuam omnes *sine sensu sunt.* Fatendum quidem plerosque codices non agnoscere illud *sunt,* sed facile absorberi potuit a syllaba præcedente. Quanto igitur concinnius et rotundius exibit, si sic legas ex conjectura! *Quæ, ut essent dura: si sentirentur; nulla sine sensu sunt.* Equidem vix crediderim, aliter ab auctore profectum esse. *Bentl.*

CAP. XLV. § 108 *In Hyrcania plebs publicos alit canes*] Mirum profecto, quod pro *publicos* verbo usitatissimo præstantiores codices præferant *supplices.* Nimirum auctor scripserat *publice alit canes:* inde librariorum hallucinatio. 'Publice alere,' est publica cura atque impensa. Sic Noster alibi in Verrinis, 'publice sumptui esse,' 'publice redimere.' Pro Roscio Amerino cap. 20. 'Anseribus cibaria publice locantur, et canes aluntur in Capitolio.' Suetonius Aug. XII. 'Tumulo publice extructo:' et Vitel. X. 'Epulo ubique publice præbito.' Ita alii sæpe. *Id.*

§ 109 *Multa mihi ipsi ad mortem tempestiva fuerunt, quæ utinam potuissem obire*] In Mss. quantum constat, omnibus est *quæ utinam.* Nos vero *quam,* ex conjectura, cum certissima videretur, recipere nulli dubitavimus; pronomen enim ad *mortem* dubio procul est referendum. *Davis.*

Tempestiva ad moriendum] Sunt opportunitates moriendi, idonea ad relinquendam vitam tempora, occasiones, quibus se dolet defuisse. 'Obire locum,' 'tempus,' et similia, observante Gifanio, 'occurrere ad constitutum,' non deesse, non desiderari. Cicero, pro Mil. 10. 'Clodius ita profectus est, ut concionem turbulentam, in qua ejus furor desideratus est, quæ illo die habita est, relinqueret: quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.' De Amic. 2. 'Qui diligentissime semper illum diem, et illud munus solitus es obire.' Hæc non meminerat Davisius, quando edebat *quam utinam,* ubi omnes, ipsomet fatente, codices habent *quæ utinam.* Hæ quidem phrases, 'obire mortem,' 'obire tempestiva ad moriendum,' eodem recidunt. Hoc tantum dis-

Digitized by Google

crepant, quod altera sit vulgatissima; altera minus trita; sed Latina nihilominus et Ciceroniana. *Anon.*

Quamvis non sentiant] Hæc cum Cl. Bentleio reor delenda; nihil enim nisi vana sunt ταὐτολογία. *Davis.*

CAP. XLVI. § 111 *Non enim in cælum adscensurus es*] Corrigere aliquis volebat *nunc enim*. At enim cum Cicerone consentit Plutarchus in Vita Pelopid. Deinde existimabant Græci, hominem, cui hæc contigissent, in summo gradu felicitatis esse, ad quem pervenire mortali liceat; nihil ultra esse quod expeteret, nisi Deorum culmen, in quod vivus non poterat evehi. Quocirca dicebat olim pugili victori Pindarus, Isthm. v. 18. Μὴ μάτευε Ζεὺς γενέσθαι. Πάντ' ἔχεις. *Ne opta Jupiter fieri; omnia habes.* Nisi forte ambis Jupiter fieri, habes omnia quæ possis expetere. *Buher.* Quanta fuerit apud Græcos Olympiacæ victoriæ laus et gloria, docebit Pindarus Olymp. III. 77. Plato de Rep. v. Athenæus VI. et X. Artemidorus II. et v. ne Vitruvium, Suetonium, reliquosque memorem. *Davis.*

CAP. XLVII. § 113 *Cleobis, et Biton*] Vide Herodotum, I. 31.

§ 114 *Trophonius et Agamedes*] Hanc historiam modo plane diverso tradit Pausan. IX. 40. At cum nostro facit Æschines in Axioch. Et hos quidem λάϊνον οὐδὸν, et ἄδυτον ἐκ πέντε λίθων Apollinis Delphici templo posuisse testantur Homerus Hymn. in Apoll. vs. 296. et Stephanus in Δελφοί. *Davis.*

CAP. XLVIII. *De Sileno fabella quædam*] Eadem ex Aristotele narrat Plutarch. Cons. ad Apoll. qui pariter ac Athenæus lib. II. aliique, cum Nostro Silenum facit Midæ captivum. At Xenophonte, de Exped. lib. I. Satyrus nominatur. Non raro quidem Silenos et Satyros confundunt auctores: est tamen inter eos discrimen; qua de re videas licet Is. Casaubonum de Sat. Poësi I. 2. pag. 53. et Jac. Perizonium ad Ælian. III. 18. *Davis.*

§ 115 *Nam nos decebat*] Lego, *Nam nos decebat, cœtus celebrantes domu, &c.* Buher.

In consolatione Crantoris.] Erat libelli inscriptio 'De Luctu,' Acad. Quæst. II. 44. Περὶ πένθους, Diog. Laërt. IV. 27. *Idem.*

Ignaris homines . . . ipsique tibique] Græci versus, ut et historia quam modo retulit Tullius, extant apud Plutarchum Cons. ad Apoll. *Davis.*

§ 116 *Alcidamas quidam*] Hunc rhetorem Plato in Phædro appellabat Palamedem, quod, ut ille in utramque partem dissereret. *Buher.*

Repetunt ab Erechtheo . . . Codrum, &c.] De Orat. I. 20. 'Cum repeteret usque a Corace,' &c. Divinat. I. 1. 'Ut ab ultimis auctoritatem repetam,' &c. Invent. II. 2. 'Ac veteres quidem scriptores artis usque a principe illo atque inventore Tisia repetitos,' &c. Itaque dicitur 'repetere' qui vetera atque obliterata commemorat; quod faciebant rhetores isti, de quibus agitur, qui 'claras mortes pro patria oppetitas' commemorabant, usque ab Erechtheo exorsi; atque ex illa antiquitate repetebant Codrum, &c. *Anon.*

Cupide mortem expetiverunt] Quia res non intra votum stetit, et mortem non *expetiverunt* solum, sed etiam *oppetiverunt*, Bentleius, assentiente Davisio, ultimum hoc verbum illi alteri substituebat. Aliter mihi videtur. Conspirat scilicet *cupide* melius cum verbo *expetiverunt*. Neque fuit necesse verbo proprio id exprimere, quod ex tota loci serie satis intelligitur, Erechthei filias mortem obiisse; neque voluit Cicero de morte illarum, sed de alacritate moriendi, admonere. *Buher.*

Digitized by Google

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

LIBER II.

CAP. I. § 3 *Etenim si orationes ... sed si reperiebantur nonnulli*] Est ἀνακόλουθον, quod post nonnulla παρενθετικῶς interposita scriptoribus haud est inusitatum. Sic Tusc. v. 15. 'An dubitas, quin præstans valetudine, viribus, forma ... si fuerit is qui hæc habet injustus, intemperans, timidus ... dubitabisne eum miserum dicere?' Iterum cap. 19. 'Similemne putas C. Lælii unum consulatum fuisse, et eum quidem cum repulsa ... sed tamen utrum malles; te, si potestas esset, semel, ut Lælium, consulem, an, ut Cinnam, quater?' Sic et Offic. III. 26. 'Utile videbatur Ulyssi ... sed insimulant eum tragœdiæ, simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.' *Davis.*

Effectus eloquentiæ est audientium approbatio] Lambino placet *effectrix eloquentiæ*, quod oratorem excitat assensus auditorum, et magna frequentia. Præterquam vero quod omnes codices receptam firmant lectionem, non tam quid eloquentiam faciat, (licet eam quoque non sola pariat audientium approbatio) quam quæ sit ejus vis, dicendi videtur locus. *Effectus* ergo valere censeatur ἀποτέλεσμα, seu quod ex eloquentia, velut ex causa, proficiscitur. *Davis.*

Finem proponerent] Forte Cicero scripsit *finem ponerent.* Idem.

Atticorum] Cic. Orat. cap. 7. Quintil. Instit. Orat. XII. 10.

CAP. III. § 7 *Quorum*] Epicureorum. Vide I. 3.

Nisi ipsi inter se] Omnino legerim *nisi ipsis inter se,* quo modo primus emendavit vir doctissimus Joan. Clericus. *Davis.*

CAP. IV. § 13 *Falsumque illud ac improbe*] Falsam quidem esse sententiam illam video, improbitatis nullam in ea significationem reperire possum. In vetere libro, quem habeo, ita legitur, *falsumque illud ac improbæ;* ex qua depravata scriptura conjecturam feci, ita legendum esse, *falsumque illud Accii, Probæ et si in segetem, &c.* Ut Cicero et poëtam nominaverit, qui id dixerat; et præcepta philosophiæ, non simpliciter cum seminibus, sed cum probis et lectis seminibus compararit. *Muret.* Var. Lect. XVI. 20.

CAP. VI. § 16 *Permanet*] Ita Gruterus; sed Victorius interrogative *permanet?* Totam autem hanc ῥῆσιν sic refingit vir magnus, qui mox honoris causa nominabitur: *Ergo, si quod natura ipsa, et quædam generosa virtus statim respuit, ne dolorem summum malum diceres ... in eo magistra vitæ philosophia permanet: quod huic officium, &c.* Buher.

CAP. VIII. § 20 *O multa dictu*] Qui hos versus Accii esse, non Ciceronis putant, H. Stephanus in Trachin. Sophoclis, et G. J. Vossius in Fragm. Veter. Tragic. nihil afferunt, quo dictum confirment; et eo refelluntur, quod Cicero, ubi alienos describit versus, non solet nisi pauculos, et qui ad rem faciant. Locum hunc totum expressit Ovid. Met. IX. 165. et seq. *Buher.*

Biformato impetu Centaurus] Eadem figura, quæ poëtis familiaris, dixit Horatius 'crines Paridis adulteros.' Cicero ipse 'barbara immanitas,' id est, barbarorum. *Idem.*

Inflixit] Vict. Man. Grut. *infixit.* Qui negavit Latinam hoc esse, non meminerat hujus Virgiliani, Æneid.

Digitized by Google

IV. 689. 'Infixum stridet sub pectore vulnus.' *Idem.*

CAP. X. § 23 *Furtum Lemnium*] De quo Plato in Protagora.

Unde ignis] Videntur hi versus expressi ex Prometheo Æschyli vs. 7. 8. 9. *Buher.*

§ 24 *Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem*] Lingua etiam adulant canes, vel adulantur, et lingendis vulneribus, sanguinem non exprimunt, sed sistunt. De corde et jecinore Promethei 'quantum Jovis satelles die ederat,' inquit Hyginus, Fabul. 144. 'tantum nocte recrescebat: eo necesse erat sisti sanguinem; quod præstabat aquila eum adulans pinnata cauda.' *Anon.* Plura in hos ipsos versus Turnebus Advers. II. 9.

CAP. XI. § 26 *Et proprium numerum*] Has voces Davisius uncinis cinxit veluti spurias, et amputandas. Est tamen sine illis manca et parum concinna oratio. Si quid habet caliginis, conabor depellere. Duos Cicero philosophos, Dionysium Stoicum, et Philonem Academicum, quos Athenis audiverat, eorumque stylum, et explicandæ publicis dictionibus philosophiæ rationem comparat. Uterque admiscebat versus orationi. *Sed is quasi dictata*] Phrasis per ellipsin mutila; sed quam facile supplet qui scit qua de re agatur. *Dictata* hoc loco sic intelligi decet, quemadmodum in istis de Fin. I. 4. 'Iisdem de rebus semper quasi dictata decantare.' Nat. Deor. I. 26. 'Ista tamen a vobis tanquam dictata redduntur.' Hoc itaque dicit Cicero: Dionysius, ut Stoicus, nullum sequens florem orationis, ita dicebat, *quasi dictata* redderet; nullum adhibebat delectum, nullam elegantiam aspergebat. Philo adjungebat verbis et versibus proprium numerum; seligebat poëmata, e quibus versus excerperet, et excerptos collocabat eleganter loco idoneo. Dionysius non adjungebat *proprium numerum*, quoniam *quasi dictata* reddebat. *Anon.*

Nostris poëtis] Victorius et Gruterus sic legunt, ac distinguunt, *nostris poëtis, sed sicubi illi defecerunt. Verti enim multa, &c.* Ut hoc voluerit Cicero: uti se studiose quidem Latinis poëtis; sed tunc tantum, cum e Græcis nihil suppetit. Multa enim a se versa esse de Græcis, quæ ornandæ adhibeat Latinæ orationi. Pro ea quam recepimus lectione stant Manutius et Lambinus, ex qua elicitur sensus item commodus et apertus. *Olivet.*

§ 29 *Capior*] Hic agit Cicero partes hominis, qui amet persuaderi sibi, in dolore malum non esse. Itaque *capior* perinde valet ac inescor. *Pass.*

CAP. XIII. § 31 *Nihil proficientem, et laborantem*] Inepta sane oratio, ut nihil supra. Omnino dicendum erat, mutato ordine, *patieturne te quidquam facere, laborantem, et nihil proficientem.* Hoc quidem ferri posset, ut illud Tusc. I. 5. 'Sudans . . . neque proficit hilum.' Verum, cum omnia exemplaria hunc verborum ordinem servent, pro certo habeo vocabulum excidisse, et reponendum, *nihil proficientem, et frustra laborantem.* Quod et jam video Lambinum occupavisse; sed ejus conjecturæ ne mentionem quidem facere dignatus est Gebhardus. *Bentl.*

CAP. XIV. § 33 *Potes dicere*] Variæ lectiones ante oculos versantur. At novam, eamque ingeniosam proponit conjecturam eruditus Bentleius, *num humana contemnentem potes te dicere? aut Philoctetam illum: a te enim malo discedere.*

Mutum] *Mutum*, inquit, *saxum refert flebiles voces;* quia Philoctetæ ejulatibus resonat. Hoc pulchrum est, et poëta dignum; hic antitheton eleganter adhibetur. Quod si *mutum*, ut sane est, pro vera lectione est amplectendum, sequitur, ut pro *qui* legendum sit *quod*, ut vel hoc loco Pe-

Digitized by Google

trensis tuus præfert. Ergo *lecto*, si vera ea lectio est, erit neutro genere a *lectum*, ut Græcis *Λέκτρον*. Sic Digest. XXXIV. 2. 19. 'Lectum plane argenteum argenti appellatione non continetur.' Quamobrem totus locus sic constituendus est: *Sed ille certe non fortis, qui jacet in lecto humido Quod ejulatu, questu, gemitu, fremitibus Resonando, mutum flebiles voces refert.* Nam illud *lecto humido* non Ciceronis esse, sed poëtæ, ipsa dictio satis indicat. Lectum autem humidum est plane 'saxum illud Lemnium,' quo Philoctetes procumbens omnia complebat questu et gemitu. *Bentl.*

Si nulla est, quid exornamus philosophiam] Aliquanto venustius, mea quidem sententia, legitur apud Nonium, *sin nulla est, quid exornamur philosophia?* Damus enim nos philosophiæ exornandos, ut fortiter dolorem ferre possimus; quam hic esse Ciceronis mentem apparet. Si nulla est, inquit, patientia, frustra excolimur præceptis philosophiæ, frustraque præclarum philosophi nomen ambimus. *Passer.*

CAP. XV. § 36 *Barbara*] Phrygia, Asiatica. In illis enim gentibus fœminæ non alio, laudabili certe, quam quærendorum liberum studio tenentur. Vide Serv. in Æneid. II. 501. et 504. *Passer.* Lego, *Apud Lacænas virgines, Queis magi' palæstræ, Eurotas, sol, pulvis, labor, Militiæ studio est, quam temeritas barbara.* Buher.

CAP. XVI. § 37 *Militiam vero nostram*] Ita principes nostræ quatuor editiones. Sed bene admonuit Thomas Wopkensius, parenthesi esse distinguenda quædam, hoc modo: *Militiam vero (nostram dico, non Spartiatarum, &c.) nostri exercitus primum unde nomen habeant, vides.* 'Sermonem,' inquit, 'sic instituebat Tullius, ut si dicturus fuisset, *militiam, unde nomen habeat, vides*, id est, unde militia nomen habeat, vides. Sed facta quadam orationis digressione, ab incepto suo transversus velut abripitur; idque ut resumat, non eandem *militiæ* vocem repetit, sed synonymam *exercituum*: quod *ἀνακόλουθον*, post multos alios, optime illustravit Davisius ad hujus libri cap. 1. Hæc igitur Mss. lectio omnino mihi placet; quamvis contra illam insurrexerint litteratores eruditissimi.' Hactenus Wopkensius. Quis autem sit ille, vivat, an vixerit, equidem nescio. Hoc scire videor certe, ipsum esse insignem ac peritum inter paucos grammaticum. Tullianas ejus Lectiones, Amstelodami non ita pridem editas, nec raro, nec segniter evolvant ii omnes, quibus Cicero noster placet; quique ad eum contra Davisios ac Bentleios defendendum, sibi arma comparare velint. Pauca ego tamen a Wopkensio describo; quia, cum in coarguendis Davisii flagitiis fere versetur, in hac vero editione flagitia hæc non compareant; Wopkensii animadversiones neque usum habebant, neque locum, ubi nullæ tales corruptelæ sunt. Id ago ut intelligatur Cicero; non ut lector de verbis ejus sensuve litigantium grammaticorum concertationibus intersit. *Olivet.*

Ad modum ad tibiam] J. F. Gronovius Observat. III. 6. legendum conjecit, *quorum procedit mora ad tibiam*, quod *mora* Lacedæmoniorum cohors dicta sit, ut patet ex Cornelii Nepotis Iphicr. cap. 2. Joannes autem Buherius, manuscripto quodam libro innixus, *quorum procedit motus ad tibiam*. Alii distinguunt, *ad modum, ad tibiam*, ut *modus* et *tibia* sint quasi synonyma. *Idem.*

Feret] Istud *feret* in prioribus editionibus a typographis nostris proficiscitur. Qui Lambino an fuerint infeliciores, dispiciant critici. Ego juberem edi *foret*: nulla tamen alia ratione adductus, nisi quod a majori editorum parte discedere, sine causa, non placet. *Idem.*

Expeditis armis, &c.] Notum est,

Digitized by Google

adjectiva usurpari sæpe pro adverbiis, quod vis in utrisque insit significandi modum aliquem certum vel rei, vel actionis. Hic ergo ait Cicero Romanos milites uti armis tam expedite, quam membris. *Passer.*

Cap. xvii. § 39 *Certe Eurypylus hic quidem est*] Ἥρως διοτρεφὴς, Iliad. Λ. 818. *Hominem exercitatum!* En veteranum militem, usu atque exercitatione duratum: orationem agnosco dignam heroe: non plorat, non lamentatur, ut inexpertus faceret: remedia non aspernatur; quod esset furiosi. Medicum modo requirit, qui vulnera obliget. *Idem.* Hæc tam scabra, tam aspera et confragosa, quis Tullio ascribere audeat? Variant codices miris modis: ex quibus tu post alios aliquid extundere conatus es; sed, nisi fallor, vix tibi ipse satisfecisti. Nimirum hæc verba sunt, non Ciceronis, sed poëtæ illius, quæ manca et imperfecta adducit, ut et plura infra. Nam illa, *certe Eurypylus hic quidem est*, si Ciceroni affingis, putidissima sunt. Quis enim tunc hoc nesciverit, cum integra poëtæ fabula manibus vulgi terebatur? Ergo Patrocles hæc loquitur apud tragicum, ubi facie et voce agnovit Eurypylum ad Achillis tentorium accedere: et sic collocanda sunt; *Certe Eurypylus ... hic quidem est; Hominem exercitum ... Ubi tantum luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat.* Duo illa verba ex longa illa et luctuosa ῥήσει adducit: reliqua, ut tum nota, omittit. Et vide, inquit, quam non flebiliter Eurypylus respondeat longæ illi Patroclis orationi, qua ipsum letali vulnere ictum commiserabatur. *Bentl.* Jam nihil scabrum, nihil hiulcum, si paucis mutatis, vel alio quidem ordine dispositis, legas, *certe Eurypylus hic quidem est. Abducet Patrocles, credo, ut collocet in cubili, et vulnus obliget, si quidem homo esset. Sed nihil vidi minus. Quærit enim, quid actum sit? Pat. Eloquere, res Argivorum prælio ut se sustinet? Eur. Non pote tantum effari dictis, quantum factis suppetit His laboris. Quiesce igitur, et vulnus obliga. Pat. Tace. Etiamsi Eurypylus posset, non posset Æsopus. Eur. Ubi fortuna Hectoris Nostram acrem aciem inclinatam, Et cætera explicat in dolore. Sic est enim intemperans militaris in forti viro gloria. O hominem exercitatum! Ubi tamen luctus continuatur, vide quam non flebiliter respondeat; rationem etiam afferat, cur æquo animo sibi ferendum sit: Qui alteri exitium parat, sibi Eum scire oportet paratum, pestem ut participet parem. Ergo hæc veteranus, &c.* Buher. Sic rescribo, *Ubi tantum luctus continuatur, vide, quam non flebiliter respondeat.* Loci hujus sententiam turbavit hactenus, ni fallor, nota interrogationis post verbum *continuatur* importune collocata. Neque enim interrogat Cicero, sed memorat quid in vetere sit fabula, unde Eurypylum producit et Patroclum, ambos heroas, in quibus demonstret, quantum consuetudo et exercitatio ad tolerandum dolorem faciat. *Anon.*

Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris. Quiesce igitur, et vulnus alliga. Etiamsi Eurypylus posset, non posset Æsopus] Cicero se quasi interponit, Eurypylum miserans, quæstionibus fatigatum a Patroclo; atque hunc alloquens, non *potest*, inquit, *effari tantum* ... Mox ad Eurypylum conversus, hunc igitur, omitte, inquit, percunctatorem importunum, quiesce, et, quandoquidem cessat obligare tibi vulnus, ipse alliga. Atenim, inquit, orationem ab utroque avertens, etiamsi posset Eurypylus quiescere, non posset Æsopus actor; cui necesse est declamare omnia quæ a poëta sibi commissa habeat. Hanc, opinor, loci hujus interpretationem non mirabitur, qui meminerit, quam in talibus sit facetus Cicero. *Anon.*

§ 41 *Si satisfactum*] Vide Turne-

Digitized by Google

bum, Adv. IV. 18. et J. F. Gronovium Observ. II. 2.

CAP. XVIII. § 42 *Falsaque ejus visione et specie*] 'Visionem' et 'speciem' appellat, quam nos 'ideam' dicimus. Sententia non est, homines falsa mali et doloris imagine ac specie moveri vehementius, quam vera. Sit enim vera imago, sit falsa; nihil interest; perinde movet. Qui se falso putat esse fortunis eversum omnibus, non minus vero percellitur doloris sensu, quam si vere amisisset, quæ sibi periisse existimat. Potest dolendi causa esse non vera, sensus doloris falsus esse non potest. Quid ergo dicit Cicero? Hoc unum: In dolore non tantum est mali, quantum inesse vulgo creditur. Mali quidpiam in dolore esse non nego; multo minus affirmo cum Stoicis, bonum esse; sed illud, quidquid est mali, tantum esse, quantum videatur, non puto; fingunt in eo sibi monstrum homines, cujus falsa visione et specie moveri eos dico vehementius, quam deceat. Dolorem ideo formidant, quod, ejus quæ natura sit, non recte intelligunt. *Anon.*

Doloremque ejus omnem esse tolerabilem] Quid, amabo, est *dolorem ejus?* nempe dolorem doloris. Quod cum absurdissimum sit, Manutius et Lambinus dederunt *doloremque eis omnem esse tolerabilem.* Atqui hoc, ut clementissime dicam, supervacuum est. Quorsum enim *eis?* Nimirum verendum erat, ne non de hominibus, sed de bestiis loqui videretur. Tu ex codice lutulento nulliusque pretii repone, *doloremque ejusmodi omnem.* Obsecro te cujusmodi? siquidem non de hoc, vel illo, sed de omnimodo dolore hic agit. Vide igitur an nos rectius collineemus; lego enim, *falsa ejus specie moveri homines . . . doloremque rebus omnem esse tolerabilem.* Opposita hic sunt *falsa specie,* et *rebus;* quod perinde est, ac si *revera, re ipsa* dixisset. Ergo sententia optima nascitur; falsa sui specie perterrefacit dolor, re vera est tolerabilis. Porro de *rebus* consule acutissimum Gronovium patrem, Observat. III. 6. *Bentleius.* Lego *coloremque ejus.* Sumitur enim 'color' metaphorice. Virgil. Georg. II. 178. Hor. II. Sat. I. 60. I. Epist. XVII. 3. *Buher.*

CAP. XXI. § 48 *Velut*] Vocem hanc Davisius hic et postea dividit *vel ut.*

§ 49 *Tamen huic*] Sic quidem codices. At inter se comparari Sophoclem et Pacuvium satis quidem constat: quapropter Cl. Bentleius bene rescribit *apud hunc.* Forte, *Pacuviano huic.* Davis.

CAP. XXV. § 60 *A dolore deductus est*] Unde, obsecro, *deductus est?* num a magistro Zenone? an potius de sententia; ut paulo inferius habes, 'quænam ratio eum de sententia deduxisset?' Atqui hoc pacto non erat dicendum *a dolore;* sed sublata præpositione, *dolore deductus est,* atque sic plane habet codex tuus Petrensis, sed ille πονηροῦ κόμματος, et nullius auctoritatis. Manutii editio cum aliis nonnullis, *a dolore devictus est;* quod Lambinus in libri margine amplectitur, in annotationibus repudiat. Equidem vel hanc lectionem vulgatæ prætulerim: verum alia subest longe melior et sincerior; quam, licet a nullo libro (qui hodie supersit) confirmatam, præstare tamen ausim verissimam. Ea hujusmodi est, *cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est;* hoc est, dedoctus est esse fortis. Agnoscis, opinor, elegantem oppositionem, inter 'discere' et 'dedoceri;' quam alibi quoque Cicero adhibuit, ut de Fin. I. 6. 'Si a Polyæno geometriam discere maluisset, quam illam etiam ipsum dedocere.' *Bentl.*

Ex Epigonis] Erat Æschyli tragœdia, quam laudat Scholiastes Pindari ad Isthm. VI. 10. eamque videtur Accius in linguam Latinam ver-

Digitized by Google

tisse. Vide Nonium cum alibi, tum in 'mactare.' Falluntur ii, qui Euripidis drama fuisse censuerunt. *Davis.*

CAP. XXVI. § 62 *Omninoque omnes clari et nobilitati labores contemnendo fiunt tolerabiles*] Per *labores* intelligit ludos gymnicos, Olympia, Pythia, et id genus, ut ex sequentibus constat. Quid ergo? an ejusmodi *labores* fiunt tolerabiles *contemnendo?* nihil vidi minus. Immo contra, qui admirantur, qui Olympiorum victoriam, ut superius dixit, antiquum illum consulatum arbitrantur, hi tanto facilius labores eos perpetiuntur, quanto in majore felicitatis parte ponunt. Lege ergo meo periculo, et librarios plorare jube, *Omninoque omnes clari et nobilitati labores contendendo fiunt tolerabiles.* Hoc enim est, quod sæpius inculcat Cicero, ut supra, cap. 21. 'Quæ sunt ista arma contra dolorem? Contentio, confirmatio,' &c. *Bentl.*

Punctis singulis] Suffragiis, quæ olim punctis notabantur. Ad eundem morem respicit Horatius Art. Poët. vs. 343. *Davis.*

CAP. XXVII. § 67 *Delphinus, ut Arionem Methymnæum*] Nota fabula, quam tradunt Herodotus I. 23. 24. Plutarchus in Conviv. Septem Sap. Ovidius Fast. II. 83. &c. *Idem.*

Equi Pelopis illi Neptunii] Pelops, ut Hippodamiam uxorem duceret, equos alatos a Neptuno ferebatur impetrasse. Pindarus Olymp. I. 139. Pausanias V. 17. &c. *Idem.*

Sic enim duximus] Ita primariæ quatuor editiones nostræ. Sed Buherius *dicimus;* neque id recusabit, qui meminerit, quod supra cap. 3. dixit Tullius, se, quamdiu in Tusculano cum amicis fuit, 'ante meridiem dictioni,' utique ad clepsydram, 'operam dedisse.' Hic igitur discipulum in crastinum ad dicendi exercitationem invitat. Cras ad clepsydram dicemus more nostro; *sic enim dicimus;* hæc nostra ratio est. Davisius vero, *diximus,* sensu valde commodo. *Sic enim diximus* facturos esse nos, et diem partituros. Nemo quæret, opinor, quandonam id Cicero amicique dixerint. Satis est hic significari fuisse dictum: neque enim omnia perscripta sunt, quæ illis diebus in Tusculano dici potuere. *Olivet.*

Et tibi hoc video non posse deberi] 'Deberi non potest,' 'debere non posse,' eleganter pro eo, quod præstandum, persolvendum, dandum. Cic. de Legib. II. 3. 'Præclare exigis, Quinte. At ego effugisse arbitrabar; et tibi horum nihil deberi potest.' III. 11. 'Sensit enim deberi non posse huic civitati illam potestatem. Quippe quam tantopere populus,' &c. In Epist. ad Trebat. Famil. VII. 19. 'Quod præsenti tibi prope subnegaram, non tribueram certe, id absenti debere non potui.' *Gifan.* Observ. in Ling. Lat.

Hoc eodem tempore] Sic edidere omnes. Etsi autem nemo non videt, agi de philosophica disputatione, cui assignatum erat tempus pomeridianum, ut antemeridianum oratoriæ declamationi; videtur tamen facilius ad intelligendum fore, si distinguas in hunc modum, *hoc, eodem tempore.* Est ergo *illud* dictio ad clepsydram: *hoc* designat philosophicam collocutionem, *eodem tempore,* quo heri et hodie fecimus. *Olivet.*

Digitized by Google

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

LIBER III.

CAP. I. § 1 *Inventioni consecrata*] Omnino intelligi voluit Cicero, utilitatem artis medicæ eo fuisse, quasi consecratam, quod credita fuit inventum esse Deorum immortalium; aut certe inventores ejus ac primi artifices divinis honoribus affecti. Proinde legendum non *inventioni*, sed *inventione*. Ita scribit constanter Cicero: 'Vetera jam ista, et religione omnium consecrata,' inquit Tuscul. I. 14. Et Tusc. v. 4. 'Socratis ratio disputandi Platonis memoria et litteris consecrata.' Non aliter, de Nat. Deor. II. 26. 'Aër Junonis nomine consecratur.' Itemque III. 24. 'Quarum rerum utilitate video etiam consecrata simulacra.' *Buher*. Quid si *consecrata* perinde accipitur ac assignata, attributa? Potest quidem sic accipi. Quid est enim consecratio? Assignandi, addicendi, attribuendi forma quædam. Tum opportune monet Thomas Wopkensius, Lect. Tullian. II. 17. non raro actioni tribui quod personæ convenit: et III. 1. non abhorrere Tullium ab ejus figuræ usu, quam grammatici vocant hypallagen. Ibid. III. 3. 'Solet Tullius de qualitatibus rerum loqui, tamquam de rebus ipsis, quarum illæ qualitates sunt.' Jam proposita Ciceronis verba sic opinor posse intelligi: ars medendi, propter suam utilitatem Diis assignata fuit tanquam inventoribus. Vel, quod eodem recidit, inventio artis medicæ, propter suam utilitatem Diis fuit attributa. *Anon.*

De se ipse tum judicet] Si æger animus de se posset suoque morbo judicare, qui artem aspernaretur curandi sanandique sui? illam idcirco negligit, quod egere se non putat remediis. Hoc certe voluit Cicero, quem miror a Davisio rapi in alia omnia. Plutarcho se tuetur. Esto sane Plutarchus arbiter. En quæ ex hujus libro de animi corporisque affectionibus descripsit; ubi videtur Græcus scriptor, quod in hac Tusculana legebat, exprimere sua lingua voluisse. Opusc. pag. 500. *Τῶν μὲν γὰρ περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων ἐῤῥωμένος ὁ λογισμὸς αἰσθάνεται. Τοῖς δὲ τῆς ψυχῆς συννοσῶν αὐτὸς, οὐκ ἔχει κρίσιν ἐν οἷς πάσχει. Πάσχει γὰρ, οὐ κρίνει.* Quæ Latinus interpres ita reddidit: *Nam ratio sana morbos corporis sentit. De animi morbis, simul ipsa laborans, judicium ferre non potest, affecto eo ipso, cujus erat judicare.* Proinde non dubitarem legere cum Erasmo, *ipse non judicet*, nisi ipsa Ciceronis verba exhiberet vetus codex Lugdunensis Batavorum Academiæ, qui habet, *ipse non tum judicet: cum, &c.* Post paulo legendum arbitror *ægrotat*. Buher.

CAP. II. § 3 *Nullam eminentem effigiem* [*virtutis*] *sed adumbratam imaginem gloriæ*] Voci *virtutis*, præeunte doctissimo Bentleio, uncinos circumposuimus, cum manifesto παρέλκῃ, nec a Balliol. agnoscatur. *Davis.*

Ea virtuti resonat tanquam imago] *Imago* idem valet ac Echo. Philargyrius in Virgilii Ecl. IV. 50. 'Quæ Græce εἰκὼν, Latine imago dicitur.' Horatius lib. I. Od. 12. 'cujus resonet jocosa Nomen imago.' *Idem.*

CAP. IV. § 8 *Insanitatem*] Vide Turnebum Advers. II. 6.

CAP. V. § 11 *Si furiosus esse incipit*] In farragine Nonii Marcelli, v. 'Furor,' ubi hæc describuntur verba Ciceronis, legere est, *Si furiosus es-*

Digitized by Google

set. Atenim et hic et illic rescribendum est *escit*, quod proprium est verbum XII Tab. Illud *esse incipit*, glossema est, ut vocant, quod e margine in contextum irrepsit. Adhibenda est eadem correctio de Divinat. II. 50. ubi videmus 'si furiosus est,' et Rhetoric. ad Herenn. I. 13. 'si furiosus existit.' Quæ scribendi varietas scriptorum inconstantiam erroremque arguit. *Buher.*

CAP. VI. § 12 *Sed est naturale*] Qualis, Dii boni, oratio! *Est naturale tenerum quiddam et molle.* Apage istam scabiem et porriginem ab homine omnium cultissimo. Quis, qui Ciceronem unquam triverit, non sic potius scripsisse dejeraverit? *Est natura tenerum quiddam et molle.* Quare sic corrigendus est totus locus, *Sed est natura fere in animis tenerum quiddam*, &c. Ita in Tuscul. II. 20. loco huic simillimo et plane gemello, 'est in animis omnium fere natura molle quiddam,' &c. Quare ipsum Ciceronem, optimum ducem, sequamur; et vapulent librarii. *Bentl.* et præeunte quidem Lambino.

CAP. VIII. § 16 *Si iis angustiis, quibus plerique putant, teneretur*] Dicit hoc idcirco, quoniam laus a frugalitate ducta sordere jam cœperat Romanis civibus. Ferebant enim se pares regibus, de quibus Noster dixerat, pro Deiotar. cap. 9. 'frugi hominem dici non multum habet laudis in rege.' Quod ille fastidium statim improbat. At alibi, ad Attic. VII. 4. satis significat, id elogium, in quo veteres tantum videbant honorificæ commendationis, non aliis tribui solitum esse quam servis aut libertis. Nam Dionysium quemdam postquam appellavit 'frugi hominem,' subjungit, 'ac ne libertinum laudare videar, plane virum bonum.' Ubi modica correctione adhibita legendum videtur *ne ut libertinum*,' &c. Erat enim is homo revera Attici libertus. Redit in memoriam hac occasione lepidum epigramma Martialis XII. 30. 'Siccus, sobrius est Aper. Quid ad me? Servum sic ego laudo, non amicum.' Quam vero ob causam lauti homines atque honorati laudem admittere illam desierint, S. Augustinus aperit de Beat. Vita, n. 31. 'Propter vulgarem dicendi consuetudinem, qua frugalitas, quasi parsimonia dici solet.' *Buher.*

CAP. IX. § 18 *Apud Homerum*] Iliad. I. 642.

§ 20 *Male Latine, &c.*] Vide Sanctii Minervam III. 3. v. 'Invideo.'

CAP. X. § 21 *Quod si hoc ægre*] Davisius probabili conjectura delet *hoc.*

§ 22 *Hæc si dicuntur a Stoicis ... et latius*] Vulgo, *hæc sic dicuntur a Stoicis ... sed latius.* Priorem mutationem ratam faciunt Reg. et Pithœan. Alteram excogitavit Cl. Bentleii solertia. *Davis.*

Etiam mediocre, magnum est] Lego, *etiam mediocre, malum est.* Buher.

§ 23 *At non similis est ægrotationis libido*] Vide Cic. de Fin. III. 10.

CAP. XI. § 25 *Turbantur*] Davisius *turbant*, assentiente Buherio.

CAP. XII. § 26 *Exsanguis*] Ἀρχαϊκῶς pro *exsangues.* De versu proxime sequenti, Turneb. Advers. XXVII. 6.

Opinionem mali] Ita Victorius: ne quis a Davisio solo profectam hanc lectionem existimet. Sed Man. Lamb. et Grut. *opinione mali.*

CAP. XIV. § 29 *Apud Euripidem*] Hæc transtulisse de Posidonio Ciceronem, intelligi potest de iis quæ Galenus refert de Hipp. et Plat. Dogm. lib. IV. quæ ad horum et intellectum et explicationem plurimum momenti allatura sunt. *Camer.*

§ 30 *Quamobrem omnes*] Terent. Phorm. II. 1. 11.

CAP. XVI. § 34 *Proprio philosophiæ fruatur officio*] Quamvis Manutii

Digitized by Google

ac Lambini conjectura, qua *fungatur* pro *fruatur* statuunt, uno et altero codice sustentetur; non tamen rejicere lectionem editam audeo, tanquam Romani sic nunquam locuti essent. 'Frui officio proprio philosophiæ,' est illius officii emolumentis potiri. Sic de Amicitia: 'Recordatione amicitiæ nostræ sic fruor,' hoc est, cum aliquo fructu et jucunditate recordor amicitiæ nostræ. Florus, II. 6. 'victoria frui.' *Wopkens.*

Humane] Sic Victorius et Gruterus. Sed malim cum Manutio et Lambino *humana*. Olivet.

Videt malum nullum esse, nisi culpam] Quod Latini culpam vocarunt, id nos hodie 'malum morale,' et *κατ' ἐξοχὴν* 'peccatum' dicimus. Hinc non possum equidem causam expiscari idoneam, cur Bentleius voluerit *nisi culpa*. Famil. IX. 16. 'nihil esse sapientis præstare, nisi culpam.' Vide ibid. V. 21. VI. 1. XII. 23. *Wopkens.*

§ 35 *Naturam est?... doloris?*] Victorius punctum interrogativum et hic et illic non habet.

CAP. XVII. § 36 *Pythagoras mihi si diceret*] Manutii, Victorii, Lambinique editionibus vix fidem dederim, cum, *Pythagoras mihi sic diceret*, exhibent. Est hoc *σχῆμα*, quod appellant, *πρὸς τὸ σημαινόμενον*, quo sic loquitur Tullius, ut si in antecedentibus dixisset, 'esset hoc quod jubes, aliquid et magno quidem philosopho dignum, Pythagoras modo esset, et non Epicurus ille voluptarius, qui mihi diceret,' &c. Vis illa conjunctionis *si* dilucidari potest ex his, v. 9. 'Laudat (Epicurus) tenuem victum: philosophi id quidem, sed si Socrates . . . diceret, non is qui finem,' &c. *Wopkens.*

CAP. XVIII. § 40 *In eo igitur qui non est*] Hoc ait Cicero: Ex eo quod dolere sit summum malum, non esse consequens, quod in remotione doloris, vel in non dolendo, sit summum bonum; quoniam qui in dolore non est, etiamsi malo careat, non idcirco fruitur summo bono. Si quis hæsitat in hac phrasi, *qui non est in eo;* quæritve quo referatur pronomen *eo;* respondebit ex Prisciano Franc. Sanctius, Minerv. III. 6. 'vim nominis rei ipsius habet verbum infinitum.' Tam igitur potest referri pronomen *eo* ad verbum 'dolore,' quod antecedit, quam referretur ad nomen 'dolor,' si hoc usus fuisset Cicero. *Anon.*

§ 42 *Qui, si virtutes ebullire volent et sapientias*] Ingeniose et vere tu reponis *ebullire nolent;* aut sic enim legendum est, aut, quod eodem redit, *qui, nisi virtutes ebullire volent*. Cæterum, cum hic interpretis munere fungatur Cicero, et verbum de verbo reddat; vocabulum Græcum, quod hic vertit *ebullire*, vix aliud esse potuit quam *παφλάζειν* id enim et proprie *ebullire* significat; et metaphorice, cum strepitu et inani jactatione verba fundere. Noster alibi de Epicuro et ejus asseclis *effutire* et *balbutire* non dispari sensu dicere solet; quæ sat prope accedunt ad receptam lectionem *ebullire;* sed hoc Nonii auctoritate stabilitur. *Bentl.*

§ 43 *'Υδραύλεως*] De hydraulicis organis Athenæus lib. IV.

Si vero aliquid etiam] Quod recte monuerunt Camerarius et Ursinus, est honesta *ἀποσιώπησις*, qua *τὰ ἀφροδίσια* modeste reticentur. Vide Donatum ad Terentii Eun. III. 2. 26. et Servium ad Virgilii Ecl. III. 8. *Davis.*

CAP. XIX. § 44 *Cantoribus Euphorionis*] Vide sis Is. Casaubonum ad Suetonii Tib. cap. 70. et Cl. Salmasium Exerc. Plin. edit. Paris. p. 856. *Idem.*

§ 46 *Hedychrum*] Unguenti genus, de quo Dioscor. I. 61.

CAP. XXI. § 51 *Nisi quod expediat*] Reprehendendus non est, qui nihil facit, nisi quod expediat. Est, qui

Digitized by Google

nihil, nisi quod sibi expediat. Credibile est igitur scripsisse Ciceronem *nisi quod expediat sibi;* postremamque vocem ab iis esse mutatam, qui e margine in contextum intruserunt ineptam paraphrasim illam, *omnia referre ad utilitatem suam.* Buher.

Cap. xxii. § 53 *Eadem illa de Andromacha deplorare*] Narrat Davisius oblatum sibi esse veterem manu exaratum codicem, in quo legerit *deplorasse,* quod habet quoque antiqua editio quæ penes me est. Vera hæc, et omnino retinenda est lectio. Cum ex consequentibus appareat, Corinthios cives illos, jam patriæ oblitos, nihil cogitare minus, quam ut ejus calamitatem deplorarent; ait tantummodo Tullius potuisse illos eadem deplorare olim, quæ in fabula deplorat Andromacha; cæterum longa die jamdudum lacrymas exaruisse. *Buher.*

Sed et jam decantaverant] In antiqua editione *sed jam etiam decantaverant.* In Lugdunensi codice, itemque in Regio, *sed etiam, &c.* Nemo, quod miror, suspicatus est, omnino legendum esse *sed jam recantaverant.* Vulgatum illud *decantaverant,* cum nihil ultra *cantaverant* dicat, longe est a Ciceronis sententia remotum, qui vult intelligi, Corinthios ploratores illos, vivere jam securos patriæ, et traducto in alias urbes, quibus transcripti fuerant, affectu, veteres quodammodo amores ac pristina desideria recantasse. Vidit sane nodum Adrianus Turnebus, et Advers. xix. 5. expedire sic tentavit, 'decantaverant, opinor, dicit, non decantabant, sed decantare desierant.' Atenim nimis hoc ambiguum est. Tum res ipsa verbum *recantaverant* ultro adducebat, sic aptum loco et congruens, ut credibile sit, hic a Cicerone usurpatum esse, uti post ipsum ab Horatio, Od. i. 16. 24. *Idem.*

Cap. xxiv. § 58 *Nisi quod ratio quædam sanat illos, hos ipsa natura*] Ineptum est et spurium illud *quædam.* Repone *nisi quod ratio quidem sanat illos, hos ipsa natura.* Bentl.

Ipsa natura; intellecto . . . evertere. Hoc igitur] Sic interpungendum censeo, *ipsa natura. Intellecto eo, quod remedium illud continet, malum, quod opinatum sit esse maximum, nequaquam esse tantum, ut vitam beatam possit evertere; hoc igitur efficitur, &c.* Buher.

Cap. xxv. § 59 *Multi*] Legendum videtur *multis.* Idem.

§ 60 *Cohibet*] Legas, ut admonuit Lambinus, *prohibet.* Idem.

§ 61 *Aut non tangat ægritudo, aut perleviter pungat animi dolor*] Quid aliud est *ægritudo,* nisi *animi dolor?* Frustra igitur sententia oneratur, et ultra perfectum trahitur. Equidem sic Tullium dedisse censeo, *aut non attingat omnino, aut perleviter pungat animi dolor.* Quanto hoc rotundius et castigatius! *Bentl.*.

Cap. xxvi. § 62 *Agamemnon Homericus*] Iliad. K. 15.

§ 63 *Bellerophonte, Qui miser in campis*] Iliad. Z. 201.

Cupido] Græca apud Euripidem, Med. vs. 59.

Cap. xxvii. § 65 *Decrevi*] Heauton. i. 1. 95.

Malo] Ibid. i. 1. 83.

Apud Homerum] Iliad. T. 226.

§ 66 *Posteaquam Tyrum venissent*] Magnam veri speciem habet Wesselingii Observ. i. 13. conjectura, rescribentis *posteaquam Cyprum, &c.* Buher.

Cap. xxx. § 73 *Ipsi ad miseriam invitant*] Ursini codex *ipsi ad se miseriam invitant.* Quod pro sincero et recto habent Davisius ac Buherius.

Cap. xxxi. § 75 *Appellabatur*] Legit *appellabitur* Davisius; *appellatur* Buherius ex Ms. Lugdunensi.

Ad alia traducere] Vulgo *ad aliam.* Quasi sicut amor amore alio, sic animi dolor alio dolore sit expellendus! Sed hoc minime vult Tullius; quare

Digitized by Google

nos eam recepimus lectionem, quam præstant Reg. Pithœan. Med. Vatic. Pali. quart. quint. Balliol. Bak. et Eliens. sec. tert. *Davis.* Adstipulatur Buherius.

§ 76 *Nihil novi*] Vulgo *nihil mali;* eaque est cunctorum Mss. lectio; quæ cum absurda fuerit, Manutius et Lambinus rescripsere *nihil novi.* Sed altius latet mendum, quam putarunt eruditi illi viri. Omnino reponendum *ut Cyrenaici.* Cum enim cæterorum, quæ hic refert, dogmatum fautores nominat Cicero; parum decore se gesserat, si patronos hujusce sententiæ tacuisset. Hos autem fuisse Cyrenaicos, abunde constat. Noster III. 13. 'Cyrenaici non omni malo ægritudinem effici censent; sed insperato et nec-opinato malo.' Iterum cap. 22. 'Cyrenaicorum restat sententia, qui tum ægritudinem censent existere, si nec-opinato *quid evenerit.*' Mirum tamen fortasse videatur, quod a recta via immane quantum discesserint omnes librarii. Sed qui manuscriptos trivere, non nesciunt, quam frequentia sint in propriis nominibus eorum peccata. Si vero ductus attendas litterarum, a vulgata tam longe non abeunt, quam prima facie censeri queat. Utcumque sit, ipsa sententiæ vis facit, ut hæc emendatio mihi palmaria videatur, et ab omnibus probanda. *Davis.*

Ut fere nos in Consolatione omnia in consolationem unam conjecimus] Sic Reg. Pithœan. et optimi quique codices; nam vulgo *in Consolatione* nesciunt. *Idem.*

Prometheus ille Æschyli] Prometh. Vinct. vs. 378.

Rationem] Lambinus *orationem,* ut et H. Stephanus in Castig. Cicer. Quod omnino probat Buherius; et nunc ego, si liceret, edi juberem. *Olivet.*

CAP. XXXII. § 77 *Et de communi conditione vitæ, et proprie, si quid sit, de ipsius, qui mœreat, disputandum*] Hoc vult Cicero: Disputandum est, et de communi conditione vitæ, et proprie de conditione ipsius, qui mœreat, si quid sit, quod de illa possit proprie disputari. Concinnitas orationis non exigit, ut quoniam præcessit *de communi,* sequatur *de propria.* Cic. de Offic. I. 30. 'Intelligendum est etiam, duabus quasi nos a natura indutos esse personis: quarum una est communis; altera autem, quæ proprie singulis est tributa.' Si quis veretur, ut satis Latinum sit *de ipsius,* putatque adjungendum esse præpositioni nomen sexti casus, habet, quem legat, Ciceronem. *Anon.*

CAP. XXXIV. § 82 *Toto corpore curando*] Hoc est, curatione totius corporis, dum corpus totum curant. Ita Offic. I. 'Orationem Latinam profecto legendis nostris efficies pleniorem;' lectione nostrorum, legendo nostra. De Rep. III. 'Noster populus, sociis defendendis, terrarum jam omnium potitus est;' defendendo socios. *Passerat.*

Etsi singularum rerum] Mendosus est hic locus: alii aliter corrigunt: expedita videtur esse ratio, si legas *Et sic singularum, &c.* Hoc ipsum legerat in veteri codice Davisius; cur neglexerit, non video. *Buher.* Cum e vulgata lectione nihil possem elicere, Buherianam in contextum admisi. Quod tamen factum nolim. Ejectis scilicet duabus his voculis, *et si,* nihil decedet sententiæ; imo non parum lucis accedet. Neque aliter dedit Lambinus, quem sequi debueram. *Olivet.*

§ 83 *Contractiunculæ .... Hanc*] Bentleius, assentiente Buherio, legit *contractiuncula quædam,* ut ad hoc verbum referatur τὸ *hanc.* Nam si referas ad *ægritudinem,* hic ergo fatebitur Cicero, ægritudinem esse naturalem; quod tota hac disputatione infirmare voluit.

Digitized by Google

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

LIBER IV.

Cap. ii. § 3 *Rescriptos vocum sonis*] Nihil dicit Cicero, unde existimari possit, fuisse tum Romanis perspectam artem describendi certis notis modos musicos. Qua sine poterant canere. Multa hic per conjecturam critici; nihil in quo possimus acquiescere. Inclinat animus, ut credam, Ciceronem scripsisse *cantus tum fuisse præscriptis vocum sonis*. Quo nihil significatur, nisi Romanos non prorsus fuisse musicæ artis imperitos. *Buher.*

§ 4 *Pythagoreorum videtur*] Rescribo *Pythagoreum*, ut est in altero e codicibus Mss. Lugdunensibus, in uno e Davisianis, et in antiqua editione mea. Cæterum nescio quid causæ sit, cur memorandi hujus Appii Claudii Crassi nomen non extet in censu veterum poëtarum Latinorum, quem Vossius pater descripsit. Is Tubero, qui hoc loco nominatur, est Q. Ælius Tubero, Scipionis Africani illius sorore natus. Ut insignis erat Stoicus, videtur discipulus fuisse Panætii, qui Scipioni comes ivit, cum is proficisceretur in Ægyptum legatus, anno U. C. 623. quo fieri potuit ut avunculo iret quoque Tubero. Panætii ad ipsum epistola de dolore patiendo scripta erat. De Finib. iv. 9. *Buher.*

Cap. iii. § 6 *Amafinius extitit dicens*] Frustra tuetur extremam hanc vocem Davisius, quæ commode prorsus, ait, *illis silentibus* opponitur. Si quidem in quibusdam est codicibus *docens*, cur Ciceroni non restituimus, quod vere ipsius est? *Idem.*

Cap. vii. § 14 *In quo demitti contrahique animo rectum esse videatur*] Malim *animos;* ut in præcedente cap. habemus, 'animosque demittunt et contrahunt.' De Fin. v. 15. 'victi debilitantur, animosque demittunt.' Epist. ad Q. Fratr. i. 1. 'rogo, ne contrahas aut demittas animum.' *Pearc.*

§ 15 *Verum illa etiam*] Veretur doctissimus Salmasius ad Simplicium pag. 59. ne perperam hæc intellexerit Cicero: et cum eo facit Menagius ad Laërtii vii. 3. Videatur Galenus lib. iv. de Dogmatis Hippocratis et Platonis. *Davis.*

Cap. ix. § 21 *Intimo odio, et corde concepta*] *Intimo,* alte infixo, quod penitus inoleverit. Ut amor conjungit corda, sic odium disjungit; quod ubi intime penetravit in animum, sic dissociat corda, ut consentire ultra nequeant. Non tamen, ut concordia esse non potest nisi mutua, quemadmodum nec amicitia, sic vel discordiam, vel inimicitiam oportet esse mutuam. Potest enim is, quem tu amas, odisse te. Discordia fuit inter Socratem et Anytum; est probos inter ac improbos; ira tamen in corde Socratis ac proborum nulla, nedum acerbior. *Passerat.*

Ut si libido] Distinguuntur, quæ definita jam sunt, desiderium et indigentia. Sed paulo plenius esset *ut desiderium sit libido.* Sin *desiderium* omittimus, subaudiri necesse est. Non placet autem, quod auspicari aliquis fortasse possit, Ciceronem non *desiderium*, et indigentiam, sed *libidinem*, et indigentiam voluisse distinguere. Quis enim, exempli gratia, animal et hominem, id est, genus et speciem distinguat? Distinguuntur autem, varie definita, eidem generi subjecta, ut homo et lupus, deside-

Digitized by Google

rium et indigentia. *P. Manut.*

CAP. XI. § 25 *Quale in μισογυνείᾳ*] Ms. codex regius *in Misogyno Attilii est.* Lugdunensis *in Musogunio Attilii est.* Bentleius rescribebat *Μισογύνου Hippolyti.* Nimis licenter; tum *Attilii* nomen, nisi a Tullii esset manu, tot veteres membranæ non haberent. Davisius edidit *in Μισογύνῳ Attilii.* Scribendum fuerat *Μισογύνῃ.* Repono *in Μισογυναίῳ Attilii.* Buher.

CAP. XII. § 28 *In neutris habeat superius nomen*] In bonis, inquit, rebus, et honestis, affectio, sive, ut vulgo et in scholis loquuntur, 'dispositio,' quæ facit, ut alii ad alia bona capessenda atque efficienda sint aptiores, nominetur 'facilitas.' In rebus malis, et a laude atque ab honestate sejunctis ejusmodi affectio ac dispositio nominetur 'proclivitas:' quod nomen videtur eo ipso convenire melius, quia proclivitas significationem habet non remotam a lapsione; et qui aptior est ad mala, pronus est ad labendum et peccandum. In iis autem rebus, quæ neutræ sunt, neque bonæ, neque malæ, sed mediæ, atque, ut Stoici aiunt, indifferentes, dispositio illa, qua fit ut quispiam ad aliqua ex illis sit aptior, quam ad alia, habeat nomen quod prius positum est, et nominetur 'facilitas.' *Anon.*

CAP. XIII. § 29 *Non enim omne vitium partes habet dissentientes*] Hunc locum me non intelligere fateor. Itaque relinquo cuique de illo judicium suum. Nam dicere corruptum et mutilum videri, vereor ne reprehendi facile possit, cum hoc usurpare liceat in omnibus quæ minus nobis perspicua sunt. In his igitur dubitationem, vel etiam ignorantiam confiteri meam, optimum putavi. *Camerar.* Quem locum sicco pede transilierunt alii, tu ingenue fateris te non capere, et medicinam tentas. Macte ea virtute. Sed vide, an et nos aliquid audiendum proferamus. Quid si legas *non enim omne vitium pares habet dissensiones.* Quorum hæc erit sententia; vitiositas, inquit, est affectio 'a se ipsa dissentiens.' Quæ si gravior sit, tum ex corruptione opinionum morbus fit et ægrotatio: sin levior, inconstantia tantum fit, et repugnantia. Non enim omne vitium pares habet dissensiones; nam qui quam proxime ad sapientiam attigerunt, discrepant quidem sibi ipsi, sed non ita distorto et pravo animo sunt, ut alii stultitia et vitiis cooperti. *Bentl.* Lego *in altero,* totumque hunc locum obscurari arbitror, non corruptis vocibus, sed propria sede motis, quas sic ordino: *Ita fit, ut in altero corruptione opinionum morbus efficiatur, et ægrotatio; in altero, inconstantia, et repugnantia. Sed perturbationes sintne ejusdem partes, quæstio est. Non enim omne vitium partes habet dissentientes. Ut eorum, qui non longe a sapientia absunt, affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa, dum est insipiens; sed non distorta, nec prava. Vitia enim, affectiones sunt manentes; perturbationes autem moventes.* Hæc nodi solvendi vera ratio est, ut a *vitio* distinguatur *vitiositas.* In hac est totius animi corruptio. Vitium quasdam ejus actiones depravat. Eo differunt autem animi vitia a corporis, quod hæc manentia sunt, illa moventia. Id intelligi vult his verbis Cicero, *non omne vitium,* utique animi, *partes habet dissentientes.* Quo significatur perturbationem moventem non semper animi pravitate gigni. Exemplum est in homine, qui cum non longe absit a sapientia, aliqua perturbatione quatitur. Dum in eo motu est, animus quidem sibi ipse dissidet; atenim levis illa commotio non ejusmodi est, ut conferri possit cum pravitate membrorum, distortione, deformitate. Deerrat machina debilitato tantisper libramento, sed ipso tamen integro. In his igitur verbis, *non enim omne vitium, &c.* solutio est propositæ dif-

Digitized by Google

ficultatis, an perturbationes sint partes morborum vel ægrotationum, quæ animum vitiant ipsum, non actiones duntaxat ejus depravant. Perturbationes quidem Cicero aliquando morbos nominat, sed per abusum vocis: hic proprietatem sequitur: res discriminat, definit. *Buher.* Etsi decreveram nihil hic meum apponere; quia tamen me olim, elaboranda hujus libri Gallica interpretatione occupatum, locus hic diu multumque exercuit, non dubitabo communicare cum lectoribus quod, omnem pertentanti exitum, in mentem denique venerat. Primum igitur moneo, vocem *partes*, quæ in hac disputatione occurrit sæpius, intelligendam esse, ut solent dialectici, de partibus subjectivis, quæ dicuntur species et continentur sub genere, quod dividunt. Jam sententiam ipsam integram, ex brevitate obscuram, fusius explico. Geminam, quam dixi, et definii, pravam animi affectionem parit opinionum corruptio. In altera efficit morbum et ægrotationem; in altera inconstantiam, repugnantiamque et judiciorum et appetitionum. Harum alterutra, hoc est, vel inconstantia, vel repugnantia, sufficit ut in animo sit vitium. Sicut enim in corpore ut inesse vitium dicatur, necesse non est, ut partes sint inter se dissentientes; satis est si male cohæreant; etiamsi unius formæ ac speciei sint omnes: sic in animo, non tantum ubi judicia appetitionesque a ratione dissident, vitium est; sed etiam ubi deest illis in bono firmitas et constantia. Porro quod inconstantia, sola et sejuncta a repugnantia, vitium contineat; apparet in iis hominibus, qui non longe a sapientia absunt, hoc est, a perfectione virtutis, et vitiorum vacuitate. Quamvis enim non longe absint, quamdiu tamen aliquid in eis remanet stultitiæ, in vitio sunt; non quod animi affectionem habeant pravam aut distortam, sed quod in bono parum constantem. Cæterum dubitari non potest, quin, qui appellantur in animis morbi, sint species vitiositatis. At quæstio est, an species hujus sint eæ, quæ appellantur perturbationes. Cui quidem quæstioni sic respondendum videtur, ut negemus perturbationes esse partes, formas, aut species vitiositatis, et sub vitii genere contineri. Nam species habere debet quidquid generi convenit: at in vitiis est aliquid, quod non est in perturbationibus. Si quidem, licet utraque, et vitia, et perturbationes, sint affectiones animi pravæ, tamen vitia sunt affectiones manentes; perturbationes vero non sunt affectiones ejusmodi *manentes*, sed *moventes*, et temporales; quocirca non sunt intra eandem speciem. Id, ni fallor, voluit Cicero. Nihil mirum, si hæc spineta, in quibus se Stoici oblectabant, levi pede transiliit. *Olivet.*

CAP. XIV. § 31 *Animi valentes*] Quamvis renitantur Mss. atque editi omnes; legi tamen cum Bentleio velim, *animi valentes morbo tentari possunt, ut corpora possunt: sed corporum, &c.* Buher.

§ 32 *Non enim multa*] Legerim levicula mutatione *non enim in alia efferata et immania.* Sin substantivum mavis, quo hæc referantur; tum repono *non enim in vitia efferata et immania.* Bentl.

CAP. XV. § 35 *Tum fert alacritatem*] A Tullii manu non est hæc lectio. Nonnulli codices *tum affert*, vel *affertur alacritate;* Gryph. autem *tum ea fertur alacritate.* Lego *tum ea effertur alacritate;* quæ minima est mutatio, Ciceronianoque loquendi modo consona. *Davis.*

CAP. XVII. § 40 *Rutilium*] Historia postulat *Rupilium*, qui consul fuit anno Urbis 521. ut patet ex fastis Capitolinis. Tollendum idem mendum ex Plin. VIII. 36. Ipsum etiam Ciceronem in Lælio tribus locis in

Digitized by Google

eodem nomine correximus. Quod si quis mendosos etiam putat Capitolinos fastos; ego adversus hunc, tanquam negantem principia, non disputabo. *Manut.* Vide Pighii Annales, ad annum Urbis 623.

CAP. XIX. § 43 *Quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant*] Recte parens linguæ Latinæ dixit, vitiosum nomen esse *lentitudo*. Est vero non unum, sed duplex lentitudinis genus. Nam interdum de eo dicitur, qui præ stupore quodam irasci nesciat: estque hæc lentitudo ἀναισθησία quædam. De hac Cicero sentit, et in parte vitii poni ait. Interdum *lentitudo*, sive *natura lenta*, eum affectum ac genus iræ designat, quem Græci κότον, quasi dormientem iram appellant. Ea est, quam Seneca ait, sævam manu, verbis parciorem: necnon altam, gravemque, et introrsus versam. Hæc ita odiosa est, adeoque grande malum, ut ejus comparatione simplex ira et quæ se statim promit, virtutis nomen invadere non erubescat. Inde illud est apud M. Tullium, de Legibus: 'Bonorum virorum esse admodum irasci.' Et ait idem scribens ad Att. I. 14. 'Irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum.' *Casaubonus* in Sueton. Tiber. 57.

CAP. XX. § 46 *Ad opem ferendam, et calamitates hominum indignorum sublevandas*] Aristot. Rhetoric. II. 10. Ἔστω δὴ ἔλεος, κ. τ. λ. *Sit igitur misericordia, ægritudo quædam ob aliquod malum putatum, ejus generis, quod interitum affert, vel dolorem inurit, hominis indigni visi, qui ita tractaretur.* Sensus est: Dicamus igitur misericordiam ægritudinem quandam esse, exortam ex eo, quod malum esse videatur, atque eorum generum malum, quæ aut ad interitum perducant, aut dolorem cruciatumque afferant: in eoque positum sit, qui illa fortuna indignus videatur. Stoici homines, illiusque familiæ principes, ita misericordiam definierunt, ut a sententia Aristotelis non discreparent. Cicero in Tuscul. IV. dixit 'hominum indignorum,' ut hic Aristot. τοῦ ἀναξίου. *Victor.*

CAP. XXI. § 48 *Accipiam ipse*] Nihil video melius conjectura Scaligeri, rescribentis *occipiam ipse*. Buher.

Sura, ac pulmonibus sisto] Criticis omnibus displicet *sura*, neque immerito. Arrideret mihi præter cæteras Davisii conjectatio reponentis *Furi*, si viderem ejus nominis aliquem fuisse, qui cum hoc Pacidiano committeretur. Quod enim Bentleius objicit, non videri Pacidianum id honoris dare adversario voluisse, ut eum de nomine appellaret, id vero nihili est. Esto enim, sit hoc non verisimile; spectatores, quod observandum, Pacidianus alloquitur, non æmulum. Suspicandi ergo locus est, scripsisse Lucilium, *Quam gladium in stomacho Fulvi, ac pulmonibu' sisto.* Fulvium gladiatorem cum Pacidiano componit Horat. II. Sat. 7. 96. *Idem.*

CAP. XXII. § 50 *Cum in acie M. Halienum*] Ut priores illæ, quas tetigit Noster, historiæ sunt notissimæ; ita hujusce facti nulla restat apud alios scriptores memoria. Sed *M. Halienum* reponendum esse recte monuit Ursinus, auctoritate veterum denariorum fretus. *Davis.*

Marathonii tauri] 'Theseus taurum, qui fuit Marathone, quem Hercules a Creta ad Euristheum adduxerat, occidit,' ut ait Hyginus Fab. 38. Hinc Ovidius Met. VII. 435. 'Te, maxime Theseu, Mirata est Marathon Cretæi sanguine tauri.' Paulo aliter Diodorus Siculus Bibl. lib. IV. et Plutarchus in Thes. *Idem.*

CAP. XXIII. § 51 *Nunquam privatum esse sapientem*] Ita loquitur, quod pro Stoicorum sententia solus sapiens est magistratus. Adiri possint Horat. I. Sat. 3. 124. Lucianus in Hermot. Victorius Var. Lect. XI. 24. et Lipsius Manud. III. 17. *Idem.*

Digitized by Google

§ 52 *In jurgio*] Iliad. I. Sed de Ajace ex aliqua Latina tragœdia adductus locus, id innuit: sic introductum Ajacem fuisse, ut insaniens cum hostibus manum conserens, illos in fugam verteret. Quod et Philostratus in Ajace significare videtur a Græcis tragicis factum esse. *Camerar.*

CAP. XXIV. § 58 *Quamvis licet insectemur istos*] Bene quidem, quod lectionem hanc *quamvis licet*, in textum recepisti. Sed dum utramque particulam ejusdem potestatis esse credis, erras cum aliis quibusdam viris doctissimis. *Quamvis* enim hic valet 'quantumvis,' non 'quanquam.' Itaque nullus hic est quem somniant pleonasmus. Cæterum hunc leviculum errorem abunde mox compensas loco illo feliciter restituto, *cum omnia sint in moribus vitia, iracundos solos morosos nominaverunt;* quæ egregia est emendatio, et plausu omnium excipienda. *Bentl.*

CAP. XXVII. § 59 *Paupertatis malum tollitur*] Non placet illud *paupertatis malum;* quippe alienum est ab hac disputatione, concedere paupertatem esse malum: deinde si 'ægritudo omnino sublata' sit, non 'quodammodo,' sed prorsus omnino paupertatis malum tollitur. Quamobrem non auro contra cara est Palatini codicis lectio, quam Gebhardus memorat, *etiam paupertatis nomen tollitur:* rectissime; nam qui nihil desiderat, nihil sibi deesse queritur aut ægre fert, cur pauper est vocandus? Seneca Epist. II. 'Honesta, inquit Epicurus, res est læta paupertas. Illa vero non est paupertas, si læta est; cui enim cum paupertate bene convenit, dives est.' *Bentl.*

CAP. XXVIII. § 60 *Est ea quidem utilior*] Optime Bentleius *subtilior*, ex conjectura. *Davis.*

§ 61 *Prementem*] Lege *spernentem*. Bentl. 'Premere' hic supprimendi significatu accipi posse videtur. *Wopkens.*

CAP. XXIX. § 63 *Neque tam terribilis*] Vide Muretum Var. Lect. VIII. 16. Pacuvii, non Ciceronis esse hos versus docet A. Schottus Observ. v. 6.

CAP. XXXIV. § 71 *Philosophi summus exorti*] Proclamet orator linteatus, 'ad sacros honores, ad infulas, grassamur specie simulata virtutis.' Scripserit Horatius, 'virtutem incolumem odimus.' Nemini venit in mentem, aut oratorem profiteri, eum se esse, qui appetat infulas; aut voluisse Horatium se existimari ea, quam culpat, scabie inquinatum. Nemo propterea insimulabit vel hunc invidentiæ, vel illum ambitionis. Est nimirum hæc ratio idonea leniendæ reprehensionum acerbitatis, si reprehensor unum se faciat eorum quos reprehendit. Elucet passim ea civilitas in orationibus Demosthenis, præsertim illis, quæ sunt ad populum de publicis rebus habitæ, et objurgationes continent. Pars hæc est Socraticæ dissimulationis, cujus neque artem neque usum ignoravit Cicero. Hinc est quod graviorem notam inusturus philosophis, in eorum se turbam conjicit; velut qui vineta ipse sua cæderet; ut ait in causa non dissimili Horat. II. Epist. 1. 220. Quem satyrici dissimulatoris locum qui legerit, facile, credo, intelliget, quo sensu dixerit Cicero, *philosophi summus exorti.* Anon.

§ 72 *In Leucadia*] Turpilii fabula, de qua Casaubonus in Athenæi III. 15.

CAP. XXXV. § 74 *Ostendat*] Davisius corrigit *ostendatur;* Buherius *ostendas.* Vulgatum tuetur Wopkensius.

CAP. XXXVII. § 80 *Metus quoque est diffidentia expectati et impendentis mali*] Quid hoc est monstri? Lege *diffidentia quoque est metus expectati et impendentis mali.* Davis. Interpunge, si velis, *metus quoque est diffidentia,*

Digitized by Google

expectati et impendentis mali. Anon.

Illa sibi signa, sed ratione a se dejecta diceret] Quid *signa* hic faciat, non video; et probo conjecturam cujusdam, quam Gebhardus memorat, *illa sibi ingenita;* nisi forte mavis *insita*, vel *innata*. Certe aliquid hujusmodi sit necesse est. *Bentl.* Veteres editiones *signa inesse*. Unde conjicio *si qua inessent, ratione, &c.* Buher.

§ 81 *Ut optima quisque valetudine affectus potest videri, ut natura, ad aliquem morbum proclivior*] Sic omnino Vict. Man. et Grut. nisi quod Victorius est auctior verbo *alius* post *videri*. Lambinus autem *potest videri alius alio natura, &c.* Et a Lambino quidem huic loco salubritas quædam data est; verum a Bentleio, ni fallor, salus ipsa. Sic enim legit, *Ut optima quis valetudine affectus potest videri; et natura ad aliquem morbum proclivior.* Olivet.

TUSCULANARUM QUÆSTIONUM

LIBER V.

Cap. I. § 1 *Ex eo libro*] Intelligitur Bruti liber 'de Virtute,' quem ad Ciceronem scripsit, ut ait Noster de Fin. I. 3. Ex eo nonnulla profert Seneca Cons. ad Helviam cap. 9. Vide Petr. Alcyonium de Exil. lib. I. *Davis.*

§ 3 *Huic incipio sententiæ diffidere: interdum et humani generis*] Interpunctione mutata malim, *huic incipio sententiæ diffidere interdum, et humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere;* quemadmodum, probante Joan. Mich. Bruto, locum distinxit Ms. Gryphianus. Sic etiam Reg. et Pithœan. *Idem.*

§ 4 *Avunculus tuus*] Intelligit Cicero Catonem Uticensem, summæ constantiæ virum; is enim Serviliæ, Bruti matris, frater erat uterinus. Vide Plutarchum in Caton. et in Bruto. *Davis.*

Cap. III. § 8 *Stellatus Cepheus*] Inter astra positus, καταστερισθεὶς, Cepheus: uxor ejus Cassiopeia, filia Andromeda, generque Perseus in sidera fuerunt relati. Vide Cic. N. D. II. 43. *Idem.*

A quibus ducti deinceps] Forte *docti*. Pearc.

Cap. V. § 14 *M. Atilio*] Regulum dicit, cujus mors cruciabilis est decantatissima. Inter alios plures vide Val. Max. IX. 2. 1. ext. Gellium, N. A. VI. 4. et Augustinum C. D. I. 15. *Davis.*

Q. Cæpione] Is aurum Tolosanum abstulit, 'quod sacrilegium causa excidii Cœpioni, exercituique ejus postea fuit,' ut tradit Justinus XXXII. 3. Vide sis et Gellium III. 9. Si Valerio Maximo fides VI. 9. 13. 'in publicis vinculis spiritum deposuit,' &c. Diverso tamen modo rem narrat IV. 7. 3. ut forsan alius ab eo, qui Ciceroni memoratur, fuerit is, cujus priore loco meminit Valerius. Eum Smyrnæ exulasse, testis est Noster orat. pro Corn. Balbo cap. 11. *Davis.*

M. Aquilio] Hunc a Mithridate conjectum in vincula tradunt Athenæus lib. V. Epitome Liviana LXXXVIII. et Val. Max. IX. 13. 1. Alia tamen et diversa prorsus ratione rem, si modo locus integer est, nec quicquam deficit, narrat Diodorus Sicu-

Digitized by Google

lus in Excerpt. Peiresc. *Idem.*

CAP. VII. § 17 *Atqui alterum dici non potest, quin hi, &c.*] Vix satis Latine hæc dici mihi videntur. Recte sonat, *dici non potest, quin:* non vero recte, ut opinor, *alterum dici non potest, quin.* Aut igitur illud *alterum*, aut hoc *quin*, tollendum esse censeo. Lambinus conjecit legendum, *alterum non dici non potest*, vel *alterum negari non potest, &c.* Quid vero hæ conjecturæ ad locum restituendum valeant, omnino non video. Equidem sic mihi fere persuasi, Ciceronem scripsisse, *Atqui alterum dici non potest, quod hi, qui nihil metuant . . . nihil concupiscant . . . beati sint.* Pearc.

§ 20 *Præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem: qua ipse inventa non fuit contentus: neque enim unquam finem inveniet libido*] Multa hic errata sunt. Principio, illud *inventa* neque apud Victorium habetur, nec Gebhardum, utpote quod repudiant omnes manuscripti. Deinde ex mendosis editionibus retinuit Gebhardus *ipse* et *inveniet;* at Victorius cum tuo codice *ipsa* habent, et *inveniret.* Rectissime. Lege totum locum parva unius voculæ mutatione, *Præmium proposuit, qui invenisset novam voluptatem: qua ipsa non fuisset contentus: neque enim finem inveniret libido.* Noli dubitare, quin Ciceronis hæc manus sit; nam in vulgata lectione id stulte affirmatur, *novam voluptatem tum fuisse inventam.* Unde vero, aut qui potuit? quis id prodidit, quis auctor est? *Bentl.*

CAP. VIII. § 21 *Aristo*] Vulgati plerique *Aristone;* sed quo *Aristone?* Non Chio, neque Ceo, quos audire Brutus non potuit, rebus humanis jam exemptos. An Aristone illo, cujus mentio est Acad. II. 4. Sed etsi erat philosophiæ non ignarus, non eum tamen Brutus, sed Aristum, Antiochi fratrem, Athenis audiit. Quod testatur Cicero Acad. I. 3. et de Finib. V. 3. Hic ergo reponendum est *Aristo* pro *Aristone;* in quo hæsitasse miror Davisium. Eoque miror magis, quod ipse hoc nomen in veteri codice legerat. Dubitationem omnem eximit quod addit Cicero, Athenis se diversatum apud fratrem Antiochi; et Aristum hospitem suum vocat, Brut. 97. Hæc Lambinus jam, Fulviusque Ursinus, viderant; at non explicaverant satis. *Buher.*

§ 22 *Clauderet*] Ita Gebhardus e suis edidit Mss. quibuscum faciunt nostri. *Davis.* Videtur Bentleio cascum illud et obsoletum *clauderet* pro *claudicaret.* Ego hic retinui; nec tamen in Oratore cap. 51. Nam si rectum est, satis tibi sit uno in loco legi apud Ciceronem; si minus probum, non debui semel atque iterum Gebhardo vel Grutero fidem habere. *Olivet.*

CAP. IX. § 24 *Vexatur autem ab omnibus (Theophrastus) primum in eo libro, quem scripsit de vita beata, in quo multa disputat, quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit*] Quid hoc est, obsecro, *vexatur ab omnibus in eo libro, quem scripsit ipse?* Quid absurdius? Si *ob* vel *propter eum librum* dixisset, utique esset quod intelligere possemus. Nunc portentum plane narrat, ut aliquis in libro proprio ab aliis vexetur. Quid multa? Tu librarios plorare jube, et sic rescribe, *Vexatur autem ab omnibus, primum quod in eo libro, quem inscripsit de Vita Beata, multa disputarit, quamobrem is qui torqueatur, qui crucietur, beatus esse non possit.* Certe hanc emendationem postulat, cum ipsa sententia, tum apodosis sive redditio quæ mox sequitur: Primum dixerat, vexatur, quod multa disputarit, &c. Quid secundum? hoc scilicet quod mox subjungit, *Vexatur idem Theophrastus, et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam, Vitam regit fortuna, non sapientia.* Bentl.

Digitized by Google

§ 25 *Vitam regit fortuna*] Versus ex iambico Græco translatus, qui sic se habet: *Τύχη τὰ θνητῶν πράγματα, οὐκ εὐβουλία.* Extat apud Plutarchum περὶ τύχης. Extat etiam apud Stobæum Eclog. Phys. et Chæremoni tribuitur. *Davis.*

§ 26 *Fortunam exiguam intervenire sapienti*] Seneca de Const. Sap. cap. 15. Epicurus, 'raro,' inquit, 'sapienti intervenit fortuna.' Ejusdem dicti meminere Noster de Finib. I. 19. et Vitruvius lib. VI. præf. Græce: Βραχεῖα σοφῷ τύχη παρεμπίπτει. Extat apud Laërtium x. 144. *Idem.*

CAP. X. § 31 *Neque hunc*] Τὸν δεῖνα, unum aliquem. Vide Is. Casaubonum in illud Persii v. 86. 'Stoicus hic.'

CAP. XI. § 33 *Tabellis obsignatis*] Me scriptorum meorum testimonio redarguis. Metaphora ducta est a syngraphis annulo vel manu signatis, quas in causarum actione proferunt jurisconsulti. *Davis.*

Non ego hoc loco id quærendum puto, verumne sit, quod Zenoni placuerit, quodque ejus auditori Aristoni, bonum esse solum quod honestum esset: sed, si ita esset, tum ut hoc totum, beate vivere, in una virtute poneret] Multa hic peccantur. Primum illud *poneret* quo referendum? Si ad Aristonem et Zenonem, (alius autem nemo est) dicendum utique est *ponerent.* Sed nec hoc neque illud sanum sensum efficit. Quorsum enim aut quærat, aut optet, ut Zeno et Aristo beatam vitam in una virtute ponerent; cum id eos constanter fecisse et ipse sæpe dixerit, et res sit notissima? Deinde series et apodosis orationis est vitiosa: *non,* inquit, *quærendum puto, verumne sit; sed tum ut.* Vides jam, opinor, τὸ ἀνακόλουθον, quod et Lambinus, acute interdum cernens ubi cæteri cæcutiunt, recte animadvertit: legit enim *tum utrum.* Recte hoc, si modo et illud insuper perspexisset, aliam tum sententiæ medicinam adhibendam esse: quippe, *si ita esset,* ut Zenoni placuit, bonum esse solum quod honestum, nulla ultra quæstio foret, utrum vita beata in una virtute consisteret. Lege igitur totum locum, *Non ego hoc loco id quærendum puto, verumne sit . . . bonum esse solum quod honestum esset: sed, ni ita esset, utrum* (vel *rectene*) *hoc totum beate vivere in una virtute poneretur.* Hoc nempe illud est, quod Peripateticos tangit; qui, cum negarent solum bonum esse quod honestum, beatam tamen vitam sola virtute compleri voluerunt. *Bentl.*

CAP. XIV. § 40 *Quid ergo ejusmodi*] Videntur hæc mihi melius esse interpuncta in antiqua editione, *Quid ergo? Ejusmodi istorum est,* (supple, *bonum*) *ut mihi, &c.* Buher. Vulgata interpunctio hunc præbet sensum: Quid ergo ejusmodi, stabile, fixum, permanens, isti habent, qui bona tripertito dividunt? Nihil prorsus. Ut mihi Laconis, &c. *Anon.*

An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata complectitur, si id possit amitti] In priscis editionibus ferebatur, *quod vita beata complectitur.* Lambinus cum in codicibus suis reperisset *quo,* et itidem in suis Gebhardus; scriptorum codicum auctoritati uterque cesserunt; ita ut *complectitur* passive hic accipiendum existiment. Id cum tibi durum et sine exemplo merito videretur, tu confugisti ad Hellenismum; quo pronomen eodem casu efferri solet ac nomen antecedens. Sed acri et castigato judicio hic est opus. Quamvis enim verissimum sit hanc dicendi formulam apud Latinos obtinuisse, ut nos pluribus ostendimus ad illud Flacci I. Sat. 6. 65. 'Judice, quo nosti, populo;' ubi vulgo fertur 'quem nosti;' illud tamen observandum est, duntaxat hoc fieri solitum in verbis usus frequentioris, iisque fere aut primæ aut secundæ personæ; quæque ibi loci deponentium

Digitized by Google

seu intransitivorum naturam habeat. Sic in omnibus exemplis et tuis et meis, 'judice, quo nosti;' 'causa, qua dixi;' 'eorum, quorum consuesti;' 'illo, quo reris;' 'libro, quo dixi;' 'coloribus, quibus dixisti;' 'rationibus, quibus præscripsimus;' 'loco, quo commemoravi;' 'ratione, qua dixi;' 'ista sis æquitate, qua ostendis;' 'augurio, quo diximus;' 'numeri, cujus diximus;' 'spatio, quanto patiuntur;' 'militibus, quantis potuit.' Horum exemplorum speciem si attente consideres; intelliges profecto Hellenismum hunc non posse aptari isti, de quo agimus, loco, ubi nihil est illarum, quarum diximus, conditionum. Hoc enim si ubique liceret, omnis Latini sermonis ratio et analogia plane perverteretur. Quid ergo fiet? aut quo tandem pacto hic nodus solvetur? Id vero nullo negotio: quippe mendosum est illud *complectitur;* quod sic emendandum, *An dubium est, quin nihil sit habendum in eo genere, quo vita beata completur?* Quid nunc videtur? nova lux, opinor, exoritur. Ita Noster hoc ipso libro cap. 16. 'Dicunt illi quidem; sed his vitam beatam compleri negant.' De Finibus III. 3. 'Illi enim corporis commodis compleri vitam beatam putant, nostri nihil minus.' Ibidem IV. 20. 'Negatis vitam beatam esse, quæ expleta sit omnibus rebus, quas natura desideret:' et V. 13. 'Ea enim vita expetitur, quæ sit animi corporisque expleta virtutibus.' *Bentl.*

CAP. XVI. § 47 *Præcipua, vel producta*] Vide lib. III. de Finib.

§ 48 *Vir igitur temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate ulla, sine libidine, nonne beatus*] Ita omnes editiones codicesque, qui hodie supersunt; quin etiam et Nonius Marcellus, in v. 'alacritas,' si editoribus fides. Verumtamen, aut plane nullo sum judicio, aut lectio hæc a mala manu est, et Ciceroni inficianda. Quorsum enim *sine ulla alacritate?* Quid sibi commeruit *alacritas*, ut, cum cætera illa *metus*, *ægritudo*, *libido*, nullo epitheto hic damnentur, ipsa quasi omnium teterrima, ne *ulla* quidem in viro constante esse debeat? an hanc tribus illis pejorem esse credendum est? Atqui tantum abest ut pejor sit; ut ipsa per se (nisi modum forte excesserit) laudanda sit, atque optanda. Ita sæpe Noster in se, in amicis, in toto senatu alacritatem prædicat. Ac profecto qui sine ulla alacritate est, idem sit iners, torpidus, segnis, ignavus, æger, mœstus, miser denique necesse est. Quid ergo? tu illud *ulla* in malam rem ire jube, et lege meo periculo, *sine metu*, *sine ægritudine*, *sine alacritate futili*, *sine libidine*. Nimirum cum secundum Stoicos perturbationum partes sint quatuor, *ægritudo*, *metus*, *libido*, *lætitia*, sive *alacritas;* hanc ultimam, quia voces illæ per se honestæ sunt, et sæpius in laude quam in vitio ponuntur, semper epitheto aliquo dehonestat, quo ostendatur eam aut fines suos excedere, aut mala de causa oriri. Sic Tusc. IV. 4. 'Restant,' inquit, 'duæ perturbationes, lætitia gestiens et libido.' Sic c. 6. 'lætitia gestiens vel nimia.' Cap. 7. 'profusa hilaritas.' Cap. 16. 'inanis alacritas.' Cap. 33. 'exsultans gestiensque lætitia.' IV. 14. 'insolens alacritas.' Lego ergo hic non adeo magna mutatione, *sine alacritate futili;* ut Tusc. V. 6. 'Futiles lætitiæ et exsultantes.' IV. 17. 'Nec sitienter quid expetens ardeat desiderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat.' *Bentl.*

CAP. XVII. § 49 *Consiliis nostris laus est attonsa*] Integrum epigramma exhibet Pausanias in Bœot. *Davis.*

§ 51 *Quo loco quæro, quam vim habeat libra illa Critolai, qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in al-*

Digitized by Google

terram corporis et externa; tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram et maria deprimat] Quid illud est, quod *boni lancem* dicit? cum in utraque lance fuerint 'bona;' in illa 'bona animi,' in hac 'bona corporis et externa.' Hoccine a tot editoribus doctissimis tam patienter ferri? Lege vero *tantum propendere illam animi lancem putet*. Vel dele *boni*, et scribe *tantum propendere illam lancem putet;* illam, hoc est, quam priorem nominavit. Noster de Fin. v. 30. 'Audebo igitur cætera quæ secundum naturam sunt, bona appellare; virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere: terram, mihi crede, ea lanx et maria deprimeret.' Nota autem locutionis genus ἰδιωτικόν. Nam in bilance quæ lanx præponderat, non deprimit oppositam, verum elevat. Sed vulgaris sermonis errore labi, etiam sapienti et diserto concessum est. *Bentl.* Legi velim, *illam honesti lancem*, pro quo, *boni*, ex scripturæ compendio legerunt imperiti. *Buher.*

Ut terram et maria deprimat] In bilance leviora non *deprimuntur*, sed attolluntur. Est igitur ἄκυρον. *Davis.*

Cap. xx. § 58 *Credebat eorum nemini*] Erasmus edebat, ut et Bentleius legit, *credebat se eorum nemini.*

Ita sordido ancillarique artificio, regiæ virgines, ut tonstriculæ, tondebant barbam et capillum patris] Non placet illud *artificio;* non enim profitebantur se tonstrices esse; sed eo munere fungi cogebantur. Quamobrem mirifice placet, atque adeo verissima est tui codicis lectio, *sordido ancillarique officio.* Propertius iv. 9. 'Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia, et Lyda pensa diurna colu.' Horat. ii. Sat. 6. 'Nec non vernaliter ipsis Fungitur officiis.' Plautus Cistellaria iv. 1. 'Faciendum est puerile officium.' *Bentl.*

§ 61 *Judicavit*] Ita Victorius, Gruterus, Wopkensius; sed *indicavit* Manut. Lamb. Bentleius.

Cap. xxii. § 63 *In Pythagoreis*] Vide de Officiis iii. 13.

Aquinio] Aut, quod melius, *Aquino*, ut in altero est codice Lugdunensi. Consentiunt Catullianorum carminum exempla omnia Epigr. xiv. Habent enim omnia *Aquinos*, quam vocem exigit versus; alteram *Aquinios* respuit. Neque video quid fuerit, cur explicatores Catullum e Cicerone maluerint, quam e Catullo Ciceronem emendare. Potuit *Aquinus* nomen esse Romanæ alicujus familiæ, ut Crispinus, Silvinus, &c. *Buher.*

Cap. xxiii. § 64 *A pulvere et radio*] Mathematicis studiis deditum. Locutionis ratio est, quod radius sit instrumentum, quo geometris in mensa, pulvere conspersa, σχήματα sua describere moris erat. *Davis.*

Cap. xxvi. § 73 *Ut habet se res, me tamen plaudente dicit*] Sententia non recte procedit. Lege, *ut ut habet se res, me tamen;* hoc est, *utcumque habet se res*, quamvis non constet sibi ipse, sed sua dogmata evertat. Terent. Heaut. i. 2. 'Ut ut erat, mansum tamen oportuit.' Phorm. iii. 2. 'Sed ut ut hæc sunt, tamen hoc faciam.' *Bentl.*

Cap. xxvii. § 78 *Illa victa mæsta discedit*] Bentleius ideo legendum putat *illæ victæ mæstæ discedunt*, quia Cicero dixerat paulo ante 'plures singulis solent esse nuptæ.' Sed voces *illa victa* idem significant quod quæcunque ex illis est victa, sive illæ sint duæ, sive plures. Vox *illa* in hujusmodi locutionibus vim habet pluralis numeri, ut in ii. 15. 'Videmus . . . rudem illum et inexercitatum, quamvis leviter ictum, ploratus turpissimos edere.' Sic etiam in Quintil. Inst. Or. i. 3. 'Probus quoque inprimis erit ille ingeniosus:' et ib. 'Probus ab illo segni et jacente multum aberit.' *Pearc.* Vide Pro-

Digitized by Google

pert. III. 11. 15.

Cap. xxxi. § 87 *Nec eam minimis blandimentis corrupta deseret*] Ita quidem librarii: sed nunquam mihi persuadebunt sic a Tullio profectum esse. Quid enim si non *minimis*, sed maximis et potentissimis blandimentis tentetur; an tum *deseret*? Quid autem? an solis blanditiis apud Phalaridis taurum res agitur? nihil ibi minarum, nihil terroris? Vides jam, opinor, vulgatæ lectionis pravitatem. Tu lege meo periculo *nec eam minis, aut blandimentis corrupta deseret*. Bentl.

Qui disertum illum Carneadem curent defendere: nemo est enim, qui eorum bonorum animum non putet esse judicem, eumque condocefaciat, ut ea, quæ bona malave videantur, possit contemnere] Non placet illud *disertum*. Esto enim disertissimus, ut sane fuit; indecenter tamen sic nunc appellatur. Qui enim *disertus* est, non opus habet defensore. Codices plerique apud Gebhardum *desertum* habent. Rectissime, ut et Grutero visum est. Deserto enim et derelicto, illi profecto opus est advocato et patrono. Ideo autem Carneades *desertus*, quia is novæ Academiæ princeps paucos habuit sectatores: cujus tamen disciplinam Cicero ipse apud Latinos instaurabat. Noster de Nat. Deor. I. 3. 'Multis etiam sensi mirabile videri, eam nobis potissimum probatam esse philosophiam, quæ lucem eriperet, et quasi noctem quandam rebus offunderet; desertæque disciplinæ ac jam pridem relictæ patrocinium nec opinatum a nobis est susceptum.' Quibus hæc objicientibus ita respondit cap. 5. 'Nec vero desertarum relictarumque rerum patrocinium suscepimus. Hæc enim in philosophia ratio profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade, usque ad nostram viguit ætatem; quam nunc propemodum orbam esse in ipsa Græcia intelligo: quod non Academiæ vitio; sed tarditate hominum arbitror contigisse.' Hoc primum: nam et restat alterum, quod et vero propius, et huic rei accommodatius. *Desertum* igitur accipe, ob sententiam de summo bono, quam is primus introduxit, et post eum nemo est secutus, 'summum bonum esse, frui iis rebus quas primas natura conciliavisset.' Vide Academ. IV. Huic, inquam, sententiæ nemo ab ejus obitu patrocinatus est. Unde Noster de Finib. IV. 18. loco hujus simillimo, 'Quid censes eos esse facturos, qui omnino virtutem a bonorum fine segregaverunt, Epicurum, Hieronymum, illos etiam, si qui Carneadeum finem tueri volunt?' Et II. 12. 'Rejicitur etiam Carneades; nec ulla de summo bono ratio, aut voluptatis, non dolendive particeps, aut honestatis expers, probabitur.' Sed pergamus jam ad reliqua. Tu ex optimo tuo exemplari *non* inseruisti; sententia enim negativum exigit. Illud tamen meo quidem judicio, ab interpolatore nasi sagacioris profectum est; qui quod sententiæ deesse viderat, de suo impertivit. Ergo placet Lambini conjectura *quin*, quod et idem efficit, et ad cæteros codices propius accedit. Adhuc tamen hæremus; quid enim sibi vult *eorum bonorum?* Quænam ea sunt, obsecro? non enim dicit. Lege vero totum locum, *Nemo est enim, quin verorum bonorum animum putet esse judicem; eumque condocefaciat, ut ea quæ bona malave videantur possit contemnere*. Vides jam claram oppositionem fieri inter 'vera bona,' et *quæ bona videantur;* quam si tollas, et *eorum* cum vulgo legas, nihil crudius, laxius, dilutius dici potest, quam illud *contemnere quæ bona videantur*. Idem.

Nemo est enim, qui eorum bonorum animum putet esse judicem] Hæc ita laudat Nonius in 'Condocefacere,' et ita dant vulgati. Sed illius et codicum auctoritas non facit, ut mendosa

Digitized by Google

non esse credam, cum rei, quam vult Cicero, plane repugnent. Si enim bonorum animum non putant esse judicem; cur eum, quæso, ea, quæ bona malave videantur, docent contemnere? Id vidit Lambinus, adeoque legit *quin eorum bonorum*. Cl. autem Bentleius reponit *quin verorum bonorum*. Ego sane totum locum sic restituendum puto, *nemo est enim eorum, qui bonorum animum non putet esse judicem*. Particulam negantem suppeditavit Eliens. sec. Levem vero illam transpositionem fecimus conjectura freti, ea tamen, quam, nisi fallor, Tullii mens efflagitat. *Davis.*

§ 88 *Maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione confutat*] Vix dubito quin et tibi et cæteris editoribus durius illud visum sit, *confutat dolores;* sed cum emendatio non succurret, silentio transmissum est. Scio equidem hoc defensores suos habiturum, qui omnia recta prava, quæ in codicibus feruntur, albo calculo comprobare solent; sed cui indoles et sapor Ciceroniani sermonis cognitus est, hoc ab illius manu esse non nisi invitissimus fatebitur. Videamus Græca Epicuri, ad quæ hic alludit: Ἀντιπαρετάττετο πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἡμῖν διαλογισμῶν μνήμῃ. Quid autem est ἀντιπαρατάττειν, an *confutare?* nihil minus. Quid ergo est? nempe id ipsum, quod pro vera hujus loci emendatione substituo, *eos ipsos inventorum suorum memoria et recordatione compensat.* Ita Noster de Finib. II. 30. ubi Græca ista Epicuri verbum de verbo vertere profitetur; 'Compensabatur tamen,' inquit, 'cum his omnibus animi lætitia, quam capiebam memoria rationum inventorumque nostrorum.' Et mox ibidem: 'Compensabatur,' inquit, 'cum summis doloribus lætitia.' Et iterum: 'Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus.' Quid jam videtur? Librariisne oscitantibus, an ipsi Ciceroni potior erit fides? Porro ejusdem verbi frequens apud hunc usus est, in simili sententia; ut Fin. v. 18. 'Et cum maximis curis et laboribus compensare eam, quam ex discendo capiant voluptatem.' De Nat. Deor. I. 91. 'Illa multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum compensatione leniant.' De Orat. III. 4. 'Et summi labores nostri magna compensati gloria mitigantur.' De Senect. cap. 2. 'Resistendum senectuti est, ejusque vitia diligentia compensanda sunt.' Et sæpe alibi. *Bentleius.*

Longinquitatem lenitate] Potius cum Man. et Lamb. *levitate;* sic enim Cicero solet loqui. De Finib. I. 12. 'Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis soleat esse.' Ibid. II. 7. 'Si gravis, brevis; si longus, levis:' et alibi sæpissime. *Pearc.*

Cap. XXXII. § 90 *Scythicum tegmen*] De Scythis Justinus Histor. II. 2. 'Lanæ iis usus ac vestium ignotus . . . . pellibus ferinis aut murinis utuntur.' Quod usitatum nunc quoque Tartaris, qui ad Orientem incolunt. Hesychius, Σακυνδάκη, ἔνδυμα Σκυθικόν. *Buher.*

Lacte, caseo, pane vescor] Herodotus de Anacharsis popularibus, IV. 46. ζώοντές τε μὴ ἀπ' ἄρτου ἀλλ' ἀπὸ κτηνέων. Sic enim legendum ex codicibus Mss. *Non pane victitantes, sed ex pecoribus.* Idem.

Cap. XXXIII. § 94 *Quarum genera non contemnunt, quærunt tamen copiam*] Vitiosa sine dubio oratio. Quorsum enim illud *tamen:* cum inter *non contemnere* et *quærere* nulla sit oppositio. Lege, aut, *non quærunt tamen copiam,* aut, *spernunt tamen copiam.* Bentl.

Cap. XXXIV. § 98 *In Phiditiis*] Si quidem *Philitiis* habent plerique manu exarati codices, in iisque Regius et Lugdunenses duo, mea vetus editio, Aldina, aliæque nonnullæ, retinenda fuerat ea vox, non temere

extrudenda. Et vero Joan. Meursius Misc. Lacon. I. 4. auctores laudat non paucos, qui convivia hæc Lacedæmoniorum vocarunt φιλίτια, et hoc nomen a φιλία ductum putaverunt. Adjungere poterat compositiorem Etymologici Magni v. Συσσίτιον. *Baker.*

Cursus ad Eurotam] Vulgo *ab Eurota.* Sed recte doctissimus Bentleius: Eurotas enim sub ipsis prope Spartæ mœnibus fluit. Vide Chr. Cellarium Geogr. II. 13. *Davis.*

CAP. XXXV. § 102 *Cur igitur divitiæ desiderentur? aut ubi paupertas beatos esse non sinit? Signis, credo, tabulis, ludis. Si quis est qui his delectetur; nonne melius tenues homines fruuntur, quam illi qui his abundant? Est enim earum omnium rerum nostra in urbe summa in publico copia: quæ qui privati habent, nec tam multa et raro vident, cum in sua rura venerunt: quos tamen pungit aliquid, cum illa unde habeant recordantur*] Totum hunc locum necesse erat describere, ut facilius intelligi possit, quid velim. Vide igitur illud *ludis;* et quam male ei conveniat cum sequentibus, perspice. *Quæ,* inquit, *qui privati habent:* an *habere ludos* Latine dicitur? an privati autem domi ludos instituebant? Sequitur mox, *et raro vident, cum in sua rura venerunt:* hoc *signis* et *tabulis* bene convenit, quæ in villis suis habere Romani proceres consueverant; *ludis* vero minime. Ut et illud denique *pungit aliquid;* ob peculatum scilicet et sacrilegium a se admissum; plerumque enim *signa* illa et *tabulæ* e Græcis urbibus templisque rapina aut furto ablatæ erant; de qua re consule actiones in Verrem. Sed quid hoc, obsecro, ad *ludos* pertinet? Vides jam, opinor, lectionis receptæ pravitatem. Tu lege non ita magna mutatione, *ct* enim et *d* in veteribus scriptis sæpe confunduntur, *signis, credo, et tabulis pictis.* Sic loqui sciebant boni scriptores. Horatius I. Epist. 2. 'Ut lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram.' I. Sat. 1. 'Cogerit aut pictis tanquam gaudere tabellis.' II. Epist. 1. 'Suspendit picta vultum mentemque tabella.' Cicero ipse de Nat. Deor. II. 31. 'Qui igitur convenit, signum aut tabulam pictam cum adspexeris, scire adhibitam esse artem?' III. 37. 'Nonne enim animadvertis ex tot tabulis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint?' Pro Roscio Amerino c. 46. 'Quid præterea cælati argenti? quid stragulæ vestis? quid pictarum tabularum? quid signorum? quid marmoris apud illum putatis esse?' Postquam hæc scripseram, sero hoc animadverti apud Lambinum: 'Quidam,' inquit, 'tabulis pictis, deleta voce *ludis;* a quibus dissentio.' Itane vero, vir optime? Nollem factum. Sed aliis tuis recte factis hoc erratum pensabitur. *Bentl.*

CAP. XXXVIII. § 112 *Prætorius et in senatu sententiam dicebat*] Pighius, in Annalibus, ad ann. U. C. 634. hanc phrasim putat esse mutilam; excidisse enim vocem *cæcus;* quæ quidem ad explendam fulciendamque sententiam prorsus necessaria est. Si enim cæcus non fuit Aufidius, quid mirum est fecisse illum omnia, quæ Cicero commemorat; cæcitatem in Appio, in Druso, in Diodoto Stoico, non prætermisit; cur omiserit in hoc Aufidio? Legi ergo possit, *Prætorius, cæcus, et in senatu sententiam dicebat.* Buher.

Videbat in litteris] Cæcus erat iste Aufidius; et idcirco argutulus sibi videbatur quicunque erat librarius, qui primus illud *videbat* nobis supposuit. Ego vero tam putidum schema non esse Ciceronis continuo agnovi. Aliter, aiunt, olent catuli, aliter sues. Et proinde, ubi parumper animum intenderam, sua sponte enascebatur vera et sincera lectio, *et Græcam scribebat historiam, et vivebat in litteris:* hoc est, omnem suam ætatem in lit-

Digitized by Google

teris consumpsit. Noster Fam. IX. 26. ' Quid ergo faciam? te consulo, qui philosophum audis. Augar? excruciemne me? quid assequar? deinde quem ad finem? Vivas, inquis, in litteris. An quidquam me aliud agere censes; aut possem vivere, nisi in litteris viverem? sed est earum etiam, non satietas, sed quidam modus.' Ibidem XIII. 28. ' Est enim in eo, cum virtus et probitas et summum officium summaque observantia, tum studia illa nostra, quibus antea delectabamur, nunc etiam vivimus.' *Bentl.*

Cap. XXXIX. *Si liceat, quod quibusdam Græcis quotidie*] Nimirum *mendicare;* quæ honesta est ἀποσιώπησις. *Davis.*

§ 114 *Quæ species formæ, quæ pugna*] Davisius ex Mss. Gebhardianis *quæ species, formaque pugnæ.*

§ 115 *Polyphemum Homerus cum ariete etiam colloquentem facit, ejusque laudare fortunas, quod qua vellet ingredi posset, et quæ vellet attingere*] Recte animadvertis apud Homerum hoc non haberi; ergo aut finxit id Cicero, aut ex tragico quodam sumpsisse videtur. Sed postrema illa *quæ vellet, attingere* languida sunt et inania. Quidam apud Lambinum *aspicere* reponebant; verum hoc adhuc deterius. Omnes fere Gebhardi codices *quem* præferunt, non *quæ.* Unde suspicor legendum esse, *et in quem vellet, arietare.* Convenit profecto hoc Cyclopis immanitati. Accius apud Nostrum de Div. I. 22. ' Duos consanguineos arietes inde eligi. Deinde ejus germanum cornibus connitier in me arietare, eoque ictu me ad casum dari.' Vel propius etiam possis *et quem vellet arietare;* ut Plautus in Truculento, II. 2. ' Quis illic est, qui tam proterve nostras ædes arietat?' Nisi forte et hic legendum sit *proterve in nostras, &c.* Bentl.

Cap. XL. § 116 *Omnesque id nos*] Manutius et Lambinus reponebant *omnesque item nos, &c.* Pronomen *id* omnino delet Davisius. Tuetur autem Wopkensius, quem vide Tullian. Lect. I. 21.

DE NATURA DEORUM

LIBER I.

Cap. I. § 1 *Ad agnitionem animi*] Quæstionem de Natura Deorum, quam ait Cicero *ad agnitionem animi esse pulcherrimam,* cognitu præclaram interpretor; est enim hoc loco agnitio animi, non qua cognoscitur animus, sed qua ipse divinam naturam agnoscit. *Lescaloper.* Sensus paulo obscurior videri possit; quapropter eum paucis explicabo. Cum multi philosophi mentem divinam esse censuerint; ait Tullius, hanc disputationem animo cognoscendo fore utilem; quod, indagata Deorum natura, simul elucesceret mentis humanæ ratio. Vide Tusc. I. 26. 27. Similiter Varro apud Augustin. C. D. VII. 15. Hinc liquet a scopo prorsus aberrasse M. A. Muretum, qui *agitationem animi* rescribebat, uti docet etiam Adr. Turnebus Advers. XIV. 14. *Davis.* Dudum priusquam Davisiana legerem, in ea sententia eram, agnitionem animi illam esse, qua cognoscitur animus, non qua cognoscit. Qui sic intelligunt, quasi dicat Cicero

Digitized by Google

eam quæstionem esse cognitu pulcherrimam, nullo exemplo probant, sed nec probare, opinor, possunt, quod agnitio animi actionem designet, qua cognoscit animus. Deinde non de nihilo est, extare hoc quoque unde perspiciatur quid senserit de animi natura Cicero. Illis quæ Davisius firmandæ suæ sententiæ adhibuit, possunt hæc addi Ciceronis ipsius testimonia. Somnio Scip. cap. 8. ita loquentem facit Africanum: 'Deum te igitur scito esse, si quidem Deus est, qui meminit, qui providet,' &c. De Univers. 8. 'Animum igitur cum ille procreator mundi Deus ex sua mente et divinitate genuisset,' &c. De Divin. I. 49. 'A natura Deorum, ut doctissimis, sapientissimisque placuit, haustos animos et libatos habemus.' Qui locus ad hujus, qui in manibus est, declarandam sententiam pene factus videtur. Tusculan. V. 13. 'Humanus autem animus decerptus ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, comparari potest.' Adde eundem Tuscul. I. 23. et de Legib. I. 22. nec non Sallust. Catilin. cap. 1. Dixerat pridem Aristoteles, referente Sexto Empirico adv. Mathem. p. 312. Deum esse aliquid quod ex se simile sit animæ. Εἶναί τι Θεὸν, τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐοικὸς τῇ ψυχῇ. Quod non adeo mirabitur, qui meminerit censuisse quosdam philosophos, uti canit Virgilius Georg. IV. 220. 'esse apibus partem divinæ mentis,' &c. Quin S. Augustinus de Beata Vita, n. 4. ubi de anima loquitur, 'id est,' inquit, 'unum in rebus proximum Deo.' *Buher.*

Ut magno argumento esse debeat causam, &c.] Hunc locum docti aliquot viri putant mutilum ac lacerum, partim corruptum. Ego suum cuique judicium liberum, ut par est, relinquam; sed non dubitabo profiteri, mihi videri integrum esse, et explicari posse. Hoc idem enim dicit, opinor, Cicero, quod Aristot. lib. I. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, cap. 2. Ὥστ' εἴπερ διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν, φανερὸν ὅτι διὰ τὸ εἰδέναι, τὸ ἐπίστασθαι ἐδίωκον, [καὶ οὐ χρήσεως τινὸς ἕνεκα. *Itaque si, propterea quod fugerent inscientiam, philosophati sunt; perspicuum est, eos, eo ut scirent, scientiam persecutos esse, non utilitatis alicujus gratia.* Illa Aristoteles. Hæc Cicero, 'causa, id est, principium, philosophiæ est scientia,' id est, homines ingenio excellentes scientiæ causa philosophati sunt; hoc est, scientia, ut finis, cujus gratia quærere cœperunt naturam rerum, impulit eos, ut philosopharentur. Ita scientia et principium et finis est philosophiæ; finis, quia ejus causa philosophati sunt homines; principium, quia impulit et commovit eos ad philosophandum. *Lamb.*

Ut magno argumento esse debeat prudenter Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse] Ita legitur hic locus in Ms. cum in aliis sit, *ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam, prudenterque Academicos a rebus, &c.* Ursin.

Causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam] Nisi enim scientiæ nobis amor a natura esset insitus, non erat causa, cur philosopharemur. Scientiam autem philosophiæ causam et originem esse, inde cognoscitur, quod de natura Deorum non modo variæ sunt doctissimorum hominum opiniones, verum etiam discrepantes; cujus rei causa est scientiæ cupiditas. Cur autem nonnulli hanc lectionem adeo non probaverint, ut corruptum exemplar sequi maluerint, non intelligo; nisi si ea, quæ in suo libro Ms. non vident, ex ingenio et conjectura esse omnia in animum induxerunt. *P. Manut.* Quid est, quod Tullius ait, *causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam?* Conveni aliquando qui hinc abesse nescio quid putaret, et aliquid suppleret; in con-

Digitized by Google

trariumque sensum converteret, et *inscientiam* inscientissime legeret. Ego *scientiam* defendo, et existimo significari veram philosophiam non in hominum philosophorum discrepantibus opinionibus positam, et constitutam esse; sed in scientia, certaque cognitione, et sine ea esse non posse. Nam tanta inter eos varietas et dissensio est, ut appareat sine certa quadam scientia philosophiam extare non posse, nec philosophos eam esse artem consecutos, cujus nomine vocantur. Itaque cum a scientia absint, ad quam etiam perveniri Academici non posse dicunt, et cum in tanta dissensione constituti sint, ut quidem ineptissimas sententias de Diis immortalibus ferant, tanta varietas magnum argumentum habet, sine scientia, verique cognitione, et comprehensione philosophiam esse non posse, et eos a philosophis, qui opinionibus nitantur, plurimum distare: vel potius dicit omnes ad scientiam pervenire conari, et ad eam omni studio eniti, sed cum diversa sentiant, merito Academicos sententiam sustinere suam, ne temere assentiantur. Nam temerarium esset, incognito falsove assentiri. *Turneb.* Advers. XIV. 14. Vexatus hic locus a multis multorum quoque vexavit ingenia; itaque admodum varie et lectitatus, et expositus est. Aldus Manutius ita legit, *Ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ esse inscientiam.* Quam scienter, scientum virorum esto judicium. Certe solus ita legit; et duriuscule a Turnebo, sed presso nomine, accipitur, ut paulo ante in ipsa Turnebi interpretatione audivimus. Codex Palatinus tertius *scientiam* mutat in *sententiam;* aliter alii legunt; nonnulli, quod factu facillimum est, totum locum expungunt, quippe quem spurium, et alienum putant; sed id sola difficultas explicandæ sententiæ persuasit, quæ gnavis interpretibus declinanda nunquam est. Itaque et totum locum, et vulgatam totius loci lectionem retineo, atque ita explico, *causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam,* quam scilicet omnes appetunt; quasi diceret, De Deorum natura sic inter se philosophi dissentiunt, ut inde certo colligi videatur hoc primum, nempe id totum philosophandi genus atque institutum, nec non varias philosophorum sectas ex eo scientiæ appetitu, qui omnibus innatus est, profectas esse: dum enim quisque scire avet, suoque genio plurimum tribuit, novæ cujuspiam stellæ, ut aiunt, novi orbis inventionem sibi appromittens, factum est ut abierint in diversa philosophi, sectique sint in varias varie opinantum classes. Ac quemadmodum in fluminibus usuvenit, ut præcipites aquas objectus obex, et acuta moles, multiplices in rivos alveosque scindat; ita plerumque fit in hominibus, ad veri investigationem magna contentione, confertimque properantibus, ut eos prærupti quidam scopuli disjiciant ab communi tramite, et suam quemque semitam diversum inire cogant. Sed et alterum indidem colligitur, prudenter fecisse Academicos, qui tam incertis opinionibus assensionem minime dederint. *Lescalop.* Non longe ab initio libri primi de Natura Deorum lacuna hæc pridem notata est; nempe in ipso exordio totius disputationis, quod est ejusmodi: *Cum multæ res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis, Brute, quod tu minime ignoras, et perobscura quæstio est de natura Deorum, quæ et ad cognitionem animi pulcherrima est, et ad moderandam religionem necessaria. De qua tam variæ sunt doctissimorum hominum, tamque discrepantes sententiæ, ut magno argumento esse debeat, causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam; prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.* Mutilum, inquam,

Digitized by Google

esse hunc locum, præter Lambini auctoritatem, qui hunc ut corruptum asterisco notavit, sententiæ ipsius absurditas cogit fateri. Quod miror Manutium non vidisse, neque Manutio majorem Turnebum, qui hanc lectionem tuentur. At enim vero non video, quo sensu scientia causa et principium philosophiæ dici possit. Nam esse exitum et finem palam est. Omnes quippe hoc consilio ad philosophandum accedunt, ut sedula pervestigatione causarum, alicujus rei sive effectus naturam penitus, quod scientiæ est munus, comprehendant. Cæterum quam certum est hunc contextum esse hiulcum, tam difficile arbitror, quæ desunt supplere. Id quidem meliorum librorum ope plane præstari posset, si extarent. An autem extent, me latet. Interea vero quid mihi nunc de supplenda hac lacuna in mentem veniat, dicam. Ita mihi videor hanc posse supplere. Post hæc verba, *ut magno esse argumento debeat, causam, id est, principium philosophiæ*, suppleo, [*ab amore quidem scientiæ esse ductum, finem tamen non esse*] *scientiam*. Plana et dilucida hoc modo sententia est. Præfatur primum difficilem esse quæstionem de natura Deorum, idque intelligi ex varietate opinionum, et dissensu philosophorum circa hanc quæstionem. Ex quo infert omnes studio quidem et amore scientiæ impelli ad philosophandum; quod idem est atque hunc amorem esse causam et principium philosophiæ; non tamen hujus finem esse scientiam. Non enim finis scientia, si ad eam nemo pervenit. Quippe hoc finis differt a scopo, quod ad scopum sufficit animi destinatio et consilium; finis, nisi operis successu, non intelligitur. Indicium infelicitatis et laboris nunquam ad finem pervenientis in via veritatis, discordes philosophorum circa idem quæsitum sententiæ. Ex quibus Cicero arguit prudenter fecisse Academicos, qui a rebus incertis assensionem cohiberent. Hanc esse mentem M. Tullii eo loco, hoc consilium, cuivis animum advertenti apparere arbitror. Ex quo etiam spes sit, quod ad verba attinet, quæ hic affero ad hiatum supplendum, non esse admodum dissimilia iis, quibus vir ille summus sententiam expresserat. Ita igitur interim liceat supplere hunc locum, dum aliquis nondum repertus liber e tenebris emergens, ipsam et Ciceronis manum repræsentaverit. *Petrus Petitus* Miscell. Observ. I. 3. Cicero de Natura Deorum, I. 1. sic de ea loquitur: *De qua tam variæ sunt doctorum hominum, tamque discrepantes sententiæ, ut magno argumento esse debeat causam, id est, principium philosophiæ esse scientiam; prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse.* An ergo sequitur ex dissensione philosophorum de natura Deorum, *causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam?* Imo contra; nam ubi scientia est, ibi non est dissensio. Attamen Dionys. Lambinus contendit Ciceronem hoc velle, homines scientiæ causa philosophatos esse. Quod verum quidem est, sed a Cicerone non dicitur, quia nihil hic ad rem facit; quæ enim hæc est ratiocinatio? Dissentiunt philosophi; ergo, scientiæ quærendæ causa, philosophati sunt; ergo recte fecerunt Academici, qui assensum cohibuerunt? Inserenda omnino hic est negatio, legendumque, *non esse scientiam*, hoc est, perspicuam cognitionem veritatis, ex qua omnia sua consectaria deducant; quod sequitur ex varietate sententiarum, et quo posito, prudenter omnino fecerunt Academici, qui a rebus incertis assensionem cohibuerunt. Vir doctissimus nec rem assecutus est, nec verba Ciceronis, *causam, id est, principium philosophiæ*, non id significant hic, quod in sermone vulgari solent; hoc est, rationem cur quis philosophetur, ini-

Digitized by Google

tionque ejus laboris. Græci dialectici αἰτίας et ἀρχὰς, *causas* et *principia* vocabant; ubi sermo erat de inquisitione veri, deque demonstratione qua probaretur; axiomata, aut effata, ex quibus consectaria deducebantur. Sic loquitur Aristoteles Analyt. Poster. I. 2. ubi docet quid sit scire, quid demonstratio, et ex quibus constet: Ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ προτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος, οὕτως γὰρ ἔσονται καὶ αἱ ἀρχαὶ οἰκεῖαι τοῦ δεικνυμένου. *Necesse est demonstrationem scientiam esse ex veris, primis, proximis, notioribus, antecedentibus et causis conclusionis: sic enim erunt et principia propria ejus quod demonstratur.* Paulo post: Αἴτιά τε καὶ γνωριμώτερα δεῖ εἶναι, καὶ πρότερα· αἴτια μὲν, ὅτι τότε ἐπιστάμεθα, ὅταν τὴν αἰτίαν εἴδομεν· καὶ πρότερα, εἴπερ αἴτια· καὶ προγινωσκόμενα, οὐ μόνον τὸν ἕτερον τρόπον τῷ ξυνιέναι, ἀλλὰ καὶ τῷ εἰδέναι ὅ, τι ἐστί. *Causas et notiores oportet esse et antecedentes; causas quidem, quia tum scimus, cum causam novimus; et priores, si quidem sint causæ et præcognita, non tantum cognitione alius modi, sed et cognitione quod sit.* Iterum inferius: Ἐκ πρώτων δ' ἐστὶ τὸ ἐξ ἀρχῶν οἰκείων, ταυτὸν γὰρ λέγω πρῶτον καὶ ἀρχήν· Ἀρχὴ δέ ἐστιν ἀποδείξεως πρότασις ἄμεσος. *E primis est, quod deducitur e principiis propriis: idem enim voco primum et principium. Est autem principium demonstrationis proxime antecedens propositio.* Sæpius ita loquutus est Aristoteles, in hoc et sequente libro: sæpius etiam Sextus Empiricus, et alii philosophi; omnesque, qui elementa philosophiæ attigerunt, norunt quæ 'principia' scientiarum dicantur. Sed superciliosi grammatici, qui Ciceronem recuderunt, hæc animadvertere non potuerunt, quod 'principia' rectæ ratiocinationis æque norint ac elementa ipsa humanitatis; quæ, ad eos quod attinet, etiamnum in puteo Democriti latent. *Joan. Clericus* Silv. Philol. cap. 1.

Causam, id est, principium philosophiæ esse inscientiam] Sic Ms. Eliensis, ac ita dudum ediderat Aldus Nepos. Noster Acad. I. 11. 'Si ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset, scientiam; sin aliter, inscientiam nominabat.' Vide et de Divin. I. 52. 'Principium vero philosophiæ dicitur inscientia,' quod ejus sit ἡ ποιητικὴ αἰτία, ut loquitur Nemesius de Nat. Hominis, c. 30. Et hoc est quod ἀρχὴν αἰτιώδη dixit Sextus Empiricus Pyrrh. Hypot. I. 6. De ἀρχῆς et αἰτίου potestate consulas licet Aristot. Met. IV. 1. 2. et Simplicium in Phys. lib. I. p. 3. Vult igitur Cicero, ignorationem rerum in causa fuisse, cur homines sese philosophiæ dederint; id quod ex discrepantibus philosophorum sententiis recte colligitur; quoniam, 'si res liquido sciretur, una esset omnium vox, et in ejusdem sententiæ finem cunctorum pergeret et conveniret assensio,' ut verbis utar Arnobii lib. III. Idem lib. II. 'Qui dum alter alterius labefactant, destruunt, convelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt, nec posse aliquid sciri ex ipsa dissensione monstrarunt.' Justinus Martyr, Cohort. ad Græcos cap. 5. Εἰ δὲ καὶ τούτους (Platonem et Aristotelem) μὴ συμφωνοῦντας ἀλλήλοις εὕροιμεν, ῥᾴδιον οἶμαι καὶ τὴν τούτων ἄγνοιαν γινώσκειν σαφῶς. Idem Apol. II. 13. Οἱ δὲ τἀναντία αὐτοῖς ἐν κυριωτέροις εἰρηκότες, οὐκ ἐπιστήμην τὴν ἄποπτον καὶ γνῶσιν τὴν ἀνέλεγκτον φαίνονται ἐσχηκέναι. Ἄποπτος est ἀσφαλής, βέβαιος, ut interpretatur Hesychius; et frustra fuit metaphrastes, qui ἄπτωτον reposuit. Sed nec res melius Grabio cessit, qui 'sublimiorem scientiam' vult intelligi. Sextus Empiricus Pyrrhon. Hypot. I. 6. Οἱ μεγαλοφυεῖς τῶν ἀνθρώπων ταρασσόμενοι διὰ τὴν ἐν τοῖς πράγμασιν ἀνομαλίαν, καὶ ἀποροῦντες τίσιν αὐτῶν χρὴ μᾶλλον συγκατατίθεσ-

Digitized by Google

θαι, ἦλθον ἐπὶ τὸ ζητεῖν, τί τε ἀληθές ἐστιν ἐν τοῖς πράγμασι καὶ τί ψεῦδος· Vide sis etiam cap. 12. Nostrum Acad. cap. 8. Xenophon. Ἀπομν. I. 1. 13. et Boëtium Cons. Philos. lib. V. pros. 3. Cumprimis autem huc faciunt Aristotelis verba Metaphys. I. 2. Διὰ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες, καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες . . . ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων, οἴεται ἀγνοεῖν. Vide sis et Gatakerum ad Antonini I. 15. Pal. tert. *sententiam;* vulgati *scientiam;* quæ quidem scriptura, licet ei patrocinentur viri doctissimi, nobis haud placet. Nam sive cum Lambino locum interpretemur, quasi dicat Tullius, homines ingenio præcellentes scientiæ causa philosophatos esse; sive cum Turnebo significari putemus, veram philosophiam in scientia certaque cognitione positam esse, nec sine ea posse consistere; nullus est ratiocinationis nexus, nec sibi invicem cohærent sententiæ. Quibus enim fidiculis extorqueri potest vel hæc, vel illa conclusio? quanquam philosophis inter se non convenisse statuamus. *Davis.*

Causam, id est, principium philosophiæ, esse scientiam] Nihil hic immutandum, quidquid dicant viri docti. Per *scientiam* Tullius intelligit eas animi perceptiones, quæ certæ sunt, et indubitatæ, quæque ideo vere sunt philosophiæ causa, et principium. Nam πάντα τὰ αἴτια, ἀρχαί, juxta Aristot. Metaph. IV. 1. Hoc autem Academicorum erat effatum, teste Tullio, Academ. Quæst. I. 8. 'Scientiam nusquam esse, nisi in animi notionibus (ita cum Lambino legendum) atque rationibus.' Itaque scientiæ opinationem opponebant. 'Scientia enim certi, opinatio incerti,' ut aiebat Lactant. Instit. III. 3. En ipsa est doctrina, quam acutissimi recentiores philosophi Cartesius, Malebranchius, aliique, optimam esse philosophandi rationem docuerunt; scilicet, *nihil esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assertionem approbationemque præcurrere.* Quæ verba sunt nostri Ciceronis Academ. Quæst. I. 12. Videatur Malebranchius Disquisit. de Veritat. tom. I. I. 1. et passim. *Buher.* Promittebatur a me commentariorum delectus, non acervus. Hic tamen contra facio, quam pollicitus, professusque sim. Mihi quidem Turnebus instar omnium; sed præterire neminem volui, qui suam expertus sit in sententiæ hujus explicatione industriam; nisi tres, omnino, quibus, cum Gallice scripserint, non erat hic locus. Primus est Mathurinus Veysserius De la Croze, qui hujus nominis inversione dici voluit Alcozer, in volumine cui titulus, *Nouvelles de la République des Lettres, Avril,* 1702. Alter, Petrus Bælius, in Epistolis. Tertius denique, anonymus diatribæ auctor, quæ legitur in Trivoltiensi, quod vocant, Diario, art. 115. Decemb. 1730. Is est Carolus Bosius, e Soc. Jesu, vir non una laude insignis: cujus primam ætatem tractatio humanarum litterarum; adultam, divinarum; maturam prudentia rerum gerendarum illustravit primum in Gallia, nunc Romæ. Cui ego, pro benevolentiæ constantia, cum debeam plurimum, hoc saltem rependo, ut honoris causa nominem. *Olivet.*

Quid est enim temeritate fortius] Aut hic *fortius* in malam partem est accipiendum, quasi violentius, qua significatione hanc vocem alibi non memini me legisse; aut pro *fortius* corrigendum *fœdius,* quod affirmare sine vetustis exemplaribus non audeo. *P. Manut.* *Temeritate turpius*] Veneti, *fortius,* quod certe congruere non videtur. Suspicari tamen aliquis possit, in archetypo *spurcius* fuisse.

Digitized by Google

Camerar. *Temeritate turpius*] Vel hoc modo legendum, quo modo conjecit et Manutius, *quid enim temeritate fœdius?* vel, *quid enim temeritate turpius?* quantumvis licet reclament codices, quos vidi, omnes. Neque hæc scriptura ferri ullo modo potest, quicquid comminiscantur et proferant studiosi antiquitatis homines, ipseque adeo Turnebus; nam, ut idem alibi fatetur, omni antiquitatis situ, carie, et putrore potentior est ratio et veritas. *Lambin.* *Temeritate turpius*] Sic olim dedit Ascensius; quam lectionem ratam faciunt Pal. tert. et Eliens. De Divin. I. 4. 'Cum omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est.' Similis extat locus alter Acad. I. 12. 'Temeritas tum esset insignis, cum aut falsa, aut incognita res approbaretur; neque hoc quicquam esse turpius, quam cognitioni et perceptioni assertionem (malim cum Turnebo 'assensionem') approbationemque præcurrere.' Pariter II. 20. 'Pro veris probare falsa turpissimum est.' Vide et cap. 36. Vulg. *fortius;* a cujus partibus stat Adr. Turnebus Advers. XIV. 14. Vir linguæ Latinæ peritissimus J. F. Gronovius Observ. II. 2. præfracte negat *fortius* in malam partem sumi posse; veterem tamen lectionem propugnat, et in præcedente ablativo vim instrumenti esse censet, ut dicat Cicero, quid est per temeritatem fortius, seu quid juvat quamcunque causam temeritas? Sed in hac interpretatione nihil est præsidii; talis enim interrogatio nimis est opica, eodemque redit ac si quæreretur, quid sit per vitium laudabilius, aut per stultitiam sapientius. *Davis.*

§ 2 *Theodorus Cyrenaicus*] Hic menda est, etsi levis, nihilominus tollenda. *Cyrenaicus* sectæ philosophicæ titulus est, in qua licet aliquamdiu Theodorus hic fuerit, non perseveravit tamen: novam ipse ac propriam architectatus, uti narrat Diogenes Laërt. lib. II. Deinde locus hic non erat indicandæ Theodori sectæ, sed patriæ; ut in Diagora fecit Cicero. Proinde legendum *Theodorus Cyrenæus.* Buher. *Cyrenaicus*] Hac forma, quam præstant Mss. sæpius utitur Cicero. Sic Tusc. I. 34. 'Et quidem hoc a Cyrenaico Hegesia sic optime disputatur.' Et v. 38. 'Illud Antipatri Cyrenaici.' Joannes item Stobæus Serm. II. Θεόδωρος ὁ Κυρηναϊκὸς, *Theodorus ille Cyrenaicus.* Davis. Hæc frustra opponit Davisius. Nam et Antipater et Hegesias appellari potuere 'Cyrenaici,' ut qui Cyrenaicam sequerentur sectam Aristippi. In qua cum fuisset Theodorus, ut animadverti, eodem insigniri titulo poterat; quemadmodum est insignitus a Stobæo; si modo in voce Κυρηναϊκὸς vitium non est. At Cicero, neque ignarus Theodorum, propria sibi constituta familia, discessisse ab Aristippo, et in scribendo præter cæteros accuratus, cur eum, quem alibi Cyrenæum appellavit, hic diceret Cyrenaicum? præsertim cum altero conjunctum philosopho, cujus patriam nominat. Ut ergo scripsit *Diagoras Melius,* credibile est scripsisse quoque *Theodorus Cyrenæus.* Buher.

CAP. IV. § 7 *Unius consilio*] Julii Cæsaris, qui, devicto Pompeio, summam remp. tenebat. *Davis.*

§ 9 *Animi ægritudo, fortunæ magna et gravi commota injuria*] Non intelligit mœrorem ex obitu patriæ libertatis natum, ut falso putant Aldus nepos et Pet. Lescaloperius; eam enim causam supra memorarat; cum ait, 'is esset reip. status, ut eam unius consilio atque cura gubernari necesse esset.' Vult dolorem, quem ex morte Tulliæ suæ gravissimum concepit. Utramque rationem conjunctim recenset Acad. I. 3. *Idem.*

CAP. V. § 12 *Alio loco*] Vide Lucullo, cap. 31. et Offic. II. 2.

Quia visum haberent] 'Quam ille

Digitized by Google

(Zeno) φαντασίαν, nos visum appellemus licet, et teneamus hoc verbum quidem.' Acad. I. 12. Vide et Acad. II. 31. Dicitur autem et 'visus' et 'visum.' *Pass.*

CAP. VII. § 17 *Nihil scire didicistis*] Facti estis Academici. Seneca epist. 88. 'Academici novam induxerunt scientiam, nihil scire.' Lactant. Div. Inst. III. 14. 'Hæc (Academia) nihil docet, nisi ut scias te nihil scire.' Idem de Ira Dei, cap. 1. 'Socrates ... id ipsum pro summa doctrina profiteretur, quod nihil scire didicisset.' Quæ cum scriberet, hic locus ei fuit in mentem. At ut recte Lucr. IV. 471. 'Denique nil sciri si quis putat, id quoque nescit An sciri possit, qui se nil scire fatetur.' *Davis.*

CAP. VIII. § 18 *Ex Epicuri intermundiis*] Intermundia, seu μετακόσμια, sunt τὰ μεταξὺ τῶν κόσμων διαστήματα, ut post Epicurum loquitur Achilles Tatius Isag. ad Phænomena. Hæc autem, ex Epicuri sententia, sedes erant Deorum. Cicero de Divin. II. 17. 'Deos enim ipsos jocandi causa induxit Epicurus perlucidos et perstabiles, et habitantes, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum.' Vide de Finib. II. 23. *Idem.*

§ 19 *Quinque formæ, ex quibus reliqua formantur, apte cadentes ad efficiendum animum*] Quinque formæ sunt οὐσία, ταὐτὸν, ἕτερον, στάσις, et κίνησις. Adeatur Mars. Ficinus in Timæum, cap. 27. *Davis.* Petrus Marsus has quinque formas vult esse quatuor elementa, et quintam, quam vocant, 'essentiam,' ex qua conflatum cælum, humanamque mentem voluere Platonici. Nec parum lucis affert optimi Marsi commentationi locus Cic. Acad. I. 7. 'Earum igitur qualitatum,' &c. *Lescal.*

§ 20 *Sed illa palmaris quidem*] Scilicet sententia; dixerat enim antea Velleius, 'audite non futiles commentitiasque sententias.' Non igitur opus est, ut cum Davisio legamus *sed illud palmare quidem.* Pearc.

CAP. IX. § 21 *Qualis ea fuerit, intelligi non potest*] Secutus Gruterum Davisius edidit, dempta negatione, *intelligi potest.* At particula *tamen,* quæ antecedit, monere illos poterat, Velleium dicere: eam æternitatem, quæ mundi ortum præcesserit, credi facilius, quam percipi. *Buher.*

§ 22 *Signis et luminibus*] Quærit vir doctus, 'Quis unquam audivit, ædilium hoc fuisse, ut luminibus et facibus urbem illustrarent? Ludos curabant ædiles, in quibus nullus luminum usus, sed signorum, hoc est statuarum, quibus ex omnibus provinciis congestis, vias, per quas pompa ducebatur, exornabant.' In ludis, inquit, 'nullus luminum usus.' Non recordabatur, quod legerat, Circensibus ita captos fuisse Romanos, ut tres interdum dies in eo spectaculo, somni ædiumque obliti, funalibus accensis, posuerint. Qua de re Julius Cæsar Bulenger. de Circo, cap. 44. Funalia certe lumina sunt. An spectatorum quisque 'Vulcanum in cornu conclusum' gerebat, ut Plautinus ille Sosia? Credemusne, cum essent ædiles in cætero omni apparatu prodigi, fuisse in funalium impensis sordidos? aut ludos seculares trinoctio nullis accensis luminibus celebratos? An cum triumphi ducerentur, cum instruerentur supplicationes et lectisternia, putabimus eam publicæ lætitiæ significationem, quam accensa lumina præferunt, urbi defuisse? Quin 'moris in urbe fuit,' ut notat Vertranius, 'per singulas domus lucernam accensam noctu fenestris appendere, qua vicus illuminaretur.' Eam vero ædilium propriam, saltem plebeiorum, fuisse procurationem, ignotum nemini esse arbitror. *Olivet.*

§ 23 *Deinde, quod ita multa sunt incommoda in vita*] Sic legi malim, *Deinde, quæ ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes commodorum*

Digitized by Google

compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possunt, &c. Quo in loco *ut* positum est pro *licet*. Buher. *Deinde quod ita multa . . . in vita, ut ea sapientes, &c.*] Ita vulgo legitur hic locus, quem corruptum esse docti fere confitentur. Ad eum sanandum novam distinctionem ex ingenio Davisius commentus est, scribendo *in vita. Ut ea, &c.* Omnino male, si quid veri video. Alia aggrediendum esse via censuit Buherius, qui sic legendum conjecit, *Deinde, quæ ita multa sunt incommoda in vita, ut ea sapientes, &c.* At mihi in mentem olim venit Ciceronem scripsisse, *Deinde, quod ita multa sunt incommoda in vita, ut ea, si sapientes commodorum compensatione leniant, stulti nec vitare venientia possint, nec ferre præsentia.* Ut sensus sit: Non videntur hæc a Deo constituta esse hominum causa, quia, cum homines plerique stulti sint, stulti non possunt ea incommoda, quæ multa sunt in vita, vitare aut ferre; quamvis sapientes fortasse possint ea lenire commodorum compensatione. *Pearc.* Commode animadvertit Buherius *ut* positum esse pro *licet*. Hæc enim, *Deinde quod ita multa sunt incommoda,* eo tendunt, ut probet disputator, neque sapientum causa conditum esse mundum, neque stultorum. Argumentum ducit ex incommodis, quæ in vita hominum adeo sunt multa, et utrosque circumveniunt; neque devitari vel ab his vel ab illis possunt. *Ut* demus quod *ea sapientes commodorum compensatione leniant,* non tamen fugiunt omnino; *stulti vero nec vitare venientia possunt, nec ferre præsentia.* Anon.

Cap. x. *Nullo modo viderunt*] Omnino tenendum videtur, quod eruit e veteri codice Gruterus, *Nullo modo viderunt animi naturam intelligentis, in quam figuram cadere posset.* Eadem est construendi ratio Fam. iv. 2. 'rem videt, quo modo se habeat.' In aliis lectionibus nihil video quod valeam concoquere. Ea vox *intelligentis* adjungenda erat ad alteram *animi*, ut discrimen signaretur ambarum partium, unde humanum constare animum philosophi commiscebantur, quarum altera 'sensum, motum, appetitum habeat, altera rationis atque intelligentiæ sit particeps,' ut dicitur de Divinat. i. 32. Non nisi de posteriore loquentem facit Velleium Cicero. Is porro construendi modus, a communi usu abhorrens, quem hic usurpavit Cicero, locum dedit corruptelæ. *Buher.*

§ 25 *Qualia vero sint*] *Aliorum vero qualia sint.* Lescalop. *Qualia vero alia sint.* Davis.

Si Dii possunt esse sine sensu et mente, &c.] Locus interpretum omnium confessione depravatus, atque etiam mutilus; qui certo emendari sine veteris alicujus et hactenus irreperti codicis ope nequeat. Dum talis adsit e tenebris ac pulvere adjutor, indulgebo conjecturis, enitarque Ciceronem assequi. *Thales aquam dixit esse initium rerum, Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret.* Hæc plana sunt. Nodus est in istis; *Si Dii possunt esse sine sensu et mente, cur aquæ adjunxit; si ipsa mens constare potest, vacans corpore?* Quæro enim, quo pacto existimaret Thales esse mentis expertes Deos, quandoquidem credebat, *Deum* esse *eam mentem, quæ ex aqua cuncta fingeret?* Criticorum aliqui, cum id quam absurdum sit probe agnoscerent, in hunc modum emendabant, *Si Dii possunt esse sine sensu, cur mentem aquæ, cur aquam menti adjunxit, &c.* Aut brevius, *mentem cur aquæ adjunxit?* Eorum autem verborum quis sensus sit, non video. Deinde cum geminetur particula *si*, geminam esse oportet interrogationem a Velleio; at unica est ista: *cur mentem aquæ adjunxit?* Quæ quidem bene cum istis convenit quæ consequuntur; non item cum illis quæ antecedunt. Vulnus illud

Digitized by Google

persanabit voculæ unius adjunctio, si in hunc modum legas, *Qui, si Dii possunt esse sine sensu? Et mentem cur aquæ adjunxit, si ipsa mens constare potest, vacans corpore?* Quo pacto, inquit Epicureus, mens destituta sensu potuerit tantum mundi opus moliri, quando intelligere non possumus id quivisse Deum Platonis, animo et sensibus præditum? Tum quo fine hoc effecisset, cujus ex pulchritudine fructum capere, sensibus carens, nullum posset? Rursum cur Thales adjunxit aquæ mentem illam, *si ipsa constare potest vacans corpore?* Perspicua hæc sunt, opinor, et inter se apta. Voculæ *qui* nocuit ambiguitas sua, et vicinitas particulæ *si*, quibus factum ut loco excideret. Inciderat quoque suspicio, scripsisse Tullium, *sine sensu et motu.* Hoc enim inter cætera docebat Thales, teste Stobæo Eclog. Phys. I. 16. causam primam esse motus expertem: *τὸ πρῶτον αἴτιον ἀκίνητον.* Locum sane illustraret hæc emendatio. Sed abstineo tamen: tum ne audacius fecisse videar; tum quod modica sit ejus inducendæ necessitas. *Buher.*

Cur aquæ adjunxit] Ut plena sit phrasis, et plana sententia, supplenda est vox *mentem*, quæ ex superiore membro facile intelligitur. Thaletis opinionem ut Velleius breviter proposuit, ita leviter impugnat. Ejus argumentatio huc redit: Thales duo prima ponit, aquam et mentem. At alterutrum ex illis satis erat. Eadem ratione dixit Cicero Acad. II. 6. 'Lacydi discipulum, cum Arcesilæ Lacydes fuisset.' Exigit phrasis vocem *discipulus*, quæ intelligitur ex illa *discipulum*. Passer.

CAP. XI. § 26 *Anaxagoras ... primus omnium rerum descriptionem et modum*] Frustra hanc vocem *modum* Rigaltius sollicitat, et ex illo Davisius, ac *motum* substituunt. Quid enim expedit ea mutatio, aut quam affert lucem sententiæ? Deinde quod opponunt, in consequentibus *motum* commemorari, hoc nihili est. Nam commemoratur etiam *sensus*, qui tamen in antecedente membro non est. At enim *modus* apprime convenit. Eo quippe vocabulo ornatus ille significatur, quem rebus ac naturis omnibus a suprema mente adjunctum fuisse Anaxagoras docebat. Τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις· *Ordinem confusis, motionem immobilibus, discrimen commistis; ornatum inornatis.* Hermias, Irris. Gentil. Phil. Itaque *descriptionem* posuit Cicero, quoniam scripserat *designari;* et *modum*, quoniam *confici.* Buher.

§ 27 *Quæ sentire possit*] Lego *qua sentire possit.* Atque ita Augustinus, Epist. ad Dioscorum, quæ est novissimæ editionis CXVIII. in qua, n. 24. hunc de Anaxagora locum et describit, et explicat. *Olivet.*

§ 28 *Continentem ardore lucis orbem*] Hæc lectio mihi nullum sensum fundere videtur; nos autem facili conjectura legimus *continente ardore lucis orbem;* et ita, nisi fallor, loco fit medicina. *Davis.*

Quippe qui bellum; qui discordiam] Non indicant Ciceronis interpretes, unde habuerit, ejusmodi fuisse Parmenidis dogmata; quæ ipsa quidem neque a Diogene Laërtio, neque ab aliis commemorantur, quibus servata debemus fragmenta philosophorum veterum. Potuerat hæc Parmenides in Theogoniam conjecisse, quam Hesiodum secutus scripserat. Plato in Conv. tom. III. ed. H. Steph. p. 195. Τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ Θεοὺς, ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν· *Prisca Deorum gesta, quæ Hesiodus Parmenidesque describunt.* Quemadmodum ergo alter bellum, discordiam, et totidem Deos fecerat, ita Parmenidem fecisse suspicor. *Buher.*

CAP. XII. § 29 *Intelligentiamque nostram*] Walkerus delet *nostram;* et

recte, ni mea me fallit opinio. *Idem.*

Cap. xiii. § 33 *A magistro Platone uno dissentiens*] Primum non ab *uno*, sed a multis dissentiebat; nam philosophi de Diis varie sentiebant: deinde ab aliis potius quam a Platone, cujus eandem fere de Diis fuisse sententiam paulo ante ostendit; quam ejus discipuli, Aristoteles et Ponticus Heraclides, sunt secuti. Itaque videndum, num ita legi possit, *a magistro Platone non dissentiens.* P. Manut. Secutus sum Manutii conjecturam, meo judicio, rectam et certam. *Lambin.*

§ 34 *Et tamen modo mundum*] Quamvis plenus sit fabularum, ac fere leviora tractet, *tamen* aliquando assurgit ad graviora, et *modo mundum, &c.* Lescalop. In illud *tamen* unanimis est criticorum conspiratio; cumque alii aliud substituant, suspicor Ciceronem scripsisse, *et amens modo mundum* . . . Ab eodem Velleio Cleanthes mox sugillabitur 'quasi delirans;' et cap. 16. plerorumque sententias philosophorum traducet quasi 'delirantium somnia.' Ob illam procacitatem hoc ipso libro cap. 34. redarguetur: 'Tu ipse paulo ante summos viros desipere, delirare, dementes esse dicebas.' *Buher.*

Cap. xiv. § 36 *Ut divinam, esse affectam putat*] *Vi divina esse affectam putat*, et apertius esset, et, ut puto, verius, nec insigni tamen mutatione. *P. Manut.*

§ 37 *In animi notione, tanquam in vestigio, volumus reponere*] Volumus eam notionem, quam animis nostris natura informavit, esse argumentum divinitatis longe certissimum; ut pedis vestigium indicium est animalis. *Lescalop.* Illud, *tanquam in vestigio*, nihil aliud est quam si diceret, animi notionem, seu anteceptam animi informationem, esse tanquam impressionem, qua Deorum in nobis cognitio insculpta est. Id enim significat *τὸ vestigium*, vel Cicerone teste, apud quem in Tusc. I. 25. legas, 'memoriam esse signatarum rerum in mente vestigia,' id est, notas. *Faber*, Epist. I. 34.

Cap. xv. § 38 *Perseus*] Scribendum *Persæus;* nam Græcis est Περσαῖος, quod eruditi dudum observarunt. Vide modo Dionem Chrysost. Or. LIII. *Davis.*

§ 39 *Universa atque omnia*] Sic πᾶς et ὅλος a Græcis sæpe conjunguntur. Plato Leg. τῷ παντὶ καὶ ὅλῳ, et Cratyl. ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρει. Multa e Tullio exempla congerit Wopkens. Lect. Tull. II. 4. ubi monet, in hanc sermonis abundantiam sæpius incidisse Ciceronem, quod natura abhorreret a breviloquentia atque ariditate Laconica; tum etiam aliquando, ut pluribus nominibus rem unam quam maxime significaret. *Anon.*

Tum fatalem vim] Vulg. *fatalem umbram;* quæ voces nullum omnino sensum fundunt: inanis enim est observatio Xysti Betuleii, qui *umbræ* vocem ab homine Epicureo duntaxat extenuandi gratia positam esse contendit. Lepidum tamen hoc commentum exscripsit Pet. Lescaloperius. Futilem scilicet interpretationem peperit corrupta lectio, quæ forsan et nobis fraudi fuisset, nisi prælnxisset Ms. Eliensis. Is eam, quam recepimus, scripturam diserte repræsentat. *Davis.*

Ignem præterea, et eum, quem antea dixi, æthera] Respicit haud dubie quod in proximo capite est, ubi illum Cleanthis Deum appellat, 'ultimum, altissimum, atque undique circumfusum, et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominatur.' Item hujus operis, II. 15. 'In ardore cœlesti, qui æther, vel cœlum nominatur.' Cap. 26. aër ab æthere discernitur; et cap. 36. dicitur 'immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus.' Vid. II. 33. 40. 45. Est ergo æther idem cum igne: quod tamen negare videtur

Digitized by Google

Cicero his verbis, quæ initio hujus animadversionis posui. Neque regeri potest, assignari discrimen ignis purissimi ac cælestis a terreno et concreto, uti II. 15. Stoici quippe Deum esse aiebant ignem, non quemlibet, sed qui in quaternario elementorum numero censetur. Quod testantur Sextus Empiricus adv. Mathem. p. 367. Numenius ab Eusebio adductus, Præpar. Evang. XV. 17. atque alii; apparetque ex iis quæ subdit Cicero. At non potest ignis inter elementa numerari, nisi purissimus et cælestis: 'Æther,' inquit Tullius II. 45. 'suum retinet ardorem tenuem, et nulla admissione concretum.' Ergo dempta conjunctione legendum est hoc de quo agitur loco, *ignem præterea eum, quem antea dixi æthera*. Buher.

Et eum, quem dixi, &c.] *Et* idem valet ac 'id est;' hanc enim partem adjunxit Cicero, ut explicaret, quemnam intelligi ignem vellet. *Anon.*

Tum ea quæ natura fluerent, atque manarent] Hujus operis II. 19. de luna scribit Cicero: 'Multaque ab ea manant et fluunt, quibus et animantes,' &c. ubi 'manant et fluunt,' non aliter intellexeris, quam si scripsisset 'producuntur.' Hic pariter, *quæ natura fluerent atque manarent*, eodem sensu intelligi posse arbitror, ac si scripsisset, 'quæ natura producerentur.' *Idem.*

Atque homines etiam eos, qui immortalitatem essent consecuti] Tamen Plutarcho si credimus, de Iside et Osiride, docebat e contrario Chrysippus eos heroas, Deorum ordinibus adscriptos, neque Deos esse, neque homines; sed genios, *Δαίμονες τὸ θεῖον οὐκ ἀμιγὲς, οὐδὲ ἄκρατον ἔχοντες*. At enim Epicureum hominem, quod observandum, hic loquentem inducit Cicero, in omnem conflandæ Stoicis invidiæ occasionem intentum. De Stoicis Christianorum sanius erat favorabiliusque judicium, quod Athenagoras explicavit, Legat. p. 7. ed. 1656. Stoici, inquit, etiamsi nominibus, pro diversitate materiæ per quam spiritum Dei penetrare aiunt, aliis atque aliis utentes, multiplicare Deum videntur, reipsa tamen unicum esse Deum statuunt: *Οἱ δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς, κἂν . . . πληθύνωσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνόμασι, τῷ γοῦν ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν Θεόν.* Alia descripsit Justus Lipsius Physiolog. Stoic. I. 9. Quanquam argumentum nimis jejune, nec satis pro rei ubertate tractavit. Audiatur itaque præ aliis Cicero, qui posthac II. 28. Stoico Balbo hæc tribuit: 'His fabulis spretis, ac repudiatis, Deus pertinens per naturam cujusque rei, per terras, Ceres; per maria, Neptunus; alii per alia,' &c. *Buher.*

§ 40 *Quique aër per maria manaret, eum esse Neptunum*] His certe verbis nihil aliud expressum voluit, quam quod illis II. 28. modo allatis, 'Deus pertinens per naturam,' &c. At aëris vocabulum ei non convenit Deo Stoicorum, a quo vitam ducunt omnia. Eam vim uni tribuebant igni. Testis Cicero, cum aliis locis, tum II. 22. De Chrysippi sententia disserit Diogenes Laërt. VII. 138. 139. Joannes Stobæus Eclog. Phys. I. 13. Eum ignem appellabant 'æthera,' uti jam demonstratum. Lego igitur, *quique æther per maria manaret*. Idem.

CAP. XVIII. § 49 *Cernatur*] Natura videlicet ac vis Deorum. Corrigunt nonnulli, *cernantur*, quoniam, inquiunt, de Diis agitur, non de natura ipsorum. Atenim qui mente cernit naturam et vim Deorum, cernit quoque eos mente: ut qui cernit mente naturam atque essentiam hominis, cernit mente hominem. Quid est enim homo, si mente consideres, nisi natura hominis? aut quid Deus, nisi natura Dei? Nihil igitur mutandum. *Passer.*

Existat et ad Deos affluat] Legendum, puto, *a Deo affluat*, sententia ita postulante; de quo dubitandum

Digitized by Google

eo minus est, quod cap. 41. 'cum,' inquit, 'ex ipso imagines semper affluant.' Et Lucretius nostram conjecturam lib. IV. plane confirmat. *P. Manutius.* Ita legit Augustinus, Ep. 118. cujus in hoc loco præcipua habenda ratio est. *Olivet.* Emendavi *et ad nos affluat,* ex simili loco, qui est infra paucis post paginis. Ibi, 'cumque ex ipso imagines semper ad nos affluant.' Sic autem omnino legendum est, neque cuiquam dubitandi locus relictus est; nam Epicurus dicebat, nos et videre et cogitare per imagines, et accursu imaginum ad nos, hoc est, ad oculos et ad mentem. *Lambin.*

CAP. XX. § 54 *Oram ultimi*] Per vocem *ultimi,* quæ sæpius formam substantivi inducit, intelligamus earum regionum, quas peragraverit animus, extremam et ultimam. Per *oram* autem, illius ultimæ regionis terminum sive finem, unde ulterius pergi nequeat. Passim hoc modo distinguuntur voces, quarum vis aliis in locis una eademque est; quemadmodum etiam illas *oram* et *ultimi* posse *συνωνύμως* adhiberi quis negaverit? *Wopkens.*

CAP. XXII. § 60 *Simonide, de quo cum quæsivisset hoc idem tyrannus Hiero*] Hieronem Simonidi *σύγχρονον* fuisse negat Bisciola Hor. Subces. tom. secundo, II. 19. Sed omnino falsus est; ut docebunt interpretes ad Æliani Var. Hist. IV. 15. *Davis.*

§ 61 *Quid dicit, quod non modo philosophia dignum esset*] Rescribendum *dixit* pro *dicit;* aut *sit* pro *esset.* Lambinus.

CAP. XXIII. § 63 *Tubulus si Lucius*] Lucius Tubulus alias Romanus prætor, unus, ex omni memoria sceleratissimus, et audacissimus a Cicerone alicubi dicitur. Insignem avaritiæ, corruptique et venalis judicii notam inustam, habet de Finib. II. 16. *Lescalop.*

Lupus] Vectius Albutius Lupus, ob morum sævitiam, lupos inter potius quam inter homines ascribendus, Lucilii famosis coopertus versibus legitur in Horat. II. Sat. 1. *Idem.*

Carbo] Hic, ni fallor, Caius Carbo fuit, quem Tullius Tib. Graccho socium addit in Bruto, c. 27. *Idem.*

Neptuni filius] Id est, alius quispiam scelestus, et insignis impietatis. 'Poëtæ,' inquit A. Gellius, XV. 21. 'ferocissimos, et immanes, et alienos ab omni humanitate, Neptuni filios dixerunt.' *Idem.*

CAP. XXIV. § 66 *Quam vestra: ista enim flagitia, &c.*] Varie de hoc loco corrupto docti conjecerunt. Ego sic tandem legendum puto, *quam vestra ista; (vestra enim flagitia Democriti, sive etiam ante Leucippi) esse, &c.* Sensus tum demum erit: Ea flagitia appello vestra, quia Democriti flagitia sunt vestra, cum hæc a Democrito sive Leucippo Epicurus vester mutuatus sit. Cum repetitur idem verbum, non infrequenter accidit, ut in Mss. alterum omittatur errore exscribentium. *Pearc.* Locum esse corruptum non video. Nam ut facile intelligatur, satis erit meminisse, quod sæpe inter legendum occurrit, particulam *enim,* inter alios quos habet usus, a bonis auctoribus Latinitatis adhiberi quoque, ubi additur quippiam, quo prius dicta clarius explicentur, vel affirmentur. Hic itaque *enim* perinde valet ac 'inquam,' 'enimvero;' sensusque est; Vestra enim cum dico, ea intelligo, quæ a vobis Epicureis adoptantur, pudenda commenta Democriti, sive Leucippi. *Anon.*

Aut susceptæ philosophiæ nomen amittere] Verba hæc non sunt tam clara, quam initio videri possint. Cicero alludit ad militiæ Romanæ morem, ubi dicebantur ii 'nomen dare,' qui in numerum militum recipiebantur; et e contrario 'nomen' aut 'sacramentum amittere,' est relinquere militiam, aut exauctorari. Ita apud

Digitized by Google

Cic. Offic. I. 11. Cato prohibet filium, qui a duce erat exauctoratus, in hostem pugnare, nisi denuo sacramentum dixisset, 'quia, priore amisso, jure cum hostibus pugnare non poterat.' *Buher.*

§ 68 *Aliquando sit. Si natum*] Aut lege cum Davisio *aliquando. Sed si natum;* aut, ut ego malim, *aliquando. Et si natum.* Pearc.

Cap. XXVI. § 71 *Non rideat haruspex, cum haruspicem viderit*] Hoc Catonis censorii fuit dictum, ut liquet Divin. II. 24. *Davis.*

In cereis fingeretur, aut fictilibus figuris] Sic editiones Aldinæ, quod amplissimo Buherio, mihique placet. Vulgo *in ceris fingeretur.* Idem.

§ 73 *Sed hunc Platonicum mirifice contemnit Epicurus*] *Sed hunc et Platonem* habent libri manu scripti. *Ursin.*

Cap. XXVIII. § 78 *Invehens*] Idem valet ac *invectus.* Noster in Bruto cap. 97. 'Adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens.' *Davis.*

§ 79 *Huic, Deo pulchrior*] Concinnior erit sententia, si legatur, *huic pulchrior Deo?* P. Manut. Gul. etiam Canterus hunc locum mendi suspectum habuit; is enim Nov. Lect. IV. 14. malebat *hic Deo pulchrior?* Sed Gruterus vulgatam lectionem recte defendit; eaque nihil est convenientius. *Huic*, nempe Catulo, Roscius videbatur *Deo pulchrior.* Davis.

Cap. XXIX. § 80 *Florere in cælo Academiam necesse est*] Non erit, quo Deus a Deo possit distingui. Nota est Academicorum ἀκαταληψία. *Idem.*

§ 82 *Quam tibi illam nostram Sospitam*] Si quid hoc loco mutandum est, *vestram* scribe pro *nostram*, cum templum istud Junonis Sospitæ fuerit Lanuvii patria Velleii. Dubitandum enim non est, quin Cotta, ridens credulitatem istius Epicurei, per ironiam adjecerit illud *vestram*, idque meliori jure quam quo paulo ante, loquens de Roscio comœdo, dixerat, 'municipem tuum Roscium.' Idque tanto magis sit verisimile, quod paulo post Junonem istam distinguit ab altera illa, quæ erat Romæ, et addit, 'ergo alia species Junonis Lanuvinis, alia nobis.' Ita enim est legendum, ut Davisius post Ursinum nos docuit. *Buher.*

Ergo alia species Junonis Argivis, alia Lanivinis, alia nobis] Ita legendus hic locus ex auctoritate vetustissimi libri, cum in vulgatis desint duo postrema verba, *alia nobis*, et pro *Lanivinis* scriptum sit *Latinis.* Colebatur autem Lanivii Juno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutolo, cum calceolis repandis ; cujusmodi in denariis L. Roscii Fabati, et L. Thorii Balbi, qui Lanivini fuerunt, signata reperitur. *Ursin.*

Cap. XXX. § 83 *Age et his vocabulis Deos esse facimus, quibus a nobis nominantur*] Valkerus extrudit illud *facimus;* offert a veteri codice *faciamus;* atque ex conjectura *faciemus.* Illum fortasse, dum emendationes venatur, fugit sententia. Velleium Cotta pergit refellere, argumentando a consequentibus absurdis, quæ ratio fuit Academicorum maxime propria : Si, inquit, ab animis consuetudine imbutis testimonium veritatis petimus, quod tu facis ; dicere licebit Jovem semper barbatum . . . in Vulcano claudum habebimus Deum . . . insuper negare non possumus, vocabula, quibus Deos nominamus, propria illorum esse nomina. *Anon.*

§ 84 *Atque ipsum sibi displicere*] Observa formas diversas, *confiteri nescire quod nescires*, et *ipsum sibi displicere :* quæ permutatio personæ secundæ ac tertiæ offendiculo doctissimis fuit commentatoribus, ut, renitentibus libris omnibus scriptis ac editis, *ipsum tibi displicere* legendum esse conjicerent. Ego vero et quæ in secunda, et quæ in tertia persona efferuntur, impersonaliter credo in-

Digitized by Google

telligenda, ut si dixisset Tullius, 'quam bellum erat confiteri potius quemquam ignorantiam suam, quam ista,' &c. Quem tam secundæ, quam tertiæ personæ usum satis esse vulgarem, probare non opus est, sufficit monere. *Wopkens.*

§ 85 *Omnia sigilla numerantes*] Ne cui scilicet suus ab ipsis deesset honos debitus, ut cuilibet proprium honorem impenderent. *Anon.*

Cap. xxxii. § 89 *Sumpsisses*] Vulgati omnes, *quid opus erat te gradatim istuc pervenire? Quid autem est istuc gradatim? Sumpsisses tuo jure.* Quæ nos eadem verba eo disposuimus ordine, quem docet Jac. Facciolatus in sua de Sorite Acroasi. *Olivet.*

§ 90 *Ante igitur*] Antequam essent homines, erant Dii. Ante igitur erat humana forma, quam essent homines: ea nempe forma, qua erant Dii. *Idem.*

Cap. xxxiii. § 93 *Sed tamen*] Video levi mutatione hunc locum esse sanabilem, si legas, *Scito illa quidem sermone, et Attico; sed tamen, (tantum Epicuri hortus habuit licentiæ) ut soletis fere. Zeno quidem, &c.* Illud *fere* idem significat ac 'semper fere;' ut, de Invent. I. 29. 'Probabile est id, quod fere fieri solet.' Indignatur Cotta, quod mulier, et meretricula contra virum philosophum, contra Theophrastum, scribere ausa sit; atque ita scribere, ut nullis abstinuerit probris verborum atque contumeliis, quibus summos homines onerare Epicurus, atque ejus gregales solebant. Jam vero quam atrociter debacchata sit in Theophrastum muliercula impudentia, æstimari inde potest, quod origo illa proverbii fuerit; 'Suspendio arborem eligendi:' suspendio jam quærere mortem oportere homines, vitæque renuntiare, cum tantum licentiæ sumant mulierculæ, ut in doctissimos impune scribant. *Buher.* Nihil muto in verbis, et rem intelligere videor. Modus est loquendi, quales adhiberi solent in sermone familiari; velut cum objurgando dicimus, 'Sed tamen hæc tu commisisti, et quereris.' Illud autem, *soletis queri*, omnino cum Epicureorum indole convenit, quales hic describuntur. Nam quo quisque est ad faciendam injuriam fortior, eo plerumque mollior ad ferendam. Quid mirum, si queritari solebant Epicurei? Jam in hoc Ciceronis loco duo quædam video, quæ fraudi fuerint hominibus ingeniosis. Ac primo quidem opinati sunt, particulas *quidem* et *sed* sic esse positas, ut altera concedat, altera inferat aliquid oppositum concesso. Quemadmodum in hac phrasi, 'Rumores satis quidem constantes, sed adhuc sine auctore.' Deinde, existimarunt in unum conjici Velleium, quæ de universo Epicuri grege dicuntur. De posteriore hac parte nihil est quod dicam; nam vident omnes: de illa priore, hæc animadverto. *Quidem*, ut multis aliis locis, ita in isto perinde valet ac *omnino*. *Sed* non semper oppositionem significat cum proximiore sententia; et est aliquando, ut monuit Obertus Gifanius, mere inceptivum, habetque usum inchoandæ sententiæ. Paulus Manutius corrigebat, *Sed cum tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ, etiam soletis queri.* Hæc quidem paraphrasis est verborum Ciceronis, quæ, si intelligas uti explico, eumdem prorsus sensum reddunt. Dicam enim: cum tibi tantum dederim, etiam quereris; vel, tibi tantum dedi, et quereris: quid ad sententiam interest? In posteriore sane phrasi plus est simplicitatis, et ejus negligentiæ, quæ familiarem sermonem non dedecorat. *Anon.*

A quo nihil didicerat] Epicurus, teste Sexto Empirico adv. Math. I. 1. Nausiphanem audierat, hominem eruditum; quem tamen credi nolebat magistrum sibi, aut omnino ullum fuisse: idem a philosophis om-

Digitized by Google

nibus, præterquam sui gregis, traducebatur ut illiteratus, et rudis bonarum artium. Qui cogitabit hæc duo, saliva imbutus Socraticæ urbanitatis, intelliget forsan, mutari hunc locum nisi in pejus non posse. *Anon.* Hanc ad me transmissam animadversionem cum lectoribus eo libentius communico, quod ipsos invidia liberat dijudicandæ litis inter duos præstantes criticos; alterum reponentem *non nihil;* alterum, *nihil non*. Olivet.

CAP. XXXIV. *Apollodorum, Syllum, &c.*] Vox ista *Syllum* est admodum suspecta Victorio, qui neminem philosophum isto nomine noverat. Jonsius Hist. Philosoph. II. 15. Reines. Var. Lect. III. 2. et post eos Davisius ostenderunt, nomen istud apud Græcos ignotum non fuisse, cum reperiatur philosophus quidam Pythagoræ sectator eo nomine apud Jamblichum in Vita Pythagoræ cap. 28. Verum Syllus iste jam obierat tempore Zenonis Epicurei Ciceronis æqualis, qui initio Timæi affirmat, Pythagoricam sectam jam desiisse a longo tempore. De illo igitur non est sermo, et isto nomine alius non reperitur. Th. Aldobrandinus existimat ideo in notis ad Diogen. Laërt. VII. 39. hic agi de isto Apollodoro, qui per Diogenem ὁ Ἔφιλλος vocatur, quam vocem mutatum it in ὁ Σύλλος, ita ut apud Ciceronem, illius quidem sententia, sit legendum sine distinctione intermedia, *Apollodorum Syllum*. Verum Σύλλος, cum nomen loci non sit, atque adeo ne vox quidem Græca, non magis quam Ἔφιλλος, palam est, neutram earum vocum huic loco convenire. Forte corrigendum est ὁ Σιλλός. Hesychius Σιλλὸς, ἀναφάλαντος; atque ita in Cicerone quoque esset legendum *Apollodorum Sillum*. Quando vixerit certum non est, sed Stoicus erat, quantum e Diogene Laërtio conjicere licet; et nota est Epicureorum vehementia contra istam sectam. Omittendum non est, Lambinum reperisse *Sylleum* in quodam Ms. unde cui videri possit legendum *Apollodorum Cittieum*. Idem error maculavit. Plin. Hist. Nat. XX. 4. ubi Apollodorus iste in omnibus Mss. et vetustis editionibus per errorem dictus erat *Scilleus*, pro *Cittieus*. Erat medicus celeberrimus, qui forsan acriter contra Zenonem disputavit. *Buher.*

Chesippum vocabat] A verbo χέζειν; quod est, sit honos auribus, cacare. *Lamb.*

§ 96 *Quæ sola divina natura sunt*] Habemus supra cap. 24. 'Ubi igitur illud vestrum beatum et æternum, quibus duobus verbis significatis Deum?' Itaque Epicureorum judicio, hæc duo, beatum esse, esse æternum, constituunt naturam atque essentiam divinam, *divina natura sunt*. Davisio dura videbatur hæc locutio, *quæ sola divina natura sunt;* et homini delicato *natura* toties repetita nauseam movebat. Legi itaque volebat *quæ sola divina sunt*. Factum male, quod non cavit diligentius Cicero, ne nostras barbarorum auriculas compositionis asperitate raderet. At enim discent a dialecticis Davisiani, quid hæ locutiones differant, 'hæc divina sunt,' 'hæc divina natura sunt.' *Anon.*

CAP. XXXV. § 99 *Nec speciem, nec usum alium quinque desiderant*] Hic manifeste Cicero tribuit quinque digitis, quod vere ac proprie dici non potest nisi de homine illis instructo. Sic non raro rebus inanimis sensum et vitam tribuit, et verba personæ convenientia traducit ad ejus qualitatem aliquam, aut actionem. Qua arte eum solutæ orationi decorem conciliat, qui in poetica maxime delectat. Si quam is color inspergit umbram stylo, ea legendi excitat diligentiam, et auget voluptatem intelligendi. Age obscuritatem depellamus. Homo quinque digitis instruc-

Digitized by Google

tus nec aliam speciem, nec usum alium desiderat; contentus est ea specie ac forma quam habet manus instructa quinque digitis; contentus est usu quem præbent digiti quinque. Digitis, si quinque sunt, nihil deest neque ad speciem, neque ad usum. *Anon.*

CAP. XXXVI. § 101 *Vivæ*] Xystus Betuleius, *vivi* malim, inquit, ut ad serpentes referatur. Quid ergo, mi Xyste? An non legitur de Divin. II. 29. 'emissio fœminæ anguis?' *Passer.*

CAP. XXXVII. § 103 *Quæ deinde actio vitæ*] Ut 'vitam agere' est vivere, ita *actio vitæ* est vita. *Idem.*

Quæ igne nasci] Lambino placet *ex igne.* Legendum credo *in igne.* Vide Aristot. H. A. V. 19. et Plin. XI. 36. *Davis.*

§ 105 *Nec esse in ea ullam soliditatem, neque eandem ad numerum permanere, &c.*] Expressa hæc sunt ex Epicuro, non facile intelligenda, nisi cum ipsius verbis conferas, quæ a Diogene Laërtio descripta X. 139. Petrus Gassendus emendavit, atque ita reddidit, tom. IV. pag. 51. *Ait Epicurus Deos non sensu, sed mente cerni, ipsosque non soliditate quadam consistentes, aut distinctione numerabiles, verumtamen similitudine quasi hominiformes, propter affluxum continentem imaginum ad exhibendum menti nostræ talem naturam comparatarum.* Eam doctrinam nemo, ut mihi quidem videtur, melius exposuit, quam S. Augustinus Epist. 118. n. 27. et seq. *Buher.*

CAP. XXXVIII. *Talem conformationem animi cæteri philosophi motum inanem vocant*] 'Conformatio animi,' quam alibi vocat 'informationem,' est idea. 'Motus inanis animi,' nam hæc vox e proximo, ut sæpe fit, membro repetenda est, idea est futilis, cui nihil respondet in rerum natura. Dialectici chimæram vocant. *Anon.*

§ 106 *De M. Octavio deferentem sitellam*] Ut ei tribunatum plebis suffragio suo populus abrogaret, quod agrariæ legi, quam tulit Gracchus, intercederet. Historiam narrant Plutarchus in Gracchis, et Appianus Bell. Civ. lib. I. De sitella vero veterum loca collegit Adr. Turnebus Advers. XIII. 13. *Davis.*

CAP. XXXIX. § 109 *Sint sane: sed ea conservent, quæ sunt: Deos istos esse non sentio*] Satis inculcatum fuerat, nihil agere Deos, ut ne cui veniret in mentem, hic illos numerari inter conservantia. Numerarunt nihilominus eruditi aliqui. Sed Gassendus, ut locum haberet purgandi Epicurum, et impietatis crimine liberandi; Valkerus, Davisius, ut in verbis mutarent aliquid; hæc enim illis summa boni. Porro ut in hoc capite non parum est obscuritatis, totum enitar illuminare quadam paraphrasi, in quam multa includam, a Sancto Augustino, Epistola 118. ad Dioscorum de his ipsis rebus opportune animadversa. Epicurus Deos esse arbitratus est 'imagines, quæ de solidis corporibus fluerent, solidæque ipsæ non essent, easque labendo in animos hominum facere ut vis divina cogitetur. Quæ imagines quasi vaporis similitudine, continua velut emanatione ferrentur, et venirent atque intrarent in animos nostros, ut Deum vel Deos cogitare possemus. Cum quæritur ab Epicureis, quare una imago videatur corporis alicujus, a quo innumerabiliter imagines fluunt? respondent, eo ipso quo frequenter fluunt et transeunt imagines, quasi quadam earum constipatione et densitate fieri, ut ex multis una videatur.' Hæc, inquit Cotta Velleium alloquens, de imaginibus, quas vultis non modo in oculos, sed etiam in animos intrare, deque earum frequentia ac stipatione vos impune blateratis. At quam licenter, quam non pudenter abutimini conces-

Digitized by Google

sa vobis impunitate garriendi, hominumque patientia? Etenim probandum fuerat ante omnia, perpetuo fluere ejusmodi imagines, et in omnes ferri partes sine ulla intermissione: id autem non probas. Deinde, si continenter fluunt ac feruntur, quomodo sunt æternæ? quod enim æternum est, esse debet constans ac stabile. Quis ergo 'non eo ipso neget, æternum Deum vestrum posse cogitari, quo innumerabiliter fluentibus et labentibus imaginibus cogitatur?' Respondes, quod jam ante dixisti cap. 19. 'Innumerabilitate atomorum suppeditante fieri formas Deorum sempiternas; cum ita discedant quædam corpuscula de divino corpore, aut quasi corpore, ut alia succedant, et dissolvi illam naturam eadem successione non sinant.' Dico ego contra: si res ita habet, ut innumerabilitas atomorum, et continens frequensque transitio et affluentia ad animos, sempiternas faciant formas Deorum; cur eadem ista non facient, ut sint omnia sempiterna? Nulla res interire debet, 'quia nulli deest ista,' ad quam confugitis, 'innumerabilitas atomorum, quæ perpetuas ruinas subinde suppleat.' Subsidio advocas æquilibritatem, sive ut appellas, æquabilem tributionem, et ais, Est natura mortalis, ergo est etiam immortalis aliqua; sic enim exigit ratio æquilibritatis: si vero existit natura aliqua immortalis, existit natura divina. At vide, quo ducet iste argumentandi modus. An me feras sic ratiocinantem? Existunt homines: ergo sunt etiam homines immortales. In terra nascuntur homines; ergo homines etiam nascuntur in aqua. Si falsum est quod concludo, vitiose tu quoque colligis, et argumentationem affers non probam, neque tua æquilibritas quidquam efficit. Dicis hoc quoque: Sunt interimentia, ergo necesse est ut sint conservantia; eo quod sint quæ deterant, consequens est esse etiam quæ reparent, alioqui non staret æquabilis tributio. Hæc tua oratio est; hæc responsio mea. Jam ostendi æquilibritatem istam merum esse ludibrium. Tamen esto sane innumerabilis, ut gregales tui volunt, atomorum multitudo, quæ res conservet, et ruinas perpetua successione, ac frequente affluentia sarciat: do, inquam, hoc tibi. At da vicissim mihi, et confitere, conservari non posse nisi ea quæ sunt: Dii igitur vestri cum non sint, nulla eos atomorum innumerabilitas conservabit. Fac primum ut sentiam atque intelligam eos existere; tum ostendes quid eos conservet, contineatque, ne dilabantur atque intereant. Sed tamen, ut hoc quoque addam de individuis istis corpusculis atque atomis, quæ, si vobis credimus, primordia sunt rerum omnium: dic tantisper et explica, quomodo ex illis oriatur omnis hæc, quam videmus, rerum universitas, ac diversitas formarum. Nam atomi, de quibus tam multa dicitis, sane nullæ sunt. Deinde si concessero illas plus esse quam nihil, 'si concessero etiam concursu fortuito seipsas pellere et agitare, non et tibi fas est concedere, ut inter se atomi fortuito incurrentes, rem aliquam ita conficiant, ut eam forma modificent, figura determinent, æqualitate poliant, colore illustrent, anima vegetent?' Nihil igitur affertis, unde possit effici, Deum, qualem fingitis, esse immortalem. *Anon.*

Cap. xl. § 111 *Nam arbitror*] Lambinus legebat *quos non pudeat*, et Camerarius eodem sensu *quin pudeat*. Davisius *non* ante *arbitror* delet, et eandem particulam ponit ante *pudeat*. Ego vero minori cum mutatione legerem, *Non arbitror te, Vellei, similem esse Epicureorum aliquorum, quos pudeat, &c.* Buher. Quid si verba hæc, *quos pudeat*, sic accipiantur, ut significent, *quos pudere oporteat*;

in quibus si esset pudor, ut esse deberet, has Epicuri voces non audirent, non paterentur. Atque ita olim accipiebam, cum hæc ipsa Gallice interpretarer. *Olivet.*

CAP. XLIII. § 120 *Tum principia mentesque quæ sunt in eodem universo*] Augustinus Epist. CXVIII. n. 28. 'Democritus sentit inesse concursioni atomorum vim quandam animalem et spirabilem: qua vi eum credo et imagines ipsas divinitate præditas dicere non omnes omnium rerum, sed Deorum, et principia mentis esse universis quibus divinitatem tribuit,' &c. Hinc patet Augustinum in suo codice reperisse, *tum principia mentis quæ sunt in eodem universo*, eamque lectionem merito, sicut arbitror, probat amplissimus Buherius. Ille philosophus, (Democritus) haud secus ac Epicurus, rotundas et minutas particulas, mentis esse principia statuebat. Vide Lucretium III. 183. 243. *Davis.*

Patria Democriti, quam Democrito digniora] Democritus erat Abderites; is autem populus ob ingenii stuporem fuit insignis. Notum est illud Martialis X. 25. 'Abderitanæ pectora plebis habes.' Vide Juvenal. Sat. X. 48. *Idem.*

CAP. XLIV. § 124 *Valeat*] Id est, 'abeat et recedat, quandoquidem prodesse nulli potest,' ut ait Lactantius, hunc locum laudans, de Ira Dei cap. 8. Gellius N. A. II. 29. 'Valeant ... amici cum propinquis.' Terentius Andr. IV. 2. 13. 'Valeant, qui inter nos dissidium volunt;' ubi 'renuntiationis et imprecationis esse verbum' notat Donatus. Vide et V. 3. 18. nec non Servium ad Æn. V. 80, XI. 97. *Davis.*

DE NATURA DEORUM

LIBER II.

CAP. I. § 1 *Corona tibi et judices defuerunt*] Corona non raro consessum significat audientium, qui oratorem cingunt instar coronæ. Qua quidem in significatione a Cicerone accipitur, tum hoc, tum aliis locis: ut in Bruto, cap. 51. 'In eis etiam causis in quibus omnis res nobis cum judicibus est, non cum populo, tamen si a corona relictus sim, non queam dicere.' *Lescal.*

CAP. II. § 5 *Quid est enim hoc illo evidentius*] In quo enim evidentius est solem existere, quam existere Deum? Sic de Amicit. 9. 'Quid enim Africanus indigens mei?' *Quid* valet, in quo, ad quid. In ejus generis phrasibus, quarum est usus valde frequens, per ellipsin supprimitur aliqua præpositio, *ad*, *per*, *propter secundum*, *&c.* Itaque non audiendi sunt Lambinus ac Davisius, qui expulso *quid*, hic volunt *qui*. Anon.

§ 6 *Duo juvenes cum equis albis*] Hæc nonnulli discriminant, *cum equis*, *in equis*; nimium delicati; magis certe quam Cicero, qui scribebat ad Q. Fratr. II. 13. 'Vexatus Gabinius; exagitati tamen a Domitio publicani, quod eum essent cum equis prosecuti.' *Idem.*

CAP. III. § 7 *Quod si ea ficta credimus licentia fabularum, Mopsum*] Sic ratiocinatur Lucilius. Si ea esse ficta et fabulosa credimus, vixisse olim Mopsum, Tiresiam, &c. et augurandi

Digitized by Google

scientia excelluisse; dubitare quidem non possumus, quin talium fabularum inventores admiserint, et pro veris habuerint res ipsas, prædictiones, ostenta, præsensiones, auguria, &c. In quibus occupatos fingebant eos homines. Verumtamen si omnem abrogamus fidem his narrationibus, an idcirco Deos esse non probabimus domesticis exemplis, et rebus quæ in civitate nostra evenere? *Anon.*

§ 9 *Ad investigandum suem*] Davisius legit *ad investigandam uvam;* sed potius accedo sententiæ Buherii, qui censet hæc tria verba esse eliminanda. Scilicet uterque vir doctus novit, Navium non ad suem investigandum, sed (invento sue) ad uvam, quæ maxima esset, reperiendam regiones vineæ lituo terminasse. Idem etiam judico de voce *Hostilius* in sequente sententia, quæ abesse debuit, cum Tarquinius Priscus is esset, non Hostilius, qui Navii augurio bella gesserit. Utramque mendam hinc ortam arbitror, quod a quodam ignaro Romanæ historiæ hæc verba inter lineas cujusdam Ms. posita, annotatiunculæ loco, tandem a sequentibus exscriptoribus in textum (ut millies evenit) recepta erant. *Pearc.*

Nisi ejus augurio] Cujus *augurio?* an Attii Navii? Nequaquam; sed litui. Hoc ipsa ducebat verborum series et sententia. An contemnendus est, inquit Lucilius, auguralis lituus, quo Attius Navius ad investigandum suem regiones vineæ designavit? Crederem contemni posse, si non alium præbuisset usum; neque enim magnæ divinitatis est investigare suem in vinea. At cum rex Hostilius litui augurio maxima bella gesserit, non eo contemnendus est quod adhibitus sit ad suem investigandum. *Anon.*

Nulla peremnia servantur] Auspicia peremnia, ut ex Festo intelligere licet, erant, cum magistratus in campum euntes Petroniam amnem auspicato transibant. Festus in 'Peremne:' 'Peremne dicitur auspicari, qui amnem, aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspicato transit.' Idem in 'Petronia:' 'Petronia amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato transeunt, cum in Campo quid agere volunt. Quod genus auspicii, 'peremne' vocatur. Amnem autem antiqui fœminine enunciabant.' *Lamb.* *Peremnia* fuerunt, non cum solam Petroniam, prout censuit Lambinus, sed cum alios quoque fluvios auspicato transirent. Hinc ex disciplinæ veteris neglectu provenisse monet Cicero, de Div. II. 36. ut 'amnes non transeant auspicato.' Id autem 'flumen auspicatur, quod sua sponte in amnem influit,' ut loquitur Festus in 'Manalis fons.' Ita certe locum restituit Jos. Scaliger, quem de variis peremnium generibus vide sis ad vocem 'Peremne.' *Davis.*

Nulla ex acuminibus] Illorum meminit de Divin. II. 36. 'Itaque nec omnes transeunt auspicato, nec tripudio auspicantur. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est,' &c. Sed cujusmodi hoc auspicium fuerit, Sigonius de Antiquo Jure Provinciarum, II. 6. et Rosinus Antiquit. Rom. I. 6. adhuc incompertum sibi esse ultro fatentur. Gevartius autem, et fidenter: 'Ego non dubito,' inquit Elect. I. 2. 'auspicia ex acuminibus ea esse dicta, quæ ex cuspidibus signorum militarium terra evulsorum capiebantur.' *Lescalop.*

Nulli viri vocantur, ex quo in procinctu testamenta perierunt] Cum olim delectus habebatur, primi citari nominarique solebant, boni ominis gratia, Valerius, Salvius, Statorius, Victor, quo quidem et salutem et victoriam sibi ominabantur; quod idem, ut reor, milites in procinctu testamentum facturi imitabantur. Nam etsi, impendente maximo mortis pe-

Digitized by Google

riculo, sic testari solebant; tamen, viris bonorum nominum vocatis, sibi et salutem et victoriam auspicabantur. Sed genus illud testamenti in desuetudinem abiisse et hic dicit Cicero, et Justinianus refert. 'Viros' tamen 'vocari' prisco genere orationis et religionis dixit, ut e Macrobio apparet, Saturn. I. 16. sic scribente: 'Viros vocare feriis non oportet: si vocaverit, periculum est.' Iterum: 'Vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies, qui essent notati rebus adversis.' *Turneb.* Advers. XXIII. 12.

§ 10 *Verbis certis*] 'Certa verba' sunt legitima et solemnia, quod ex Cicerone, Varrone, et Festo docuit Barn. Brissonius Form. lib. I. Vide et Augustin. C. D. V. 18. Ipsam formulam suppeditabit Liv. VIII. 9. *Davis.*

CAP. IV. *Etruscorum, et haruspicum*] Hæc quidem lectio, quamvis eam Mss. retineant, absurda prorsus est et inficeta. Recte igitur fecit Aldus Nepos, qui vocem penultimam delendam pronuntiavit; non enim 'Etruscum' ab 'haruspice' diversum voluit Cicero, sed Etruscus nationem, haruspex scientiam denotat; quam Noster 'Tuscam disciplinam' vocat Fam. VI. 6. *Davis.* Vide de Leg. II. 9. et quæ ibi Muretus.

P. Scipione, C. Figulo consulibus] Ita Cicero fuisset locutus, si dicere voluerat, id accidisse in consulatu Scipionis et Figuli: verum loquitur de comitiis consularibus in consulatu Gracchi secundo, ubi illi designati fuerunt. Miror neminem vidisse legendum, *In P. Scipione et C. Figulo consulibus res ipsa probavit.* Significat enim, eventum in Scipione et Figulo confirmavisse id, quod augures et haruspices fore prædixerant, cum ii designabantur. *In* absorpsit littera ultima vocis præcedentis, ut sexcentis locis factum est. *Buher.*

§ 11 *Cum legeret libros*] Ita Romani ob reverentiam vocabant libros sacros et Pontificios. Ad Attic. XXI. 11. 'Nos autem in libris habemus, non modo consules a prætoribus, sed ne prætores quidem creari jus esse.' Val. Max. I. 1. 3. de eadem Gracchi actione loquens, eos libros appellat 'libros ad sacra populi pertinentes.' Sed mirum est, Plutarchum in Marcello libros istos militares vocare, nisi ibi pro στρατευματικοῖς ὑπομνήμασι legendum sit Γράκχος μαντικοῖς ὑπομνήμασι, quo modo libri augurales a Græcis vocantur. *Idem.*

Tabernaculum captum fuisse hortos Scipionis] Gellius XIII. 14. 'Pomœrium,' inquit, 'est locus intra agrum effatum, pone muros, regionibus certis determinatus, qui facit finem urbani auspicii.' Et Servius ad Æneid. VI. 197. dicit etiam, 'ager post mœnia (ita legendum est pro 'post pomœria') ubi captabantur auguria, dicebatur effatus.' Eo loco, ut patet e dictis et e Varrone L. L. lib. IV. consul debebat capere auspicia, nec licebat illi ulterius progredi. Inde patet, id non potuisse fieri in hortis Scipionis, qui certe ibi non erant, cum locus iste relinqueretur semper incultus. Inde palam est, voces istas, *hortos Scipionis*, Ciceronis non esse. Manutius pro istis in Mss. reperit *haruspectionis*, quod non de nihilo est, licet hic non conveniat. Quid si inde formaretur *avispectionis*, aut *avispicionis?* Egregie certe ista vox huc veniret. Non nego vocem istam alibi non reperiri; verum quot voces reperiuntur apud Varronem et alios grammaticos, quas frustra apud alios quæres? Quis, absque illis si esset, novisset locutiones augurales, 'avem specere,' 'spectionem habere,' 'templum facere conspicione,' et sexcentas alias? Satis est, vocem istiusmodi esse analogice formatam. 'Avispectio,' aut 'avispicio,' sunt æque analogice formatæ ac 'spectio' et 'conspicio.' Ita 'tabernacula capere avispectionis' est, 'sedere in

Digitized by Google

templo auspicii,' in loco Varronis allato, et *καθίζεσθαι ἐπ' ὄρνισι* apud Plutarchum, ubi tamen, ut hoc in transitu moneam, legendum est, *Καθεζόμενος ἔξω πόλεως εἰς οἶκον, κ. τ. λ.* aut *ἔχειν οἶκον*, ut Mss. habent, et H. Stephanus conjicit. *Idem.*

CAP. V. § 14 *Tum lapidibus, aut repentinis terrarum hiatibus*] Locus est vitiatus, nam 'lapideorum imbrium' supra meminerat Noster. Janus Gulielmius reponendum putabat *lapsibus*, aut *labibus*. Ultima ratio mihi simul ac Jano Grutero vehementer placet. *Davis.*

§ 15 *Distinctionem, utilitatem, pulchritudinem*] Ex iis quæ sequuntur, manifestum est, *varietatem* potius hic esse legendum, quam, ut antea, *utilitatem;* ut illa ratio omittatur, quod de utilitate, qua homines adducti Deos agnoscunt, non in quarta causa, sed in secunda mentionem facit. Quam lectionem, ut meliorem, in nostris libris secutus sum. *P. Manut.*

CAP. VII. § 19 *Possetne uno tempore*] *Uno tempore,* quemadmodum ad Attic. IX. 10. 'unus manipularis.' Catull. 'unus caprimulgus.' Terent. 'unam adolescentulam,' ubi Donatus 'unam' interpretatur 'quamdam.' Plaut. 'unus servus,' 'unus amator,' 'unus hospes.' Plura affert exempla Joan. Vorstius de Latinit. Falso Suspect. cap. 4. *Anon.*

Solstitiis brumisque] Licet duo sint solstitia, æstivum unum, alterum biemale; usu tamen recipitur, ut *solstitium*, id quod *θερινὸν* est, denotet; *bruma* vero, *χειμερινόν*. Dein illud æstatem, hæc autem tempus hibernum significat. Gellius Noct. Attic. III. 10. 'In septimo signo fit solstitium a bruma; in septimo bruma a solstitio.' Vide Senecam Nat. Quæst. III. 29. Plin. H. N. II. 97. et 70. Ovid. Trist. V. 10. 7. ac Varronem R. R. cum alibi, tum I. 39. nec non III. 10. *Davis.*

CAP. IX. § 25 *Omnes igitur partes mundi tangam, quæ maxime calore fultæ sustinentur*] Veneti recte ita, *Omnes igitur partes mundi* (*tangam autem maximas*) *calore fultæ sustinentur*. Placet et quod mox non *ictu*, sed *tritu*, in illis scribitur; conflictus enim lapidum ictum significat. Itemque verum videtur quod sequitur, *primum ipse liquor aquæ declarat effusæ;* non ut nostri libri habent, *tum aquæ declarat effusio*. Quid enim ille liquor est, aut quid declarat singulare? Sed movit fortasse aliquem, ut *tum* adderet; et locum mutaret, quod *primum* poni solum non oportere crederet. Quod solere tamen, supra etiam ostendimus. *Camer.*

CAP. X. § 26 *Neque nive, pruinaque concresceret*] Nix et pruina sunt aqua concreta: aqua igitur nive et pruina concrescit. Sicut aër dicitur moveri vento, cum ventus nihil sit nisi aër motus. *Anon.*

Tabescit calore] Evanescit, siccatur. Rarefactio, ut vocant, non omissa est, sed tantisper dilata. Vide infra: 'Is autem existit motu ejus caloris,' &c. *Idem.*

Ipse vero aër, qui natura est maxime frigidus] Hæc erat Zenonis sententia, ut testatur Diogenes Laërtius in Zenone Citieo, *Εἶναι δὲ τὸ μὲν πῦρ τὸ θερμὸν, τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ὑγρὸν, τὴν δὲ ἀέρα τὸ ψυχρὸν, τὴν δὲ γῆν τὸ ξηρόν. Esse autem ignem quidem, calorem; aquam vero, humorem; aëra vero, frigus; terram autem siccitatem.* Lamb.

CAP. XII. § 32 *Quæ non sit minor*] *Minoris* vetus liber, quod placet. Sequitur enim: 'Sic mundum universum pluris esse necesse est.' *Ursin.*

§ 34 *Qui tum remitterentur, tum continerentur*] Interpretes videntur hic animi causa de via aberravisse. Manutius credidit, 'contineri' significare crescere, quod mirum est potuisse scribi ab homine ita docto. Lambinus 'remittere' accipit pro indulgere cupiditatibus suis, et eum

Digitized by Google

Lescaloperius et Davisius secuti sunt: verum an cogitandum est, illum esse effectum rationis nostræ? et si ponamus, discipulum aliquem Epicuri ita potuisse loqui, an ita Stoicus tam severus, quam erat Balbus, posset loqui? Præterea Lambinus et Davisius mutant *continerentur* in *contenderentur*, aut in *intenderentur*, quasi vox, quam volunt loco movere, hic non conveniret. Interim Cicero Tusc. Quæst. IV. 9. fere eodem modo dixit: 'Sic aversa a præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Quemadmodum igitur temperantia sedat appetitiones,' &c. Locus iste magnam lucem affert huic nostro loco. Ratio secundum Stoicos erat data homini ad domandum ejus affectus, si erant mali, et ad moderandum eos, qui videbantur boni. Posterius id intelligit Balbus per *remitterentur*, et vox ista est ibi maxime propria, quod multis exemplis potest demonstrari. *Buher.*

CAP. XVI. § 43 *Quin etiam cibo, quo utare, interesse*] Rectius interpungas sententiam, *quin etiam, cibo quo utare*, id est, quo cibo utare. *Pearc.*

Est enim plena rationis] Lambinus vult scribi, *est enim expers rationis.* At verba illa, *est enim plena rationis*, non ad naturam, sed ad constantiam, fuerunt referenda. Habet enim et natura constantiam. Unde in Topicis: 'In natura et arte constantia est, in cæteris nulla.' Sed constantia siderum non est naturæ; quia plena rationis est. At naturam censuerunt esse vim quandam sine ratione cientem motus in corporibus necessarios, uti affirmat auctor in hoc libro, cap. 32. *J. F. Gronov.* Observ. II. 2. Qui occasiones quærunt delendi et rescribendi, opponunt hæc e cap. 45. hujus libri: 'Quod facit ea natura, quæ per omnem mundum omnia mente et ratione conficiens funditur,' &c. Si enim natura est quæ mente et ratione omnia conficit; cur motus constantiam, *quia plena sit rationis*, Cicero naturæ abjudicat? Cogitationem referant, qui sic aiunt, ad hæc cap. 32. 'Alii naturam censent esse vim quandam sine ratione, cientem motus in corporibus necessarios: alii autem vim participem rationis atque ordinis.' En rationis expertem naturam. *Anon.*

CAP. XVII. § 46 *Minimeque resipiens patriam*] Ita legitur in Ms. pro *respiciens*; et ita omnino legendum; est enim 'resipere,' redolere, et præ se ferre. *Ursin.* Hunc locum non aliter olim emendavit Is. Casaubonus ad Theophrasti Char. I. et sane cunctorum sermonibus jactati sunt Attici sales. Sic etiam reponendum statuit Janus Gulielmius; at male contendit Ciceronem ad mel Gargetticum allusisse; non enim de dictionis suavitate, sed de jocis et leporibus agitur. *Davis.* Etsi recta nobis videatur codicis Ursiniani lectio, tamen, cum e principibus nostris editoribus nemo eam receperit, nos in contextum introducere non ausi sumus. *Olivet.*

CAP. XVIII. § 47 *Cumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus . . . ex planis autem circulus, aut orbis*] Sic olim statuit Pythagoras τῶν σχημάτων τὸ κάλλιστον σφαῖραν εἶναι τῶν στερεῶν, τῶν δὲ ἐπιπέδων κύκλον, ut testatur Diogenes Laërt. VIII. § 35. nec aliter uno ore mathematici. Vide sis Cleomedem Κυκλ. Θεωρ. lib. I. Quinctilianum Inst. Orator. I. 10. et Zachariam Scholasticum de Opif. Mundi. Hunc autem locum citat Nonius cap. 5. § 38. et licet plerumque verba veterum corrupta proferat, hic tamen ejus codex nostris videtur præstitisse; legit enim, *cum duæ formæ præstantissimæ sint, ex solidis globus . . . ex planis autem circus aut orbis.* Supra cap. 16. 'In orbem circumque ferretur.' Rursus in Somn.

Digitized by Google

Scip. apud Macrob. I. 15. 'Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens; quem vos, ut a Græcis accepistis, orbem lacteum nuncupatis.' *Davis.*

§ 48 *Quia nunquam eruditum illum pulverem attigistis*] Mathematicis disciplinis operam non dedistis. Noster de Archimede Tusc. v. 23. 'Humilem homunculum a pulvere et radio excitabo.' Ibi nos plura. Locutionis ratio est, quia geometræ veteres in mensa pulvere consperssa figuras suas seu *σχήματα* describebant. Vide Aristophanem Nub. vs. 177. *Davis.*

§ 49 *Cæli palatum*] Huic loco illustrando pauca quædam monuit Hier. Columna ad Ennii Fragm. Sed rem plane conficiunt ab eo prætermissa verba Varronis apud Augustinum, de Civ. Dei, VII. 8. 'Palatum,' inquit, 'Græce *οὐρανὸν* appellant: et nonnulli poëtæ Latini cœlum vocaverunt palatum.' Isidorus etiam Orig. XI. 1. 'Palatum nostrum, sicut cælum, sursum est positum . . . sed Græci similiter *palatum οὐρανὸν* appellant.' Hac de re fertur elegans Theocriti Chii facetia, apud Athenæum VIII. 344. Hinc abunde liquet, unde Tullius ansam arripuerit jocandi; simulque constat, eos codices inscientia librariorum temeratos esse, qui *cœli palatium* nobis exhibent. *Idem.*

CAP. XIX. *Quarta fere diei parte addita*] Ex illa parte, quæ ad trecentos sexaginta quinque dies singulis annis additur, quinto quoque anno exoritur dies illa, quam vocant *intercalaris*, quæ sexta est ante Kalendas Martias. Is autem annus, in quem intercalaris dies incidit, eam ob rem dicitur 'bissextilis,' quia bis repetitur VI. Kalendas. *Lescalop.*

§ 50 *Quæ tum est aquilonalis, tum australis*] Inveni in cunctis Mss. libris, quorum duo erant antiquissimi, et mihi valde probati, *aquilenta* pro *aquilonalis*. Animadverti etiam Germanos, quod sic fortasse et ipsi in aliquo exemplari legissent, eandem vocem in margine sui codicis adnotasse: nec tamen recepi: non enim alibi apud hunc auctorem reperi. Scio recentiorum plerosque eam usurpasse eruditos viros: ut non temere eos id fecisse existimandum sit. Cicero *aquilonius* alibi dixit. Quid de hoc loco constituendum sit, nondum plane perspexi. Vix puto posse omnes codices antiquos in eodem errore versari. *Victor.* At Manutio, Lambinoque placuit, *aquilonaris*. *Davis.*

CAP. XX. § 51 *Tum adeunt, tum recedunt*] Emendandum ex antiquo libro, *tum adeunt, tum recedunt*. Ursin. Hanc lectionem recepi, quam res ipsa, locique sensus postulant. *Davis.* Et nos quoque recepissemus, nisi scrupulum injecisset primariarum quatuor editionum consensus. *Olivet.*

Ad eandem inter se comparationem] Eliens. unus habet *compositionem*, quæ quidem lectio videtur amplectenda. Græce dixeris *εἰς τὸν αὐτὸν συσχηματισμόν*. *Davis.*

CAP. XXI. § 54 *Nec habent æthereos cursus, neque cælo cohærentes*] Quoniam infra cap. 46. scriptum videmus 'in æthere autem astra volvuntur,' inconstantiæ ab aliquibus arguitur. Iaique. Aliud est enim astra volvi in æthere; aliud volvi æthereo vel ipso ætheris cursu, quasi æther astra contineat, et vi sua complexus rapiat. Moveor equidem in aëre; sed motus tamen non habeo aëreos. *Anon.*

§ 56 *Nec erratio, nec varietas inest*] Vulgo *vanitas*; sed nos egregiam viri præstantissimi Joan. Clerici conjecturam recepimus, quam diserte firmat Ms. Eliensis. Ratio est, quod *constantiæ* non *vanitas*, ut *varietas* opponatur. Supra cap. 16. 'Fortuna, amica varietati, constantiam respuit.'

Digitized by Google

Item de Divin. II. 58. 'Ipsa varietas, quæ est propria fortunæ, fortunam esse causam, non naturam esse docet.' *Davis.*

In terrisque versentur] Vulgo *versatur*; sed bardus est, qui dixerit 'lunam in terris versari.' Ea de causa nos scripturam codicis Eliens. et Bon. 1494. repræsentavimus; adeo ut postrema vox de iis sit intelligenda, quæ multo infra lunam, non procul terræ superficie, semet ostendunt. Hoc etiam absque Mss. ope sagaciter odoratus est vir eximius Joan. Clericus. Hujusmodi sunt faces, trabes, aliique ignes aërii, de quibus adi sis Plin. H. N. II. 26. seqq. Græcis proprie μετέωρα dicuntur; ut observavit Achilles Tatius Isag. ad Phænom. cap. 32. *Idem.*

CAP. XXII. § 57 *Ignem esse artificiosum*] Græce, Πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον εἰς γένεσιν. Vide Laërt. VII. 156. *Idem.*

CAP. XXIII. § 59 *Monogrammos Deos*] Sic eos describit Lucr. lib. V. 'Tenuis enim natura Deum, longeque remota Sensibus ab nostris, animi vix mente videtur.' Eadem ratione λόγῳ θεωρητοὺς appellabat, id est, qui ratione tantum cernuntur. *Monogrammum* autem appellant pictores id, quod solis lineis informatum ac descriptum est, nullis dum coloribus adhibitis. Hinc 'homines monogrammi' per translationem, ut docet Nonius, homines macie prætenues, et quasi decolores. *Lamb.*

§ 61 *Tum autem res ipsa, &c.*] Malebat Valkerus legi *tum etiam*. Videbat sensum; at non meminerat, in particula *autem*, quando continuat orationem, eandem esse vim et significationem, ac in particula *etiam*. Quod ab iis animadversum est, qui has excusserunt minutas partes Latinitatis. *Anon.*

CAP. XXIV. § 62 *Quod in Libero servant, in Libera non item*] Ita ediderunt Manutii, commode ad intelligentiam. Dixerat Cicero, natos Cerere, nominatos esse Liberum, et Liberam, 'quod ex nobis natos, liberos appellamus.' Eo significaverat, ut mares 'liberos,' ita feminas olim appellatas fuisse 'liberas.' Idcirco addit non sine causa, in usu communi esse adhuc, ut mares appellentur 'liberi;' non autem ut feminæ nominentur 'liberæ.' *Buher.*

Quem quidam eundem esse Quirinum putant] Erat quidem Romanis in usu, ut Romulus appellaretur 'Quirinus,' quoniam, ut memorat Cicero, de Legib. I. 1. 'Romulus, post excessum suum, dixit Proculo Julio, se Deum esse, et 'Quirinum' vocari.' Hæc tamen fabula erat multis fabula; aliis opinantibus 'Quirinum' esse Martem: Servius in Æn. I. 296. aliis Janum, qui sane Romæ dicebatur 'Janus Quirinus:' Macrob. Saturn. I. 9. Ut ut hæc sunt, de Quirino Romulo quæ esset opinio Ciceronis, hæc declarant, ab ipso scripta, Offic. III. 10. ubi de cæde Remi: 'Peccavit igitur, pace vel Quirini, vel Romuli dixerim.' *Buher.* Vide quid e Turnebo annotatum sit in lib. I. de Leg. cap. 1.

CAP. XXV. § 64 *Qui est idem χρόνος*] Melius legebat Lactantius, Instit. I. 12. *quod est idem, quod χρόνος.* Hic enim probat, quod proxime dixit, ipso nomine quo Saturnum Græci appellarunt, significari, 'eum esse, qui cursum, et conversionem temporum' contineret. Probat vero explicatione nominis: qui enim Latinis Saturnus, Græcis dicitur Κρόνος, *quod est idem, quod χρόνος.* Quod vocabulum vi ac significatione est idem, ac χρόνος. *Anon.*

§ 65 *Planiusque alio loco*] Si est nobis ad intelligendum difficilis hic versus, quem ex Ennio describit Cicero; propterea quod solitarium habemus eum, ab antecedentibus consequentibusque avulsum; quis ausit affirmare, planum non fuisse et apertum

Digitized by Google

iis, qui librum Ennii integrum legebant? Deinde etiam in verbo *lucet* est aliquid planius, quam in voce *candens* superioris versus. *Idem.*

Dicunt enim, cælo fulgente, tonante] Non est hæc altera formula; sed explicatio illius, *Jove fulgente, tonante*. Si quosdam habuit Gruterus codices manuscriptos, his carentes quinque vocibus, *dicunt enim, cælo fulgente, tonante;* fecit prudenter, quod eos omisit, tamquam mendosos. Hic certe vocibus sublatis, non staret sententia, quæ est hujusmodi: Hunc Jovem, cælum etiam augures nostri nuncupant; cum dicunt, Jove fulgente, tonante; dicunt enim cælo, cum dicunt Jove. *Idem.*

Euripides autem, ut multa præclare, sic hoc breviter] Non dicit Cicero, brevius, quam Ennius; sed *breviter*. Poterat sane hoc dici fusius, quam dixit Euripides. *Idem.*

CAP. XXVI. § 66 *Altero ... fratri*] De ea dativi forma vide G. J. Vossium Anal. IV. 6. *Davis.*

CAP. XXVIII. § 71 *Poterunt intelligi, qui qualesque sint . . . quos Deos et venerari, &c.*] Sententia est: Poterimus intelligere, qui, qualesque sint Dii, quos Deos et venerari, et colere debemus, et quæ illis imposita sint nomina. *Anon.*

CAP. XXIX. § 73 *Hesterno die*] Vel Ciceronis μνημονικὸν ἁμάρτημα, vel librarii lapsum esse credendum est; non enim *hesterno die* Velleii disputatio cum Cotta instituta fingitur, sed eodem; atque in ipso secundi libri initio ita contexitur dialogus, ut nullus dies intercesserit inter Epicureorum et Stoicorum confutationem. Idem error est in illis lib. III. 'quæ a te nudius tertius dicta sunt; cum docere velles Deos esse.' Sunt autem verba Cottæ ad Balbum, quæ non 'nudius tertius,' sed eodem die finguntur esse dicta. Credi potest, Ciceronem in animo habuisse tribus libris trium dierum disputationem referre, et voluisse; mox id mutasse, relictis prioris cogitationis vestigiis. *Ursin.* Vide III. 7.

§ 74 *In te uno*] Vocem hanc *uno* alii delent; alii reponendum existimant *viro;* alii, *omnino;* alii denique *una*. Vulgatæ lectioni favet Wopkens.

CAP. XXX. § 75 *Ab eaque omnia pulcherrime geri*] Cum præcesserit vox *omnes*, puto vocem *omnia* hic delendam esse. Nam in initio cap. 32. Cicero dixerat, 'sequitur, ut doceam omnia subjecta esse naturæ, eaque ab ea pulcherrime geri:' ubi vox 'ea' in posteriore parte sententiæ respicit ad vocem 'omnia' in priore: eo modo, quo censeo vocem 'res,' quæ præcesserat, hic subintelligendam esse. Hanc vero conjecturam si quis amplectatur, necesse est ut legat in fine hujus sententiæ *eas esse generatas*, scilicet, eas res. Vulgo legunt *eam esse generatam;* sed nullo sensu, si hæ voces ad *naturam sentientem* referantur. *Pearc.* Ego, hæc olim Gallice interpretatus, sic intellexi, ut doctissimus Pearcius. Neque enim videbatur Stoicus, cui natura æterna est, potuisse dicere, hanc esse *generatam*. Hodie tamen eadem non est mihi sententia; et cum Stoicus dicit ab animantibus principiis naturam esse generatam, id opinor sibi velle, naturam e principiis animantibus constare, hoc est, non esse vim quandam sine ratione, sed esse rationis participem. Quæ obscura, fateor, hic sunt ex brevitate dicendi: sed mox cap. 32. explicata dilucescent. *Olivet.*

CAP. XXXI. § 79 *Eadem veritas*] Id est, eadem cognitio veritatis. Cum sit tam varia bonis scriptoribus acceptio *veritatis*, non video quo alio sensu dici commode possit, 'eandem esse veritatem in Diis, quæ est in hominibus.' Hæc autem vocis potestas, tametsi non est primaria, non est tamen in probatis auctoribus, inque communi sermone

Digitized by Google

infrequens. Tullius Acad. II. 7. ubi Lucullus adversus novam Academiam disputat, non aliter nomen *veritatis* accipere potuit in his Luculli verbis: 'Ita est maxima in sensibus veritas, si et sani sunt,' &c. Non aliter Fabius, cum ex quorumdam sententia, quam non penitus improbat, docet XII. 1. posse virum bonum aliquando 'veritatem auferre judici.' Non aliter, quæ vulgo jactatur parœmia, 'Veritas est filia temporis.' Tempus enim quotidie veritatis, quæ initio latebat, cognitionem parit. *Lescal.*

CAP. XXXII. § 82 *Nulla cohærendi natura*] Natura cohærendi, est vis conjungens partes via et ordine dispositas, ut in arbore, ut in corpore animalis, 'in quibus nulla temeritas, sed artis quædam similitudo apparet.' In gleba, in fragmento lapidis, et aliis ejusmodi, nulla talis apparet similitudo artis: idcirco dicuntur nullam habere cohærendi naturam. *Anon.*

CAP. XXXVI. § 91 *Hac animabili, spirabilique natura, cui nomen est aër*] Bene *animabili*, nam adjectiva nomina sic finita, active quoque significant, ut multis exemplis probat Jac. Perizonius, in Sanct. Minerv. I. 15. Et confirmat auctoritas Virgilii Georg. I. 93. 'penetrabile frigus.' Eodem sensu 'aër' dicitur 'animabilis natura,' hoc est, apta animare. *Anon.*

Si quidem nos non quasi Græce loquentem audiamus. Docet idem alio loco] Ut sensus loci planius appareat, censeo sic legendam, et punctis distinguendam esse sententiam, *si quidem nos non Græce loquentem audiamus, docet idem alio loco*, &c. Hoc est: Idem Pacuvius docet alio loco illum fuisse Graium, qui hoc dixerit. Deleo istud *quasi* ante *Græce*, quæ vox nihil hic ponderis habet, et ex præcedentibus huc videtur temere adducta esse. *Pearc.*

§ 92 *Ut si mota loco sint*] Docti pro *mota* tentant *motæ*, hanc vocem ad *terras* referentes; vel *moti*, quod spectet ad *ignes*. Nihil autem vetat, quominus in voce *mota* intelligas sidera; quæ cum appellatione ista *tantorum ignium* significentur, quid mirum si illud masculinum in neutrum transierit? *Wopkens.*

CAP. XXXIX. § 100 *Litoribus alludit*] Topicorum cap. 7. omnes, præter Lambinum, editores habent *cluderet*. Hoc vero in loco, alii aliter. Videatur Lælius Bisciola tom. I. Hor. Subsec. VII. 7.

CAP. XLI. § 104 *Carminibus Arati*] Quæ ad illustranda Ciceronis Aratea pertinent, vide infra ad Poëmatum fragmenta.

CAP. XLVIII. § 124 *E quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus, a quibus exclusi fotique sunt: deinde eas relinquunt, et effugiunt sequentes, cum primum*] Paulo aliter Manutius, ac Lambinus. Sic enim legunt, *ex quibus pulli orti primum aluntur ab iis, ut a matribus: deinde eas relinquunt, a quibus exclusi, fotique sunt: et effugiunt, cum primum* &c. Recte quidem, et dilucide; nec tamen erat cur vox *sequentes*, quam habent Victorius et Gruterus, non retineretur.

CAP. L. § 126 *Quid ea, quæ nuper*, &c.] Dixerit Balbus, maximam esse ingeneratam animantibus conservandi sui a natura custodiam; hic memorat, ostensa illis esse curandi sanandique corporis ea remedia, quæ homines vix longo post tempore invenerunt. Supplenda est phrasis vocibus aliquot, quarum absentia nullam obscuritatem affert, quoniam facile videt lector eas abesse. Quid, inquit, annon eas bestiæ jam inde a primordio norunt adhibentque rationes curandi sui, quas medicorum ingenia nuper invenere? *Nuper* dico. Etsi enim ante aliquot sæcula eas artes repererint medicorum ingenia;

Digitized by Google

tamen potest dici nuper admodum repertas esse, si ratio habeatur longissimi temporis, ex quo bestiæ illas habent. Habent scilicet a natura ipsa traditas. *Anon.*

Vomitione canes, purgare alvos ibes Ægyptiæ curant] Hic locus depravatus mihi visus est; neque enim ullam certam structuram, aut sententiam horum verborum esse puto, et in veteribus etiam exemplaribus non parum ab hac diversam lectionem inveni; quamvis neque in illis etiam ea integra et sincera sit; talis est tamen, ut indicio esse possit in hac vitium subesse, et perversionem aliquam. Duo sunt remedia, quæ medici e belluis, ut ferunt, didicere, et utraque ad corpora purganda accommodata; unum scilicet vomitus, quod a canibus, cum eos herbula quadam perpurgari conspexissent, acceperunt; alterum, clyster, ab ibi Ægyptia, videntes eam marina aqua per inferiores partes se abluere. Exponebat igitur ea nunc Cicero; sed in hac, quam habemus, scripturâ confusa sunt et perturbata omnia. Itaque rectius esse putavi hunc locum, quemadmodum in priscis libris est, describere. *Victor.* Fortasse ita corrigendum, *Vomitione canes purgantur; alvo se ibes Ægyptiæ curant.* P. Manut. Sic restitui, scripturæ veteris vestigia secutus, *vomitione et dejectione purgare, ex eo quod vomitione canes, alvo se ibes, &c.* Nam vulgata lectio, *vomitione canis purgare, alvos ibes Ægyptiæ curant*, mendosa est. Sed in re perspicua quid opus est exemplis, præsertim in promptu positis? Ita, quæ desunt, supplenda sunt. Nam perspicue dicit Cicero, medicos reperisse, non vomitione canes purgare; neque alvo ibes Ægyptias se curare; (nam etiam qui non erant medici, hæc viderunt) sed rationem purgandi per vomitionem et alvi dejectionem; ex eo quod canes et ibes his duobus diversis modis se curant. *Lambinus.* Hanc lectionem repræsentant Lincoln. et Pal. pr. *vomitione canes, purgatione autem alvos ibes Ægyptiæ curant.* Quæ cum non ex omni parte sincera videatur, scribo, *vomitione canes, purgatione autem alvi se ibes Ægyptiæ curant.* Davis. Ego vero principes quatuor editores, quibus fidem obligaveram, hoc in loco deserui, et Davisianorum Mss. lectionem recepi. *Olivet.*

Cap. LI. § 127 *Aut radicibus a terra, aut stirpibus continerentur*] Radix variis fibris, ac quasi ramulis per terras se diffundit: stirps radici truncum committit. *G. J. Vossius* in Etymolog.

§ 128 *Eoque septum fingit animal*] Excussi præcipuas editiones, eratque in omnibus istæc lectio; neque abibant Mss. nostri. At non video cur non potius rescribi debeat *ceptum.* Grut. Equidem nullus dubito, quin legendum sit *ceptum.* Hoc olim verbum Gallico verbo reddidi; nec tamen in contextum hodie introducam. Licet enim audaciori esse interpreti, quam editori. *Olivet.*

Cap. LIV. § 135 *Accepta sunt: oris utraque ex parte*] Manutius et Lambinus edidere *quæ accepta sunt ore. Is utraque ex parte tonsillas attingens, &c.* Et ita legerim, quamvis Victoriani, Gruteriani, nostrique codices a recepta lectione non abeant. *Davis.*

Cum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, depellit] Quis hæc ferat in scriptore tam culto, quam est Tullius? Merito sane Gruterus ea non sine vitio esse statuit; sed nec ille, nec ullus alius operam ei tollendo dedit, multo minus reperit medicinam. Mihi reponendum videtur, *cum depulsum et quasi detrusum cibum accepit, deglutit.* Hoc certe verbum 'gulæ,' vel 'œsophago' (sic enim capiendus est 'stomachus') optime convenit. *Davis.*

§ 136 *Quæ constant fere e nervis*] Legendum *constat*, ut est in manu-

scripto, ut ad alvum referatur. *Ursin.*

Cap. LV. *Tum spiritu dilatant*] Deest *se*, quod est in antiquo, *tum se spiritu dilatant*. Idem.

§ 137 *Coactusque*] Aldus nepos edidit *coctusque*. Ita et Davisius.

Cap. LVI. § 140 *Sunt enim e terra homines non ut incolæ*] *E terra homines*, scilicet oriundi, ait Lescaloperius: at id Balbus dixerat paulo ante, cum usus esset vocibus 'humo excitatos.' Interim ferri non potest, ut voces *e terra* conjungamus cum *incolæ atque habitatores*: hoc vidit Davisius, legitque *in terra*, ut sensus esset commodior. Ego aliter locum sanandum esse puto; voces *e terra* ad superiorem sententiam pertinere arbitror. Sic igitur hæc et præcedentia legenda mihi videntur, *ut Deorum cognitionem, e terra cœlum intuentes, capere possent; sunt enim homines non ut incolæ atque habitatores, &c.* Peare.

Cap. LVII. § 143 *Quibus, et apertis oculis*] Aliter interpungo, *Quibus et apertis, oculis si quid incideret, repelleretur; et somno conniventibus, cum oculis ad cernendum non egeremus utique, tanquam involuti quiescerent.* Sic arbitror esse constituendam phrasim. *Buker.*

§ 144 *Quod his naturis relatus amplificatur sonus*] Quibus naturis? Hoc est, naturalibus qualitatibus; duritie scilicet, qualis est in corneolo introitu; et flexuosa obliquitate. *Lescal.*

Cap. LVIII. § 146 *Et in vocis, et in tibiarum, nervorumque cantibus . . . et vocis genera permulta*] Si quis hæc cogitet, mecum, opinor, censebit Ciceronem non bis de 'voce' in eadem sententia locutum esse; statuetque priora verba *et in vocis* locum non suum occupasse. En totum locum eo modo, quo scripsisse Ciceronem credo, *Auriumque item est admirabile quoddam artificiosumque judicium; quo judicatur et in tibiarum nervorumque cantibus varietas sonorum, intervalla, distinctio; et in vocis* (scilicet cantibus) *genera permulta, canorum, fuscum, &c.* Peare.

Cap. LIX. § 149 *Per quam vox, principium a mente ductum, percipitur, et funditur*] Ducit vox principium a mente. Quid est enim vox humana? cogitatio, ut ita dicam, sono vestita. *Anon.*

Quæ sonos vocis distinctos, et pressos efficit] *Pressos* non vagos, ac sparsos, sed qui verba syllabis juncta componant. Potest hoc vocabulum usurpatum esse alibi fortasse alio sensu: hic tamen quam vim habeat, declarant ea quæ sequuntur, *Cum et ad dentes et ad alias partes pellit oris.* Idem.

Nostri] Stoici.

Nates cornibus iis, &c.] Cur non dixit *nares cornuum eorum, &c.* nam debebant etiam ἀσυνδέτως deinceps consequi similes casus; *linguam plectri similem; chordarum dentes; nares cornuum eorum, &c.* Notandus igitur locus, cujus similem me apud Lucretium reperire et notare memini lib. IV. sub extr. *Lamb.*

Cap. LXIII. § 159 *Ferrea tum vero proles*] Hæc sunt ex Arato conversa.

Cap. LXV. § 163 *Multæ sæpe res hominum sententia atque utilitate partæ*] Omnium codicum, præter quam Lambiniani, lectio ita fert. Quæ quidem emendationem videtur aliquam postulare, at non tantam, meo certe judicio, quantam affert Lambinus. Sic enim leges apud eum, imo in ipso Ciceronis contextu, quem censor ille suis castigationibus paulo confidentius implere solet: *Multæ sæpe res ex animi sententia, et utilitates partæ.* At quid necesse est tam multa immutare, cum addita præpositiuncula duntaxat una restituat huic loco sensum et nitorem? Quid opus legere *animi*, ubi *hominum* legimus? Licet enim Cicero, et alii passim Latini scriptores dixerint *ex animi sententia*, tamen sæpe quoque omiserunt illud *animi*,

Digitized by Google

atque hunc in modum locuti sunt: 'ex sententia rem aliquam gerere;' 'ex sententia navigare, opsonare,' &c. Sæpe aliud adjectivum, aut substantivum adjunxerunt. Ita Cicero, Fam. II. 6. 'Feliciter, et ex mea sententia remp. gessimus.' Quidni pariter hoc loco dixerit, *multæ sæpe res ex hominum sententia partæ?* Item quid est quod legat Lambinus *utilitates?* cum cæteri omnes legant *utilitate*, et eleganter omnino *multæ res ex hominum utilitate partæ* dicantur: non minus quam illud ad Attic. v. 8. 'statues ex nostra dignitate,' &c. Quare ut castigatio nostra sit verecundior, nec tamen inferior sensu, et elegantia, solam præpositionem *ex* huic loco restituendo placet addere, et ita legere, *multæ sæpe res ex hominum sententia, et utilitate partæ*. Lescalop.

DE NATURA DEORUM

LIBER III.

CAP. I. § 2 *Nescis, inquit, quanta cum expectatione, Cotta, sim te auditurus*] Donatus in Andr. IV. 5. "'Nescis' plerumque dicimus ei, quem non redarguere volumus imperitiæ, aut ignorantiæ; sed quem facere volumus, ut velit libenter.' *Passeratius* in Propert. II. 15. 12.

§ 3 *Si mehercule, inquit, Vellei*] Aut in his verbis mendum est, aut quidpiam desideratur. Quid si ita corriges, *sane hercule, inquit, Vellei*, non erit, quo lector offendatur; subaudietur enim 'paratus venio;' et optime cum sequentibus sententia conveniet. *P. Manut.* Restituit Lambinus *sic mehercule;* quod puto esse intelligendum hoc sensu, ut dicat Cotta, sic cesse se paratum, uti prius dixerat; non ad refellendum, sed ad requirendum quæ minus intelligebat. Nisi malis ita accipere: *sic* sane res habet uti tu ais; venio paratus; neque aliter debui, hominem nactus, qui sciat 'apta inter se, et cohærentia' dicere. *Anon.* Lambino assentirer; nisi facilior se offerret emendandi ratio. Legatur *sim hercule*. Utinam sim paratus, ut me esse ais. Neminem esse arbitror qui non intelligat, quam hoc personæ oratoris conveniat, dissimulantis vires, et *extenuantis eas consulto*. Latinum esse *sim*, pro *utinam sim*, non opinor negaturos esse grammaticos. Propert. IV. 11. 101. 'Sim digna merendo,' &c. Tibullus in Panegyric. vs. 4. 'Tanti sim conditor acti.' Sic enim legendum. Et vs. 87. 'Sim victor in illis.' Quo pacto ex *sim hercule* provenerit *si me hercule*, quid opus est explicare? *Buher.*

CAP. II. § 5 *Orationeque ea, qua me in perorando cohortabatur*] Lambinus reponendum putavit *qua me in perorando cohortabaris.* At mutatione nihil est opus; cur enim oratio cohortari non dicatur, nullus video. Similiter Noster Acad. II. 33. 'Quid fiet artibus? quibus? iisne, quæ ipsæ fatentur conjectura se plus uti, quam scientia? an iis, quæ tantum id quod videtur sequuntur, nec habent istam artem vestram, qua vera et falsa dijudicent.' Ubi 'dijudicandi vis' artibus adscribitur; ut in loco, quem tractamus, orationi cohortatio. *Davis.* Non aliter infra cap. 35. 'Invi-

Digitized by Google

ta versatur oratio.' Tuscul. I. 46. 'Ita tetra sunt quædam, ut ea fugiat et reformidet oratio.' Ibid. 'Suis se laudibus vita occidens consolari potest.' Amat hunc dicendi ornatum Cicero, a poëtis mutuatum. *Anon.*

In illa oratione nobili] Orationem de collegiis intelligit, quam 'aureolam' vocat infra, cap. 17. Ejus habendæ occasionem exponit de Amicit. cap. 25. *Davis.*

Cap. III. § 7 *Mihi quidem ex animo exuri non potest*] Lambino *exseri*, aliis *erui* placet, aliis *eximi*, aliis denique *exui*. Nulla vero fuit ratio, cur hæc sollicitarent viri docti; ea enim *inuri* dicuntur quæ alte sunt impressa. Vulgaris est hæc metaphora, ut exemplis non egeamus. Plura tamen, si opus est, suppeditabit J. F. Gronovius ad Liv. IX. 3. Huic contrarium est 'exuri.' Videatur illud Plauti Rudent. III. 4. 62. 'La. Ignem magnum hic faciam. Dæ. Quin ut humanum exuras tibi.' Vult igitur Noster, opinionem de Diis immortalibus, in ejus animo radices tam altas egisse, ut nullo modo, ne igne quidem ferroque, possit eximi. *Davis.*

§ 8 *Cur quod (perspicuum in istam partem) ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicuum*] Ita vulgo. Lambinus voluit, *cur quod in ista parte ne egere quidem, &c.* Vulgata sane lectio ferri non potest, licet defensorem nacta sit Pet. Lescaloperium. Sed similes habent labra lactucas. Ut quod res est dicam; voces illæ, uncinis cinctæ, spongiam merentur. Ipsa loquendi ratio imperitum fraterculum satis arguit. *Davis.* Facile doctis quibusdam viris assentior, qui illa verba *perspicuum in istam partem* ex hoc loco amovenda esse arbitrati sunt. Vox *perspicuum* (ut inter illos constat) ex sequentibus adducebatur: et mihi quidem similiter videntur voces *in istam partem* adductæ esse ex præcedentibus. Sic velim, ut legatur tota sententia: *Dic igitur, inquit, quid requiras in istam partem. Egone? primum illud, cur, quod ne egere quidem oratione dixisses, quod esset perspicuum et inter omnes constaret, de eo ipso tam multa dixeris?* Per voces *in istam partem* intellige *sur ce sujet-la*, in ista de Diis immortalibus disputatione. Hujus loquendi generis exempla peti possunt ex Rob. Steph. Thesauro. *Pearc.*

Cap. IV. § 11 *Tantas res opinione stultorum judicari, vobis præsertim, qui illos insanos esse dicatis*] Omnes homines, præter sapientem suum, stultos esse Stoici contendebant: et eorum est paradoxum, πάντας τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι. De eo vide Cic. Parad. IV. *Davis.*

Cap. V. *Homerus*] Iliad. Γ. 345.

§ 13 *Proverbium*] Græce sic effertur: 'Αληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Vide Zenobium Cent. II. 17. et Suidam. *Davis.*

Cap. VI. § 14 *Sequuntur, quæ futura sunt*] Ante hæc verba, textum Ciceronis esse interruptum nemo eruditus non intelligit, quamvis id quidam imperiti librarii dissimulare voluerint. Sed *nihil admodum* in hac lacuna esse deperditum videtur. *Lescaloper.* Qui Latine dicit, *nihil admodum*, perinde est ac si dicat *nihil omnino*. Ergo si *nihil omnino* deperditum est, cur lacunam agnoscit? *Anon.*

Qui ista intellecta sunt a philosophis debeo discere: præsertim cum isti plurimis de rebus divini (vulgo *divinis*) *mentiantur*] Dixerat prius Cotta: 'Rumoribus mecum pugnas, Balbe; ego autem a te (quoniam philosophi uterque personam induimus,) rationes requiro . . . quis invenit fissum jecoris? quis cornicis cantum notavit?' . . . Hic eundem urget locum. *Qui ista, inquit, intellecta sint*, hoc est, quo tandem pacto intellectum sit, atque cognitum, hæc indicia esse ac significationes rerum futurarum, *a philosophis debeo discere*, quorum est opus proprium ac munus, mente præ-

Digitized by Google

judicatis opinionibus libera, veritatem explorare, et rerum causas, modos, rationes explicare; non ab iis, quos tu, Balbe, advocas, vel narratoribus fabularum, vel divinarum artium cultoribus: *præsertim cum isti plurimis de rebus mentiantur.* Hoc ipsum argumentum tractatur, de Divinat. II. 14. Si hæc apta loco est, cumque Ciceronis instituto ac verbis congruens explicatio, standum est auctoritate manuscripti codicis regii, omittentis vocem *divinis.* Ei Walkerus ultimam demit litteram, legitque *divini.* Videre debuerat, hujus nominis vim contineri in pronomine *isti,* quod evolvi sic debet: Ii, quos tu laudas, quibus credis, quos mihi objicis. *Anon.* *Divinis,* quos habent vulgati omnes, ferri non poterat. Vocem tamen integram omittere cum non auderem, Walkeri conjecturam admisi; quæ si non prodest, non nocet. *Olivet.*

Cap. vii. § 17 *Quod Chrysippum dicere aiebas*] Forte, *quæ Chrysippum dicere aiebas;* vel in antecedentibus, *eodemque illud etiam differemus.* Harum emendationum alteram flagitat oratio. *Davis.*

§ 18 *Quæque in domo pulchra cum pulchritudine mundi comparabas, et cum totius*] Delenda videtur copula *et.* Wopkens.

Quæ a te nudiustertius dicta sunt] Ἁμάρτημα μνημονικόν, totus enim hic dialogus uno die fingitur habitus. Vide Fulv. Ursinum ad II. 29. *Davis.*

Cap. viii. § 20 *Quod nihil in rerum natura*] Ita dedi, veteres libros secutus; nam vulg. *quo nihil* exhibent. *Davis.* Quod offert Davisius, equidem accipiam libens. Qui tamen sint libri quos appellat veteres, nescio. Quare duces quatuor meos deserere nolui. *Olivet.*

Cap. ix. § 22 *Acuta conclusio dilatavit*] Difficilis locus, et fortasse corruptus; de quo varie conjecerunt docti; alii enim legerunt *dilucidavit,* alii *declaravit,* alii *coarctavit:* omnes fere statuerant vocem vulgatam *dilatavit* repudiandam esse, excepto Lescaloperio, qui eam retinuit, sensumque loci hunc voluit esse: Breve argumentum Zenonis ansam tibi dedit ad locum istum amplificandum. Olim conjeceram legendum esse, *acuta conclusio non dilatavit:* ut *non dilatare locum totum* significet eum non satis illustrare, et in omnibus suis partibus explicare. Sed de hoc nihil certi habeo quod dicam. *Pearc.* Fortasse hoc vult Cicero: hunc locum Zeno explicavit aliquanto fusius, quam solebat. Aliter enim dilatat verbosus, aliter breviloquens. *Anon.* Ego illud *dilatavit* hunc in modum interpretor: sic expressit, ut dilatationis satis amplæ vicem præstiterit. Zenonis conclusio sic continebat partes omnes loci illius, de quo hic loquitur Cotta, ut totum illum locum quasi patefaceret ac panderet. *Wopkens.*

Cap. x. § 24 *Ne tertianas quidem febres*] Nisi placeat illa Lambini conjectura, pro qua reposuit *ne tertianas quoque febres;* lege *ne tertianas item febres,* quod etiam M. A. Mureto venit in mentem. Certe flagitat loci sensus, ut vel hanc vel illam emendationem recipiamus. *Davis.* Frustra trepidant critici, et ferrum ignemque adhibent, ubi nihil est morbidum. Quid Cotta dicit? *Si omnia quæ certis temporibus ordinem suum conservant, divina esse ducimus,* uti vis: *vide* (cave,) *ne dicendum sit febres,* si non omnes, *tertianas quidem, et quartanas, divinas esse.* Si non omnes, tertianæ quidem, et quartanæ, certis temporibus ordinem suum conservant: consequens est ergo, has saltem esse divinas. *Anon.*

Cap. xi. § 28 *Oratio de convenientia, consensuque naturæ, quam quasi cognatione continuatam*] Davisius legit *cognatione continuata.* Bene; ut in sequentibus hic apparebit. Sed ne sic quidem menda omni carebit locus. Puta Ciceronem scripsisse, *Oratio de*

Digitized by Google

convenientia consensuque partium naturæ, quas cognatione continuata conspirare dicebas. In vulgata lectione, si istæ voces *convenientia, consensus,* et *conspirare* de natura, re una, dici possint non ineleganter, at illa lectione recepta, ea, quæ sequuntur, (ut in proxima nota probaturus sum) non satis defendi possint. Ut vero promptiores simus ad reponendam vocem *partium,* reputemus ea quæ dicta sunt in II. 7. 'Hæc ita fieri, omnibus inter se concinentibus mundi partibus, profecto non possent,' &c. Et quæ Noster dicit in Academ. I. 7. 'Natura cohærens et continuata cum omnibus suis partibus.' Itemque ea quæ cecinit Virgilius, Georg. II. 483. 'Sin, has ne possim naturæ accedere partes, Frigidus obstiterit,' &c. Vulgatam item vocem *quasi* jure hinc exulare cognoscimus ex iis quæ Cotta, simili modo omisso *quasi*, dixerat in eodem cap. 'Tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio, quem non coget,' &c. Ex quo discimus hic scribi debuisse *cognatione continuata,* et veram lectionem *quas* male in *quasi* mutatam fuisse. *Pearc.*

Nisi ea uno divino spiritu contineretur] Ex superiore nota discimus legendum esse, *nisi eæ* (sc. partes) *uno divino spiritu continerentur. Illæ vero cohærent et permanent naturæ viribus.* Si legamus cum vulgatis editionibus *ea, illa, cohæret, permanet,* tum inepte dicetur *natura cohærere et permanere cum naturæ viribus.* At si hæc omnia ad *partes* naturæ referas recte se habebit sententia, et Ciceronis calamo non erit indigna. Sic in II. 7. occurrit, 'Nisi ea (potius 'eæ,' sc. mundi partes) uno divino et continuato spiritu continerentur.' *Idem.*

Illa vero cohæret et permanet naturæ viribus] Veniam hanc dabit mihi doctissimus atque humanissimus Pearcius, ut nihil mutem. An vero, inquies, dicit Cotta, naturam cohærere, et permanere viribus naturæ? Dicit omnino; neque aliter debuit; eam nempe sententiam defendens, quam exposuit Plinius in ipso aditu Nat. Hist. II. 1. ubi de mundo dicitur: 'Cuncta complexus in se; idemque rerum naturæ opus, et rerum ipsa natura.' Itaque natura, ut opus, cohæret, et permanet, viribus naturæ, ut opificis. Si hæc deliramenta percipi animo nequeant, aut verbis explicari, id neque mirandum est, neque Christianis dolendum. *Olivet.*

CAP. XII. § 29 *Illa autem, quæ Carneades afferebat*] Similia leguntur apud Sextum Empiricum adv. Mathem. lib. IX.

Ergo itidem si omne] Ita Vict. et Grut. Sed melius, ni fallor, Man. et Lamb. *Et, si omne, &c.* Nova enim ratiocinatio est; non superioris conclusio.

CAP. XIV. § 35 *Vos autem dicitis, omnem vim esse ignem*] Respicit Cotta quæ Balbus dixerat, II. 10. 'In illo calido et igneo inest procreandi vis.' Et cap. 12. 'Ex mundi calore motus omnis oritur.' Zeno statuebat ignem esse 'ipsam naturam, quæ quidque gigneret.' Acad. I. 11. *Anon.*

§ 36 *Quamobrem id quidem commune est de calido: veruntamen videamus exitum*] Quasi dicat: Quare quod ad calorem pertinet, id illi proprium non est, ut absque illo animalia vivere non possint, sed commune cum humore et spiritu, sine quibus pariter animantium vita servari nequit. *Lescalop.* Frustra laborant nonnulli, ut voces *de calido* donent sensu non indigno Cicerone. Buherius reponendum esse censuit *quamobrem id quidem commune eis est et calido.* Hæc conjectura sensui satisfacit: at ego suspicor voces *de calido* ex alia parte sententiæ (ut sæpius evenit) in aliam transiisse. Legendum, puto, *quamobrem id quidem commune est; veruntamen de calido videamus exitum.* Sensus tum demum erit: Quapropter id est commune iis, de quibus dixi,

Digitized by Google

nempe humori et spiritui, ut corpora intereant, iis amissis. Deinde addit Cicero: Veruntamen sequamur hoc argumentum, quo uti cœperamus, *de calido*, videamusque quomodo concludetur. *Pearc.*

Ita vultis, opinor, nihil esse animal extrinsecus in natura atque mundo, præter ignem. Qui magis, quam præter animam, unde animantium quoque constet animus, ex quo anima dicitur] Quanquam hic locus non est ex Heraclito petitus; totus tamen est, ut ita dicam, Heracliteus, id est, admodum obscurus. Quid enim huc pertinet inprimis hoc vocabulum *extrinsecus?* Adeo non pertinet, ut Stoicorum placitis penitus adversari videatur; nec enim Stoici voluere *nihil esse animal* (vel, ut legunt nonnulli, *animale*) *extrinsecus*, sed *intrinsecus* potius *in natura atque mundo præter ignem*, quem scilicet rebus omnibus insitum et innatum tota Porticus defendebat, non res *extrinsecus* duntaxat allambentem. Quæ vero sequuntur, nihilo sunt expeditiora. *Qui magis, quam præter animam.* Alii enim voculam *qui* destituunt, accentu alii notant, alii pronomen, alii adverbium interrogandi faciunt. Nec minus hæreo in his verbis, *unde animantium quoque constet animus, ex quo anima dicitur.* Nam cur potius anima ex animo dicatur, quam animus ex anima? cum præsertim dixerit Cicero Tusc. I. 9. 'Ipse autem animus ab anima dictus est.' Conandum nobis est solvere hos nodos, nec desperandum, Lutetiæ præsertim, in tanto librorum doctissimorumque virorum subsidio. Sic igitur hic locus exponendus videtur: I. *Ita vultis, opinor:* Ea est sententia vestra, o Stoici, ut quidem existimo: *nihil esse animal extrinsecus in natura atque mundo, præter ignem*, id est, ex igne, tanquam ex actu primo, omnem mundi motum proficisci, ait Aldus Manutius; quod quidem Stoicam ad mentem vere dictum est; hunc autem ad locum, meo quidem judicio, minus commode; non enim exponit hoc *extrinsecus*, quod nobis hic præcipuum negotium facessit. Quare nihil propius fuit, quam ut oppositum adverbium *intrinsecus* substituerem, sensu quidem longissime dissitum, sed literis affine, propter eam, quam dixi, causam. At cum repugnaret omnis codex, vetus perinde ac recens, ipseque adeo ab omni novitate abhorrerem, quod omnis Tullii censor retinuerat, retinendum esse duxi *extrinsecus*, atque hanc sententiam ita exponendam: *Nihil esse animal extrinsecus in natura atque mundo, præter ignem*, hoc est, nihil esse in omni rerum natura, et universitate, quod sit ex sese animal, etiam extrinsecus, hoc est, extra animantium corpora positum, *præter ignem*, qui quidem 'ignis ex sese ipse animal est, nulla se alia admiscente natura,' ut paulo inferius habetur; id est, extra omnem aliam naturam, quæ se illi adjungat; uno verbo, simplex et incompositus, ut est in supera regione. Non aliter intelligi posse putavit hoc *extrinsecus*, vir scientissimus æque, et amantissimus litterarum P. Philippus Labbe, quem, pro sua humanitate, non piguit nostras identidem audire conjecturas, et nostris adesse conatibus. Verum, ut ingenue fatear, licet commodius nihil invenerim; tamen, si hoc voluit Cicero, (nondum enim mihi liquet) potuit sane verbis apertioribus mentem suam facere nobis exploratiorem. Sed in eo explanando porro pergamus. II. *Qui magis, quam præter animam?* Quomodo, inquit, sive qua causa magis vultis nihil esse animal extrinsecus in mundo præter ignem, quam præter animam; hoc est, præter aërem, qui spiritu ducitur? Et vero ipse Virgilius 'pro spiramento animam dicit,' ut auctor est Macrobius in Somn. Scip. I. 14. ubi et illud Maronis affert, 'Quantum ig-

nes, animæque valent.' III. *Unde*, id est, qua ex anima, sive, quo ex aëre animantium quoque constet animus. Multi enim veteres philosophi aëreum esse animum censuerunt: imo 'ipsum esse aëra dixit Anaximenes; Hippocrates spiritum tenuem per corpus omne dispersum; Democritus spiritum insertum atomis,' &c. Macrob. in Somn. Scip. loco illo mox indicato. IV. *Ex quo anima dicitur*: quod unum superat ex difficili loco; sed difficillime expediendum, nisi quid immutetur in hoc contextu, ob eas, quas paulo ante produxi, rationes. Quare ut ne quid inepti sit in hac sententia, neve tantus orator, tamque diligentis prudentiæ vir secum ipse rixetur, fas mihi sit unam addere litterulam, ac legere *animal* pro *anima*. Ita belle quadrant omnia, nec jam pugnæ quidquam est super, cum dicitur animus ex anima, ex animo animal suam ducere appellationem, perinde ut naturam. *Lesenlop*.

CAP. XVI. § 40 *Ut Capram, ut Lupam*] *Nepam* pro *Lupam* habet antiquus liber, et recte; nec enim Lupæ simulacrum inter sidera relatum fuisse apud scriptores reperitur. *Ursin.* Quamvis igitur *Lupam* exhibeant vulgati omnes, ab illis hic discessimus. Negabat quidem Yvo Villiomarus, hoc est, Josephus Scaliger, Animadvers. in Rob. Titii IX. 4. *Nepam* hic posse collocari, propterea quod scorpius non sit bellua. Tamen Aratus, Phænom. vs. 84. *nepam* vocat μέγα θηρίον, *immanem belluam*. Unde et illud Ovidii, Met. II. 197. 'Porrigit in spatium signorum membra duorum.' *Olivet.*

§ 42 *Phrygias litteras*] Quid hoc rei sit ex Plutarcho didici lib. de Isid. et Osir. p. 362. Οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασι, ἐν οἷς λέγεται, κ. τ. λ. Unde intellexi, Φρύγια γράμματα, *Phrygias litteras*, librum esse pervetustum, veteres complexum sive historias, sive fabulas. *Buher.*

Quartus Jovis et Asteriæ] Alia omnia fabulosæ veteris historiæ scriptores. Apollodorum quidem, Biblioth. I. 4. 1. Hygin. Fab. LIII. reliquos si audimus, Asteria Jovem contempsit. Credamus ergo, Ciceroni præsto fuisse ignotos nobis auctores, ac fortasse Pœnos. De Hercule Tyrio Herodotus II. 44. *Idem.*

CAP. XVIII. § 45 *Si hi Dii non sunt, quia nusquam coluntur, quomodo illi sunt*] Forte *qui*, non *quia*; si enim legamus *quia*, necesse est ut intelligamus *quomodo illi etiam sunt Dii, quia nusquam coluntur?* ut Cicero ex eo probaret, illos non esse Deos, quod nullus illis cultus adhibitus fuit. At hoc videtur contra mentem Ciceronis, qui per vocem *illi* intelligit eos, quibus cultum tributum fuisse antea memorarat. *Pearc.*

CAP. XXII. § 55 *Ex quo Minerva Apollinem*] Ita Man. et Lamb. Victorius autem et Gruterus *ex quo et Minerva, &c.* Satius, opinor, fuerat omitti conjunctionem *et*, qua editiones aliæ sine incommodo caruerant. Nam si existimavit Davisius, qui Gruterum sequitur, mancam esse hanc phrasim, *ex quo Minerva Apollinem*, debuerat videre, e proxima revocandum esse verbum 'procreavit.' *Olivet.*

CAP. XXIII. § 58 *Quæ pinnatum Cupidinem genuisse dicitur*] Cur *pinnatum?* An ergo non pinnati Cupidines cæteri? Non est mihi dubium, scripsisse Ciceronem *primum Cupidinem*. Dicet enim mox, 'Cupido primus, Mercurio et Diana prima natus.' Quod ut erat ad nominum vitandam confusionem necessarium, ita nunquam est a Cicerone, in hac tot nominum recensione, prætermissum. *Buher.*

Tertium Caprio patre] De hoc Caprio nihil est a quoquam memoriæ proditum. L. Ampelius, cum has e Cicerone fabulas describeret, vide-

Digitized by Google

tur legisse *Cabiro;* unde satis probabilem duxit conjecturam Jac. Gronovius, pro *Caprio* reponendum esse *Cabiro.* Futilis visa est Davisio; non mihi. Habemus enim ex Apollonii interprete Argonaut. I. 917. cujus verba descripsit auctor Etymologici Magni, v. Κάβειροι, duos duntaxat primis temporibus Cabiros fuisse, seniorem, Jovem; Bacchum, juniorem. Vix dubium esse possit, quin Cicero hic de Baccho loquatur Cabiro, et Jovis Cabiri filio. Nihil video, ut in re admodum incerta, certius. *Baker.*

CAP. XXV. § 65 *Efficiam profecto, ut fateare. Sed*] Et pendet sententia, et lacuna ingens partem hujus libri tertiam, ac fere quartam absorbuit Hanc veterum olim Christianorum religione factam esse labem, scio quosdam dicere: quæ dicendi causa sit, nescio. Quid enim fuit denique, cur hæc amputarent, alia relinquerent haud minus noxia, si non etiam magis? Arnobius quidem, lib. III. alios facti auctores indicat, cultores ipsos Deorum. 'Tullium enim,' ait, 'nullam veritum impietatis invidiam, ingenue, constanter, et libere, quid super populari de Diis opinatione sentiret, sic explicasse, ut perorata esset hæc causa, nec secundas actiones a Christianis postularet. Idcirco esse non paucos, qui aversentur et fugiant de hoc argumento libros ejus; quin etiam alios dicere, oportere statui per senatum, aboleantur ut hæc scripta, quibus Christiana religio comprobetur, et vetustatis opprimatur auctoritas.' Quæ scripta vero, si non hæc de Natura Deorum? Quid enim? Romanorum Deos oppugnat homo Romanus, consularis, initiatus, augur, pontifex. Si ergo scelus is fecit, cui prodest factum; non est difficilis conjectura, utris in partibus, Christianis an aliis, quæri hujus libri violatores oporteat. Verum hanc nobis pauperiem religio fecerit, an superstitio; ignis, an aqua; homo, an quadrupes; quid scire interest? ubi nihil solatii restat, nisi, quod ille ait, ut 'quod vides perisse, perditum ducas.' *Olivet.*

Nequaquam istuc istac] Ut ostendat disputator Academicus quod instituit, in ratione multum esse ad concinnanda scelera, e veteribus tragœdiis exempla quædam producit. Hi duo versus fuisse videntur in ea oratione, quam habuit irritata Niobe, cum 'venturi præscia Manto' Thebanas mulieres ad divinos honores Latonæ et Latonigenis deferendos esset adhortata. Ovid. Met. VI. 157. Nequaquam istud negotium ista via procedet, res non ita fiet uti tu suades. *Magna inest certatio:* Grave et longum certamen inter nos committemus ego et Latona, priusquam me sibi subjectam habeat. *Anon.*

Num ut ego illis supplicarem] *Illis,* hoc est Latonæ, Apollini, Dianæ. *Eritne ut ego illis supplicarim?* Interrogatio cum indignatione. Atque in his duabus voculis, *ego illis,* plus inest, quam in tricenis versibus, quos apud scriptorem Metamorphoseon eadem hæc Niobe declamitat. Legas, et conferas. *Idem.*

CAP. XXVI. § 66 *Omnium seminator malorum*] Cur hic versus esse dicitur *omnium seminator malorum?* Opinor, quia nihil est tam turpe, tam flagitiosum, quod projecta illa, et effrenata cupiditas hominis, propositum ad facinus quacunque ratione et via, per fas et nefas ruentis, intentatum relinquat. At idem versus omnium quoque bonorum seminator recte dici potest: ad quem enim apicem virtutis et gloriæ non aspirat magno animo vir, qui vult quod vult? *Lescaloper.*

Ille transversa] *Ille,* pater meus Æetes, *transversa mente,* alieno abs me animo, *mihi tradidit repagula,* quibus cum utatur ad me includen-

Digitized by Google

dam, ipsa utar ad recludendam omnem iram. *Perniciem illi dabo:* Absyrtum ejus filium interficiam, vellus aureum, regni insigne, auferam, &c. *Idem.*

§ 67 *Postquam pater, &c.*] Vide sis pro lege Manilia cap. 9. Sic et inter alios, Apollodorus Bibl. I. 9. § 25. Sed alio prorsus modo rem narrant Apollonius Rhodius Argon. IV. 455. et Hygin. Fab. XXIII. *Davis.*

§ 68 *Major mihi moles, &c.*] Duos hosce versus iambicos exhibet etiam Noster de Orat. III. 58. et Tusc. IV. 36. Ex Accii sunt Atreo deprompti, simul ac ii qui sequuntur, ut eruditis placet. *Idem.*

CAP. XXVII. *Addo huc, quod*] Typographi nostri, Gruterianos secuti et Davisianos, apice oneraruut istud *quod*, et sic fecerat Robertus quoque Stephanus. Adverbii tamen locum hic non occupat, si recta est, ut equidem arbitror, Lescaloperii paraphrasis: *Addo huc* (ad incestum) *Thyestem quondam ausum esse clepere* (clam surripere) *e regia* (e palatio meo) *agnum clarum coma aurea* (vellere aureo) *quod prodigium cœlestum pater misit mihi, portento* (per portentum, sive per faustum omen) *regni stabilimen mei* (ut esset ille monstrosus agnus regni mei firmamentum: erat enim in fatis, ut is regnaret, penes quem ille agnus esset): *qua in re* (quo in furto) *adjutricem conjugem cepit sibi* (Thyestes adjutus est ab Ærope uxore mea, quam scilicet ad id facinus illecebris suis et adulterio compulit). *Olivet.*

§ 69 *Spe dubiæ salutis*] Legi possit *spe dubia salutis*, prout amplissimus Buherius emendavit. Nostri tamen codices receptæ scripturæ pertinaciter adhærent, nec eam moveo. *Davis.*

CAP. XXVIII. § 70 *Quæ est in collatione ista similitudo*] Non dubito, quin voces, *in collatione*, sint explicatio librarii, primitus ad marginem scripta, sed quæ postea textum ipsum invasit. Voluit enim fraterculus iste Tullii mentem plenius declarare: quocirca collationem, seu comparationem, quæ præcessit, nihil ad rem facere verbis disertis monuit. *Idem.*

Pheræo Jasoni] Vide Plin. VII. 51. et quæ ibi annotavit Joan. Harduinus, quem, studiorum olim meorum fautorem et adjutorem, hodie cælitem numero. *Olivet.*

CAP. XXIX. § 72 *In Eunucho*] Terentii I. 1.

§ 73 *Phormio*] In fabula Terentii II. 2. 7.

CAP. XXX. § 74 *Auri Tolosani*] Quod Q. Cæpio consul diripuit. Præter historicos, vide sis Gellium III. 9. *Davis.*

Conjurationis Jugurthinæ] De qua Sallustius.

Tubuli] De quo I. 23. et de Finibus, II. 16.

Posteriora, de incestu rogatione Peducea] Ad illustrandum hunc locum facit, quod narrat Asconius, in orat. pro Milon. 12. 'Sext. Peduceus tribunus pleb. criminatus est L. Metellum pontificem maximum, totumque collegium pontificum male judicasse de incestu virginum Vestalium, quod unam modo Æmiliam damnaverat, absolverat autem duas, Marciam et Liciniam. Populus L. Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quæreret: isque et utrasque eas, et præterea complures alias damnavit.' *Buher.*

Judicium de dolo malo] Vide Offic. III. 14.

CAP. XXXI. § 76 *Contra Deum licet disputare liberius*] Quid ita? quoniam, inquit Academicus, cum sit Deus longe perfectissimus intelligendi potestate, prudentia, et reliquis virtutibus, quæ ad gubernationem spectant, si quid ab illo peccatum erit, minime omnium sit excusandus. Dei causam adversus Aca-

Digitized by Google

demicos egerunt innumerabiles theologi. *Lescal.*

Eam dedisses hominibus rationem] Hic *dedisses* perinde valet ac *dare debueras*. Est enim modus, quem grammatici potentialem vocant, et quo significari aiunt, post Priscianum lib. XVIII. non solum potestatem rei efficiendæ, sed voluntatem quoque, atque etiam debitum. *Idem.*

§ 78 *Quanti ejus nomen putetis*] Legendum videtur, *quanti ejus numen putetis*. Davis.

CAP. XXXII. § 79 *Nam si curent*] Non monuerunt interpretes, unde petitus sit hic versus. Ex Ennii Telamone, ubi duobus illis subjungitur, quos descripsit Cicero de Divin. II. 50. *Buher.*

§ 80 *Omnium perfidiosissimus*] Omnium utique perfidiosorum perfidiosissimus. Sic enim esse resolvendas phrases illas docent grammatici. *Anon.*

CAP. XXXIII. § 82 *Quam multos ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus*] Athenis arcem Pisistratus et tyrannidem occupavit, anno periodi Julianæ 4153. Vita excessit, 4186. regiam potestatem obtinuit annos 18. non tamen continentes, sed exiiiis duobus interruptos. Urbe pulsus anno 4161. locum recepit 4166. pulsus iterum 4170. rediit 4180. Quæ sunt a me exposita olim fusius, et idoneis præsidiis firmata, in dissertatione, Trevoltiensibus, ut vocant, Commentariis inserta, ann. 1709. mens. Octob. *Buher.*

CAP. XXXIV. § 83 *Cum bene planeque percepisset*] Quemadmodum ex Academicorum præscripto, percepisse oportet atque comprehendisse, antequam assentiare. *Anon.*

Tyrannus Gelo] Valerius Maximus Geloni Hieronem substituit; sed falso, ut quidem apparet. Cum enim duo fuerint Hierones reges Siciliæ, vel potius tyranni; prior Gelonis frater, qui illi successit; posterior, qui multo post tempore imperitavit; neuter Carthaginienses bello vicit, sed Gelo, deletis uno prælio centum quinquaginta millibus, ut auctor est Diodorus Siculus lib. XI. et ex illo noster Petavius de Doctr. Temp. lib. XIII. ad ann. Per. Jul. 4218. Unde jure colligo non alium quam Gelonem, amiculum aureum Jovi Olympio ex manubiis Carthaginiensium obtulisse. *Lescal.*

Atque in eo cavillatus est] Hoc est, in eo amiculo, occasione hujus amiculi cavillatus est; in eo jocandi et cavillandi materiam invenit. *Anon.*

CAP. XXXV. § 84 *In Tympanidis rogum illatus est*] Relegenti mihi de pyra Dionysio atructa quod litteris mandavit Athen. V. 9. in mentem venit Tullium scripsisse forsan, *vi tympani in rogum illatus est*. Tympanum vocabant machinam attollendis ponderibus idoneam; quod certum e Vitruv. X. 4. Nemo nescit, exequialis pompæ partem fuisse non postremam, pyræ altitudinem, in quam non facile sustolleretur lectus gravis imposito cadavere, atque ornamentis, impedimentisque varii generis. In regii hujus funeris apparatu, qui rogum struxerat, Timæus artifex, excogitaverat, ut quidem videtur, quidpiam singularis machinamenti, quo res facilius succederet, et expeditius. Inventum celebravit fama, historiarum consignata monumentis, et dignum commemoratione duxit Tullius; si tamen ita scripsit, uti ego suspicor, vestigiis insistens veterum quorundam codicum, in quibus est, *vi timpanitis rogo*, vel *rogum*. Quid hoc sit quod affero, judicent eruditi. Tympani formam, ex veteri reperto Capuæ monumento expressam, descriptionemque publicavit anno 1727. Alexius Symmachus Mazochius. *Buher.*

§ 85 *Sic mundi divina in homines moderatio*] Cum hic occurrant tum *mundi*, tum *in homines*, aut hoc, aut

Digitized by Google

illud rejiciendum videtur. Davisius omittit vocem *mundi*; ego vero voces *in homines*, quia recte dicitur *moderatio mundi*, non tamen recte, ut opinor, *moderatio in homines*. Pearc.

Cap. xxxvi. § 88 *Spei, Salutis, Opis, Victoriæ facultas a Diis expetenda est*] Hæc opponuntur *menti, virtuti, fidei*, quæ dicit Cotta 'in nobis ipsis sita esse.' Annon vero *spes* tam in nobis sita est, quam *fides*? Cur igitur hæc vox cum iis conjungatur, quæ non in nobis insunt, sed a Diis *expetenda* sunt? Locus est, opinor, corruptus, quem sic restituo, loco vocis *spei* mutato, *Quamobrem licet menti delubra, et virtuti, et fidei, et spei consecremus; tamen hæc in nobis ipsis sita videmus: salutis, opis, victoriæ facultas a Diis expetenda est.* Nec aliter Cotta antea locutus erat in cap. 24. 'Aut enim in nobismetipsis insunt, ut mens, ut fides, ut spes, ut virtus, ut concordia: aut optanda nobis sunt, ut honos, ut salus, ut victoria:' ubi 'spes' (ut in ea, quam præ me fero, lectione) cum 'mente,' 'fide,' et 'virtute' conjungitur, non cum 'salute,' &c. *Idem.*

Cap. xxxviii. § 90 *Myrtili*] Mercurii filius erat Myrtilus, quem Pelops in mare jecit. *Davis.* Evolvendis Charisii monumentis inveni, unde sint hi versus. Sunt autem ab Accio poëta sumpti, quem ille nominat Institut. Grammatic. lib. I. *Manut.*

Cap. xl. § 94 *Quos* (*muros*) *vos pontifices, sanctos esse dicitis*] Vide Plutarch. Quæst. Rom. 17. et Justinian. Instit. lib. II. tit. I. 10.

§ 95 *Ad veritatis similitudinem*] Vide de Divin. I. 5.

DE OFFICIIS

LIBER I.

Cap. I. § 1 *Annum jam*] Annus jam elapsus fuerat, ex quo Marcus filius, victo interfectoque Pompeio, Athenas profectus erat. Marcus autem pater post Cæsaris necem, cum de republica desperasset, omnemque concordiæ spem amisisset, in otium parumper secessit, ut hos de Officiis libros scriberet, A. U. C. 709. et 710. In Pompeiano suo erat, cum scribere cœpit. *Facc.*

Cratippum] Cic. filius ad Tironem Famil. lib. XVI. 'Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse conjunctissimum. Nam cum et audio illum libenter, tum etiam ejus propriam suavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo: noctisque sæpenumero partem. Exoro enim ut mecum quam sæpissime cœnet. Hac introducta consuetudine, sæpe inscientibus nobis, et cœnantibus obrepit; sublataque severitate philosophiæ, humanissime nobiscum jocatur. Quare da operam, ut hunc talem, tam jucundum, tam excellentem virum videas quam primum.' Secundo horum librorum ait eum esse iis simillimum, qui ista præclara pepererunt; et in Timæo, Peripateticorum omnium, quos quidem ipse audiverit, suo judicio facile principem. Mityleneus autem erat Cratippus. *Muret.*

Idque Athenis] Eas Cicero de Orat. lib. I. 'Omnium doctrinarum inven-

Digitized by Google

trices' vocat. Ibi esse 'domicilium studiorum,' de Orat. lib. III. et in Oratore, Atheniensium semper fuisse 'prudens sincerumque judicium, ut nihil audire possent nisi incorruptum, et elegans.' In libro de Fato: 'Athenis tenue cœlum, ex quo acutiores etiam putantur Attici; crassum Thebis; itaque pingues Thebani, et valentes.' Conjungit autem tria, doctorem, tempus, locum. *Idem.*

Feci] Deest vox hæc in aliquo Ms. nec sane necessaria est. Ad sensum quod attinet, et Cicero pater Græce Latineque declamabat, ut ipse de se scribit in Bruto; et filius ut est in epistola modo allata. *Facc.*

§ 2 *Quoniam utrique et Socratici et Platonici esse volumus*] Id est, nos Academici, et vos Peripatetici, (Cratippus enim erat Peripateticus) volumus esse Socratici et Platonici, id est, Socratis et Platonis decreta tueri volumus; philosophiam moralem Platonicam a Socrate acceptam sequimur. *Muret.*

Legendis nostris] Duo hæc verba credibile est addita fuisse margini ad explicationem, ut fieri a grammaticis solet. Thomas Cockman in editione 1716. codicem memorat Oxoniensem, in quo desunt. Sane battologia quædam videtur hæc *nostra legens*, *legendis nostris*. Facc.

§ 3 *Qui jam illos*] *Illos*, hoc est, libros alterius generis, ante memoratos. Qui libri sunt orationes, vel, si maluinus, libri orationum. Alii legunt, *Qui jam se illis fere, &c.* Anon.

Demetrius Phalereus] In temperato dicendi genere excelluit. Dicitur 'dulcis,' quemadmodum et Theophrastus, quem secutus est, 'dulcis' vocatur in Bruto. Ceterum philosophus potius, quam rhetor, habitus est. *Facc.*

§ 4 *Contempsit alterum*] Aristoteles videlicet oratorium dicendi genus, Isocrates philosophicum contempsit: neque enim ad æmulationem, quæ nulla inter eos fuit, istuc referendum est; ut male quidam hic annotarunt. *Langius.* *Contempsit*] Hoc est, noluit tractare. *Græv.*

CAP. II. *Hoc tempore*] Idem ad Attic. XV. 33. 'Nos hic φιλοσοφοῦμενα (quid enim aliud?) et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus, προσφωνοῦμενque Ciceroni.' Qua de re enim potius pater filio? Deinde alia. *Facc.*

Latissime patere] Prima ratio, cur de Officiis scribat, quod materia latissime patet ad omnem vitæ partem. *Idem.*

Tecum agas] Solus per te agas, et tibi agas. Sunt enim officia quædam, quæ sibi quisque debet. *Idem.*

§ 5 *Quæstio communis*] Secunda ratio, quia quamvis quæstio hæc de Officiis sit philosophorum omnium communis, non tamen revera philosophi omnes de Officiis præcipere possunt vel recte præcipere. *Idem.*

§ 6 *Alio loco*] Tuscul. Quæst. lib. IV. et libris de Finibus Bonorum et Malorum.

Conjuncta naturæ] Quæ consentiant naturæ humanæ. Honestatis originem deducunt Stoici a natura, secundum quam vivere, bene vivere est. Neque quicquam fieri potest secundum naturam, quod fiat repugnante ratione, ut docet Tuscul. Quæst. lib. IV. *Græv.*

Qui solam] Sine adjunctione rerum exterarum. Vide Tuscul. lib. v. Hi vero sunt Stoici; ut illi, qui honestatem propter se, hoc est propter suam vim et naturam, dicunt expetendam, sunt Academici et Peripatetici. *Idem.*

Aristonis, Pyrrhonis, et Herilli] De quibus in Lucullo, et in libris de Finibus.

CAP. III. § 7 *Omnis de officio duplex est quæstio*] Cur non statim definit officium? Quia cum officiorum non unum genus sit, una communis officii definitio tradi non potest. Prius igitur docendum fuit, de quo ge-

Digitized by Google

nere officiorum disputaturus esset, quam officium definiretur. Certi autem officii, antequam in propositam disputationem ingrediatur, definitionem tradet, ut paulo ante faciendum præcepit. Sed quia duplex est quæstio, id est, ratio quærendi, ac disputandi de officio, ideo prius admonet, utram in his libris sequi ac tenere decreverit. Unum igitur genus disputationis est δογματικὸν, quod pertinet ad finem bonorum, id est, ut ait Seneca, ad constitutionem summi boni; ut cum docetur, nihil esse bonum, nisi quod est honestum; nihil malum, nisi quod vitiosum; omnia minima maxima divino consilio ac providentia administrari; mundum hunc civitatem quandam esse Deorum hominumque communem; omnes homines ita inter se esse natura conjunctos, quasi unius corporis membra; liberos a Deo creatos ac genitos esse animos nostros, quare nefas esse eos a nobis rebus externis, ut opibus, honoribus, corpori, in servitutem addici. Curanda nobis esse, quæ a nobis sunt; quæ extra nos, negligenda. In nobis esse opinionem, impetum, appetitionem, declinationem, uno verbo, quæcumque opera nostra sunt; extra nos, possessiones, honores, imperia, corpus ipsum. Quæ in nobis sint, ea natura libera esse, neque prohiberi posse, neque impediri; quæ extra nos, imbecilla, servilia, aliena. Hæc et similia vocabant Stoici δόγματα, id est, ut Seneca interpretatur, scita, decreta, placita philosophiæ. Tale autem disputationum genus Cicero hoc loco ait ad finem bonorum, id est, ad veram ac perfectam summi boni cognitionem et intelligentiam, pertinere. *Muret.*

Alterum, quod positum est in præceptis] Hoc genus Græci, ut est apud Senecam, παραινετικὸν vocant, in quo μερικῶς docetur, quid patriæ, quid parentibus, quid liberis, quid amicis præstare debeamus. Ad hæc duo genera Posidonius addebat χαρακτηρισμοὺς, quos etiam jocans Seneca, publicanorum verbo εἰκονισμοὺς vocari posse ait, id est, virtutum ac vitiorum et hominum, qui eis præditi sunt, descriptiones: et tales sunt ii, qui Theophrasti nomen præferunt, χαρακτῆρες. Hos quoque Seneca fatetur ex usu esse. Quia enim facilius omnia notamus, et animadvertimus in aliis, quam in nobis, prodest spectare illas imagines, ex quibus aliquid in nos transferamus, aut demus operam ne tales simus, quales ii, quos aut contemnimus, aut aversamur. Hujus tertii generis, quod χαρακτηριστικὸν vocemus licet, Cicero hoc loco non meminit; sed illa tantum duo ponit notiora et celebriora. *Idem.*

Confirmari] Lambinus, et Grævius *conformari;* utrumque recte. Natura enim ad officium ducit; præceptis confirmatur quod illa inchoaverat; 'Rectique cultus pectora roborant,' ut inquit Horat. IV. Od. 4. 34. *Anon.*

Omniane officia perfecta sint: num quod officium aliud alio majus sit] His verbis subvereor equidem ne insit aliquid vitii. Nunquam enim legi disputatum esse a Stoicis, *omniane officia perfecta sint;* ac ne videatur quidem, si sibi constare ac consentire vellent, (constantiæ autem in dogmatis suis laus eis præcipua tribui solet,) ea de re disputare potuisse. Certe enim ita ab ipsis traditur, officium aliud perfectum esse, quod κατόρθωμα, aliud inchoatum, et imperfectum, quod generis nomine καθῆκον vocant. Ut igitur si quis cum poneret, animal aliud esse rationis capax, aliud rationis expers, si quærere vellet, omniane animalia rationis capacia essent, merito irrideretur; ita Stoici cum hoc in ipsis doctrinæ suæ principiis ponant, officium aliud perfectum esse, aliud imperfectum, non videntur posse hanc quæstionem tractare, *omniane officia perfecta sint.*

Digitized by Google

Suspicor igitur, pro *perfecta*, legendum *paria*. Fuit enim hæc disputatio in Stoicorum scholis decantata. *Num paria essent omnia officia, an unum alio majus.* Sed dicet aliquis, non hæc jam duo exempla fore, sed unicum. Idem enim est quærere, *num omnia officia sint paria, et num eorum aliud sit alio majus.* Cui respondeo putare me id ipsum corrumpendo loco causam dedisse, cum vererentur homines nimis superstitiosi, ne Cicero bis idem dicere videretur. Est enim hoc unicum problema, *Num paria sint omnia officia, an aliud alio majus.* At Cicero non *exemplum*, sed *exempla* dicit, ut plura proposuisse videatur. Imo vero ait hoc problema, et quæ sunt generis ejusdem, esse exempla ejus generis, quod pertinet ad finem bonorum, quod δογματικὸν vocari diximus. Omnia igitur officia perfecta, id est, omnes actiones cum virtute conjunctas pares esse dicebant. Omnes enim virtutes æquales esse; ideoque æqualia etiam earum ἐπιγεννήματα, id est, actiones, quæ ex eis enascerentur. *Muret.* Causæ, cur sibi vir politissimus ab omnium librorum scriptura recedendum putavit, justæ sane nullæ sunt. Nam res eodem redit, sive Cicero scripserit *num omnia officia sint perfecta*, sive *num omnia officia sint paria.* Nam si omnia sunt officia perfecta, quod sentiebant Stoici, sunt utique omnia paria. In illa igitur doctrina, quæ pertinebat ad dogmata, quærebatur, *num omnia officia sint perfecta, an vero aliud alio majus*, quod Peripatetici aliarumque familiarum philosophi existimabant; nec aliud Cicero voluit. In illo argumento cum versarentur, quærebatur, *omniane officia sint perfecta.* Hæc argumentis adstruebant Stoici, dein examinabantur aliorum philosophorum rationes, qui diversa statuebant: quærebant itaque cum illis, *num quod officium aliud alio majus sit.* In his non sibi adversabantur Stoici, sed hæc expendebant, ut suam sententiam munirent firmius. Nec absurdus sit, qui ponat, num omnia animalia sint rationis capacia, an vero aliud animal sit rationis capax, aliud rationis expers. *Græv.*

§ 8 *Perfectum officium, rectum, opinor, vocemus, quod Græci κατόρθωμα*] Quod conveniebat iis, qui credebantur Stoicis ὑπὲρ φύσιν ζῆν, *supernaturalem quasi quandam vitam vivere*, tanquam excessissent communem hanc vivendi rationem, et proximi Diis essent, immo Dii. Nam Stoici suum sapientem, Deum esse persuasum habebant. Qui vero ad hanc perfectæ sapientiæ gradum erant evecti, dicebantur θεωρητικοὶ, quorum animi ab omni fæce motuum humanorum purgati, et ab omni terrena labe mundati, quam simillimi sint redditi menti illi divinæ, cujus contemplationi toti incumbunt, hinc et dicti sunt θεωρητικοί. Vide Simplicii prœm. in Epictet. *Idem.*

Hoc autem commune, quod καθῆκον vocant] Qui hoc sequuntur, dicuntur κατὰ φύσιν ζῆν, *secundum naturam vivere*, et πρακτικοὶ, qui in agendo tantum quod bonum est versantur, virtutibus moralibus ac politicis contenti. Quæ virtutes civiles moralesque hominem quidem probum reddunt, sed non eum, ut θεωρία, inducunt in semitam divinarum virtutum, quæ τὸν θεωρητικὸν Deo assimilabant. Θεωρητικῷ non scripta esse hæc præcepta, quippe qui iis non indigeat, sicut nec præceptis, quæ in Enchiridion Epicteti contulit Arianus, ostendit in commentario in prœmium illius Enchiridii Simplicius; qui ait ista præcepta ad πρακτικοὺς, seu qui secundum naturam vitam instituunt, pertinere. Vide Simplic. et in illum Salmasium. *Idem.*

Ut rectum quod sit, id perfectum officium esse definiant] Alibi in hoc opere definit κατόρθωμα 'quod perfectum

Digitized by Google

atque absolutum est, et, ut Stoici dicunt, omnes numeros habet.' Et in Oratore: 'Illud cui nihil addi possit, quod ego summum et perfectissimum judico.' Quod nemo præstare potest, nisi sapiens Stoicus, quem illi fingunt *ἀκώλυτον, ἀνεκβίαστον, ἀπαρεμπόδιστον, ἐλεύθερον, εὔπορον, εὐδαίμονα*, ut est apud Gellium. Quæ verba de Finibus lib. III. Cicero magna ex parte interpretatus est: 'Cum hoc sit extremum, congruenter naturæ convenienterque vivere, necessario sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere: nulla in re impediri, nulla prohiberi, nulla egere.' *Wolf.* Vide Lips. lib. III. Manuduct. ad Philosoph. Stoicam.

Medium autem officium] Idem hoc est, quod Stoici apud Diogenem Laërtium affirmant, *καθήκοντα εἶναι, ὅσα λόγος αἱρεῖ ποιεῖν* *Officia esse, quæ ratio facienda suaserit.* Vide Suidam in *καθῆκον*. *Medium autem officium* hoc, quod præstatur a bonis viris, vocatur, quia 'medius' Latinis est mediocris. Sic 'media bella.' Liv. v. 27. Bella media sunt bella mediocria. Vell. Paterc. II. 29. 'Innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius.' *Græv.*

§ 9 *Consilii capiendi deliberatio*] Reprehendit hoc loquendi genus Henricus Steph. Schediasmat. II. 25. et arguit pleonasmi, ac si non multum discriminis intercederet inter consilium capere et deliberare. Hæret quoque et dubitat Wolfius. Sed 'consilium capere' hic est exequi deliberatum, rem facere, de qua deliberabatur. Liv. XXV. 34. 'Dux cautus et providens Scipio, victus necessitatibus, temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret.' *J. F. Gronov.*

Anquirunt] 'Anquirere' proprie est, circum quærere, ut Festus scribit: a quo 'inquirere' diversum est; qui igitur circumquaque omnia scrutans quærit, is 'anquirere' Latine et Ciceroniane dicitur. *Fabr.*

Utilitas ad se rapere] Utile pugnat aliquando cum honesto. Vide III. 7. Porro utilitas dicitur 'rapere,' honestas, 'revocare,' quia honestas conjuncta naturæ est. Adde, utilitatem, quæ pugnat cum honestate, videri, non esse. *Facc.*

CAP. IV. § 11 *Earumque progressus*] Ita vulgo legitur; sed potior mihi videtur lectio *prægressus*, quæ extat in Mss. Mead. Mert. 1. Pal. 2. in uno Gifanii, uno Turnebi, et tribus Lambinianis. Vox *antecessiones*, quæ proxime sequitur et huic voci copula connectitur, satis probat Ciceronem scripsisse *prægressus*, non *progressus*; aliter enim, opinor, alio verborum ordine dixisset, *earumque quasi antecessiones et progressus non ignorat*, cum *antecessio* prior est in rerum natura, quam *pregressus*. Notandum est etiam per vocem *earum* hic intelligi debere, non 'rerum,' sed 'causarum rerum;' ut Noster dicit in Fato c. 19. 'Dicent, si omnia fato fierent ejusmodi, ut nihil fieret nisi prægressione causæ, confitendum esse fato fieri omnia.' Maturantius recte explicasse hunc locum videtur. Non solum, inquit, ipsas rerum causas videt, quæ plerumque manifestæ sunt, ut nimia aëris intemperies causa est pestilentiæ; sed, si quid est quod ipsas causas antecedat, ut cum ex signis quibusdam et prognosticis futuram percipit aëris intemperiem, quæ pestilentiæ causa sit. *Pearc.* Vide Turneb. Advers. XXVI. 32.

Progressus, et quasi antecessiones] Quomodo res progrediantur, seque ipsæ inter se antecedant, et alia aliam pariat? Alii legunt *prægressus*, id est causas prægressas; sed incidunt in *ταυτολογίαν* cum causas jam nominarit, atque adeo *principia et causas*, ut quidam legunt. *Facc.*

§ 12 *Ingeneratque inprimis præcipuum quendam amorem in eos, qui pro-*

Digitized by Google

creati sunt] Membrum hoc respicit verba modo allata ex loco de Fin. 'profectus a caritate domesticorum.' Valde dubito, num ex iis formatum fuerit ab aliquo Aristarcho, et huc insertum. Nam revera sine illo rectius cohæret oratio, et vix intelligitur, quomodo Cicero dixerit *inprimis præcipuum*. Idem.

§ 14 *Effœminateve faciat*] Adde *aut cogitet*, quod est in fine periodi. Nam reliqua hæc, *tum in omnibus et opinionibus et factis, ne quid libidinose aut faciat*, inserta puto, ex interpretatione margini adscripta. *Facc.*

Quod etiamsi nobilitatum non sit] Etsi notum non sit, et prædicetur a nemine. Inferius in lib. II. 'Phalaris, cujus est inter cæteros nobilitata crudelitas.' *Græv.*

Cap. v. *Mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret sapientiæ*] Alludit Noster ad illud Platonis in Phædro, quod aliter verbis protulit in II. 16. de Fin. 'Oculorum est in nobis sensus acerrimus; quibus sapientiam non cernimus: quam illa ardentes amores excitaret sui, si videretur!' At quod de sapientia ibi dixerat Plato, Cicero hic dicit de *forma et facie honesti*. Hinc cum facile appareat Ciceronem non scripsisse *excitaret sapientiæ*, Faërnus olim monuit legendum esse, *excitaret sui, ut ad formam et faciem honesti istud sui referretur*. Sed ne hæc quidem conjectura, quamvis probanda, omnem sententiæ labem tollit; nam Plato hoc non dixerat de *forma et facie honesti*, cui vox *sui* referenda est, sed de sapientia. Mihi igitur videtur locum sic legendum esse, *quæ, si oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato sapientiæ, excitaret sui*; ubi voces illæ, *ut ait Plato sapientiæ*, idem sonant quod sequentes, ut ait Plato, excitaturum mirabiles amores sapientiæ, si ea posset oculis humanis cerni. *Pearc.*

§ 15 *Quæ prima descripta est*] *Descripta* non est, ut vulgo accipiunt, definita, sed collocata, et ordinata primo loco. Cic. de Petit. Consul. 'Etsi hominibus studiosis nostri gratiosisque suum cuique munus descripsimus.' Horat. de Arte Poët. 'descriptas servare vices,' hoc est, impositam personam recte gerere. *Græv.*

Inest indagatio] Legendum *existit*; illud enim non patitur Latina syntaxis. *Facc.*

§ 17 *Reliquis autem tribus*] Quidam addidere *virtutibus*; quod minime oportebat. Tribus igitur reliquis necessaria omnia proposita sunt, quæ parantur in vita ad juste, fortiter, moderate agendum. *Facc.*

Ordo autem et constantia] Ni fallor, legendum est *item*; ad actionem enim Cicero hic refert ordinem eodem modo, quo duas præcedentes virtutes, justitiam et fortitudinem. *Pearc.*

Cap. vi. § 18 *Et ducimur*] Duo hæc verba absunt a codicibus quibusdam Mss. et sane abesse debent, ut in suo specimine Heusingerus ostendit. *Facc.*

§ 19 *C. Sulpicium*] Eclipsim prædixit, et rationem defectus solis et lunæ primus Romani generis in vulgus extulit. Fuit consul cum Marcello. Plin. II. 12.

Sine opera nostra] Id est, sine labore corporis, etsi Musæo non simus affixi, nec legendo, scribendove demus operam. *Græv.*

Continere] Continere, proprie de magistris dicitur, qui exercent adolescentes. Cic. Fam. VII. 19. 'In qua exercitatione nos te continebimus.' Petron. 'Juvenes declamationibus continebantur.' Gell. XIX. 1. 'Quem ego Athenis cognovi... attente discipulos juvenes continentem.' *Idem.*

Cap. vii. § 20 *Latissime patet ea ratio, qua societas*] Absoluto loco de sapientia et prudentia, transit ad secundam partem honestatis, quæ per-

Digitized by Google

tinet ad tuendam et conservandam hominum societatem, cujus partes duas esse dicit, justitiam et liberalitatem. Justitia nemini suum eripit; liberalitas etiam aliis de suo sponte largitur. Justitia nemini nocet; liberalitas sponte aliis prodest. Bipertita igitur hæc disputatio futura est. *Muret.*

Vitæ quasi communitas] Est socialis ista vita, quæ hominibus præ cæteris animalibus est propria. Male nonnulli hæc explicant. Cicero de Fin. III. 'Quemadmodum membris utimur prinsquam didicimus cujus ea utilitatis causa habeamus, sic inter nos natura ad civilem societatem conjuncti et consociati sumus.' Ibid. 'Præclare Chrysippus cætera nata esse hominum causa et Deorum, eos autem communitatis et societatis suæ.' Paulo post: 'Homines natos esse ad congregationem hominum, et ad societatem communitatemque generis humani.' *Græv.*

Nisi lacessitus injuria] Huic primo præcepto justitiæ, nemini nocere, additur exceptio, ut qui injuria lacessitus sit, is juste ei, a quo lacessitus est, vicissim nocere posse videatur. Ideo Lactantius hunc ipsum locum reprehendit VI. 18. Vir bonus quidem nunquam quidquam facere debet, ne lacessitus quidem, ut noceat alteri: potest tamen factam sibi injuriam sine vitio ulcisci. Omnes qui se ulcisci volunt, aut sua causa id faciunt, aut aliena. Sua tribus modis. Aut enim ut sibi expleant animum reponendo dolore ei, a quo læsi sunt; quasi facilius laturi dolorem suum, si ei quoque, qui eum attulit, male esse viderint. Aut ex ultione commodum sibi et emolumentum aliquod quærunt; ut si tu mihi centum per injuriam abstuleris, ego quoque totidem a te auferre cupiam, aut etiam pœnæ nomine aliquanto amplius. Aut sibi cavere in posterum et prospicere volunt, metuentes, ne in contemptum adducantur, neve aut ab eo ipso, qui læsit, aut ab aliis, quasi per ludibrium alias injurias accipiant. Scitum enim est illud, 'Veterem ferendo injuriam, irritas novam.' Aliena autem causa ulcisci se student duobus modis. Aut enim ipsius causa qui læsit, ut ei quasi medeantur, eumque modestiorem efficiant; aut etiam reip. causa; ut ejus quem ulcisci volunt exemplo coërceantur alii, et ab injuria absterreantur, sitque, ut jurisconsulti loquuntur, pœna unius, metus multorum. Ita Deum peccata hominum ulcisci dixerat Chrysippus de Justitia lib. I. Ἵνα τῶν πονηρῶν κολαζομένων οἱ λοιποὶ παραδείγμασι τούτοις χρώμενοι, ἧττον ἐπιχειρῶσι τοιοῦτόν τι ποιεῖν. *Muret.* Sed vide Grotium de Jure Belli et Pacis II. 1. Nec tamen ex Stoicorum schola. Horum enim scitum est neminem lædi nisi a se ipso. Non potest ergo sapiens Stoicus lacessi injuria, aut ulla alterius injuria impelli ad ei nocendum. Sed hæc scribi præcipique non sapientibus, sed viris bonis, superius dixit Tullius. Præterea hæc, lacessito injuria lacessenti nocere fas esse, intelligenda sunt, de ratione, qua non aliter possunt arcere injuriam. Nam in civitate, ubi jure licet agere, legibus et judici res committenda est, qui inferentem injuriam puniat. *Græv.*

Ut communibus] Vide quam varie communia dicantur, quam eleganter explicet Seneca de Benef. VII. 12. *Idem.*

§ 21 *Aut lege, pactione, conditione, sorte*] Proprietatem quæri Cicero dicit, aut venditionis lege, aut pactione aliqua et contractu: etiam conditione, si quid feceris, aut dederis, interdum dominium acquiritur, cum ita convenit: postremo sorte, ut in coloniis deducendis, cum assignabantur agri, centuriæ singulæ certo militum

Digitized by Google

numero, missis in urnam eorum nominibus. Nam quæ pars cuique evenerat, sortitio ejus censebatur. *Turneb.* Advers. XXVI. 32.

E quo si quis] In meo codice *eo si quis*; sed vulgarem hanc lectionem retinere juniores critici voluerunt, invito Lambino; quasi vero non satis sit, duas superiores periodos cœpisse per *ex quo*, nisi addatur tertia. Al. leg. *et si quis*. Facc.

E quo si quis sibi appetet] Vict. Man. Lamb. *eo si quis plus sibi appetet*. Sed Langium audiamus. 'Appetere' proprie est amplius petere, demum vehementer velle, atque etiam vi invadere. Ut 'appetere' regnum; 'homo appetens,' pro avido, contra Rullum; 'animus appetens,' de Oratore. Sic infra, 'ne cupide quid agerent, ne appeterent.' Liv. lib. I. 'Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca.' Quam verbi hujus proprietatem qui ignorarunt, locum corruperant. Hoc enim vult dicere, ex eo quod alterius sit, neminem appetere sine injuria posse. Nam plus velle, vel plus quærere, quam possideas, cur sit injustum, dum id fiat absque dolo malo? ut puta occupatione vacui, justo bello, aliove quo non illicito pacto? *Car. Lang.*

§ 22 *Tum artibus*] Vulgo editores non intelligentes vim particulæ *tum*, quæ hoc loco conjunctionis munere fungitur, eam iterarunt in duobus incisis quæ sequuntur. *Facc.*

§ 23 *Tam est in vitio*] Hic Cicero reprehenditur et erroris arguitur, quod tradat eum, qui non defendat, si possit, insontem, cui injuria fit, æque graviter peccare, ac si parentem aut patriam deserat, putaturque Stoicorum placito, peccata esse æqualia, in hunc errorem incidisse. Sed qui sic sentiunt, ipsi falluntur. Non enim Cicero dicit æque graviter peccare qui hominem non defendat, ac si parentem non defendat, sed æque peccare in justitiam, qui injuriam a quocunque potest non propulsat, ac illum qui parentem aut patriam deserat. Injustum esse utrumque, sed uter sit injustior, uter gravius peccet, hic Cicero non definit. In hac locutione *tam est in vitio*, vocula *tam* non quantitatem, sed qualitatem potius notat. Sicuti tam in vitio est, denarium furari, ac decies sestertium, quamvis peccata differant plurimum, ut multis disputarunt Majoragius et Griffiolus contra Cœlium Calcagninum. Plato puniendum censet, qui vim alteri illatam non arcet, de Legibus lib. IV. quod et Ægyptiorum legibus cavebatur. Vide Grotium de Jure Belli et Pacis II. 25. § 6. et 7. *Græv.*

§ 24 *Sæpe a metu proficiscuntur*] Vide Grotium de Jure Belli et Pacis II. 1. § 2. ubi copiose hoc explicat, et ostendit simul quando per justum metum nobis liceat occupare injuriam illaturum. *Idem.*

CAP. VIII. § 25 *Exercitum alere*] Vide Paradoxum VI. Plinius XXXIII. 10. legionem dicit, non exercitum. *Facc.*

§ 27 *Leviora, &c.*] Id non gratis monet. Stoici enim volebant, omnia injustitiæ genera esse æqualia. *Idem.*

CAP. IX. § 28 *Aut etiam negligentia, pigritia, inertia*] Hæc addita, ut opinor, margini fuerant ad eos significandos, qui laborem suscipere nolunt; unde in contextum irrepsere ad constructionem turbandam. Quis enim dixerit 'impediri negligentia aut inertia?' *Idem.*

Itaque videndum] Lege *Atqui*. Sic in Tuscul. II. 18. 'atqui vide ne,' *&c.* *Videndum* autem ponitur pro verendum. *Idem.*

In philosophos dictum] *In* ad laudem spectat, ut de Legib. lib. I. 'Quod item ad contrariam laudem in virtutem dici potest.' Et in Bruto,

Digitized by Google

'in legem Cæpionis.' Locus est apud Platonem de Rep. lib. VI. sed optime explicatur de Fin. lib. III. a Catone, cur dialectica et physica virtutum appellatione veniant apud Stoicos. *Car. Lang.*

Quod in veri investigatione versentur] Epicuri dogma fuit sapientem οὐ πολιτεύεσθαι, non accedere ad rempublicam. Quam sententiam exagitat Cic. Orat. pro Sextio, cap. 10. *Græv.*

Nam alterum justitiæ genus assequuntur . . . in alterum incidunt] Non video quid significent hæc verba *in alterum incidunt*. Num Cicero hoc vult, *in alterum injustitiæ genus incidunt?* Ita quidem nonnulli ediderunt: sed cum in prima sententiæ parte Noster dixerat *alterum justitiæ genus assequuntur*, hoc posterius *alterum* non potest esse genus injustitiæ. Num igitur Cicero hoc vult, *in alterum justitiæ genus incidunt?* at inde exurget sensus quovis scriptore, ne dicam Cicerone, prorsus indignus; cum nihil aliud contineat postrema pars sententiæ quam in prima diceretur. Adde quod huic sensui omnino se opponunt sequentia verba 'discendi enim studio impediti,' &c. His rationibus adductus lector, cum vulgatam lectionem rejiciendam esse viderit, Langii conjecturam fortasse probabit, qui legit *in alterum non incidunt*, id est, in alterum justitiæ genus; quamvis enim 'incidere in vitia' usitatius, quam 'in virtutes,' Latine dicatur, tamen non desunt exempla, quæ probant, Latine dici 'in virtutes incidere;' ut de Orat. II. 21. 'Omnino in illud genus eum Crassi magnificum atque præclarum natura ipsa ducebat; sed ea non satis proficere potuisset, nisi eodem studio atque imitatione incidisset.' Si cui tamen Langii conjectura, quæ nullo Ms. se defendit, non arrideat, videat an non alia aggrediendum sit via. Cum Ms. Cant. omittit vocem *justitiæ* in priore parte sententiæ, malo equidem, hoc et sequenti verbo omisso, sic legere, *Nam, dum alterum assequuntur, inferenda ne cui noceant injuria, in alterum incidunt. Discendi enim, &c.* In hac lectione, ut posterior vox *alterum* respicit ad sequentia *discendi enim studio impediti, &c.* ita prior ad ea quæ ipsam proxime sequuntur, *inferenda ne cui noceant injuria.* Quod cum ignorabant librarii, videntur verba *justitiæ genus* inter lineas, interpretamenti loco, collocasse, ansamque dedisse aliis ea postea in textum inserendi. *Pearc.*

Non accessuros quidem] Epicureis, qui aiebant, ut est in oratione pro Sextio cap. 10. 'remp. capessere hominem bene sanum non oportere.' Si Platonici idem sentiebant, legendum est *ne accessuros quidem*. Facc.

§ 29 *Ne facere cuiquam videantur*] Lego *nec facere*. Passer.

§ 30 *Humani nihil a se alienum putat*] Putat ad se suamque curam pertinere aliorum hominum curas, molestias, negotia. Sic hunc versum intelligendum esse, non solum ex ipso Comico patet, et hoc Ciceronis loco, sed ex alio Tullii, et ex Seneca. In primo de Leg. cap. 12. inquit ille: 'Quod si, quo modo est natura, sic judicio, homines, humani, ut ait poëta, nihil a se alienum putarent, coleretur jus æque ab omnibus.' Et Seneca Ep. 95. 'Iste versus in ore et in pectore sit: 'Homo sum, humani nihil a me alienum puto.' Habeamus in commune quod nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quæ casura, nisi invicem obstarent, hoc ipso sustinetur.' Quam inepte vulgo sententia huic versui affingatur, hinc licet videre. *Græv.*

Quod dubites] Vide de hoc loco et dubiis casibus pulchre disputantem Grotium de Jure Belli et Pacis II. 23. § 1. 2. et seq. et ejusdem libri cap. 24. § 4. *Idem.*

CAP. X. § 31 *Sed incidunt sæpe*

Digitized by Google

tempora] Tale tempus illud erat, quo Cato ipse suadebat civibus esse pecuniam contra leges ambitus dandam, ne Lucceius cum Cæsare crearetur consul. Vide Sueton. in Jul. cap. 19. et quæ ibi notat Casaubonus. Tale fuit tempus cum Cicero judicaret in equestris ordinis vitiis connivendum esse, postulante id illorum temporum ratione, contra Catonis sententiam, quæ id quidem quod justum erat statuerat, sed quod propter temporum rationem noxium reip. erat. De quibus Cic. ad Att. II. 1. 'Catonem nostrum non tu amas plus, quam ego. Sed tamen ille optimo animo utens, et summa fide, nocet interdum reipublicæ; dicit enim tanquam in Platonis πολιτείᾳ, non tanquam in Romuli fæce, sententiam.' *Idem.*

Promissum facere] Vide Grot. de Jure Belli et Pacis II. 11. ubi disserit de promissis. *Idem.*

Referri enim decet] Pro *decet* fortasse legendum *debent*. Scilicet promissa omnia revocari debent ad illa duo justitiæ fundamenta, et ex iis dijudicari. *Facc.*

§ 32 *Potest enim accidere, &c.*] Libenter transferrem particulam *ut*, atque ita legerem, *Potest enim accidere, ut promissum aliquod et conventum effici, &c.* Ita puto scriptum a Cicerone fuisse. Quis enim ita loquatur: 'Accidit lex aliqua, ut eam servari sit inutile?' *Idem.*

Ex tribus enim optatis] Vide Meursii de Theseo librum, cap. 1.

Quæ sint iis quibus promiseris, inutilia] Hæc vero debent pendere non a judicio promissoris, sed ejus cui promissum est. Vide Grot. de Jure Belli et Pacis II. 11. *Græv.*

Cui promiseris. Contra officium est, majus non anteponi minori] Ita vulgo legimus, quamvis particula negativa *non* absit ab omnibus Mss. si excipias Pal. primum, et unum Grævianum. Sed Lambino assentior, qui olim monuit locum sic mutata interpunctione legendum esse, *nec, si plus tibi noceant quam illi prosint cui promiseris, contra officium est majus anteponi minori*. Constructio est, *nec contra officium est, &c.* Pearc.

Si constitueris te cuipiam advocatum in rem præsentem venturum] Proprie dicitur cum judex seu arbiter in locum, de quo controversia est, venit. Cic. pro Cæcin. 'Placuit Cæcinæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem venirent.' De re ipsa vide Senecam de Benef. IV. 35. *Græv.*

Jure prætorio liberantur] Per prætores in integrum restituuntur. Jus prætorium et leges opponuntur. Leges enim proprie Romanis dicebantur, quæ suffragiis populi ferebantur. Jus prætorium est quod dicitur lib. II. ff. de Orig. Jur. et lib. VII. de Instit. et Jure 'jus honoratum,' quia prætor, qui jus dicebat inter cives, 'honorarius' dicebatur. Nihil autem erat jus prætorium, quam edicta prætorum. Quilibet prætor cum iniret magistratum, proponebat edictum, ex edictis decessorum suorum in id transferens (hinc vocatur etiam 'jus translatitium') quod justum et æquum putabat, nova etiam interponebat, veteribus repudiatis. Cæterum de promissis, quibus dolo deceptus se obstrinxit, vide Grot. de Jure Belli et Pacis II. 11. § 7. et cap. 17. § 17. *Græv.*

Nonnulla legibus] Quærunt viri docti, quæ sint illæ leges de dolo, cum quæ in codicibus legum Romanarum leguntur, diu sint post Ciceronem latæ. Sed Cicero ipse docet lib. III. quas hic leges significet: 'Iste,' inquit, 'dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela XII tabulis, et circumscriptio adolescentium lege Lætoria, et sine lege judiciis, in quibus ex fide bona agitur.' Et de Nat. Deor. lib. III. 'Inde judicium publicum rei privatæ lege Lætoria: inde everriculum malitiarum omni-

Digitized by Google

um judicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit.' *Græv.*

§ 33 *Calumnia quadam*] De calumnia, sive malitiosa juris interpretatione, vid. Grotium de Jure Belli et Pacis II. 16. *Idem.*

Ne appetenter] Ita legendum, si Cicero, qui toties de humanis cupiditatibus loquitur, adverbium hoc alias usurpasset. Sed non est, opinor, antiquius ætate Apuleii. Legere malim *nec appeterent*. Est enim 'appeto' quasi immoderate peto. *Facc.*

Sicut ipsi dixerant] Quid et ubi dixerant? Illi sane non dixerant, ibi ponendos esse terminos, quo Labeo post posuit. Lege cum Pithœano *sicut ipsi discesserant*. Nimirum quo utrique recesserunt. *Græv.*

Cap. xi. *Posthac*] Alii addunt *committat;* quod non est necesse. Non putat Cicero, satis esse eum, qui læserit, pœnitere, ut et ipse posthac abstineat, et alii ab injuria deterreantur. Locum hunc Gunthèrus de Latin. Rest. c. 118. affirmantis esse scribit. *Facc.*

§ 35 *Non immanes*] Alii omittunt has duas voces. *Idem.*

Sed credo aliquid secutos] Excusat M. Tullius majores, qui ut Corinthum exscinderent, non crudelitate sint adducti, sed aliam aliquam rationem secuti sint, et maxime opportunitatem loci. *Fabr.*

Quamvis murum aries percusserit] Dicit Cicero ex militari lege, qua, ubi mœnia quati ariete cœperunt, oppidani in deditionem fidemque non recipiebantur. Id et e Cicerone et e Commentariis Cæsaris cognoscimus, in quorum Bell. Gall. lib. II. sic scribitur, 'Cæsar Advaticis denuntiat se eorum civitatem conservaturum, si priusquam aries murum attigisset, se dedidissent.' *Turneb.* Advers. xxvi. 32. Vide Grot. de Jure Belli et Pacis III. 11. § 14.

§ 36 *Rebus repetitis geratur*] Rerum repetitarum nomine jus feciale comprehendebat non tantum vindicationem ex jure dominii, sed et persecutionem ejus, quod ex causa civili aut criminis debetur, ut recte explicat Servius. Inde illud in formulis, 'reddi,' 'satisfieri,' 'dedi,' ubi dedi intelligendum est, ni punire sontem malint ipsi, qui conveniuntur. Hanc rerum repetitionem dictam esse clarigationem testis est Plinius. *Grotius* de Jure Belli et Pacis III. 3.

Pompilius imperator] Langius edidit *Popilius*, et scribit, hunc esse M. Popilium Lænatem, qui cos. anno urbis 525. Liguriam obtinuit, ac rem prospere illic gessit; de quo Liv. lib. XLII. Balduinus quoque ex scripto codice legit *Popilius;* sed C. Popilium Lænatem intelligit, qui anno proximo post Marcum consul fuit. Verum quia non solum in libris impressis, sed et manuscriptis permultis *Pompilius* legitur; et Plutarchus in vita Catonis Censorii scribit, ejus filium cum Paulo Æmilio militasse, Paulo Manutio, pro *Pompilius,* legendum videtur *Paulus Æmilius.* Fabr. *Pompilii* nomen, quod bis hic legitur, tanquam imperatoris, qui bello Persico Macedoniam tenuerit, Langius et Schottus mutatum volunt in *Pauli Æmilii;* quamvis ego, ut vere dicam, istic potius *Hostilii* nomen reposuerim, qui eo bello et in ea provincia imperator fuit, et inprimis collapsam in exercitu disciplinam restituit: quam ad rem pertinere queat, quod a Cicerone de Offic. I. 11. dicitur unam dimisisse legionem. *Perizon.* Animadv. Histor. cap. 10.

§ 37 *Adeo summa erat observatio, &c.*] Inepta exclamatio, ex margine traducta, ut alii quoque opinati sunt. *Facc.*

Persico bello] *Perseo* Wolfius mavult, quod significetur bellum, non cum Persis, sed cum Perseo rege Macedonum gesto. Verum hoc etiam

Digitized by Google

bellum Romani Persicum appellarunt, quod non solum hic omnes libri Ciceronis, sed et Fasti Capitolini convincunt; in quibus post consulatum C. Popilii Lænatis, et P. Ailii Liguris subscriptum invenitur 'Bellum Persicum.' *Fr. Fabr.*

Negat enim jus esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste] Hoc Plutarchus pluribus explicat in Problematibus, ex quo intelligimus nefas fuisse hostem feriri ab alio, quam qui sacramento militari dixisset: qui secus fecisset, eum cædis reum visum fuisse. Vide Grot. II. 25. § 9. 10. *Græv.*

CAP. XII. *Aut status dies cum hoste*] Festus: 'Status dies vocatur, qui judicii causa est constitutus cum hoste, id est, peregrino,' &c. *Idem.*

Adversus hostem æterna auctoritas] Adversus peregrinum semper civi Romano salvum manet jus dominii: peregrinus nihil quod est civis Romani potest usucapere. Auctoritas hic est jus dominii, ut in lege XII Tab. 'Usus auctoritas fundi biennium esto,' &c. *Idem.*

§ 38 *Nec cauponantes, &c.*] Cum in vulgatis editionibus post præcedens verbum *dederitis* ponatur comma, et post *belligerantes* in hoc versu colon, vox *cauponantes* suam propriam vim habere non videtur; 'cauponari' enim dicuntur ii, qui cum lucro vendunt, non qui pretium offerentes emunt: hoc vero posterius solum Romanis competit, de quibus Pyrrhus loquitur, et qui pretium isti regi pro reddendis captivis obtulerint. Hac ratione adductus Cl. Rich. Bentleius sic legendum esse locum censuit, *Non mi aurum posco, nec mi pretium dederitis Non cauponanti bellum, sed belligeranti.* Sed conjectura ista non opus erit, si sequamur interpunctionem Victorii et aliorum veterum editorum, qui habent, *Non mi aurum posco, nec mi pretium dederitis: Nec cauponantes bellum, sed belligerantes Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.* Sic enim interpungendo vox *cauponantes* referri potest ad vocem *utrique*, quæ etiam Pyrrhum significat, a quo Romani, ut cum lucro captivos venderet, postulabant. *Peare.*

Vitam cernamus] 'Vitam cernere' locutione quadam prisca dictum crediderim, minimeque obvia. In Medea eodem genere orationis usus fuerat, 'Nam ter sub armis malim vitam cernere, Quam semel parere.' Quod Euripides in Medea dixit: ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τέκειν ἅπαξ. Hic cernere vitam, est dimicare, pugnare. Id enim *cernere* Latinis est, quod Græcis κρίνεσθαι. Cernit autem vitam, qui eam constituit in dimicationem et discrimen adducere. *Turneb.* Advers. XXVI. 32.

Vosne velit] Hoc est, Vosne velit regnare, an me, hera fors, sive domina Fortuna, quidve ferat illa, quem successum sit habitura res. Cæterum versus Ennii in editione Gruteri sunt turbati pessime. *Græv.*

Hera, quidve ferat sors] Sors domina rerum. *Hera* porro frequenter Fortuna dicitur, quamvis et aliis Diis nomen hoc interdum tribuatur. *Face.*

CAP. XIII. § 39 *Si quid singuli, temporibus adducti, hosti promiserint, est in eo ipso fides conservanda*] Hæc inprimis illustrat Grot. de Jure Belli et Pacis III. 23. *Græv.*

Fidem hosti datam fallere] Post hæc verba Lambinus et Gruterus addunt: *Secundo autem Punico bello, post Cannensem pugnam, quos decem Hannibal Romam adstrictos misit jurejurando se redituros esse, nisi de redimendis iis, qui capti erant, impetrassent; eos omnes censores, quoad quisque eorum vixit, qui pejerassent, in ærariis reliquerunt: nec minus illum, qui jurisjurandi fraude culpam invenerat. Cum enim Hannibalis permissu exisset de castris, rediit paulo post,*

Digitized by Google

quod se oblitum nescio quid diceret. Deinde egressus e castris jurejurando se solutum putabat; et erat verbis, re non erat. Semper autem in fide, quid senseris, non quid dixeris, cogitandum. Maximum autem exemplum est justitiæ in hostem a majoribus nostris constitutum. Cum a Pyrrho perfuga senatui est pollicitus, se venenum regi daturum, et eum necaturum; senatus, et C. Fabricius perfugam Pyrrho dedit. Ita ne hostis quidem, et potentis, et bellum ultro inferentis, interitum cum scelere approbavit. Quæ omittunt Victorius et Manutius; reperit in unico exemplari Langius. 'An Ciceronis sint,' inquit, 'non contendo: referuntur infra fere eadem, III. 22. et 32.'

CAP. XIV. § 42 *Cuipiam*] Legendum fortasse *quippiam*; vel *cui*, quod proxime sequitur, vertendum est in *eum*; et *obsit* in *obsint*. Facc.

CAP. XV. § 46 *In quibus præclare agitur*] Ordo et sententia verborum perspicua est, nempe hæc: Vivitur cum iis hominibus, in quibus si insunt simulacra virtutis, præclare agitur. Cui simile est illud ad Plancium Fam. IV. 14. 'Agiturque præclare, si nosmetipsos regere possimus.' Quibus in locis *præclare agitur* absolute dicitur; quod qui non attenderunt, ii contra libros antiquos legendum putant *cum quibus præclare agitur*; in qua sententia video esse Erasmum, Balduinum, Nannium, et alios. *Fabric.*

Nec sapiente] Langio duo hæc verba temere adjuncta videntur. *Facc.*

§ 49 *Vel morbo in omnes, vel repentino*] Ita Gruterus et Grævius, qui *morbum* interpretantur animi vitium. Ego Victorium reliquosque veteres editores sequor, quibus assentiuntur omnes fere Mss. Sensus est: Vel nullum habent delectum eorum quibus dant; dant igitur *sine judicio*; vel, si delectum habeant, mediocritatem in dando non servant, dant igitur *sine modo*. De hoc vero satis. In sequentibus vulgo legimus *in omnes*, vel *repentino quodam, quasi vento, impetu animi incitati*. Sed cum istud *vel* ante *repentino* sensum loci turbet, absitque a Ms. Cant. hac auctoritate sic totum locum reformandum esse censeo, *Multi enim faciunt multa temeritate quadam, sine judicio vel modo, in omnes repentino quodam (quasi vento) impetu animi incitati.* Voces *in omnes* pendent a participio *incitati*, ut sit *incitati in omnes* idem quod incitati erga omnes, seu propenso in omnes animo. Cui simile est istud Trebonii in Ciceronis Epist. ad Fam. XII. 16. 'Ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum.' *Pearc.*

CAP. XVI. § 50 *Est enim primum*] Quid hoc Latini sermonis est? legendum, *Est autem primum, quod cernitur, in universi generis humani societate vinculum, ratio et oratio.* Facc.

§ 51 *E quibus ipsis*] Hæc verba tollenda arbitror. *Facc.*

CAP. XVII. § 54 *Deinde una domus*] Quæ constructio est hæc? pro *deinde* lege *unde*. Facc.

§ 58 *Estque ea jucundissima*] Facile apparet, membrum hoc additum fuisse ex monito margini adscripto; nam et supervacuum est, cum idem bis dixerit; nec facit ad locum hunc, ubi agitur, non de jucunditate amicitiæ, sed de officiis amico tribuendis. *Facc.*

CAP. XVIII. § 59 *Quid quisque vel sine nobis, &c.*] Otiosa hic, ne dicam inepta et molesta, videtur ista conjunctio *vel*, quæ bene abest a Ms. primo Grævii. In quibusdam Mss. legitur, *quid quisque nobiscum vel sine nobis, &c.* Unde conjicio, in aliis Mss. exstitisse quondam solum *quid quisque nobiscum*, in aliis rectius *quid quisque sine nobis*: istud vero *vel* puto positum fuisse olim inter lineas, ut ostenderet duplicem fuisse hujus loci lectionem, *nobiscum*, vel *sine nobis*. Pearc.

Digitized by Google

Et consuetudo exercitatioque capienda] Verba hæc, nisi fallor, adscripta margini fuerant, ad innuendum quod est in periodo proxima, ut fieri videmus in multis codicibus. *Facc.*

§ 60 *Ex quo aptum est officium*] *Aptum* a verbo 'apiscor;' quo Lucretius, Manilius, et JCti usi sunt. Ex quo 'adipiscor' est compositum, et 'indipiscor.' Pacuvius Hermiona: 'Quod ego in acie celebri objectans vitam bellando aptus sum.' Cicero 'aptus' capit pro eo quod vulgo dicimus, adaptatus, compositus, exornatus; ut de Fin. lib. II. 'Aptum ex tribus illis,' et alibi persæpe. *Car. Langius.*

§ 61 *Vos etenim juvenes*] Versus est Ennianus, in quo juvenes Romanos accusat poëta, quod a Clœlia virgine superarentur, quæ cum Porsennæ data esset obses, trajecto Tiberi, Romam est reversa. *Anon.*

Salmaci] Salmacis, inquit Sextus Pompeius, nympha, Cœli et Terræ filia, fertur causa fontis Halicarnassi aquæ appellandæ fuisse Salmacidis: quam qui bibisset, vitio impudicitiæ mollesceret, ob eam rem, quod ejus aditus angustatus parietibus, occasionem largitur juvenibus petulantibus, puerorum puellarumque violandarum, quia non patet effugium. Inde Ennius, *Salmaci, da spolia, &c.* Hæc Pompeius. Sic itaque Ennius fontem alloquens, juvenes arguit ignaviæ, qui veluti spoliis hosti detractis, erepta alicui virgini gaudent pudicitia. Erit igitur *Salmaci* vocandi casus, O Salmaci, tu das spolia sine sudore, &c. *Maturant.*

Nescio quomodo quasi pleniore ore laudamus] Magnum enim videtur in publico civitatis metu ac trepidatione, irruenti sese hostium agmini opponere, non tubarum sonum, non lituorum clangorem, non equorum hinnitum, non armorum fulgorem, non avida sanguinis tela, non crebris tinctos cædibus gladios extimescere, ire immo obviam omnibus, et periculum ab aliis præsenti vitæ suæ periculo depellere, pro aris et focis, pro templis et mœnibus, pro salute ac libertate communi, ictus, vulnera, mortem denique, si res ferat, non excipere tantum, verum etiam ultro appetere. Hæc qui præstiterunt in omni ætate, apud omnes populos clari, illustres, honorati fuerunt. Illis ovationes, supplicationes, triumphi, illis statuæ, arcus, tropæa, illis monumenta publica, illis denique omnia singularia, et divinis honoribus proxima ornamenta decreta sunt, qualia aut nunquam, aut perraro temperantiæ, liberalitati, justitiæ tributa legimus. *Muret.*

CAP. XIX. § 63 *Ex media laude justitiæ*] Id est, ex ipso Justitiæ fundo; qua ratione alibi, 'ex medio jure civili,' 'ex media philosophia,' 'ex mediis C. Cæsaris partibus.' Heusinger vocem *media* sumit pro vulgari. *Facc.*

§ 64 *Omnem morem Lacedæmoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi*] Vetus codex habet *omnem vim Lacedæmoniorum inflammatam*, sed repugnant Platonis verba ex Lachete, sive περὶ ἀνδρείας, unde Tulliana translata sunt: Λακεδαιμονίους, οἷς οὐδὲν ἄλλο μέλει ἐν τῷ βίῳ, ἢ τοῦτο ζητεῖν καὶ ἐπιτηδεύειν, ὅ, τι ἂν μαθόντες καὶ ἐπιτηδεύσαντες, πλεονεκτοῖεν τῶν ἄλλων περὶ τὸν πόλεμον. *Ursin.*

§ 65 *Et gloriæ cupido*] Ita Victorius, et Manutius; sed *cupidissimo* Lambinus, et *cupiditate* Gruterus, quem Grævius sequitur. Jam vero criticum audiamus unum et alterum: 'Viderunt jam plures, *cupiditate* hoc loco vitiose scriptum esse. Neque vero cum iis sentire possum, qui legunt *cupido*, vel *cupidissime*. Hoc enim longius a vulgata scriptura recedit. Lego, quod proxime ad eam accedit, *cupidiore*, id quod facile corruptum fuit in *cupiditate*. Idcirco autem illud amplector libentius, quod

Digitized by Google

ipsa dicti sententia confirmatur.' *Heuman.* in Parergis Criticis. Scripserat, opinor, Cicero, *Facillime autem ad res injustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriæ cupiditate.* Constructio est: Ut quisque est altissimo animo, facillime impellitur ad res injustas cupiditate gloriæ. Huic meæ conjecturæ ansam dedit Ms. Mead. qui omittit verbum *est* ante vocem *altissimo*. Pearc.

Cap. xx. § 68 *Eripit enim libertatem*] Si, qui uni domino paret, servus est; quid eum putamus, qui multitudini servire cogitur? qui dignos, indignos, nobiles, abjectos, notos, ignotos salutare, appellare, prensare, eorum omnium vultus, nutus, gestus observare necesse habet, eisque sæpenumero servilem in modum blandiri, atque adulari, quos, si eo morbo careret, ne congressu quidem satis dignos suo duceret? *Muret.*

Aut non accipienda] Ut Timoleon regnum Corinthi. C. Nepos, Vit. Timol. Q. Fabius et T. Manlius Torquatus consulatum. Liv. x. 11. et xxvi. 22. Scipio Africanus regnum Hispaniæ. Liv. xxvii. 21. *J. Fr. Gron.*

§ 69 *Tranquillitatem expetentes a negotiis publicis se removerint*] Sollicito enim atque anxio animo vivere necesse est, qui, cum multitudinis ingenia tam varia, tamque multiplicia sint, satagit tamen et laborat, ut apud omnes gratiosus sit, ut se omnibus probet ac venditet, et in levissimam etiam levissimorum hominum offensionem incurrere mortis instar putat. Hunc sordibus, illum cultu ne offendat veretur; huic ne nimis severus, illi ne nimium dissolutus videatur, timet; hunc muneribus, illum fictis laudibus inescare studet; omnium stultitiam ferre, omnium ineptias devorare cogitur; nunquam apertus, nunquam simplex, nunquam suavis; ut aliquando omnibus imperare possit, omnibus interea servit. Quæ vero stultitia est incertam potentiam certa servitute mercari? *Muret.*

In his et nobilissimi philosophi] Ut Socrates, Plato, Aristoteles, Epicurus, cum suis sectatoribus, qui negabant sapientem ad remp. accedere. Vide Gassendum ad Diog. Laërt. de philosophia morali Epicuri. *Græv.*

Cap. xxi. § 71 *Concedendum sit*] Id est assentiendum. Quid si legas *parcendum sit?* Proxime enim sequitur 'concederent;' nec solet Cicero verborum inopia laborare. *Facc.*

Cap. xxii. § 75 *Quo primum constituit Areopagitas*] Petrus Victorius in Var. Lect. vi. 5. hæc verba sic accepit, quasi Cicero velit, Solonem Areopagi consilium primum instituisse. Quod si esset, non solum ab Aristotele, verum etiam ab Eusebio, Apollodoro, Pausania, et Demosthene ipso dissentiret. Verum non est ita. Sed cum Eusebius scribat, Cecropem primum, qui urbem Athenarum condidit, Areopagum instituisse, atque ab urbe condita usque ad annum tertium Olympiadis 46. quo Solo archon et legislator creatus novis legibus rempublicam Atheniensium temperavit, anni fere 355. numerentur; dubium non est, quin tam longo tempore hoc consilium labefactatum, et Areopagitarum auctoritas imminuta fuerit, quam Solo restituit, et consilium ipsum constituit. Sic in Bruto, 'leges et judicia constituta dicit,' non quæ tum primum instituta fuerunt, sed quæ bello civili ac tumultu labefactata et intermissa, eo tempore repetita et revocata κατάστασιν ἔλαβον. *Fabr.*

§ 76 *Imperium Lacedæmoniis dilatatum*] Ita vulgo legitur, cum tamen hæc lectio doctis non parum displicuerit. Pro *dilatatum* Lambinus legebat *partum*, Gronov. pater, *datum*, Gronov. filius, *delatum*, id est, comparatum. Ego vero Victorium sequendum esse puto, qui edidit *imperium Lacedæmoniis dilatatum.* Vox

dilatatum locum, non tempus, hic respicere videtur; et sensus est: Eorum rebus gestis imperium Lacedæmonis sive Spartæ creditur fuisse ita auctum et amplificatum, ut non suis solum civibus, sed etiam aliis quibusdam Græciæ civitatibus ipsa imperaret. *Pearc.*

§ 77 *Concedat laurea linguæ*] Linguam dixit pro eloquentia. Ita enim legerunt Sallustius, sive Porcius Latro, vel quisquis auctor invectivæ in Ciceronem, Quinctil. II. 1. et Plutarchus in Cicerone. Non tamen repugnem si quis *laudi* potius cum F. Ursino, et Fr. Polleto legere malit, quam *linguæ* cum Victorio et Lambino; tum quia elegantior est ἀντίθεσις, ut forensia conferantur cum castrensibus, et amborum præmia inter sese; nam armorum præmium laurea est, togæ sive forensium actionum laus et gloria: tum quia optimi et laudatissimi codices *laudi* habent; tum quia Cicero studuisse videtur syllabarum antanaclasi, unde illud ejusdem: 'O fortunatam natam me consule Romam!' tum quia Tullius ipse comprobare videtur, cum in orat. in Pisonem ubi hujus versus hemistichium primum est interpretatus, subjicit, 'Nam cum tu timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam e cruentis fascibus lauream ad portam Esquilinam abjecisti, indicasti, non modo amplissimæ, sed etiam minimæ laudi lauream concessisse.' *G. J. Voss.*

Nec majus otium] *Majus otium* in omnibus antiquis libris reperio, et notavit etiam Pet. Victor. Var. Lect. VII. 13. Periculosissimæ enim conspirationes, dum in utramque aurem dormitatur; maxime vero, id quod hic evenit, populo velut respirante a longis bellis civilibus, armisque quodam modo projectis; id quod in Ilii excidio Homerus expressit. Otium enim non tam cessationem significat, quam securitatem quandam. Terent. in And. et alibi sæpe. *Lang.*

CAP. XXIII. § 79 *Honestum autem*] Totum hoc membrum alia expressum forma monitum erat margini appositum. *Facc.*

Bellum tertium Punicum] De quo Florus II. 15. Susceptum dicitur auctoritate Catonis, quia cum viveret, delendam esse Carthaginem, etiam cum de alio consuleretur, pronunciabat. Porro post vocem *Catonis* quidam codices addunt *consilio*. Mortuus est Cato ante triennium, quam Carthago deleretur, L. Censorino, et M. Manlio coss. ut est apud Paterc. I. 13. *Idem.*

CAP. XXIV. § 82 *Rebus agitatis*] Vult Cicero, virum magnum non temere ad puniendum ruere, sed expensa demum et animo diligenter volutata causa. Nam hoc est agitare; a quo cogitare, quasi coagitare, ut a coago, cogo. Sallust. in Jugur. 'Quæ cum præcepta parentis mei agitarem.' Et paulo post: 'Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne mox agitando, aliud quam bellum mallet.' Sic Cic. de Finibus cap. 2. et alibi. *Lang.*

§ 83 *Addubitata*] *Addubitata* est propter spem incerti exitus omissa. Quod hic Cicero docet, præstitit Alexander Magnus, cujus valetudo cum esset conclamata, et solus medicus Philippus, quem cavendum tanquam suspectæ fidei, et corruptum a Dario, monuerat eodem tempore Parmenio, remedium ei offerret, 'tutius est ratus dubiæ se fidei medico credere, quam indubitato morbo perire,' auctore Justino XI. 9. De re ipsa pulchre multa præcipit Grotius de Jure Belli et Pacis II. 24. § 5. *Græv.*

§ 84 *Ab Arginussis*] Vide de hoc prælio Diod. Sic. lib. XV. *Idem.*

Nec cum] Olivetus legit *ne dum*, quasi vero ratio reddatur membro hoc membri superioris. Sed mihi videtur battologia quædam, si dicas,

Digitized by Google

omnes reipublicæ partes cura, ne, dum unam curas, reliquas deseras. Itaque reponendum *nec*, ut sensus idem continuetur majore quadam explicatione. *Facc.*

Cap. xxv. § 85 *Ut enim tutela*] Constituitur enim tutor in rem pupilli, et ut ejus serviat rationibus. Hinc in suam rem auctor fieri tutor prohibetur, l. 1. pr. ff. de auct. et cons. tut. Neque lucrum facere ex tutela quisquam debet, l. 58. pr. ff. de adm. et peric. tut. Neque in hoc administrantur tutelæ, ut merguntur pupilli, l. 3. pr. ff. contr. tut. act. Quæ aliæque similes juris regulæ etiam religiosius in reip. administratione sunt observandæ. *Rack.*

§ 86 *Dum ea conservet*] Quamvis in gravis offensionis periculum incidat. In his verbis est quidem sensus, sed non ita planus. Legere malim *ut eam conservet*. Al. *ut, dum eam conservet, quamvis, &c.* Sed ita quidem locum non habet adverbium *graviter*, ut facile intelligit, qui habet Latinas aures. *Facc.*

§ 87 *Miserrima est omnino ambitio*] Miserrimam esse ambitionem ex eo intelligi potest, quod, quæ duæ res in vita plurimum habent suavitatis, et sapientissimo cuique in prima commendatione semper fuerunt, iis utrisque ambitio spoliat suos, libertate, et tranquillitate animi. Vide de utroque superius ad cap. 20. *Muret.*

Similiter facere eos, qui inter se contenderent] Plato de Rep. lib. vi. comparatione quadam utentem Socratem facit, qua doceat, cur veri philosophi, cum ad regendas civitates omnium aptissimi sint, aut soli potius apti, vulgo tamen ad id munus obeundum uni ex omnibus minime apti videantur. Ait autem id ex eo evenire, quod in civitatibus, ut quisque quo jure, quaque injuria deturbare alios ab honoribus et imperiis, eaque ipse arripere atque occupare maxime potest, ita maxime navus et industrius, et ad res gerendas idoneus haberi solet; cum veri philosophi, qui ab omni ambitione sunt remotissimi, quia nihil unquam tale conantur, sed in studiis cognitionis et scientiæ acquiescunt, ignavi et desides, et ab administratione reipublicæ alieni existimentur. Idem autem eventurum ait homini gubernandæ navis perito, et intelligenti, si ea versetur in navi, in qua vectores ita insaniant, ut inter se contendant, quis potissimum gubernare debeat, et ut quisque depellere alios a gubernaculis, eaque ipse occupare potuerit, ita eum plurimi faciant, eique navis gubernandæ curam optime committi putent. *Idem.*

Qui suo judicio tueri rempub. velint] Longe aliud est judicio et sententia, aliud voluntate atque animo dissidere. Nam etiam in sententiarum dissimilitudine ac discrepantia, animorum tamen conjunctio servari potest; neque unquam boni viri quenquam, quod a se dissentiret, propterea in inimici loco habendum existimarunt. Evertendam Carthaginem Cato, conservandam Scipio Nasica censebat. Num igitur eos inimico inter se fuisse animo credimus? Stultorum et imperitorum ista consuetudo est: qui, quoniam, ut ait Comicus, nisi quod ipsi faciunt, nihil recte fieri putant, idcirco a se ne levissimis quidem in rebus dissentientes ferunt. *Fabric.*

Qualis fuit inter P. Africanum et Q. Metellum] Africanum Minorem dicit, et Q. Metellum Macedonicum, summos viros, de quorum dissensione ita in Lælio; ‘Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine se removerat, ut scitis, Scipio; propter dissensionem autem, quæ erat in republica, alienatus est e collega nostro Metello. Utrumque egit graviter auctoritate et offensione non acerba.’ Vide et Valer. iv. 1. et Plin. vii. 44. *Idem.*

§ 88 *Exercenda etiam est facilitas*]

Digitized by Google

Qui liberos populos regunt, jurique dicendo præsunt, perpetuo cogitare debent, se in illo honoris ac dignitatis gradu constitutos esse, ut omnium querelas patienter audiant, ut omnium jura cognoscant, ut lites dijudicent ac componant, ut suum cuique tribuant. Itaque faciles omnibus aditus ad eos esse debent; neque ulla esse occupatio tanta, quæ eos impediat ab iis, qui querelas suas ad eos perferre volunt, audiendis. Qua de re ita Cic. in oratione pro Murena: 'Sapiens prætor offensionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi.' Et in Epist. ad Q. Fratrem: 'Adjungenda etiam est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satisfaciendo ac disputando diligentia.' Et alibi in eadem epistola admonet eum, ut se facilem in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendisque præbeat. Scitum est quod de Philippo, Alexandri Magni patre, traditur, a quo cum peteret anicula quædam, ut causam quandam suam cognosceret, negassetque ille sibi vacare, 'Ne vacet igitur,' inquit illa, 'regnare, si non vacat audire.' Etsi autem qui ad eos adeunt, tempus ad eam rem opportunum captare debent, si quis tamen aut rusticitate, aut cogente necessitate, aut casu aliquo, parum in tempore ad eos venerit, non est iracunde ac superbe rejiciendus, ac repellendus; sed aut audiendus sic quoque, si fieri potest; aut certe placide ac leniter commonefaciendus, ut tempus aliud commodius capiat: esse alios quoque, quibus consulendum sit; et æquum esse ipsis quoque rectoribus aliquam diei partem ad curanda corpora, et ad animi quietem, relaxationemque concedi. Eademque comitas adhibenda est adversus eos quoque, qui quædam interdum parum prudenter rogant; ut non aspere cum eis agamus, neque eos acerbe, ac contumeliose repellamus; sed efficiamus, ut ipsi intelligant, planeque videant inverecundam esse petitionem suam, neque, sibi nos, salva ratione officii, obsequi posse. Valde amicus erat Themistocli poëta Simonides. Cum igitur in magistratu esset Themistocles, et Simonides fretus ea, quæ sibi cum illo erat, familiaritate, injustum quiddam ab eo peteret, 'Neque tu,' inquit Themistocles, 'bonus poëta fueris, neque ego bonus prætor, si utervis nostrum quidquam adversus leges fecerit.' Hoc Græce aliquanto dicitur suavius; quod ejus gentis lingua, et leges, quibus civitas temperatur, et quædam poëtarum cantilenæ, eodem nomine vocantur. Sed ille neque objurgavit Simonidem, neque iracunde eum a se repulit; sed eo est genere orationis usus, ut cum ei, quod petebat, negaret, æquum tamen eum a se placatumque dimitteret. Quæ exempla qui sequentur, et dignitatem retinebunt, et vitabunt eam, quam Cicero 'inutilem et odiosam' esse ait 'morositatem.' *Muret.*

Altitudo] Legendum *lenitudo*. Excusat autem verbum duriusculum. Ait, liberos populos regendos esse non solum animo placabili, sed interdum etiam lento, ut ne impudenter quidem rogantibus irascamur. Hujus autem vocis duritiem notat etiam in Tusc. IV. 19. *Facc.*

Altitudo animi] Altitudo animi non est hoc loco excelsitas, vel elatio; sed βαθύτης, ut cum *altitudinem* puteorum dicimus, qua præditum hominem κρυψίνουν Græci vocant, qui non statim detegit omnes animi motus, neque eos in promptu habet, sed abdit ac tegit cum opus est: qualem esse Pompeium ipse alicubi dicit in epistolis ad Atticum; et qualem Tiberium Augustum fuisse historiæ loquuntur. *Idem.* *Altitudo animi, quæ dicitur, &c.*] Locum hunc illustrare tuerique potest id quod legitur in

Digitized by Google

Partit. Orator. cap. 22. 'Est altitudo animi in capiendis incommodis, et maxime injuriis.' Hanc autem formulam, *quæ dicitur*, quoniam solet adhibere Tullius, ubi vocabulum quodpiam Græcum subjuncturus est, in quo vis insit antecedentis Latini; opinor scriptum fuisse *quæ βαθύτης dicitur*. Neque dissensuros arbitror, qui hos tres locos ex Epist. ad Atticum inspexerint: IV. 6. '*βαθύτης* mea quæ in agendo apparuit.' v. 10. 'Admirabere meam *βαθύτητα*, cum salvi redierimus: tanta mihi *μελέτη* hujus virtutis datur.' VI. 1. 'Quod meam *βαθύτητα* in Appio tibi... probo, vehementer gaudeo.' Qua de voce sic Bosius: '*Βαθύτητα* vocat taciturnitatem, et occultum aliqua de re animi sensum, sumpta translatione a puteis, et aliis locis altis, in quibus demersa ita latent, ut non appareant.' Eodem sensu dixit Horat. II. Sat. VI. 57. 'Mirantur, ut unum Scilicet egregii mortalem altique silenti.' *Fr. Odinus.*

Ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur reip. causa severitas] Ut morositas odium, ita nimia facilitas contemptum parit. Utraque igitur vitanda iis, qui cum imperio sunt; et adhibenda moderata severitas, quæ si absit, omnis magistratus auctoritas obsolescit, quæ certissima pestis est civitatum. Quoniam enim magistratus legum custodes sunt, aut ipsi potius vivæ ac spirantes leges, cum magistratus contemnuntur, perinde est ac si leges contemnerentur. Videndum igitur ut et ab odio severitatem comitas vindicet, et a contemptu severitas comitatem. *Muret.*

Omnis autem animadversio et castigatio contumelia vacare debet] Qui in castigando contumeliosus est, ostendit se libidine potius et iracundia, quam justitiæ studio duci. Vide Gellium VI. 14. *Idem.*

Qui punitur aliquem] *Punitur aliquem*, pro punit, Ciceronem hic dixisse, non solum Nonius, sed et Servius in Æn. XI. observavit. Sic Tusc. I. 44. 'Cum multi inimicos etiam mortuos pœniantur,' pro puniant. In Miloniana, cap. 13. 'pœnitus es,' pro punivisti. Philippica quoque VIII. ex libris antiquis jam recte legitur, 'Ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem.' *Fabric.*

§ 89 *Prohibenda autem maxime est ira in puniendo*] Cupiditas modum non novit; et quæcunque cupide facimus, immodici in eis, atque immoderati sumus. Est autem 'ira,' ut in secundo de Anima traditur, 'cupiditas ultionis.' Quare quicunque ad reposcendam pœnam iratus accedit, modum tenere non potest. Est igitur magni et sapientis viri, aut omnino non irasci, aut, quod fortasse majus est, iram vincere ac cohibere, neque quidquam ulciscendi causa facere, donec ille iræ tumor resederit, impetus constiterit, ardor refrixerit. Ἅπανθ' ὃς ὀργιζόμενος ἄνθρωπος ποιεῖ, Ταῦθ' ὕστερον λάβοις ἂν ἡμαρτημένα, ait Menander. Itaque laudatur Plato, qui servo cuidam suo iratus, 'Tu vero,' inquit, 'gratias Diis agito, quod ego iratus sim; pœnas enim a te exigerem, nisi iratus essem.' Et Xenocrati, qui tum præsens aderat, 'Quæso,' inquit, 'tu hunc verberato; me enim, cum iratus sim, id facere non decet.' Eadem fere narrantur de Archyta Tarentino, qui, ut est apud Ciceronem Tuscul. lib. IV. cum villico factus esset iratior, 'Quomodo te,' inquit, 'accepissem, nisi iratus essem!' Sed et de Platone ipso ejusdem generis alia: quod servo iratus, sublata manu, quasi eum percussurus, diu eodem in statu constiterit, cumque rogaretur, cur id faceret, 'A me ipso,' inquit, 'exigo iracundiæ meæ pœnas.' Et quod adolescens quidam, qui diu apud eum vixerat, cum domum rediiset, vidissetque aliquando iratum matri patrem: 'Apud

Digitized by Google

Platonem,' inquit, 'nihil unquam tale vidi.' Dandam autem iræ moram dum relanguescat, neque præcipitandum, quod illa suaserit, eleganter docuit Athenodorus Stoicus, qui Octaviani Augusti temporibus fuit. Cum enim Augustum facile ac celeriter irasci videret, monuit eum, ut quoties irasceretur, antequam quidquam imperaret, recitaret Græcarum litterarum nomina; illo quamvis exiguo temporis intervallo judicans fore, ut iræ impetus, vel frangeretur, vel certe remitteretur. Sextus Aurelius Victor in Theodosio. Sapientissime itaque decrevit senatus temporibus Tiberii, ne de iis, qui capitis damnati essent, supplicium ante decimum diem sumeretur. Cujus senatusconsulti meminit Tacitus lib. III. Dio lib. XXVII. Suetonius in Tiberio. Seneca in libro de Tranquillitate Vitæ. Sidonius Apollinaris Epist. XI. 7. Quod temporis spatium optimus imperator Theodosius ad triginta dies prorogavit; cum ob ingentem quandam stragem ipsius jussu Thessalonicæ factam a sanctissimo et fortissimo episcopo Ambrosio Ecclesiæ foribus exclusus, neque nisi post actam, ex veteri ecclesiastica consuetudine, publicam pœnitentiam, ad sacrorum mysteriorum communionem admissus esset. Historia est apud Theodoretum v. 17. et Sozomenum VII. 24. et extat ipsa Theodosii constitutio, L. 'si vindicari' C. de pœnis. *Muret.*

Modo ne laudarent iracundiam] Reprehendit Peripateticos, quod iracundiam laudent, et a natura utiliter datam dicant. In quo considerandum primum quid sit 'iracundia,' et quomodo ab 'ira' differat; dein verumne sit iracundiam a Peripateticis laudari; et tandem quid inter Peripateticos et Stoicos hac in re non conveniat, et num merito Peripatetici a Stoicis reprehendantur. Seneca igitur de Ira I. 4. ait inter 'iram' et 'iracundiam' idem interesse, quod inter 'ebrium' et 'ebriosum,' inter 'timentem' et timidum.' Iratus potest esse non iracundus. Iracundus potest aliquando iratus non esse. *Ira* igitur est *ὀργὴ*, *iracundia*, *ὀργιλότης*. Hæc etiam Claudius Cæsar distinxit edicto, de quo Suet. 'Iræ atque iracundiæ conscius sibi, utrumque excusavit edicto, distinxitque, pollicitus alteram quidem brevem et innoxiam, alteram non injustam fore.' 'Iracundiam' tamen Latini interdum pro 'ira' dicunt. Plautus Asinar. 'Non hercle te prævideram. Quæso ne vitio vertas. Ita iracundia obstitit oculis.' Et Terent. 'Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.' Nunc videamus num Peripatetici iracundiam laudent. Sane Aristot. II. Eth. lib. II. prolixus est in *iracundia*, *ὀργιλότητι*, reprehendenda ut vitiosa. Hoc tamen eis Cicero sæpe objicit, ut hic et Tuscul. IV. 19. sed hæc ex aliorum Peripateticorum commentariis Cicero, ut videtur, hauserat. Et tamen vituperant Peripatetici *ἀοργησίαν*, et Aristoteles ipse ait *τὸν θυμὸν τῇ ἀνδρείᾳ συνεργεῖν*. Neque aliter Plato, qui et Polit. lib. II. ait omnem *ἀνδρεῖον εἶναι θυμοειδῆ*, et de Legibus lib. V. *θυμοειδῆ μὲν χρὴ*, inquit, *πάντα ἄνδρα εἶναι*, et Græci proverbio aiunt, qui irasci nesciat, eum mente etiam carere. Stoici autem iram damnant. Sed tamen de vocibus tantum videntur litigare. Nam si ira semper est *πάθος ἄλογον*, recte eam vituperant; sin potest ratione dirigi, et est interdum *ὁρμή τις ἐγείρουσα τὴν ψυχὴν πρὸς τὴν ἀνδρείαν*, merito commendari potest, neque eradicanda, sed moderanda est. Itaque Horatius I. Epist. 2. 62. cum dixit, 'Ira furor brevis est,' addit, 'qui non moderabitur iræ,' &c. Non dicit, qui non extinguit, sed qui non moderabitur. *Idem.*

CAP. XXVI. § 90 *Ut de Socrate*] Hæc de Socrate Xantippe prædicat

Digitized by Google

Tuscul. Quæst. III. 15. Vide et Senec. Epist. 104. Laërt. in ejus vita. *Idem.*

Facilitate et humanitate video superiorem fuisse] Just. IX. 8. 'Iram pater (Philippus) dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi exarsisset, nec dilatio ultionis, nec modus erat.' Mox, 'Regnare ille cum amicis volebat, hic in amicos regna exercebat.' *Græv.*

In gyrum] Petita ab equis similitudine, qui aguntur in gyrum, certis præfinitis limitibus, ut eorum impetus frangatur. *Facc.*

§ 91 *Nec adulari nos sinamus*] Vel *adulari* patiendi hic significationem habet, vel legendum, *adulari nobis sinamus.* Lamb. Apud Nonium ita refertur, *neve adulari nos sinamus.* Quare nihil in hoc genere contra librorum veterum auctoritatem est immutandum. *Fabr.* Totum hoc membrum, *nec adulari nos sinamus*, insertum videtur, et quidem ante Nonii ætatem, ut est apud Heumannum in Art. Critic. n. XXXIII. *Facc.*

§ 92 *Illud autem*] Hæc omnia, qualiacunque sunt, usque ad caput proximum, hoc loco male habitant: potius eo retrahenda videntur, si cui placent, ubi de politicis, et de otiosis agitur. *Idem.*

CAP. XXVII. § 96 *Ita naturæ*] Legendum opinor *ita naturæ cujusque.* Et quæ præcedunt, et quæ sequuntur, ita poscunt. *Idem.*

CAP. XXVIII. § 97 *Natis sepulcro ipse est parens*] Applaudo Joanni Frid. Gronovio conjicienti tyrannum apud poëtam dixisse, *Natis sepulcro ipse sit parens*, ut in præcedenti versu, *Oderint dum metuant.* Hoc enim vere tyrannicum. Illud vero, Thyesteas epulas commemorans, *parens est natis sepulcro*, quilibet dicere potest. Quid enim in illis tyrannicum? *Grævius.*

Animantium reliquarum] Id est, supra reliquas animantes. Genitivus casus in hac syntaxi durinsculus videtur. Sed fortasse totum hoc membrum *magna cum excellentia præstantiaque animantium reliquarum*, formatum est ex iis, quæ paullo ante dicta sunt, et margini adjectum, postea vero a librariis huc insertum. *Facc.*

§ 98 *Illud, quod ad omnem honestatem pertinet, decorum, quam late fusum sit*] Alexander Aphrodisiensis honestum circuli centro comparat, quod cum re ipsa sit unum, pro varietate tamen linearum, in diversas partes atque regiones ex eo productarum, sit quodammodo varium et multiplex, et nunc hujus, nunc illius lineæ terminus appellatur. Eadem prorsus ratione honestum, cum natura sua sit unum, pro varietate tamen motuum animi, et actionum, quas prudenter moderatur, varium quasi redditur et multiplex. *Rach.*

§ 100 *Neque enim solum, &c.*] Periodus hæc orta videtur ex monito alicujus grammatici margini adscripto. *Facc.*

CAP. XXIX. § 101 *Omnis autem actio*] Ex officii descriptione, quæ est in de Fin. III. 17. hæc omnia consarcinata videntur. Si tollantur, tum sensa, tum verba rectius inter se congruent. Alii legunt *omnis autem ratio.* Sane melius. Quomodo enim 'actio' dicitur 'agere?' *Idem.*

§ 103 *Et quietibus ceteris*] Casus pluralis duriusculus fecit, ut alii legerent *quietis*, alii aliter. Sed nihil variandum. Ita enim locutus est etiam Sallustius in Bello Catilin. cap. 15. *Facc.*

§ 104 *Plautus noster*] Plauti sales et facetias omnis laudavit et admirata est antiquitas. Tritos plerique ac notatos versus habebant, ac ex eorum naturali quodam et insito lepore, quæ veræ et germanæ Plauti fabulæ essent, nullo negotio dignoscebant. Nec eo solum, quo vixit, tempore, cum nihil forsan occurreret melius, habuit poëta hic laudis fautores ac præcones suæ, sed etiam annis postea consecutis multis, cum ridiculi

Digitized by Google

tractatio, quod opus comœdiæ præcipuum est, perfici potuerit, et numeris omnibus absolvi. Atque hæc talis et tanta de jocis Plautinis opinio ad Augusti usque imperatoris ætatem mansit. Quo primum seculo neque jocos istos, neque jocorum laudatores ferre potuit severior et fastidiosior judex Horatius, ac fortasse melior; quippe quos nimiæ patientiæ ac propemodum stultitiæ condemnet. Tametsi hujus ego judicium non unius hominis, sed totius seculi illius eruditissimi judicium putaverim. Neque enim scripsit Horatius aliter, ac videretur Augusto; neque Augustus cupidus ipse dictorum et cujusvis generis ejus intelligens, in alia, atque probi et politi ejusdem ævi scriptores essent, sententia fuit. Nisi forte suspicari, &c. *Vavassor* de Lud. Dict.

Atticorum antiqua comœdia] Adversatur Ciceroni Aristot. Eth. ad Nicom. IV. 8. qui monet facilem esse distinctionem ingenui et scurrilis joci ex veteribus et novis comœdiis, perinde ac si dicat, tantundem sibi veteres comicos permittere, quantum scurræ solent, quibus nihil unquam nefas sit nec in rebus, nec in verbis, quosque nihil, dummodo aliis risum excutiant, neque pudeat, neque tædeat. Aristoteli adversatur Cicero. Hic enim ab antiqua comœdia illiberalitatem, petulantiam, turpitudinem flagitiosam removet, quibus ille eam sua sententia damnat. Quanquam non cum Aristotele duntaxat Cicero, sed secum ipse pugnat, qui continuo post dicat, facile distingui ingenuum et liberalem jocum: alterum esse si tempore fit, ac remisso animo, homine libero dignum; alterum ne homine quidem, si rerum turpitudini adhibeatur verborum obscœnitas. Quis autem non videt genus jocandi profusum et immodestum inesse in Plauto; comœdiam veterem nec ingenuitatem, nec ruborem, nec moderationem ullam præstitisse, vel offensione hominum, vel rerum turpitudine et verborum obscœnitate vitanda? *Idem*. Tamen pro Aristophane, veteris comœdiæ auctore præcipuo, facit Plato; ei enim Thomas Magister tribuit hoc epigramma, quo canit, sorores Gratias, tres præsides venustatis Deas, quæsivisse templum sibi, in quo divinis honoribus consecratæ perpetuo colerentur; ac demum pro templo animam Aristophanis poëtæ feliciter et commode esse nactas: *Αἱ Χάριτες τέμενος τι λαβεῖν, ὅπερ οὐχὶ πεσεῖται, Ζητοῦσαι, ψυχὴν εὗρον Ἀριστοφάνεος· Nunquam casurum cupidæ sibi sumere templum Invenere animam Gratiæ Aristophanis.* Idem.

Ut ne nimis omnia profundamus] Lambinus edi jusserat *ne nimis joca profundamus*. Quæ lectio et sententiam commodam habet et a vulgata non multum discrepat. Langius vetustorum librorum auctoritate neglecta edidit *ut ne nimis profundamur*. Putat enim *profundamus* scriptum esse a librariis pro *profundamur*, ac deinde ab aliis adjectum esse *omnia*. Ego ante annos 16. cum hos libros publice interpretarer, hunc profusionem referebam ad illam, de qua Cicero in Cæliana: 'Voluptates,' inquit, 'cum prima ætate compressæ et constrictæ fuerunt, subito se nonnunquam profundunt, atque ejiciunt universæ.' *Fabr.*

CAP. XXX. § 105 *Semper aliquid aut anquirit, aut agit*] Totum hoc membrum vacat et formatum puto ex eo, quod est in cap. 36. de duplici animorum motu. Duo tamen priora verba *semper aliquid* retineri possunt, si conjungantur cum *cogitando*. Facc.

§ 108 *In L. Crasso*] Ideo de Orat. lib. II. 'Non fere quisquam reperietur præter hunc (Crassum) in utroque genere leporis excellens; et illo quod in perpetuitate sermonis, et hoc quod in celeritate atque dicto est.' *Græv.*

In L. Philippo] Hic fuit L. Martius Philippus Q. F. qui consul fuit anno

Digitized by Google

U. C. 663. de quo in Bruto Cicero: 'Erat in eo summa libertas, multæ facetiæ, satis creber in reperiendis, solutus in explicandis sententiis.' *Idem.*

In C. Cæsare] Is fuit C. Cæsar Strabo, quo et filio negat quemquam in Bruto Cicero sale et lepore conditiorem fuisse. Hinc de Orat. lib. II. ipsum induxit de facetiis disputantem. *Idem.*

In M. Scauro] Quanta fuerit in illo gravitas cum multis aliis locis Cicero testatur, tum in primis in Bruto: 'In oratione Scauri sapientis hominis et tecti gravitas summa, et naturalis quædam inerat auctoritas, ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret.' *Idem.*

In M. Druso] Is fuit M. Drusus, C. filius, qui in tribunatu C. Gracchum collegam iterum trib. fregit, 'vir et oratione gravis et auctoritate,' ut de illo Tullius testatur in Bruto. *Idem.*

In C. Lælio multa hilaritas] Cic. pro Muræna: 'Quis C. Lælio comior? quis jucundior eodem ex studio isto? quis illo gravior? quis sapientior?' Hinc etiam propter istam hilaritatem, ut et sermonis elegantiam, putabantur fabellæ Terentii ab illo scribi, ut idem auctor ad Attic. VII. 3. *Græv.*

Simulatorem] Hoc loco *simulatorem* ad laudem refertur. Alii tamen legunt *dissimulatorem*. Facc.

Quem εἴρωνα Græci nominaverunt] Hæc verba esse ab aliena manu Heumannus monet in Arte Crit. n. 27. *Idem.*

Pheræum Jasonem] Vide de ejus prudentia et potentia Xenoph. Ἑλληνικ. lib. VI. Et Diod. Sic. lib. XV. *Græv.*

§ 109 *Ut Syllam et M. Crassum*] Syllam alios coluisse, et servili obsequio dignitates meruisse, nusquam dictum scriptumve. In ætate tenera cum scurris et mimis potavit, et genio indulsit frequenter, sed de adulatione potentium dignitateque florentium nihil. Crassus autem Syllam sectatus est, et coluit enixe, ejusque gratia potissimum ad illas divitias et postea honores est evectus. Vide Plutarchum in ejus Vita. Sine dubio locus est contaminatus, quem sic purgabis ex meo primo codice, in quo clare scribitur, *Ut Syllæ M. Crassum videbamus*. Græv.

Lysandrum] Vide C. Nep. in ejus Vita. *Idem.*

Callicratidam] De hoc etiam egit cap. 24. hujus libri. *Idem.*

Itemque in sermonibus alium quemque, quamvis præpotens sit, efficere] Hoc vult: Esse in quibusdam sermonis comitatem, ut, quamvis sint in magna dignitate constituti, tamen cum sermones serunt cum infimæ quoque sortis hominibus, videantur et ipsi ejusdem loci et ordinis homines esse, nullum ut præ se ferant in oratione fastum. Cic. de Fin. lib. II. 'Tennis L. Virginius unusque de multis.' Sic Græcis εἷς τῶν πολλῶν. *Idem.*

Nullam comitatem] Nullas sermonis blanditias, quibus caruit Xenocrates quoque; ob hoc autem ipsum in primis celebratus est: exemplum Xenocratis tanquam insititium putat expungendum esse Heumannus in Arte Critic. n. 27. *Facc.*

Ne Xenocratem quidem] Hanc lectionem optimorum librorum auctoritas, et sententia comprobat. Hoc enim dicit, Ne severissimum quidem philosophorum Xenocratem comitatem sermonis habuisse, et in gravitate maxima præstitisse dignitate, ut Camerarius scribit. *Fabr.*

Cap. XXXI. § 110 *Tamen nos studia nostra naturæ regula metiamur*] Nonnulli Mss. habent *nostra naturæ*, quod vulgatæ lectioni *nostræ naturæ* præferendum videtur; quia non cujuscunque naturæ, sed nostræ regula studia nostra sunt metienda. Idem

Digitized by Google

dicendum est de *studiis;* quocirca legendum esse arbitror, *tamen nostræ naturæ regula metiamur.* Pearc. Video sine emendandi ratione apertam sententiam. Satis enim significavit Cicero quam dicat naturam. *Anon.*

§ 114 *Epigonos*] Accii tragœdiam. Sunt autem Epigoni auctores secundi belli Thebani, quorum nomine Euripides tragœdiam scripsit. Hanc imitatus est Accius. *Facc.*

Medumque] Pacuvii tragœdiam, a Nonio et Charisio citatam. Alii legunt *Medeamque*. *Medum* autem esse volunt Medeæ filium. *Idem.*

Cap. xxxii. § 116 *Consequantur*] Legere malim *sequantur*. Idem.

§ 118 *Herculem Prodicium*] Quemadmodum hoc loco *Herculem Prodicium*, ita in epistola ad Lucceium 'Herculem Xenophontium,' dicit. Nam Xenophon in secundum librum Commentariorum retulit, quod Prodicus in libro de Hercule exposuerat. *Fabr.*

Jovis satu edito] Urbane ex veteri aliquo poëta, ea tempestate noto. Alii malunt legere *Jove edito*, perperam veriti ne modus hic poëticus Ciceronem dedeceat. *Facc.*

Cap. xxxiii. § 120 *Ut fortuna nonnunquam, tanquam ipsa mortalis, cum immortali natura pugnare videatur*] Merito displicuit doctis hic locus non uno modo corruptus. Quid de eo censeam, liceat proferre. Editio Rom. prima, et tres Mss. Oxon. habent *quam fortuna* pro *ut fortuna*. Unde conjectura sic sententiam totam refingo, *multo enim et firmior et constantior est quam fortuna; ut ipsa* (scilicet fortuna) *nonnunquam, tanquam mortalis cum immortali, cum natura pugnare videatur.* Video ab hac non multum Grævii conjecturam recedere; sed in mea vulgatus ordo verborum magis servatur. Conjunctio *ut* idem valet quod *ita ut;* sensusque loci hic est: Quoties fortuna cum natura (ut fit aliquando) pugnat, videtur impari certamine pugnare, quasi mortalis homo cum immortali Deo contenderet. *Pearc.*

Amicitias sensim dissuere] Eleganter et acute *dissuere;* sed tamen veteres omnes libri *diluere* habent; quod est extenuare. Sic colores, sic vina diluuntur. Sic 'unguenta lacrymis diluere' dixit Ovidius; 'auctoritatem diluere' Seneca. Sed maxime ad hunc locum, quod Gellius, priscorum vocabulorum mirus sectator, xii. 1. 'Vinculum,' inquit, 'illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscindunt, aut certe quidem diluunt deteruntque.' Ubi 'deterunt' eadem metaphora dixit, nempe a pictoribus colores terentibus. Ut Horatius, 'Culpa deterere ingenii,' id est, imminuere. *Lang.*

§ 121 *Si igitur*] Schema est, per quod verborum constructio mutatur, servata sententia; ἀνακόλουθον vocant. Legere malim *Si quis igitur;* nec aliter scripsisse Ciceronem puto. *Facc.*

Nefas et vitium judicandum] Quam male *vitium* cum *nefas* jungatur, vident omnes, qui aut præceptis rhetorum sunt imbuti, aut recte loquentium usum et consuetudinem in consilium adhibent. Vitium enim est infra nefas. Itaque clarissimus Gruterus bene notavit, se vix se continere potuisse, quin deleto illo *vitium* intulerit *impium*, quia id repererit in primo Palatino. Cum vero *impium* quoque in meo primo conspiciatur, nullus dubitavi id reponere. *Græv.*

Cap. xxxiv. § 122 *Majores natu interesse*] Hoc ex instituto Lycurgi observabatur in Lacedæmoniorum republica, et faciendum præscribit Plato de Legibus lib. ii. Nam Seneca Epist. 25. bene dicit, 'Omnia nobis mala solitudo persuadet.' Et Ep. ii. 'Magna pars peccatorum tollitur, si peccatoris testis adsistat.' Ceterum hic locus in antiquis libris

varie legitur. In nonnullis est, *Si ejusmodi quidem in rebus majores natu nolint interesse.* Unde conjicit Lambinus *non nolint interesse.* Pith. et Græv. prim. *Si in ejusmodi quidem rebus majores natu interesse volent.* Et sic fere Palat. prim. quos sequor. *Græv.*

§ 124 *De magistratuum, de privatorum, de civium, de peregrinorum officiis dicere*] Ms. Laud. et Mert. pr. omittunt vocem *civium;* Bodl. vero secundus vocem *de.* Ego utramque delendam esse censeo, ut legatur, *de magistratuum, de privatorum, de peregrinorum officiis dicere.* Voces *de civium* videntur interpretamento fuisse vocum *de privatorum:* de tribus enim solum generibus personarum Cicero in sequente capitis parte agit; et de secundo sic dicit, 'Privatum autem oportet æquo et pari cum civibus jure vivere:' ubi post vocem *privatum* non inseritur vox *civem*, quamvis ea (ut et hic *civium*) subintelligenda esse videatur. *Pearc.*

Jura describere] Non est leges ferre, seu condere, sed jus suum cuique tribuere, jus dicere. Cic. in Verr. v. 11. 'Eadem lectica usque in cubiculum deferebatur. Eo veniebant Siculorum magistratus, veniebant equites Romani, id quod ex multis juratis audistis. Controversiæ secreto deferebantur: paulo post palam decreta auferebantur. Deinde ubi paulisper in cubiculo pretio, non æquitate jura descripserat, Veneri jam et Libero reliquum tempus deberi putabat.' Et pro Quint. 'Quis tandem nobis ista jura tam æqua describit? quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintium, id iniquum esse in Nævium?' Describere enim est ordinare, distribuere. Cic. de Lege Agraria: 'Duodecim describit in singulos homines jugera.' Fam. xii. 1. 'Tabulæ finguntur, immunitates dantur, pecuniæ maximæ describuntur.' *Græv.*

Cap. xxxv. § 126 *Decorum illud*] Vox *illud* videtur redundare, et omittitur in aliquo codice; sed tamen habetur etiam paulo infra. Significat autem decorum illud, de quo loquimur. *Facc.*

Difficilius] Ita vulgo legitur: minus tamen recte. Legendum *difficilibus*, rebus scilicet difficilibus ad explicandum; sed satis est, inquit, eas intelligi. *Idem.*

Difficilius ad eloquendum] Ista non bene cohærent cum præcedentibus. Pet. Victorius edidit *difficilius ad eloquendum est;* sed sic quoque aspera et hiulca est oratio, nec pro illa facilitate et suavitate Tulliana se habet. Eam vero duritiem tollit meus primus et optimus codex; *difficilius ad eloquendum rebus* in eo extat, quod et Gruterus reperit in Palat. primo, et editione Romana anni 1471. ut plane probem Gruteri sententiam, legendum esse *difficilibus ad eloquendum*, et respici *rebus*, quod præcesserat, perperamque repetitum esse a librariis. *Idem.*

Satis erit intelligi] Ambrosius Officiorum i. 19. ita scribit: 'Unde Tullius etiam ordinem putat in illo decore servari oportere, idque positum dicit in formositate, ordine, ornatu ad actionem apto, quæ difficile sit loquendo explicari posse, et ideo satis esse intelligi.' Quemadmodum autem hic dicitur *difficilius ad eloquendum*, sic in Oratore legitur, 'Quo est ad inveniendum difficilior in oratione numerus, quam in versibus.' *Fabr.*

§ 128 *Aut si qui fuerunt Stoici pæne Cynici*] Fuerunt enim Stoici, qui τὸν κυνισμὸν, id est, *Cynicorum rationem atque vitam* probaverunt. De quibus Cicero extremo libro tertio de Finibus, et Laërt. lib. vii. Est quoque apud Arrianum caput περὶ κυνισμοῦ, iii. 22. *Fabr.* Hinc Stoicorum dogmata tunica tantum a Cynicis distare Juven. Sat. iii. ait, hoc est solo habitu a Stoicis differre, cum dog-

Digitized by Google

mata fere habeant eadem. *Græv.*

CAP. XXXVI. § 130 *Palæstrici motus*] In palæstris docebantur, et brachia, et totum corpus movere decore ad leges, numerosque. Hinc Horat. I. Od. 10. 2. de Mercurio: 'Qui feros cultus hominum recentum Voce formasti catus, et decoræ More palæstræ.' Tu primus docuisti homines eleganti more ac ratione luctari, cum antea luctæ essent inconditæ et insulsæ. Hinc 'palæstra' pro ipsa ratione quadam eleganti. Cic. de perfecto Oratore: 'Ut athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere, nec petendo vehementer, in quo non motus hic habeat palæstram quandam.' Sic de Legibus lib. I. 'Fannii autem ætati conjunctus Antipater paulo inflavit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore et palæstra.' Qui sunt autem palæstrici motus eleganter docet Quintil. Institut. lib. II. 'Ne illos quidem reprehendendos putem, qui paulum etiam palæstricis vacaverint.' Nimirum ut paulo post dicit, 'ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæve manus, ne status indecorus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant.' Vide ibi plura. Quod olim palæstra, hoc nunc docet orchestra. *Græv.*

Gestus inepti] Si gestus sunt inepti, quid mirum, quod offendant? Legendum *ineptiis nonvacant*, omissa *offensione*. Facc.

§ 131 *Ut pomparum ferculis similes esse videamur*] In quibus sacra et simulacra lentissimo incessu circum ferebantur. Horat. I. Sat. 3. 9. 'Sæpe velut qui Currebat fugiens hostem; persæpe velut qui Junonis sacra ferret.' *Erasmus.*

Et si attentos animos, &c.] Cum proxime *animum* singulari numero dixerit, constructionis ratio poscebat *animumque ipsum attentum, &c.* Præterquam quod monitum nimis commune est, nec sine idiotismo expressum: ac proinde inter suspecta refero. Videtur, ut alia multa, ex margine traductum. *Facc.*

CAP. XXXVII. § 133 *Presse loquentium*] Ita clare, ut omnes audiantur litteræ, sed tanta lenitate, ut nullius aures offendant. Quint. II. 8. 'Non satis est dicere presse tantum, aut subtiliter, aut aspere; non magis quam phonasco acutis tantum, aut mediis, aut gravibus sonis, aut horum etiam particulis excellere.' In lib. III. de Orat. 'Me,' inquit Cicero ad Catulum, 'tuus sonus et suavitas illa delectat: (nonnullis interpositis pergit) hanc dico suavitatem, quæ exit ex ore: quæ quidem, ut apud Græcos, Atticorum, sic in Latino sermone, hujus est urbis maxime propria. Athenis diu doctrina Atheniensium interiit, &c. Tamen eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus, non verbis, sed sono vocis, nec tam bene, quam suaviter loquendo, facile superabit. Nostri minus student litteris, quam Latini. Tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est litterarum, nemo est quin litteratissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate vocis, atque ipso oris pressu ac sono facile vincat.' His qui presse loquuntur opponuntur ii, qui aut opprimunt litteras, aut putide nimis rusticeque se exprimunt, ut statim dicet Cicero. *Græv.*

Nihil aliud fuit in Catulis, ut eos, &c.] Cum sex Mss. Oxon. deleo vocem *aliud*, quæ mihi videtur prorsus menti Ciceronis adversari. Sensus est, opinor, Nihil fuit, cur Catulos maxime litteratos et doctos fuisse putares. Contrarium vero videtur vox *aliud* innuere; quasi colligi potuisset, ex eorum modo presse et leniter loquendi, eos fuisse maxime litteratos. *Pearc.*

Quanquam erant litterati, sed et alii]

Digitized by Google

Forte *sed ut alii;* ut sensus sit: Non tam litterati erant, ut non alios in ea re sibi æquales haberent. Censeo voces vulgatas, *sed et alii*, minus significare quam postulat sententia, cum mensuram et gradum eruditionis Catulorum non exprimant. *Idem.* Ut quod sentio dicam, est in duabus his doctissimi Pearcii annotationibus quod me angat. Non dicit Cicero Catulos fuisse habitos maxime litteratos; sed existimatos esse *exquisito uti judicio litterarum.* At videntur hæc differre; non enim si quis exquisito utitur judicio litterarum, continuo est maxime doctus; neque sunt omnes Pearcii, utramque ut laudem conjungant. Vocem *aliud* puto non posse a phrasi abesse; nam hoc vult, ni fallor, Tullius: Nihil aliud præter suavitatem vocis, et pronuntiandi venustatem, in Catulis fuisse, cur putarentur *exquisito uti judicio litterarum.* Tum quasi corrigens aut molliens quod dixerat, subjungit: Non quod litterati non fuerint; sed erant quoque alii tunc temporis, illa eadem ætate litterati, de quibus tamen non eadem erat hominum opinio, *uti* eos *exquisito judicio litterarum.* Cur vero eam non adepti sunt famam? Nimirum deerat illis illud *aliud*, quod in Catulis erat, *qui optime uti lingua Latina putabantur.* Otiosis liceat, et curiosis, adire Janum Parrhasium in Quæsitis per epistolam, Ep. 17. *Olivet.*

Neque expressæ] Legendum censeo *expressæ nimis.* Particula autem *nimis*, quæ in multis editionibus invenitur ante *putidum*, huc est transferenda. Nulla abesse ratione potest, quia litteræ exprimi debent, ut Cicero ipse alibi monet, non tamen *putidius*, id est affectatius. *Facc.*

Litteræ neque expressæ, neque oppressæ] Quid sit 'exprimere, et opprimere litteras' optime docet Quintil. Institut. lib. II. 'In primis vitia, si qua sunt oris, emendet: ut expressa sint verba, ut suis quæque litteræ sonis enuncientur. Quarumdam enim vel exilitate, vel pinguedine nimia laboramus; quasdam velut acriores parum efflamus, et aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus.' Sequuntur ibi plura in hanc sententiam. *Græv.*

Aut putidum] Quid sit *putidum* in pronuntiatione, docet Nonius Marcellus: 'Putidum non solum ab ore fœtido et gravi, quod naribus præbetur, sed et quod auribus triste et insuave, austerum et rancidum, id putidum dici posse auctoritas vetustatis admisit.' Repetiit hoc præceptum Cic. de Orat. III. 11. 'Nolo exprimi litteras putidius, nolo obscurari negligentius; nolo verba exiliter exanimata, nolo inflata, et quasi anhelata gravius.' Quod hic *putidum* dicit, in sequente capite vocat 'aspere, vaste, rustice, hiulce loqui,' quibus opponit, 'presse, æquabiliter, leniter.' Illudque *putidum* et asperum improbat in Cotta, cujus pronuntiationem 'latam' vocat, ut qui iota litteram tollat, et '*e* plenissimum' dicat, ideoque videri non oratores antiquos, sed messores imitari, propter rusticam illam scilicet illarum litterarum expressionem. Apud Quintilian. I. 11. alia exempla invenies. *Idem.*

Sine contentione vox nec languens, nec canora] Nec torpens, nec tinnula. Bene autem Cicero dixit, *sine contentione* vocem non debere esse canoram; nam in oratore illa probatur. In Bruto enim dicit: 'Canorum oratorem concursus hominum forique strepitus desiderat.' In Hortensio talem vocem laudavit idem: 'Vox canora et suavis, motus et gestus etiam plus artis habebat.' Hinc musicen utilem oratori esse ostendit Quintil. lib. X. Sed tamen studendum summopere, ne oratio fiat deforme canticum, neve frangatur in effœminatam et scenicam pronuntia-

Digitized by Google

tionem. Quintil. XI. 3. cum de vitiis pronuntiationis variis egisset, addit, 'Quodcumque ex his vitium magis tulerim, quam quo nunc maxime laboratur in causis omnibusque scholis, cantandi: quod inutilius sit an fœdius, nescio. Quid enim minus oratori convenit, quam modulatio scenica et nonnunquam ebriorum aut comessantium licentiæ similis?' Sed hæc uberius ibi persequitur. Laborabant hoc vitio sophistæ in Græcia inprimis, ut videre licet ex Philostrato. *Idem.* Uberius etiam Cressolius in suo Rhetorum Theatro.

Cæsar] De quo supra, cap. 30. et in Bruto, cap. 48. Hunc, Lucii filium, Catuli patris fratrem fuisse manifestum fit ex de Orat. II. 3. 'Postero igitur die quam illa erant acta, hora fere secunda, cum etiam tum in lecto Crassus esset, et apud eum Sulpitius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu, repente eo Q. Catulus senex cum C. Julio fratre venit.' *Betuleius.* Fratres apud Romanos dicti fuerunt non modo qui iisdem parentibus, sed et qui fratribus, et qui fratre ac sorore nati erant, ut de Metellis et Clodio in Ciceronis historia demonstravi. *Fabr.*

§ 135 *Sed, utcumque aderunt*] *Utcumque aderunt* in omnibus libris reperio scriptum; id est, cuicuimodi homines. Adverbium loco nominis. Terent. 'sic homo est;' 'ita homo est.' Locus hic turpiter erat maculatus. *Langius.* Plerique ediderunt *utcumque aderunt res;* quod ultimum non est delendum, sententia postulante. Ultima syllaba præcedentis vocis videtur hanc voculam absorpsisse. Verba quæ sequuntur quasi in parenthesi sunt posita. Sententia hæc est: Qualescumque res erunt, de quibus loquimur, (non enim semper de iisdem rebus loqui placet) opera est danda, ne modum excedamus, et iis, quibuscum loquimur, fastidium et molestiam moveamus. Videndum quousque oratio nostra placeat audientibus. Quemadmodum considerandum est, antequam incipiamus loqui, ne aures aliorum offendamus, sic et in finiendo sermone nobis erit curæ, ne nimii simus, et nimia prolixitate de eodem argumento simus aliis odio. Inprimis videndum, quibuscum sermones serimus. Nam velle apud nautas de re rustica loqui, aut apud milites de navibus, et instrumento nautico, ineptum esset. Itaque ad eorum ingenium est accommodandus sermo, cum quibus seritur. *Græv.*

Nec omni tempore, nec similiter delectamur] Ms. Cant. omittit conjunctionem *nec* ante *similiter;* quam et omittendam esse arbitror, ut legamus, *nec omni tempore similiter delectamur;* id est, res, quæ nos delectant, non semper nos eodem modo delectant. *Pearc.*

CAP. XXXIX. § 138 *Cn. Octavio*] De Perse rege Macedoniæ triumphavit post præturam, sed navali triumpho. Consul fuit anno U. C. 588. De hoc etiam Cicero Philippic. IX. 'Cn. Octavii, clari et magni viri, qui primus in eam familiam, quæ postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum, statuam videmus in rostris; nemo enim novitati invidebat, nemo virtutem non honorabat.' *Græv.*

Novo homini] Non 'novus' dicitur Octavius, quatenus respicitur familiæ origo, quam jamdudum Numa civitate donaverat; sed quod ante id tempus majores nullum magistratum populi suffragio datum gesserant. *Anon.*

Hic, summi et clarissimi viri filius] M. Æmilii Scauri, principis senatus et triumphalis viri, cujus gravitas et abstinentia mirifice prædicatur ab omnibus. *Græv.*

§ 141 *In omni actione suscipienda*] Quomodo cohærent hæc? suntne Ciceronis? Si enim conjungenda sunt cum postremis verbis capitis superio-

Digitized by Google

ris, non habent locum illis *sed hæc hactenus.* Quicumque sit auctor, per quamdam veluti epitomen colligit in tria capita, quæ hactenus de ornatu ad actionem apto sunt explicata, vel explicata fuisse putat. *Facc.*

Ad liberalem speciem et dignitatem] Liberalitatem hic Cicero vocat sumptum et magnificentiam qua utimur in iis quæ pertinent ad cultum vitæ. 'Species' autem et 'dignitas' est externa pompa, splendor, ornatus, qui in cultu et alio paratu in oculos hominum incurrit. *Græv.*

Decus ipsum tenere] *Decorum*, non *decus*, dicendum videbatur, quemadmodum hactenus dixit: 'Decus enim significat honestatem,' ut III. 17. vel cum 'honestate' conjungitur, ut I. 4. tametsi discrimen est aliquod inter utramque vocem, ut inter honestum et decorum, quod magis intelligi quam explicari potest. Cui porro satis probatur hæc loquendi ratio, 'modus est optimus tenere decus?' *Facc.*

CAP. XL. § 142 *Modestia sit scientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco suo collocandarum*] Duplicem Cicero facit modestiam, ut annotavit Isaac. Casaubonus ad Theophrasti Characteres, de hoc loco disputans: alteram in qua modus spectatur, ea est μετριότης· alteram, in qua ordinis est conservatio, ea est Stoicorum εὐταξία. Neque dubium est Ciceronem duabus dictionibus fuisse usurum, si potuisset, hoc est, si tulisset Latini sermonis paupertas. Non tamen soli Stoici sic definierunt εὐταξίαν, sed Andronicus Rhodius Peripateticus, qui ubi de σωφροσύνῃ agit, subjicit, Εὐταξία ἐμπειρία καταχωρισμοῦ πράξεως. Non potuit rotundius vis Græcorum verborum exprimi, ut hic fecit Cicero, cum dixit *scientiam esse earum rerum, quæ aguntur, aut dicuntur, suo loco collocandarum.* Adjicit Andronicus et aliam definitionem, ἡ περὶ τὰς πράξεις ἔχουσα τὸ βέβαιον. Alludit horsum Tullius: 'Talis est igitur,' ait, 'ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se, et convenientia.' *Græv.*

Locum autem actionis] Locus actionis est ipsum actionis tempus; et loco agere aliquid, vel agere in loco, est agere pro temporis ratione et opportunitate. *Facc.*

§ 143 *Sed potest eadem esse prudentiæ definitio*] Quia rationem ostendit, qua quidque faciendum sit. Itaque prudentiæ nomine virtutes omnes Socrates intelligit. Et Plato in Legibus 'prudentiam' oculum, 'justitiam' pulchritudinem, 'temperantiam' sanitatem, 'fortitudinem' manum animi virtute instructi eleganter nuncupat. *Græv.*

Temperantia] Hæc princeps est hujus classis virtus; et hanc ipsam ordinem vocat Alcinous de doctrina Platonis cap. 21. quatenus in eo, qui temperans est, appetitus paret, et ratio imperat, pro naturali harum facultatum constitutione atque ordine. *Facc.*

§ 144 *Cum haberet collegam in prætura Sophoclem*] Periclis in prætura collega Sophocles fuit bello Samio, ut Strabo lib. XIV. scribit. Hoc autem bellum Periclis ductu et auspiciis gestum ab Atheniensibus fuit anno quarto Olymp. 84. de quo Diodorus lib. XII. et Plutarchus in Pericle. *Fabr.*

Meditetur] Tacito murmure secum loquatur. *Facc.*

CAP. XLI. § 148 *Ut si quid Socrates aut Aristippus contra morem* . . . . *fecerint locutive sint*] Cum verba *fecerint* et *locuti sint* pluralis sint numeri, legendum esse arbitror, Latinæ linguæ ratione postulante, *ut, si quid Socrates et Aristippus, &c.* Nam, si cum vulgatis editionibus legamus *aut*, necesse videtur, ut sequantur verba singularis numeri. Sic in Tusc. Disp.

Digitized by Google

v. 9. ‘Sed si Socrates aut Antisthenes diceret:’ et, ‘præclare, si Aristo Chius aut si Zeno Stoicus diceret.’ *Pearc.* Ne totus assentiar, facit Sanctii hæc animadversio, Minerv. I. 18. ‘Omnes sunt conjunctiones, etiamsi videantur disjungere.’ Phrasis Ciceroniana, ut idem docet, sic resolvenda est: Si quid Socrates fecerit, aut si quid Aristippus fecerit. Numeri duo singulares in pluralem confluunt. *Olivet.*

CAP. XLII. § 150 *Totumque ludum talarium*] Non quod talis aut alea ludere fuerit vetitum, et illicitum apud Romanos, ut quidam existimant. Nam alea luserunt etiam viri honestissimi, ut Augustus apud Suetonium in ejus Vita cap. 71. et tristis ille Cato, ut auctor est Plutarchus in ejus Vita. Hinc ipse dicit apud Ciceronem in libro de Senectute: ‘Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras.’ Sed tamen ludus talarius hic damnatur, et aleatores non solum in jure Romano fuerunt infames, sed et in omnibus rebus publicis bene constitutis. Verum sicut non infames sunt fœneratores, qui usuras legitimas paciscuntur, nec saltatores infames, qui sive sacrorum, sive animi causa non indecore saltant, sic non sunt infames, qui oblectandi, non lucri causa, aleam ludunt, quod Augustus apud Sueton. cap. 72. vocat ‘simpliciter et γεροντικῶς ludere.’ *Græv.*

§ 151 *Si tenuis*] Qui emunt Patavii, quod vendant Patavii, et statim vendant; ut supra dixit. Ital. *rivenduglioli.* Facc.

Sin magna et copiosa] Intelligit, quos Græci non simpliciter ἐμπόρους, sed μεγαλεμπόρους, Latini *magnarios negotiatores*, ut Apuleius, qui per aversionem emunt, ac vendunt, non per partes. Nec sic quidem magnopere laudandos esse, qui magnariam hanc mercaturam exercent, docet hic Cicero, nisi quæstu abdicato, et catalysi facta artis quæstnariæ, sese in agros conferant. Nimirum eo hæc recidunt, ut cum Platone et Aristotele sentiat, agriculturam digniorem esse homine libero, et liberaliter educato, quam aliam artem quamlibet unde hominibus vita toleratur. Quod et ipse fateor. Idemque judicium Gallorum nostrorum, qui bono genere prognatis parum convenire mercaturam existimant, ut nobilitate excedere sit, eam colere, aut quamcumque ejus speciem attingere. Et sane nihil tam dedecet generosum animum, quam fallere, decipere, simulare, ac mentiri. Quod adeo familiare est mercatoribus, ut congenitum videatur, et sine his sacra eorum constare vix videantur. Nobiliores nostri in agris vivunt, et mercimonia sic dedignantur, ut quo jure utimur, simul aliquis mercator et nobilis esse non queat. Quid enim illo hominum genere vanius, quid infidelius, aut mendaciloquum magis? Nec amicis, nec parentibus parcunt, dum rem faciant. Perjuria, fraudes, fallaciæ, offuciæ tela sunt et machinæ, quibus opes amplificant suas, ut de minimis repente, immo de nihilo, ad summum provolent. Merito ergo et qui claris essent natalibus, et dignitate aliqua conspicui, immo et qui in re paulo lautiore, negotiari prohibentur lege Honorii ac Theodosii, quam in codicem suum retulit Justinianus tit. de commerciis et mercatoribus: ‘Nobiliores,’ inquit, ‘natalibus et honorum luce, conspicuores, et patrimonio ditiores, perniciosum urbibus mercimonium exercere prohibemus, ut inter plebeios et negotiatores facilius sit emendi vendendique commercium.’ Sic enim verba legis emendavimus ex scriptis codicibus, qui habent, ‘conspicuo ore,’ pro ‘conspicuores.’ Omnia enim hic enuntiata in comparandi gradu. At *conspicuior*, περιβλέπτερος, ut ‘egregior’ et ‘idoneior’ apud jurisconsultos. Ut

Digitized by Google

nobiles autem hic et magistratu fungentes vel divites prohibentur mercaturis insistere, ita mercatoribus ad ullam militiam adspirare interdictum voluit Justinianus, leg. un. codicis, 'Negotiatores ne militent.' *Salmas.*

Sine vanitate] Sine mendacio. *Facciol.*

CAP. XLIII. § 152 *Qui locus a Panætio est prætermissus*] Non mirum. Stoicis enim placebat peccata esse paria, ut notum est, et nullum esse medium inter virtutem et vitium. *Græv.*

§ 153 *Officia, quæ ex communitate, quam ea, quæ ex cognitione ducantur*] Hoc est, illa officia, quæ faciunt ad societatem humanam tuendam, quam quæ versantur in inquirendo vero. Et hoc nihil est certius. Superius in capite sexto id satis ostenderat: 'Veri investigandi studio a rebus gerendis abduci contra officium est.' Nodus in scirpo non est hic quærendus. *Idem.*

Excedat e vita] Hæc lectio communior est, sed nimio plus significat: mihi arridet *excidat e vita*, scilicet contabescat velut pars a suo corpore rescissa. Amittit enim potissimum vitæ bonum; nec ea vita dicenda est, sed βίος ἄβιος, ut eam vocat Aristoteles, *vita non vitalis*. Facc.

Rerum est divinarum atque humanarum scientia] Per res divinas intelligit naturales, et illarum causas, uti non solum patet ex sequentibus, ubi docet exemplis cur ea quæ pertinent ad societatem hominum, præferenda sint iis, quæ pertinent ad communitatem, quæ est inter homines et Deos; nominat enim cognitionem rerum naturæ, dinumerationem stellarum, mensuram magnitudinis mundi. Et sic veteres loquebantur. Seneca præfat. Quæst. Natural. 'Hoc habet argumentum divinitatis suæ animus, quod illum divina delectant.' Quæ sint illa divina et in libris illis Quæstionum Naturalium ostendit, et in toto illo proœmio, nimirum naturæ contemplatio. Et hoc loquendi genus plane philosophorum gentilium plerorumque omnium sententiæ recte convenit, qui statuebant aut mundum esse Deum, aut Dei partem. Harum autem rerum scientiam, sapientiam vocat Cicero, in qua contineatur Deorum et hominum communitas, sicut vocabulum sapientiæ varie usurpatur cum a Cicerone, tum ab aliis philosophis; humanarum autem rerum scientiam, quæ complectitur doctrinam societatis humanæ tuendæ. Sic hic Ciceronis locus intelligendus, male vexatus a doctis viris. *Græv.*

Deorum et hominum communitas] Philosophi isti communitatis voce non homines modo, sed Deos quoque comprehendebant, quorum numine et providentia ita contineri rerum universitatem putabant, ut ne ipsi quidem excluderentur. 'Mundum,' inquit Cicero de Finib. III. 19. 'censent regi numine Deorum, eumque esse quasi communem urbem et civitatem hominum et Deorum.' *Facc.*

Quod a communitate ducatur officium, id esse maximum] Maximum officium est, quod ducitur a sapientia, quæ maxima est et princeps omnium. Sola contemplatio rerum naturalium non est perfecta sine rerum actione. Homo enim ad duas res natus est, ad contemplandum et agendum. Officium maximum implet, si utrumque agit. Præstat tamen actio, quam contemplatio, cum illa pro communi hominum societate et utilitate suscipitur, quia vitæ humanæ plus prodest, quam rerum absconditarum scientia. Tales sapientes fuerunt ante Socratem philosophi omnes, sed quia inutilis censebatur esse vitæ humanæ illorum doctrina, ideo Socrates primus e cœlo dicitur deduxisse philosophiam, qui de bonis et malis disputavit, et quæ supra nos, nihil ad nos pertinere dixit. *Grævius.* Hic porro

Digitized by Google

Cicero insistit, quia Peripateticis, apud quos filius instituebatur, 'maxime placuit vitæ degendæ ratio quieta in contemplatione et cognitione posita rerum,' ut est de Fin. v. 4. *Facc.*

§ 154 *Cognitioni anteponenda, &c.*] Ita vulgo legitur; sed non solet Cicero ita loqui. Nisi fallor, tota hæc conclusio, *Pertinet igitur, &c.* adulterina est, aut legendum, *Pertinet igitur ad societatem generis humani, et cognitioni anteponenda est.* Idem.

Cap. xliv. § 157 *Itaque nisi, &c.*] Si periodus hæc ante superiorem transferatur, aptius cohærebit oratio; quod cuilibet attente consideranti facile erit ad intelligendum. *Facc.*

Itemque magnitudo, &c.] Membrum hoc addidere grammatici, ne fortitudinis virtus in hac comparatione videretur omissa. Tum, ne hians esset oratio, alterum quoque membrum affinxerunt. Sed in hac comparatione, ut dixi, fortitudo non separatur ab justitia, sine qua furor est; utraque autem nomine uno actionis continetur. *Idem.*

§ 158 *Nec verum est, &c.*] Orationis contextus rectior esset si periodus hæc proxime post *cogitandique solertiam* collocaretur. Locum hunc totum inversum et confusum ita legere malim: *Itaque nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem; solivaga cognitio et jejuna videatur. Atque ut apium examina non fingendorum favorum causa congregantur, sed, cum congregabilia natura sint, fingunt favos; sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati, adhibent agendi cogitandique solertiam. Nec verum est, quod dicitur a quibusdam, propter necessitatem vitæ, quod ea quæ natura desideraret, consequi sine aliis, atque efficere non possemus, idcirco istam esse cum hominibus communitatem et societatem. Quod si, &c.* Idem.

Virgula divina] Nutu Deorum, sine opera nostra. Vide eamdem sententiam paullo aliter expressam de Amicit. c. 23. *Idem.*

Cap. xlv. § 159 *Sed et hæc commodius se res habet*] Turpis menda omnes obsidet editiones, quam sine mei primi codicis ope, cui tamen accedit Palatinus primus, nunquam deprehendissem. In illo scribitur *Sed hoc commodius se res habet.* Quod quin omnes probaturi sint, qui Latina intelligunt, nullus dubito. Nam vulgata sunt ineptissima. Tanto melius, inquit, se res habet, ut non egeat disputatione, num officia justitiæ sint temperantiæ officiis præferenda, quia nunquam poterit accidere ut reip. causa quicquam flagitiosum suscipiat sapiens. *Græv.*

§ 160 *Etenim cognitionem*] Duo hæc incisa mihi plane suspecta sunt. Ait autem, quicumque sit auctor, consideratam actionem præferendam esse prudenti cognitioni. *Facc.*

Prima Diis] Nomine communitatis Deos quoque ex disciplina Stoica Cicero complectitur; eorumque cultum inter officia ponit, et quidem primo loco. En quomodo 'pietas sit justitia adversus Deos,' ut dicitur de Nat. Deor. i. 41. *Idem.*

Digitized by Google

DE OFFICIIS

LIBER II.

CAP. I. § 1 *In quo tum*] Periodus hæc supervacua est, et falsum aliquid continet nec recte cohæret. Vide Heumannum in Arte Critica not. 32. *Facc.*

§ 3 *Ut sæpe fecimus*] Hæc addita fuisse puto, quod aliquis in margine scripserat *ut sæpe fecit.* Revera non scripsit nisi pauca quædam, et informia, de quibus loqui videtur ad Atticum XIV. 17. *Idem.*

§ 4 *Quantum superfuerat amicorum et reipublicæ tempori*] Mirum est in non obscuro loco aquam hæsisse tot viris eruditis. Illorum librorum, quos secuti sunt Victorius, Lambinus, Fabritius, Manutius nepos, scriptura legibus Latinæ linguæ adversatur. Scribendum enim fuisset *quantum superfuerat amicis et reip. temporis.* In Palat. primo et meo optimo est *tempori*, quod æque ferri potest ac *temporibus.* Sed cum *temporibus*, tanquam insolentius, et a palato triviali alienius, videatur immutatum esse a sciolo in *tempori*, inde natum est sequentibus seculis, quibus gustus omnis deliciarum pristinæ Latinæ linguæ exoleverat, *temporis.* Sed *temporibus* non est movendum. Non hoc profectum est ab interpolatorum audacia. Ipsa Ciceronis manus est, qui sæpe *tempus* et *tempora* vocat statum, conditionem, fortunam, sive hominum, sive reipublicæ. *Græv.* Ego vero non id ago, ut ea refellam, quæ sunt a doctissimo Grævio in hunc locum disputata. Victorii tamen lectionem, *temporis*, non solum posse defendi, sed veram esse et rectam arbitror; neque aliter sentiet, qui cogitationem retulerit ad illam Tullii sententiam Offic. I. 7. 'Ortus nostri partem patria vindicat, partem amici;' et de Finib. II. 14. 'Non sibi se soli natum meminerit, sed patriæ, sed suis; ut perexigua pars ipsi relinquatur.' Quæro enim: Quid illud est, cujus homini, eo quod non sibi natus sit soli, perexigua pars relinquitur? Tempus. Quandocumque igitur tua opera aut amici indigent, aut patria, tempus id omne, quod agendis vel publicis patriæ, vel privatis amicorum rebus necessarium, non tuum est, et tui juris, sed patriæ est, atque amicorum. Jam apparet, ni fallor, quid his verbis Cicero: *Posteaquam me totum reipublicæ tradidi, tantum erat philosophiæ loci, quantum mihi superfuerat temporis amicorum et reipublicæ.* Hoc est: Cum reddideram amicis et reipublicæ partes temporis, quas vindicabant sibi jure suo, et illis ego debebam, si quid superfuerat, tum philosophiam sic quasi in locum vacuum neque occupatum admittebam. Quod si potius scripsit Cicero *tempori*, vel *temporibus*, potest eodem pacto intelligi, 'quantum temporis superfuerat tempori' debito et impenso amicis ac reipublicæ; quod erat re vera tempus amicorum et reipublicæ. *Olivet.*

CAP. II. § 6 *Nullam dicere*] Alii *Nullam vero.* Sed apud Lactantium III. 13. ubi locus hic affertur, non est particula *vero.* Facc.

Quod alio quodam libro] In libro, qui inscribitur 'Hortensius.' Ætate D. Augustini adhuc extabat: ex eo autem valde se profecisse Augustinus scribit Confess. III. 4. 'Ille liber mutavit affectum meum, et ad te ip-

Digitized by Google

sum, Domine, mutavit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia.' *Idem.*

CAP. III. § 9 *Constitueret honestum esse aliquid, quod utile non esset, et utile quod non honestum*] Sic et Socrates apud Cic. de Leg. lib. III. 'Execrari solitus est eum, qui primus utilitatem a natura sejunxisset: id enim querebatur esse caput exitiorum omnium.' *Græv.*

§ 10 *Severe sane, atque honeste*] Tria hæc adverbia margini, opinor, adscripta fuerant. Frigida sunt, et a more scribendi Tulliano prorsus aliena. *Facc.*

Ad eam spem traducenda] In multis libris est *speciem*, quam Marsus formam, Maturantius decorum, pulchritudinem, honestatem interpretatur. Sed tamen *spem*, ex veteribus codicibus magis placet. Monet enim Cicero, homines in eam sententiam perducendos esse, ut non aliter sperent se ea, quæ cupiunt, assecuturos, quam si honesti ac justi sint. *Græv.*

§ 11 *Inanima*] Alii *inanimata;* quod minus probandum, sive hic, sive alibi. *Facc.*

Apes] Hæc vox addita ab iis est, qui putarunt apes non esse inter pecudes. Sed etiam volatile genus est inter pecudes, unde homini usus. *Idem.*

§ 12 *Earumque item rerum, &c.*] In hac periodo alii alia addunt, vel demunt. Mihi tota insititia videtur. Si tollatur, et sensa et verba rectius habebunt. Ceterum, si retineri velit, ita offerenda est, *Earum item rerum quæ noceant et prosint, eadem divisio est; sed quia Deos nocere non putant, his exceptis, homines hominibus obesse plurimum et prodesse arbitrantur.* Idem.

His exceptis] Voces istæ, *his exceptis*, ludimagistri cujuspiam lucernam olent. Ideo eas erasi. *Lang.* Invitis libris, accedente auctoritate Servii Æn. XII. non sunt eradendæ. Extant sane in Grævii primo, aliisque omnibus. *Græv.*

Obesse plurimum, vel prodesse] *Vel prodesse* non invenitur in Mss. *Idem.*

CAP. IV. § 14 *Adde ductus*] Alii *Adde deductus.* Credibile est syllabam *de* ortam esse ex geminatione præcedentis. Attamen vox *deductus* placet Grævio, miraturque, quod absit a Lexicis. *Facc.*

Cultu bestiarum] Quinam est cultus bestiarum? Facile apparet, totum hoc membrum additum fuisse. *Idem.*

§ 15 *Et commodis*] Alii *et commodandis;* quod est a Nonio, ideoque non contemnendum. *Facc.*

CAP. V. § 16 *Ceteris causis*] Lege Senecæ Epist. 103. *Idem.*

Quarum impetu docet quædam hominum genera esse consumpta] Sic ranæ et mures perdiderunt Autariatas, ac solum vertere coëgerunt. Justinus lib. XV. 'Cassander ab Apollonia rediens incidit in Autariatas (sic enim legendum, non 'Abderitas,' ut jam alii quoque monuerunt), qui propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patriæ solo, sedes quærebant.' Hi sunt illi populi, qui circa Pæoniam et Dardaniam habitantes a ranis miserum in modum coacti sunt relictis penatibus novas sedes quærere, ut ex Heraclide Lemb. prodidit Athenæus lib. VIII. Sic et M. Varro auctor, 'ab ranis civitatem in Gallia pulsam' teste Plin. VIII. 29. Chalcidenses, et Megarenses fugarunt mures, testante Æliano, et Heraclide in Politiis. In Latio Amyclas a serpentibus deletas tradunt Varro et Plinius. In Æthiopia regionem cultissimam et frequentissimam vastavit, et in solitudinem redegit scorpionum phalangiorum subito supervenientium ingens copia. Ælian. VII. 40. Myusios in Asia, et Atarnitas infra Pergamum repente coorta culicum vis expulit ex patria. Pausan. in Achaicis. Rhau-

Digitized by Google

cios apum, Ælian. XVII. 37. Phaselitas vesparum, Idem XI. 28. Quæ debentur Samueli Bocharto, qui hæc et alia collegit huc pertinentia lib. IV. tom. 2. Hierozoici cap. 18. *Græv.*

Deinde comparat] Recta constructio pati non potest particulam *deinde*. Pro *comparat* autem malim *computat*. *Facc.*

§ 18 *Etenim virtus, &c.*] Hæc omnia, usque ad verba *quibus autem rationibus, &c.* mihi videntur insititia. Primum enim supervacua sunt; deinde cur hic virtutem in tria capita dividit, quam superiore libro divisit in quatuor? Cur in capite primo eam solam philosophiæ partem collocat, quæ logica et physica tractat, cum antea sapientiam omnem et prudentiam in eo collocarit? Constructio quoque ipsa alicubi laborat, quamvis verba bona sint et Tulliana. *Idem.*

Alterum, cohibere] Recta constructio poscit ut dicatur *altera in cohibendo*. Idiotismus hic auctorem patefacit, scilicet illum ipsum qui caput 40. lib. I. formavit. Nam ibi quoque dicitur 'modus optimus est tenere decus.' *Idem.*

Cap. VI. § 20 *Proxime trium*] Ducibus, in Thessalia Pompeio Magno; in Africa Scipione et Juba Mauritaniæ rege; in Hispania Pompeii liberis. *Anon.*

Summi ac singularis viri] Pompeii Magni, qui post cædem Pharsalicam imperio arbitrioque Ægyptii mancipii jugulatus est. *Idem.*

§ 22 *Pluribus de causis*] Malim *iisdem de causis*. Sed periodus hæc initio capitis collocari debet, expulsa illa quæ locum injuria occupat, nihilque est aliud quam verbosior explicatio alicujus grammatici in contextum adscita. Totum hunc locum aliter legere malim. *Facc.*

Cap. VII. § 23 *Quem armis oppressa pertulit civitas, interitus declarat*] Duo alioqui vetustissima exemplaria habent, unum quidem, *quem armis oppressa pertulit civitas, apparet cujus maxime oportuit interitus declarat*. Alterum, *quem armis oppressa pertulit civitas apparet, cujus maxime opportune interitus declarat*. Fortassis ita legi possit, *apparet cujus maxime oportuit interitu, quantum, &c.* Lang. Mutilum esse locum nullum est dubium. Vestigia veri in omnibus veteribus libris, ex quibus hæc verba corrupta non sunt excisa, exstant. Sed id nulla vi humani ingenii, quacumque sit sollertia, potest deprehendi, sine ope melioris libri. Is vero est meus divinus, cæteris omnibus præstantior, in quo legas, *oppressa pertulit civitas, paret quæ cum maxime mortuo, interitus declarat*. Hæc utique Ciceronis manus est. Nihil argutius. Sed acumen hujus sententiæ cum non caperent librarii, orta sunt tanta in recentioribus libris prodigia scripturæ. *Paret quæ cum maxime mortuo* est, Quæ hoc ipso tempore, quamvis extinctus sit tyrannus, mortuo tamen paret, hoc est Antonio et ejus satellitibus, qui Cæsaris acta confirmant, et ne rescindantur, neve libertas oppressa instauretur, impediunt. Hoc est de quo tantopere queritur in epistolis ad Atticum, tyrannum esse sublatum, sed non tyrannidem, nondum servitutis jugum excussum esse. Nesciverunt interpolatores quomodo civitas possit dici *parere mortuo*, et quid sit *cum maxime*. Hinc illæ labes, quibus inquinati sunt libri. *Parere mortuo* dicitur civitas, cujus instituta, leges, decreta, disciplinam civilem observat. Parebat mortuo tyranno Roma, cum ei columnam poneret in foro Numidici lapidis, eique inscriberet 'Patri patriæ.' Parebat civitas mortuo, cum tyranni fautores et amicos pateretur in imperiis esse; tyrannicidas, qui orbis terræ custodiis septi debebant esse, parietibus

Digitized by Google

contineret. Parebat mortuo, cum omnia tyranni facta defenderet, cum ne contra Cæsaris nutum quisquam hiscere auderet, cum fundos, domos, possessiones præstantissimorum civium a Cæsare occupatas pateretur possideri a verberonibus illis, quibus erant a Cæsare addictæ. Parebat mortuo, cum acciperet leges post ejus mortem, quas Antonius mentiebatur a Cæsare in comitiis latas. Vide Epist. ad Att. XIV. 12. et totum illum librum. In Ep. 9. sic exclamat, 'O Dii boni! vivit tyrannis, tyrannus occidit! ejus interfecti morte lætamur, cujus facta defendimus!' Si tyrannis vivit occiso tyranno, paret tyranno mortuo civitas. *Cum maxime* est, hoc ipso tempore, in præsenti. Seneca de Beneficiis III. 3. 'Nemo nostrum novit id tempus, quod cum maxime transit, ad præterita rari animum retorquent.' Cic. de Harusp. Responsis: 'Antiqua negligimus: etiamne ea negligemus, quæ fiunt cum maxime?' Sic recte ex Mss. emendavit Zinzerlingius, vulgo male 'maxime.' Hinc sæpe cum *nunc* tanquam synonymum jungitur apud comicos. Terent. Adelphis IV. 1. 'Nunc cum maxime operis aliquid facere credo.' *Græv.*

§ 24 *Timefacta*] Recentiores critici ita legere malunt; sed vox hæc minus significat quam oporteat, nec recte respondet voci *intermissæ* quæ infra habetur: legere malim *tremefacta*, id est concussa et labefacta. *Facc.*

Aut judiciis tacitis] Interdum cum magno ambitu honores petebantur aperta largitione, ob candidatorum contentionem, disciplinæ, et institutis patriis legumque jussis repugnantem, populique tribus et centurias corrumpentem. Senatus decernebat, ut judicium fieret *tacitum* in candidatos, quo vel ante damnarentur ambitus; vel eorum comitiis ratio non haberetur, quod more majorum petisse non viderentur. De hoc genere judicii sic in Ep. ad Att. IV. 3. loquitur Cicero: 'Senatus decrevit, ut tacitum judicium ante comitia fieret, ab iis consiliis, quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos: magnus timor candidatorum.' Hinc meridiana luce clarius redditur, quod intempestæ noctis umbra videbatur obductum, quæ sint Offic. lib. II. 'tacita judicia.' *Turneb.* Sed Turnebi sententia de tacitis judiciis est ἀπροσδιόνυσος, ut nihil magis. Tacita judicia hic sunt, cum populus aliquo facto declarat, quid sentiat de statu reip. etsi non palam dicat. Ut de Romanis notavit Sueton. in Jul. cap. 80. 'Ne populo quidem jam præsenti statu læto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in senatum allectis libellus propositus est, 'Bonum factum: Ne quis senatori novo curiam monstrare velit,'' &c. Paulo post: 'Post remotos Cæsetium et Marullum tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, consules eos declarantium.' Subscripsere quidam L. Bruti statuæ, 'Utinam viveres.' Item ipsius Cæsaris statuæ, 'Brutus, quia reges ejecit, consul primus factus est; Hic quia consules ejecit, rex postremo factus est.' Hæc sunt tacita judicia populi significantis his libellis, et hac ratione in comitiis, qui ejus esset sensus de illo tempore, quo demersæ jacebant leges opibus Cæsaris. De talibus tacitis judiciis sæpe loquitur Cicero etiam in Epist. ad Att. II. 19. 'Populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. Nam, gladiatoribus, qua dominus, qua advocati, sibilis conscissi: ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter invectus est: 'Nostra miseria tu es Magnus,' millies coactus est dicere. 'Eandem virtutem istam veniet tempus cum graviter gemes,' totius the-

Digitized by Google

atri clamore dixit, itemque cætera. Nam et ejusmodi sunt ii versus, ut in tempus ab inimico Pompeii scripti esse videantur. 'Si neque leges, neque mores cogunt,' et cætera magno cum fremitu et clamore sunt dicta. Cæsar cum venisset, mortuo plausu; Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salva rep. Pompeio plaudi solebat. Tulit Cæsar graviter.' Plura tacitorum judiciorum exempla in illo libro invenies facile. *Græv.*

§ 25 *Barbarum, et eum quidem compunctum notis Threiciis*] Mihi videtur hic Cicero non satis habuisse, barbarum dixisse, nisi adderet *compunctum notis Threiciis:* non quo eum servum intelligeremus, sed ut in immani barbaria natum. Nam Thraces tales habebantur. Proinde in Pisonem scribitur, 'Consulem vestrum tanquam aliquem Thracem ad cædem faciendam conduceret.' Hoc autem obiter dicendum est, ut Romani imp. prætorianis militibus et centurionibus ad cædem uti solebant, sic olim tyrannos Thracibus earum rerum ministris et satellitibus usos fuisse. Hesychius Τράλλεις· οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες, τοῖς βασιλεῦσιν οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες. Thraces autem, ut et aliæ quædam nationes barbaræ, se stigmatis notabant, vel, ut Cicero de Offic. lib. II. loquitur, *notis compungebant*. Strabo libro septimo, *κατάστικτοι δὲ ὁμοίως καὶ τοῖς ἄλλοις Ἰλλυρίοις καὶ Θρᾳξί.* Phanocles etiam canit irrogatam a viris eam esse pœnam mulieribus in Thracia corporis notis pungendi, et scribellandi, ob Orphei necem, ut sceleris recordarentur. *Turneb.* Advers. III. 16.

Districto gladio] Rectius vetus liber *destricto gladio*. Sic videtur et in aliis locis legendum, ubi de gladiis agitur. Aliud est 'districtus,' nimirum distentus, occupatus; aliud 'destrictus,' hoc est e vagina extractus. Vide et quæ amplissimus et mei studiosissimus vir Gisbertus Cuperus Observat. lib. IV. de harum vocum discrimine docte notavit. *Græv.*

§ 26 *Ut hic noster*] J. Cæsar, in senatu tribus et viginti vulneribus confossus. *Erasmus.*

Demetrium] Poliorceten. Vide Plutarch. in Vita Pyrrhi et Demetrii, et Justin. XVI. 2. *Græv.*

Spectatoresque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis] Vide C. Nep. Vita Epaminondæ XV. 7. *Idem.*

CAP. VIII. *Quamdiu imperium populi Romani beneficiis tenebatur*] Hoc vero factum esse docuit quoque Sallustius in Catilin. cap. 9. ubi cum dixisset, audacia in bello, et ubi pax evenerat, æquitate veteres illos remp. curasse, de pacis documentis sic ait: 'In pace vero, quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant, et accepta injuria, ignoscere quam persequi malebant.' Quod Scipio quoque testatur apud Livium lib. XXVI. ubi obsides bonum animum habere jussit, addita ratione hac: 'Venisse eos in populi Romani potestatem, qui beneficio quam metu obligare homines malit, exterasque gentes fide ac societate junctas habere, quam tristi subjectas servitio.' *Idem.*

Aut mites] Vide Grot. de Jure Belli et Pacis III. 11. § 6. et 7. et inprimis totum caput 15. ejusdem libri. *Idem.*

Aut necessarii] Nimirum cum ratio reipublicæ postularet, ut urbes exscinderentur, gentes vastarentur, aut victi durius haberentur, cumque pax infida et incerta esset, nisi hostes illi delerentur. Propter quam causam Cato semper censebat Carthaginem esse delendam. Sed quod temperamentum circa vastationem et similia sit tenendum, vide Grot. de Jure Belli et Pacis III. 12. *Idem.*

Regum, populorum, nationum, portus erat et refugium senatus] Salutare fuisse Romanum imperium toti orbi

Digitized by Google

terrarum, multifariam veteres testantur. Magnifice Plutarch. libro de virtute et fortuna Romanorum, Romam vocat πᾶσιν ἀνθρώποις ἑστίαν ἱερὰν, κ. τ. λ. *Omnibus mortalibus focum vere sacrum atque almum, retinaculum firmum, elementum æternum, rebus mundi salo atque errore fluctuantibus stationem ad jaciendam ancoram*, ut recte hunc locum vertit Isaacus Casaub. Plin. III. 6. de Italia: 'Numine Deum electa, quæ cœlum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret: colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.' *Idem.*

§ 27 *Secuta est honestam causam non honesta victoria*] Causam probat belli, quia Sylla partes optimatum fovebat et tuebatur contra populares: victoriam improbat, quia erat crudelis, sæva et cruenta. *Idem.*

§ 28 *Ad exemplum amissi imperii*] Eversæ reipublicæ, cum de hostibus, non de sociis triumphari soleret. *Manut.*

Massiliam] Urbem populi Romani amicam, cujus imago in triumpho Cæsaris. *Erasm.*

§ 29 *Quam P. Sylla cum vibrasset, dictatore propinquo suo*] P. Syllæ, pro quo ipsius extat oratio, avaritiam notat; qui L. Sylla dictatore proscriptionibus præfuerit; quibus velut imbutus, sexto et tricesimo postea anno, C. Cæsaris partes secutus sit, non multo humaniorem in remp. animum præ se ferentis. Suetonius sane scribit suspicionem fuisse, quod Cæsar ante quam ædilitatem iniret, cum M. Crasso, P. Sylla, et L. Autronio conspirasset. *Lang.* *Dictatore propinquo suo*] L. Cornelius Sylla dictator fuit patruus P. Syllæ; nam Ser. Cornelii Syllæ fratris L. Syllæ filius fuit P. Sylla, ut Sallustius in Catilin. ostendit. *Fabr.*

Alter autem, qui in illa dictatura scriba fuerat, in hac fuit quæstor urbanus] In Syllæ dictatura fuit Cornelius, de quo Lepidus apud Sallustium, in Fragm. 'Scilicet, quia non aliter salvi, satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, et scriba Cornelius aliena bene parta prodegerint.' Quod cum Franc. Maturantius et Petrus Marsus patrum nostrorum memoria in suis commentariis admonuerint, miror esse nunc homines bene doctos, qui scribant, non satis constare, quis hic sit intelligendus. *Idem.*

§ 30 *Ad cujusque vitam instituendam accommodandum*] Excerpta Pithœi, undecim libri Manutii, editio princeps longe rectius, *ad cujusque vitam institutam accommodandum*. Hoc est, ad illud vitæ genus, quod quis sequendum sibi statuit, et legit, est referendum, num multis opus habeat an paucis amicis. *Græv.*

Nostra mirantium] Qui nos colant, et observent; quod faciunt, qui alicujus res, et bona præsertim animi mirantur. *Matur.*

CAP. IX. § 31 *Qui inscribitur Lælius*] Vix est, ut hoc a Cicerone, non a magistro quodam sit. *Guliel.* Et alii animadverterunt, et nos certo certius habemus, verba hæc addita ab aliquo grammatico fuisse. *Facc.*

Nostri libri] Memorat volumen de Gloria etiam ad Atticum XV. 27. et XVI. 2. et Gellius XV. 6. Nunc quidem desideratur. *Idem.*

§ 32 *Beneficiis capitur*] In opt. libro *carpitur* scriptum est. 'Carpere fructus,' in Paradox. 'carpere corpus,' alibi: sic 'carpere lanam' mulieres dicimus. *Lang.*

§ 33 *Et fidis*] Insititium est. Incidit enim in battologiam, qui dicit fidis haberi fidem. *Facc.*

Id est, bonis] Ita in Partition. Orator. c. 22. justitia appellatur bonitas. De hac 'viri boni' significatione vide

Digitized by Google

III. 15. *Idem.*

§ 34 *Quo enim quis versutior, hoc invisior et suspectior*] Exemplo sit, ne de aliis dicam, Alcibiades, versutissimus mortalium. Cum classis Atheniensium ei commissa funderetur; non fortuna belli, sed fraude imperatoris cladem hanc se credebant accepisse: quia, ut Justinus ait, 'omnia credibilia in Alcibiade vigor ingenii et morum luxuria faciebat.' *Græv.*

Justitia sine prudentia, &c.] Verba hæc usque ad *Sed* irrepsere ex libri margine in contextum, ut cuilibet consideranti patebit. *Facc.*

CAP. X. § 36 *Eos contemnunt quidem neutiquam*] Sic Langius et Lambinus ediderunt: eodemque modo in uno ex manuscriptis nostris legitur. Cæteri cum vulgatis habent, *Haud eos contemnunt quidem, sed de iis, &c.* *Neutiquam* est nullo modo, ut de Senectute: 'Mihi vero et Flacco neutiquam probari potuit.' *Fabr.*

Nec sibi, nec alteri] Ita fere proverbiales sententiæ afferuntur, quasi vulgo vel a primo verbo notæ. *Lang.*

§ 37 *Admiratione autem afficiunt ii*] Sic legendum libris omnibus invitis, non, ut vulgo, *admiratione afficiuntur.* Nam 'admiratione affici' dicuntur, qui admirantur alterum; 'admiratione afficere' autem, ii, qui sunt aliis admirabiles, propter aliquam præstantiam, ut hic. *Lamb.* Minime gentium librorum præstantium scriptura est movenda. Nam *admiratione afficiuntur* qui tales se præbent, ut eos homines admirentur et colant. Sic 'honore affici' dicuntur, qui honorantur, 'præmio affici,' in quos præmium confertur. *Græv.*

Tum quis] Quis horum fortitudinem non admiretur? Adverte ἀνακόλουθον. Facc.

CAP. XI. § 38 *Hunc igni spectatum arbitrantur*] Hanc veterem scripturam primus, quod equidem sciam, Petrus Balduinus in lucem protulit, ac simili Platonis loco e lib. VI. de Repobl. confirmavit. Igni vero aurum optime probari, in vulgus notum est. Hoc Plato etiam de Rep. lib. III. χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανίζειν, dicit. Ovid. 'Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum.' Hanc igitur lectionem Carolus Langius in tribus libris antiquis inventam, ut ipse fatetur, immerito repudiavit: Lambinus vero et Turnebus Advers. XIX. 1. recte probant, et vulgatam illam, *Hunc dignum spectatu arbitrantur*, improbant. At enim Cicero 'virum spectatum' sæpe dicit. Recte: 'dignum' vero 'spectatu' ubi unquam dixit? Quem autem pecunia non moveri sit perspectum, eum non jam dignum spectatu, sed satis spectatum et cognitum dixeris. Est igitur retinenda vetus lectio, in qua inest translatio ab auro optimo, perfectissimo, et purissimo: quæ verecundior fiet, si legas, *Hunc tanquam igni spectatum*, idque Lambino placere intelligo. *Fabr.*

§ 39 *Solitario*] Solitarius homo, et qui in agro vitam agit, sumuntur hic pro duobus generibus hominum. Aliter non regerent verba pluralis numeri, quæ proxime sequuntur. *Facc.*

Injusti habebuntur] Duo hæc verba ipsi quoque Manutio supervacua visa sunt, et percommode omitti possunt. *Idem.*

§ 40 *Bardylis*] Conjectura non omnino inani, ut puto, adducor, ut suspicer, hunc esse Bardylin Illyrium, quem Theopompus opes regias apud Illyrios habuisse, atque a Philippo Amyntæ filio victum oppidis nominis Macedonici cessisse, in Philippicis scriptum reliquerit. Lege Diodorum Siculum lib. XVI. *Fabr.* Hujus Bardylios filiam Bircennam uxorem duxit Pyrrhus, teste Plutarch. in ejus Vita.

Viriatus] Ex pastore venator, ex venatore latro, mox vasti quoque exercitus dux factus, tandem a pro-

Digitized by Google

ditoribus, Servilii Cæpionis consilio, interemptus est. Vide Florum, Paterculum, &c.

CAP. XII. § 42 *Adjuncto vero*] Locutio elegans et usitata. Sallust. lib. V. Historiarum apud Priscian. 'At Lucullus, audito Marcium regem procos. per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere.' Et iterum: 'Legiones Valerianæ, comperto, lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datum, missos esse.' *Lang.*

§ 43 *Hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut, qualis haberi vellet, talis esset*] Vide de hoc loco, et unde hauserit Cicero hoc apophthegma Socratis, disputantem P. Victorium Var. Lect. v. 11. *Græv.*

CAP. XIII. § 44 *Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam*] Si quis claris parentibus est natus. Hinc nobilitatem vocat blandam conciliatriculam Cic. pro Sext. c. 9. 'Erat hominum opinioni nobilitate ipsa, blanda conciliatricula, commendatus.' Senec. de Benef. IV. 30. 'Non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria: et esse plures bonos juvat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat. Ciceronem filium quæ res consulem fecit, nisi pater? Cinnam nuper quæ res ad consulatum recepit ex hostium castris? Quæ Sextum Pompeium, aliosque Pompeios, nisi unius viri magnitudo? tanta quidem, ut satis alte omnes suos etiam ruina ejus attolleret. Quid nuper Fabium Persicum, cujus osculum etiam impuri vitabant, sacerdotem non in uno collegio fecit, nisi Verrucosi, et Allobrogici, et illi trecenti, qui hostium incursioni pro rep. unam domum objecerant? Hoc debemus virtutibus, ut non præsentes solum illas, sed etiam ablatas e conspectu colamus.' *Græv.*

Aut aliquo casu] Qualis fuit Æmilius Lepidus, 'qui puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, civem servavit; cujus tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, et incincta prætexta S. C. posita. Iniquum enim putavit, eum honori nondum tempestivum videri, qui jam virtuti maturus fuisset.' Ut litteris prodidit Valer. Max. III. 1. ubi vide plura eorum exempla, quos casus adolescentia illustravit. *Idem.*

§ 45 *Alæ alteri præfecisset*] Alæ tum temporis dicebantur equitum turmæ ex provincialibus conscriptæ, quas in legionariarum 30. turmarum locum, quæ olim legebantur ex equestri ordine, addebantur tum legionibus. Erant autem nonnunquam quinquagenariæ, nonnunquam milliariæ, sub primis certe imperatoribus, ut pluribus disputat vir genere et ingenio summus Herm. Rhabodus Schelius in accuratissimis dissertationibus ad Hyginum et Polybium de castris Romanorum. Vides autem non primum fuisse Augustum, qui liberis senatorum militiam auspicantibus, cum tribunatum legionis, tum præfecturas alarum dederit, ut Suetonius notat in ejus Vita, sed hoc jam fecisse Pompeium. Sed quæ est illa *altera ala?* Singulæ legioni una tantum ala addebatur? Vereor ne τὸ *alteri* natum sit vitio librarii oscitantis ex voce *alæ* forte bis repetitæ, ideoque delendum, et scribendum *cum te Pompeius alæ præfecisset.* Nam licet duæ alæ legioni adjicerentur, aut plures essent in exercitu, et loquerentur de alis sociorum; quis tamen intelligeret, quæ esset ala altera, si non legionis nomen adscribatur? Sed hæc omnia sunt absurda iis, qui militiam Romanorum norunt. Itaque persuasissimum habeo τὸ *alteri* expungendum esse. *Idem.*

§ 46 *Tum pietate*] Duæ particulæ *tum* inserviunt conjunctioni, non ordini. Ait igitur, primam et potissimam commendationem oriri a modes-

Digitized by Google

tia et pietate in parentes, et in suos benevolentia. *Facc.*

§ 47 *P. Rutilii adolescentiam*] Recensetur etiam inter discipulos P. Mutii a Pomponio de Orig. Jur. § 40. Ejus adolescentis familiaritate delectatus est C. Lælius sapiens. Cic. in Læl. Bello Numantino tribunus militum sub Scipione militavit, cujus historiam postea litteris mandavit. Appian. in Iberic. Tribunus plebis C. Hostilium Mancinum consularem a patre patrato Numantinis deditum, et non receptum, cum Romam rediisset, in senatum venire non dubitantem e senatu jussit educi, quod eum civem negaret esse. Cic. de Orat. I. 40. Consulatum gessit A. U. 648. collega Cn. Manlio, vel Manlio, Cn. F. Maximo, ut est in nummo aureo apud Golz. Post consulatum Q. Mucio P. L. P. M. Scævolæ, Asiæ proconsuli, legatus fuit. Epit. Liv. 70. De scriptis ejus vide Cujacium Observ. II. 27. et Torrent. ad Suet. Aug. 89. *Rupert.*

P. Mucii] Hic est P. Mucius P. F. Q. N. P. pron. Scævola. Consul fuit A. U. 620. collega L. Calpurnio Pisone Frugi. Pontificatum maximum adeptus est occiso fratre P. Licinio Crasso Muciano ab Aristonico in Asia. Tertius ejus frater fuit Q. Mucius Scævola augur. Omnes tres æque virtutis ac integritatis ac jurisprudentiæ laudibus floruerunt. P. Mucium pontificem Cicero in Bruto vocat jurisconsultorum disertissimum. Sed et filius ejus Q. Mucius Scævola juris fuit peritissimus. Vide de his Muciis Rupertum ad Pompon. de Orig. Juris, § 39. et 41.

L. Crassus] Annos natus unum et viginti, ut Cicero testatur de Orat. lib. III. sed secundum auctorem Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ, quem Quintilianum esse nullus dubito, c. 34. annos natus undeviginti, C. Carbonem accusavit, et damnavit. *Græv.*

Cap. XIV. § 48 *Animos hominum*] Et in meo codice et in editione prima deest *hominum*. Facc.

§ 49 *Tamen etiam accusatio probata persæpe*] Plerique olim adolescentes famam captabant accusatione. Plutarchus in Lucullo, cum scripsisset admodum juvenem accusasse patris sui accusatorem Servilium augurem, eamque rem probasse populum Romanum, tanquam excelsi animi, et decoris plenam, subjicit hæc verba: Ἐδόκει δὲ καὶ ἄλλως αὐτοῖς, κ. τ. λ. *Videbatur alioquin Romanis, vel nulla causa justa suppetente, res non pudenda accusatio, sed delectabantur juvenibus improbos consectantibus ad instar canum generosorum, qui feras persequuntur.* Græv.

M. Antonius] Avus M. Antonii triumviri. Accusavit Cn. Papirium Carbonem. *Manut.*

§ 50 *Duo Luculli*] L. et M. admodum adolescentes paternas inimicitias magna cum gloria sunt persecuti, et patris sui accusatorem Servilium augurem accusarunt. Cic. et Plut. in Lucullo. *Fabr.*

Pro Sardis, Julius] In vulgatis libris omnibus, consentientibus manuscriptis, legitur, præter Lambinum, quem nos hic sequimur, *pro Sardis, pro M. Albucio Julius*, quod perspicue mendosum et falsum est. Nam constat ex Divinatione in Verrem, C. Julium Cæsarem rogatum a Sardis T. Albucium accusasse, non defendisse. Quocirca Doletus, Manutius, Corradus, et Langius hic legendum putarunt, *pro Sardis in*, vel *contra Albucium Julius*. Sigonius in Fragmentis Ciceronis legit, *pro Sardis vero M. Albucium Julius Cæsar*. Lambinus totum illud, *pro M. Albucio*, non Ciceronis esse, verum ex annotatione natum putat. Itaque sustulit. *Fabr.* Locum mendosum esse vere viderunt docti viri, sed non ausus tamen sum contra librorum omnium fidem aliquid immutare cum

Digitized by Google

Paulo Manutio, Langio, et Lambino. Puto autem nomen hic excidisse accusatoris Albutii, quod nobis servavit Apuleius in Apologia, qui, ut clare patet, hæc verba Ciceronis, in quibus agit de juvenibus, qui laudem invenerunt et gloriam accusationibus, respicit. Verba ejus sunt: 'Neque autem gloriæ causa me accusat, ut M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mutius A. Albucium, P. Sulpitius Cn. Norbanum, C. Furius M. Aquilium, C. Curio Q. Metellum.' Vides hic omnes eos commemorari, quorum Cicero hic meminit, et C. Mucium vocari accusatorem T. Albucii: male enim in Apuleio scribi *A.* pro *T.* docti monuerunt dudum. Nec dubito 'Mucium' quoque hic fuisse lectum olim, et ex hoc loco id nomen, ut cætera, haustum ab Apuleio. Sed cum librariorum incuria, aut alio quodam casu, plures hujus vocis 'Mucius' periissent litteræ, habitum fuit a scribis, ac lectoribus, pro prænomine Albucii; et quia nemo reperiebatur, qui aut pro aut contra Albucium steterat, nomen Julii fuit loco suo motum, et huc male translatum. Videtur sane mihi Cicero scripsisse, *P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem C. Norbanum in judicium vocavit. Sed hoc quidem non est sæpe faciendum, nec unquam nisi aut reip. causa, ut ii quos ante dixi, aut ulciscendi, ut duo Luculli, aut patrocinio, ut nos pro Siculis, pro Sardis Julius; Mucius Albucium;* scilicet reip. causa in judicium vocavit, sive accusavit. Nam Q. Mucium augurem diem T. Albucio dixisse de repetundis Cicero in Bruto quoque prodidit: 'Mucius augur quod opus erat per se ipse dicebat: ut de pecuniis repetundis contra T. Albucium.' *Græv.*

M' Aquilio] Vide Corradi annot. ad Bruti cap. 62.

M. Bruto] De quo locus insignis est in eandem sententiam in Bruto de Claris Orat. cap. 34. *Idem.*

§ 51 *Judicio capitis arcessas*] In prima editione legitur *in judicio capitis arcessas*, sed satis apparet duo hæc verba addita fuisse ab aliquo interprete. Alii remedium attulere deleta particula *in*; sed legere malim *innocentem capitis arcessas.* Facc.

Modo ne nefarium] Vulgati omnes, si Grævium excipias, omittunt hanc vocem, *modo*, quam ille auctoritate sui codicis pervetusti addidit. 'Hæc verissima, inquit, hujus loci scriptura præcidit omnes Ciceronem impugnantium, quasi impia hic docuisset, cum nefarios et impios defendi posse statuisset, cavillationes, et nos eum tuendi munere levat.'

Cap. xv. § 54 *Sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum*] Ambiguitate vocis *idoneis* inductus, injuria Lactantius invadit in hæc verba. Lactantii ævo, sicut et apud JCtos, *idonei* homines haud alii fere, quam boni et locupletes dicebantur; ideo tanquam astutum et ἐπικούρειον hoc præceptum reprehendit, quasi illis solum foret impertiendum, qui restituere possent, vi. 11. Et persuasit, quod mirum, Turnebo Advers. iii. 16. Sed *idoneos indigentes* omnino dicit Cicero probos homines paupertate oppressos: ut in Cæcilium: 'Ut homines idonei atque integri causam reip. legumque susciperent.' Et Cornific. ad Herenn. lib. iv. 'Populi officium est res optimas et homines idoneos maxime suis sententiis eligere et probare.' *J. F. Gronov.* Observ. iv. 9.

Sed diligenter] Recte Langius exponit *diligenter* cum dilectu, non cuivis promiscue, sed dignis et idoneis indigentibus. Sic 'diligenter scribere' Cic. est eleganter, magno verborum dilectu adhibito. In eodem sensu 'diligentia' in Orat. pro Planc. 'Non est consilium in vulgo, non ratio, non discrimen, non diligentia.' Hoc est, populus agit om-

nia temere, inconsulte, nullo rerum hominumve dilectu habito, et discrimine. Sic et 'elegantia' in Orat. pro Sylla: 'Vos qui cum summa elegantia atque integritate vixistis:' hoc est, adhibito judicio in omnibus rebus. Sunt ejusdem originis. Nam sicut a 'diligo' est 'diligens,' sic ab 'eligo' 'elegans' et 'elegantia.' Qui sine dilectu donant, eos lepide Socrates Gratias virgines tanquam scorta prostituere dixit apud Stobæum: Σωκράτης ἰδών τινα προχείρως πᾶσι χαριζόμενον, κ. τ. λ. *Socrates, cum facile quendam omnibus gratificari, nulloque delectu suppeditare animadvertisset: Male pereat! inquit, quia Gratias virgines prostituit.* Græv.

Rapinæ] Præclare locum hunc explicatum habes apud Aristot. Ethic. IV. 1. *Facc.*

Cap. XVI. § 55 *Gladiatorum muneribus*] Mens optimus *gladiatoriis muneribus*, quem sequor. *Græv.*

§ 56 *Aut æs alienum suscipiunt amicorum*] Tales erant in Atheniensium republica ἐρανισταί. Dicebantur autem ἐρανισταὶ, qui amicorum æs alienum, collecta stipe ab aliis amicis, dissolvebant. Fuit enim apud Athenienses mos plenus pietatis et humanitatis, ut, qui adversa fortuna suis bonis erant evoluti, implorarent amicorum opem, ut eorum pecunia, quam quilibet pro facultatum modo, aut lubitu conferebat, levarentur anhelante inopia, hac tamen lege, ut, si quando quis in re lautiore cœpisset esse, et emersisset ex illa gravissima paupertate, singulis amicis, quod tum contulerant, restitueret. Hæc pecunia quæ conferebatur, dicebatur ἔρανος, et fuit medium quoddam inter δάνειον creditumque proprie dictum, et stipem quæ mendico datur, quam Græci ἐλεημοσύνην vocant. Qui illam conferebant, dicuntur ἐρανίζειν τοὶ, et qui accipiebant ἐρανίζεσθαι. De quo plura vide, quibus hæc debentur, apud Is. Casaubonum in notis ad Theophrasti Characteres περὶ ἀβδελίας, apud Salmas. de Usuris cap. 3. et Observationibus ad jus Atticum cap. 1. et seq. *Idem.*

Aristoteles] Alii legere malunt *Aristo*, qui philosophus fuit inter Stoicos non postremus; quod videlicet nihil tale in Aristotelis operibus, quæ extant, inveniatur. *Facc.*

Verius nos reprehendit, qui has pecuniarum effusiones non admiremur] Sententia est hæc: Aristoteles graviter reprehendit nos scilicet omnes, qui non admiremur reperiri homines tam fatuos, qui tantum effundant pecuniæ in ludos, et munera, brevis temporis oblectationem; eos vero miremur, qui mina in obsessa urbe sextarium aquæ emerint. Hoc verbis sequentibus sic explicat: *sed cum attenderint* nimirum animum homines, *veniam necessitati dare*, hoc est ignoscere hominibus tam caro aquam ementibus, nec id mirari: *in his immanibus jacturis infinitisque sumptibus*, qui scilicet fiunt in munera, *nihil nos magnopere mirari*, sed omnes judicare recte et bene illos impendi. Quæ maxime firmant lectionem verborum illorum, *nos reprehendit, qui pecuniarum effusiones non admiremur*, quæ et doctorum virorum conjecturæ, et nonnulli libri convellebant. Sed iis fraudi fuit personarum immutatio veteribus non infrequens, quod modo Cicero dicat *nobis videri*, statim *cum attenderint*, cum videretur dicendum fuisse *si attenderimus*. Sed Cicero sententiam respicit: per *nos* enim intelliguntur omnes ii qui hæc vane mirabantur; inter quos sane Cicero non erat. Porro *jacturæ* hic sunt sumptus, donationes, prodigæ largitiones, ut sæpe apud Ciceronem. Pro Cluent. 'Primum illum indicem pecunia corrupit, deinde ipsum Aurium, non magna jactura facta, tollendum curavit.' Pro Flacco: 'Quæ jacturæ, quanta largitio!' Pro Milone: 'Qui annona levanda, jacturisque rei fami-

Digitized by Google

liaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi,' hoc est, largiendi de suo. Quæ loca debemus τῷ πάνυ Gronovio, qui plura congessit de Pec. Vet. cap. 4. contra virum magnum, qui pro *jacturas* reponi volebat *pacturas*. Eum vide. *Græv.*

At ii] Vel adde, vel subaudi, *inquit*. Sunt enim verba Aristotelis. Si addis adde post *obsidentur*. Facc.

Aquæ sextarium mina] Sextam congii partem, id est libram unam et semissem, drachmis centum. *Idem.*

Eaque a levissimo quoque] In codice Ms. Petri Delphini legitur *eaque a levissimo quoque animo*. Mihi hæc prorsus tollenda videntur. Addita fortasse margini fuerant ad id notandum, quod sequitur post verbum *colligit*. Itaque verba, *in quo tamen*, referenda puto ad tempus. Id ipsum animadvertit Heumannus in Arte Critic. n. 31. *Idem.*

§ 57 *Luculli*] Sic recte emendarunt viri docti: constat enim duos Lucullos fratres L. et M. eodem anno ædilitatem gessisse, de qua Plutarch. et Plin. VIII. 7. *Fabr.*

Magnificentissima] Produxit in arenam leones quingentos, pantheras sexcentas, et elephantos viginti. *Facc.*

Cap. XVII. § 58 *Decumæ nomine*] Fructuum decumas primum regibus, deinde vero Diis præstari consuevisse, scribit Aurelius Victor de Origine Gentis Romanæ. Itaque narrat Suetonius in Caligula c. 26. 'Scenicis ludis decumas datas;' hoc est, dona populo sparsa, si placet, in honorem Deorum. *Idem.*

M. Seio] De quo Plin. H. N. initio libri XV.

Gladiatoribus emptis] Cum Clodius magnam manum armatorum hominum comparasset, qua utebatur ad turbandam rempublicam, ad leges et judicia evertenda, ei ut resisteret Milo, et ipse gladiatores emit, et vim vi repulit. Vide Dionem lib. XXXI. ad annum U. C. 697. et Cic. ad Q. Fratr. II. 6. *Græv.*

§ 60 *Principem Græciæ*] Ex primariis Græciæ viris, ut Regulus dicitur III. 29. princeps populi Romani, et Cimon princeps Atheniensium a Nepote. *Facc.*

In præclara illa propylæa] Hæc erant arcis quæ Cecropia dicebatur, vestibula, lapide albo tecta, quibus exstruendis Pericles annos quinque, et bis mille ac duodecim talenta impendit, hoc est, nostra pecunia, duodecies centies mille, et septies mille ducenti coronati, teste Suida et Harpocratione in προπύλαια. Per solas horum vestibulorum portas quinque patebant aditus in arcem. Illarum claves archontes singuli singulis diebus tantum, ne tyrannidem affectare unquam possent, asservabant, quoque eas die habebant, dicebantur Ἐπιστάται. J. Meursius in Cecropia cap. 6. *Græv.*

Et tum] Particula *et* vacat. Irrepsit autem ab aliquo grammatico, ut explicaret particulam *tum*. Aliqui legerunt *et tamen*, quod duas illas particulas concoquere non possent. *Facc.*

Cap. XVIII. § 62 *Restricti omnino*] Eo reposui *animo* ex meo codice, pro *omnino*: quæ particula quamvis sit in vulgatis omnibus, certe redundat, et abest ab editione prima. *Idem.*

§ 63 *Deterrenda*] Deterrent liberales viros ingrati, proindeque hostes habentur tenuiorum. Alii *deterenda*, hoc est, minuenda. *Idem.*

§ 64 *In suos curiales*] Male Manutius φράτορες exponit: sunt δημόται, ejusdem pagi homines. Curiales Latine vocavit Cicero, petito ex sua rep. vocabulo, quo Græcum expressit. Quis nescit populum Romanum divisum fuisse in triginta curias, quæ cum convenirent publice, curiata habebantur comitia? ejusdem vero curiæ homines dicebantur curiales. Po-

Digitized by Google

pulus vero Atticus erat descriptus in pagos, quos ipsi δήμους vocant; ejusdem vero pagi homines δημόται appellabantur. De Λακίᾳ pago, e quo erat Cimon, vide Meursium in libro de δήμοις Atticis. *Græv.*

Cap. xix. § 65 *In jure cavere*] Est hominis juris prudentis, qui consultori suo rationem præscribit, formulamque dictitat paciscendi aut contrahendi, et monitis consilioque instruit, ne conditionem deteriorem faciat. *Budæus.*

Cum is esset] Ser. Sulpicium significari, recte Lambinus admonet. Atque ita Corradus quoque in Commentario doctissimo in Brutum Ciceronis hunc locum interpretatur: quem docti quidam inepte de Julio Cæsare intelligunt. *Fabr.*

§ 66 *Et gratior*] Duo hæc verba redundare videntur Heumanno in Arte Crit. n. 27. *Facc.*

Patriis est moribus] Ad patrios mores accessit postea lex Cincia, quæ vetabat, ne quis ob causam orandam sibi pecuniam pacisceretur, vel munera acciperet. Innuit idem etiam in Paradoxo vi. *Idem.*

§ 67 *Beneficia potentem*] Quartus hic casus, additus verbo *licet*, animadvertendus. Habet et Plautus in Pseudolo i. 14. *Idem.*

Cap. xx. § 69 *Pecuniam qui habeat*] Vide Ant. Julianum de hac sententia disputantem apud Gell. i. 4. *Græv.*

Patrocinio vero] Alii addunt *tuo*. Si quid addendum, ego libenter adderem *dici*. Ita enim naturalis loquendi ratio poscit. *Facc.*

§ 71 *Utentior*] Vide Turneb. Advers. xix. 1. qui tuetur antiqui libri scripturam, et *opulentior* a semidoctis hominibus proseminatum esse contendit. Sane meus quoque liber antiquissimus *utentior* probat. Eleganter utique. Nam *utentior* est qui plus impendit in cultum vitæ, qui pluribus utitur ad vitam tuendam, qui majores sumptus in se tuendo facit. Uti enim est sustinere impendia, se tueri, sustentare, ut docuit Gronovius de Pecunia Vetere ii. 7. *Græv.*

Modo ne adjuvent] Modo ne propter divitias divitem juvemus si vir non est bonus, ad propter bonitatem. *Idem.* Hæc tria verba Heumannus in Arte Critica n. 27. tollenda putat. *Facc.*

Cap. xxi. § 72 *Utrisque*] Ita vulgo legitur, quæ vox, nec ipsa per se hoc loco ferenda videtur, nec recte cohæret cum duabus, quæ proxime sequuntur, particulis. Legendum *ut universis*. Idem.

M. Octavii] 'Cn. Octavius, M. filius, tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit.' Cic. in Bruto c. 62. Ex iis autem Tullii verbis, quibus in hoc loco Octavii laudat moderatam largitionem, fere colligere est, non totam Gracchi frumentariam legem abrogasse M. Octavium, sed nova lege sua quodam modo moderasse, rempublicam et ærarium intolerabili damno sublevasse. Verum qua ratione hoc præstiterit, cum nullum istius extet caput, obscurum est. Videtur tamen statuisse vel majus pretium in singulos modios secundum annonæ caritatem, vel uti triente atque semisse minus, quam emptus esset, civibus modius venderetur. Tale quid Apuleia sequens lex frumentaria videtur insinuare, quæ modios denuo ad trientes atque semisses Semproniæ legis, hac Octavia abrogata, non sine tumultu redegit. *Pigh.*

§ 73 *Philippus*] L. Marcius Q. F. Q. N. Philippus, tribunus plebis fuit anno U. C. 649. *Idem.*

§ 75 *Pontius*] Samnitium imperator, qui Romanos ad furcas Caudinas sub jugum misit. Pronuntiavit autem hoc apophthegma, cum M.

Digitized by Google

Curius ejus aurum contempsisset. *Erasm.*

Tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum] Ex multis causis unam affert, tanquam solam et præcipuam, Cicero. Nam in legibus Liviis fuerat, ut causam dicere cogerentur, qui suspecti essent corruptelæ munerum. Cum autem senatus illis legibus resisteret, Italicum seu sociale bellum motum est. *J. Fr. Gron.*

Cap. xxii. § 76 *Copiosissimam urbem*] Corinthum, quam statuis, et picturis spoliavit, quibus ornaret Italiam. Erat autem Mummius ita rudis et incuriosus harum rerum, ut cum tabulas ac statuas in Italiam portandas locasset, jusserit conducentibus prædici, si eas perdidissent, novas reddituros. Vell. Patercul. I. 13. *Facc.*

§ 78 *Civitatis atque urbis*] Prima voce homines intelligit eodem jure viventes, eaque interdum ita late patet, ut multa oppida complectatur; altera locum mœnibus septum. *Idem.*

Cap. xxiii. § 80 *Lysandrum ephorum*] Non fuit hic Lysander Aristaclyti filius, qui vicit ad Ægos potamos, ut plerique interpretes existimant, sed Lysander Lybyos filius, ephorus, de quo Plutarchum in Agide vide. *Græv.*

Tyranni exsisterent] Machanidas et Nabis. De quibus Polybius et Livius. *J. F. Gron.*

Optimates exterminarentur] Vide Plutarchum in vita Cleomenis.

Africani nepotes] Cornelia Africani Majoris filia nupsit Tib. Graccho, et ex eo peperit Caium et Tiberium, si non bonos viros, certe magnos, ut ait Seneca. *Facc.*

§ 81 *Aratus Sicyonius*] Cujus vitam scripsit Plutarchus.

Quinquaginta annorum possessiones movere] Quamvis vulgata non sit improbanda, rectius tamen meus primus *possessiones moveri.* Græv.

§ 83 *Habitant gratis, &c.*] Ante verba hæc putat Heumannus deesse aliquid. De Arte Critica n. 17. *Facc.*

§ 84 *Tabulæ novæ*] Cum pristina debita supremi magistratus decreto abolentur. De quibus exstat erudita dissertatio Joannis Schefferi. *Græv.*

Cap. xxiv. *Non, si fuerit*] Hic locus elegantissimus pessime fuerat attrectatus. Hoc autem dicit: Vivendum inprimis ne sit æs alienum, quod reip. officiat. Sin vero jam sit contractum, non per leges agrarias, non per novas tabulas, quærenda ratio ejus dissolvendi; ut scilicet creditores, quia locupletes sint, suum non consequantur; debitores, quia inopes, lucrentur alienum; hanc enim viam esse iniquam, tum etiam reip. damnosam. Ita enim futurum ut societas omnis tollatur, si rerum contrahendarum nulla fides sit: in summa, alieni rapiendi, sui perdendi libido augeatur desidiosis et improbis. *Lang.*

Armis et castris] Modus proverbialis; quemadmodum dicitur, 'velis remisque.' *Facc.*

At vero hic noster victor, tum quidem victus] Libri omnes manuscripti, *At vero hic nunc victor, tunc quidem victus, quæ cogitarat, tum ea perfecit, cum ejus jam nihil interesset.* Sic et Moguntiacensis, nisi quod pro *nunc*, habet *noster*, et contra pro *tunc*, habet *nunc*. C. Cæsar paucos dies ante quam iniret ædilitatem, in suspicionem venit conjurationis cum P. Sylla, M. Crasso, L. Autronio. Quod Plutarch. et Sueton. aperte referunt, Cicero hic indicat, ut supra monui. Salse igitur *hic noster victor*, et invidiose in mortuum, *tunc quidem victus*, nempe detecta conjuratione, et auctoribus partim cæsis, partim spe sua frustratis. Nam æs alienum causa fuit et illius, et Catilinariæ conspirationis, ut ex Sallustio patet. Refertur autem a Sueton. et Plutarch. Cæsarem anno post Catilinarios motus in His-

paniam procos. profecturum, a creditoribus fuisse retentum; ac M. Crassum 815. talentorum pro eo spopondisse. *Idem.*

Ea perfecit] Non recte hæc cepit Langius de agris publicis, quos egentibus largitus est. Intelligenda sunt de æstimationibus possessionum, per quas quarta parte crediti creditores sunt fraudati. Sueton. Jul. cap. 42. Cæsar de Bell. Civ. III. 1. Sequentia quoque *cum ejus nihil interesset*, respiciunt illa tempora, quibus Cæsar, spoliata Gallia, ære alieno, quo laboraverat maxime, liberatus erat. Sueton. in ejus Vita cap. 18. *J. Fr. Gronov.*

§ 86 *Antipater Tyrius, Stoicus*] Hic alius est ab illo Antipatro Tyrio, qui æqualis fuit Carneadi, quem scriptis oppugnavit, cum coram non auderet cum illo congredi, unde dictus est καλαμοβόας, quasi qui calamo clamaret, ut auctor est Plutarchus de garrulitate. Dicebatur etiam Antipater Sidonius, ab aliis Tarsensis. Sed hic longe recentior est, æqualis Ciceroni et Catoni Uticensi. *Græv.*

Sed valetudo] Particula *sed* gratis addita ab aliquo grammatico videtur. Interdum servit transitioni. Sed hic vacat. *Facc.*

Et observatione, quæ res] Familiare est Ciceroni nominibus constructionem verbi sui dare. Sic supra, 'Spe, sibi id utile futurum.' *Lang.*

Cap. xxv. § 88 *Locus erat quartus*] Primus locus: Honestum-ne sit, an non. Secundus: Utile sit, an non. Tertius: Ex duobus honestis utrum honestius. Quartus: Ex duobus utilibus utrum utilius. *Facc.*

§ 89 *Comparationis*] Vox hæc redundat, ut recte monet Heumannus de Arte Critica n. 18. *Idem.*

Bene pascere] Rem pecuniariam amplissimam habere, magnosque pecoris greges, et lecta jumentorum armenta. *J. Fr. Gron.*

Satis bene pascere] Mediocriter, vel minus quam omnino bene. *Idem.* Cato de R. R. 137. 'In loco bono parte octava corbi dividat, satis bono septima, tertio loco sexta.' Cic. ad Att. I. 19. 'Videor mihi nostrum illum consularem exercitum, bonorum omnium, et satis bonorum habere firmissimum.' De Orat. III. 22. 'Quare si jam me vultis esse oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique, non repugnabo.' *J. Fr. Gronov.*

Male pascere] Vict. Man. et Lambinus, *bene vestire.* Suffridus quoque Petri et Gifanius (adde Salmasium de Usuris p. 543. qui *bene vestire* defendit, et eo significari contendit servitiorum multitudinem) hic jactant suum *vestire*, aut *vitire*, sine omni venere et gratia. *Male pascere* repositum oportuit; quod diserte extat in Palatino nostro primo, meminitque Columella de Re Rust. lib. VI. ipsa præfatione, his verbis: 'Cæterum de tam sapiente viro piget dicere, quod cum quidam auctores commemorant, quidnam quærenti cuidam tertium in agricolatione quæstuosum esset, asseverasse, si quis vel male pasceret,' &c. Nimirum quod homines non assequerentur, quid esset *male pascere*, id Ciceronis fundo omnino eradicarunt. At vult Cato, tantum esse utilitatis in pecore pascendo, ut quamvis maligne pascatur, sive male curatum pecus habeat paterfamilias, superèt tamen fructus omnes arationis, reliquæque adeo agriculturæ. *Gruter.*

§ 90 *Optimis viris*] Optimos viros εἰρωνικῶς dictum est: nec aliter licebat ea ætate etiam principibus civitatis fœnori operam navantibus. *Lang.* Fœneratores *optimi viri* dicuntur non εἰρωνικῶς, ut ait Langius, sed quod illorum maxime intersit sentire cum bonis, hoc est cum iis, qui pacem, otium, remp. tranquillam et salvam velint. *J. Fr. Gronov.* quem vide Observ. IV. 9.

Ad medium Janum] Vicus hoc no-

Digitized by Google

mine Romæ fuit, ubi pecunia fœnori dabatur. Prima vici pars, summus Janus; media, medius; ultima, imus vocabatur. Unde Horatius: 'O cives, cives, quærenda pecunia primum est: Virtus post nummos. Hæc Janus summus ab imo Perdocet.' *Manut.*

DE OFFICIIS

LIBER III.

CAP. I. § 3 *Non illo quidem*] Particula *quidem* post *non* sententiam fere suspendit. In meo codice nihil est prorsus: ex quo apparet, particulam hanc in codicibus antiquis per notas scriptam fuisse, quæ non facile intelligerentur; et fortasse legendum est *tamen*. Facc.

CAP. II. § 6 *Suscepisti onus præterea grave et Athenarum*] *Onus* vocat illam expectationem, quam de se concitavit propter profectionem Atheniensem, et magistratum præstantissimum, cui dat operam. Sic pompam lictorum, et nomen imperii onus vocat Cic. ad Fam. II. 16. 'Accedit etiam molesta hæc pompa lictorum meorum, nomenque imperii, quo appellor. Eo si onere carerem, quamvis parvis Italiæ latebris contentus essem.' *Græv.*

Inanem redire turpissimum est] Allusit, ut opinor, ad Homericum versum in Iliad. B. Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τ' ἀπονέεσθαι. *Ursin.*

§ 7 *Deliberare homines, et consultare*] Synonyma sunt. Ita capite sequenti 'deliberatio' pro consultatione ponitur. *Facc.*

§ 9 *Sed relictum*] Error igitur Panætii fuit, non in relinquendo, si consulto reliquit, sed in suscipiendo quod relinqueret. Alii legunt *derelictum*. Ego retinui *relictum*; quia vocem hanc eodem ferme sensu usurpat in fine Tusc. lib. I. 'Habes epilogum, ne quid prætermissum aut relictum putes.' *Idem.*

§ 10 *Quæ Panætius prætermisisset, et non perfecisset*] Quibus in verbis sæpe admiratus eram, cur additum esset illud, *et non perfecisset*. Certe enim quæ prætermiserat Panætius, ea non modo non perfecerat, sed ne inchoaverat quidem. Sed veteres libri admirationem sustulerunt, quorum in plerisque postrema ejus comprehensionis pars ita legitur, *Sic ea quæ Panætius prætermisisset, propter eorum quæ perfecisset præstantiam, neminem persecutum*. Muret. Var. Lect. XV. 9.

CAP. III. § 11 *Momenti instar*] Sumpta a libra similitudine, ut Critolaus loqui solebat, de quo in Tuscul. V. 17. *Facc.*

§ 12 *Vel indolentia metiuntur*] Græcorum vocem ἀναλγησία, Cicero ficto a se verbo *indolentia* expressit. De qua multis disputat Cic. de Fin. II. 4. et sequentibus. *Græv.*

§ 13 *Convenienter naturæ vivere*] Quid sit congruenter naturæ vivere, seu secundum naturam vivere, in quo beatam vitam positam esse docebant non soli Stoici, sed plerique philosophi, et quanta fuerit sententiarum diversitas de hoc capite, vide apud Lips. Manud. ad Stoicam Philosophiam II. 14. et sequentibus. *Idem.*

Cum virtute congruere] Quia virtus nihil est aliud, ut dicitur de Legib.

Digitized by Google

I. 8. 'quam in se perfecta, et ad summum perducta natura.' Itaque *congruenter naturæ vivere* idem est, ac vivere ex hominis natura undique perfecta, ut Cicero ipse interpretatur de Finib. v. 9. Vide Senecæ Epist. 76. *Facc.*

Ita legere] Sic infra, 'legere voluptates.' Et de Fin. lib. IV. 'Illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala; sed, si lubet, rejectanea. Itaque illa non dico me expetere, sed legere; nec optare, sed sumere; contraria autem non fugere, sed quasi secernere.' Diversum est 'negligere,' hoc est prætermittere. Quod vel data opera fit; ut in Adelph. Prolog. 14. 'Qui præteritus negligentia est,' id est, volente, sciente auctore. *Lang.*

Illud quidem honestum, quod proprie vereque dicitur] Quod κατόρθωμα Græci vocant. Vide I. 3. et quæ ibi notantur. *Græv.*

Id in sapientibus est solis] Sapientibus scilicet Stoicis, qui nusquam gentium terrarumque sunt, neque fuerunt, nec erunt, quamvis hoc ultimum negent. Vide Senec. de Constant. Sap. cap. 7. et Lipsium Manuduct. ad Stoicam Philosoph. II. 8. *Idem.*

In iis autem, in quibus sapientia perfecta non est] Quos vocant viros bonos. Senec. Ep. 42. 'Scis quem nunc virum bonum dicam? hujus secundæ notæ. Nam ille alter fortasse tanquam phœnix semel anno quingentesimo nascitur.' *Idem.*

§ 14 *Media Stoici appellant*] Τὰ καθήκοντα, qualia etiam esse illa præcepta Epicteti, quæ in enchiridion Arrianus contulit, non perfectis, qui, vita rationi consentanea non contenti, Diis quasi velint pares esse, tradita, sed illis viris bonis, qui convenienter naturæ seu rationi velint vivere, et corpore pro instrumento uti. Vide Simplicii prœmium Commentarii in Enchiridion Epicteti. *Idem.*

CAP. IV. § 16 *M. Cato et C. Lælius sapientes fuerunt*] Sic Socratem, Diogenem, aliosque nonnullos longe quidem processisse in via virtutis, ad ipsum sapientiæ culmen nondum pervenisse, quamvis non longe ab illo abfuerint, Posidonius affirmat apud Diogenem Laërt. in Zenone. Hi dicebantur, proficientes, studiosi, sectatores sapientiæ. Vide Senecam Epist. 71. et 75. et Lipsium Manuduct. ad Stoic. Philos. II. 9. *Græv.*

§ 17 *Cum utilitatis repugnantia*] Petrus Nannius scribit in vetusto libro esse, *cum utilitatis ratione.* Fabr.

Aliter enim teneri non potest] Non possumus aliter in sapientiæ via consistere: excidemus etiam plane sapientiæ sectatorum numero: actum est cum iis, qui sapientiæ sunt studiosi, si, cum jam profecerunt, proposita utilitatis et emolumenti spe, a recte agendo, et officio colendo avocari se patiuntur; si avertuntur ab officii et honesti cultu utilitate. *Teneri non potest* est tale loquendi genus, quale id, quod sæpe apud Livium occurrit, 'stari non potest;' quod est, respublica salva esse non potest, periit, actum est de republica: de quo vide quæ ὁ πάνυ Gronovius notat ad Liv. IV. 12. Nam qui putant jungenda esse, *teneri progressio non potest*, falluntur. Hoc enim loquendi genus 'tenere progressionem' non fert Latinæ linguæ genius. *Græv.*

§ 19 *Vicit ergo utilitas honestatem: imo vero honestas*] Ubi de Cæsaris cæde, etsi eum non nominat, loquitur. In vetustioribus quanto melius, *Vicit igitur utilitas honestatem? imo vero honestatem utilitas consecuta est.* Significat enim factum illud honestum fuisse per se, utile κατὰ συμβεβηκός. *Muret.* Var. Lect. XV. 9. Huic lectioni calculum adjicio. Nam honestas præire debet tamquam causa: quo modo locutus est Cicero etiam de Amicitia c. 14. 'Non utilitatem amicitia, sed utilitas amicitiam con-

Digitized by Google

secuta est.' *Facc.*

§ 20 *Et a Peripateticis vestris, qui quondam iidem erant, qui Academici*] Iidem fuerunt Academici et Peripatetici, vivente Platone, cujus discipuli Aristoteles Peripateticorum auctor, Xenocrates Academicorum parens fuit, teste Cicerone de Orat. III. 17. *J. F. Gronov.* Vulgo additur *qui Academici;* scilicet ab aliquo explanatore. Quomodo autem iidem essent dictum est in Prœmio lib. I. *Facc.*

Nostra Academia] Cicero ex novæ Academiæ placitis id sequitur, quod in loco et tempore maxime probat. Idcirco placuit illi hac in re Stoicum agere. *Idem.*

Cap. v. § 22 *Ut si unumquodque membrum sensum hunc haberet*] Nota est fabula, de membrorum humanorum ventris inertiæ succensentium discordia, qua Menenius Agrippa plebem, quæ irata patribus secesserat, ad obsequium et officium revocavit apud Liv. II. 32. Sed dudum ante Socrates apud Xenophontem usus est hac similitudine ad duos fratres discordes Memor. lib. II. quem vide. *Græv.*

§ 23 *Natura, id est, jure gentium*] Sic et alibi *jus gentium* vocat 'jus naturæ.' In Tusc. I. 'Omni in re consensio omnium gentium lex naturæ putanda est.' Sic et JCti sæpe. Nec aliter Aristot. Nicom. v. 10. Sed tamen falso jus gentium dici jus naturæ, jamdudum viri docti multis ostenderunt. Vide Sam. Pufendorfii de Jure Naturæ et Gentium II. 3. *Idem.*

Naturæ ratio, quæ est lex divina et humana] Naturæ nimirum humanæ seu socialis ratio, quæ ostendit et præcipit, nihil committendum esse, quod istam societatem lædat ac violet. Lædit autem qui insonti nocet, ut sibi prosit, ut suis serviat commodis. Hanc naturam omnibus hominibus insevit Deus, qui est naturæ parens et auctor: ideo lex ex hac natura humana profluens, nulli nocendum esse, est divina. Sed præterea præcipiunt hoc ipsum quoque, quod ex natura hausimus et didicimus, leges humanæ, cum civiles, tum gentium. Hæc est hujus loci sententia. *Idem.*

§ 24 *Etenim multo magis, &c.*] Omnia hæc usque ad periodum, *Ex quo efficitur, &c.* videntur inserta. Nec tamen tollere ausim, sunt enim pleraque ad Ciceronis ingenium satis eleganter expressa. Si retinenda sunt, disputatur a contrariis, ita ferme: Prodesse homini secundum naturam est; nocere igitur contra naturam. Si absint, rectius cohærebit orationis contextus, seriesque rerum. *Facc.*

Excelsitas] Alii *celsitas.* Ego secutus sum Nonium, qui ita scribit de mutata declin. 'M. Tullius de Offic. lib. III. Etenim magis est secundum naturam excelsitas animi et magnitudo.' Itaque si totus hic locus insitivus dici debet, insitio antiquior est Nonio. Si verba Nonii germana sunt, cætera tamen suspicione laborant. *Idem.*

Detrahere autem] Tota ista periodus mihi suspecta est, tanquam repetita a sciolo de capitis hujus principio. Palatini tantum nostri habent *detrahere autem de altero,* quod et in Fabritii, et plurimis Aldi exemplaribus. *Grut.*

§ 25 *Ut excellas etiam pulchritudine et viribus*] Cui bono *pulchritudo* viventi in solitudine? cui bono *vires?* Quia tamen Peripatetici inter felicitatis adjumenta pulchritudinem viresque censebant, idcirco hæc quoque adjiciuntur. *Facc.*

Quocirca optimo, &c.] Non videtur opus esse ingenio tanto ad hæc cognoscenda, et posthabendam vitam solitariam, quæ ne vita quidem dici potest, ut disseruit I. 45. Attamen ita loquitur, quicumque sit, propter eos, qui philosophiæ opinionem et

Digitized by Google

famam ex solitudine quærebant. *Idem.*

Ex quo efficitur, hominem naturæ, &c.] Verba hæc afferuntur a Lactantio VI. 2. Nequaquam satis recte habent, nisi forte collocentur ante illa omnia, quæ diximus inserta videri. *Idem.*

§ 26 *Aut nihil se existimat contra naturam facere*] Quasi scilicet natura unumquodque animal maxime conciliet sibi, et ideo qui sibi serviat ac prosit, utcumque cum alterius damno, nihil facere contra naturam. *J. F. Gronov.*

Aut magis fugiendam censet mortem, paupertatem] Hoc est genus modestioris militiæ in illis, qui non quidem commodi sui persequendi, sed incommodi vitandi causa, nocere se jure posse alteri fas putant. *Idem.*

Amissionem etiam liberorum, propinquorum, amicorum] Hæc addita videntur ab explanatore aliquo. *Facc.*

CAP. VI. *Consortio*] Hæc est constans omnium librorum veterum lectio, ut Balduinus, Langius, Lambinus, et alii mecum testantur. Hujus quoque loci testimonio utitur Nonius, ubi docet, 'consortium' genere neutro, et 'consortionem' genere fœminino dici. Libri tamen Manutiani, et alii quidam vulgati habent *consociatio.* Fabr.

§ 28 *Aliam rationem*] Quidam præmittunt *sed.* Isti admittunt societatem familiæ, non civitatis, nec humani generis. *Facc.*

Quæ vacent justitia] Locus perobscurus. Quæ sunt enim illa animi commoda, quæ vacent justitia? aut quæ horum verborum vis ac sententia est? Plane res est inexplicabilis. Ego, ne lectorem morer, membrum unum hic deesse puto, a scriptore librario errante, atque oscitante, propter vocum similitudinem, prætéritum. Sic igitur legendum auguror, *magis arbitrari esse contra naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quam omnia incommoda subire vel externa, vel corporis, vel animi: et rursus, magis esse secundum naturam, hominem, si modo sine incommodo suo facere possit, homini consulere, ac prodesse, quam omnia commoda vel externa, vel corporis, vel etiam ipsius animi, percipere, quæ vacent justitia. Hæc enim, &c.* Lambin. Hic locus in libris præclari illius correctoris (Lambini) ita depravatus est, ut ipsius sententiæ aliquot vocum temere additarum congestu obrutæ, vix, quasi per nebulam, tenue quoddam vestigium appareat. Et fuit ea illius consuetudo, ut non tam quæreret interdum, quid dixisset Cicero, quam quid ipse eum dicere oportuisse censeret. Sed tota res mihi paulo altius repetenda est, &c. *Muret.* quem vide Var. Lect. XV. 9. Sententiam loci deprehendit Muretus, omnia incommoda subeunda esse, dummodo ne violet justitiam. Sed mitius consuletur verbis, si scribamus *ne vacet justitia.* Jubet enim subire hominem omnia incommoda, ne vacet vel careat justitia. *J. F. Gronov.*

§ 29 *Minime vero*] Aliter sentit H. Grotius de Jure Belli et Pacis II. 2. qui censet in gravissima necessitate reviviscere jus illud pristinum rebus utendi, tanquam si communes mansissent, quia in omnibus legibus humanis, ac proinde et in lege dominii, summa illa necessitas videtur excepta. Sed vide quæ pluribus de hac re disputat ibi, et quidnam observandum tali tempore, ne peccemus. Vide et qui illa discussit, Samuel. Pufendorfium de Jure Naturæ et Gentium II. 6. *Idem.*

§ 30 *Sin autem is tu sis*] Qui in Cicerone reprehendunt hanc distinctionem, non cogitant, illum loqui de perfecto sapiente, qui novit quid cuique sit tribuendum, et in omnibus respicit cum utilitatem communem societatis humanæ, tum illius, in qua vivit reipublicæ, cujus salutem, dig-

Digitized by Google

nitatem, et commoda suis præfert. Itaque si sciat talem se esse, non propter se, sed propter remp. detrahet in extrema necessitate alteri, minus utili civi, ut servetur aliquid. *Græv.*

Ob eam causam] Publicam nimirum utilitatem, non privatam. *Idem.*

Non igitur, &c.] Igitur non ipsa per se detractio et appetitio alieni est contra naturam, sed cum per eam dereliuquitur communis utilitas, quæ derelictio, quippe injusta, contra naturam est. Verba porro, *magis quam morbus, aut egestas, aut quid hujusmodi,* ex capite superiore sumpta, et margini adscripta, postea in contextum migrarunt, ut mihi videtur. *Facc.*

§ 31 *Ad sapientem, bonum, fortemque virum*] Propter utilitatem reipublicæ, quam quilibet bonus suæ præfert. Hinc Seneca de Clem. I. 4. 'Principes, regesque, et quicunque alio nomine sunt tutores status publici, non est mirum amari ultra privatas etiam necessitudines. Nam si sanis hominibus publica privatis potiora sunt, sequitur ut is quoque carior sit, in quem se convertit respublica.' Et verissima est sententia, si recte perpendatur. Quæ alia causa est, cur recte non solum pro boni regis, principis, imperatoris, sed et sapientis et utilis civis salute et vita, suam vitam exponant multi periculo? Sic viginti millia civium pro ipso Tullio contra Clodium erant dimicaturi, si Tullius permisisset. Erant quidem et aliæ causæ, sed hæc potissima. *Græv.*

Hanc causam habeat ad injuriam] Modo ne φιλαυτία nos decipiat, et elatius de nobis ipsi sentientes, quam revera sumus, alios afficiamus injuria propter nos, non propter utilitatem publicam. *Idem.*

Ita semper officio fungetur] In P. Delphini Ms. *Itaque semper officio fungetur.* Facc.

§ 32 *Et ipsa sanguine*] Duæ voces *et ipsa* redundant; pro *sanguine* reposui *languere* ex meo codice. Sed et vulgaris lectio *sanguine* non contemnenda. *Idem.*

A communi tanquam humanitate corporis segreganda] Quid est *humanitas corporis?* Aut legendum *a communi tanquam humanitatis corpore,* aut est hypallage, ut apud Justin. XII. 2. 'antiquitatis fata veneratur' pro 'fatorum antiquitatem,' et XIV. 1. 'fidei sacramento' pro 'sacramenti fidei.' Sed prius placere quoque Mureto postea cognovi. *Græv.*

In quibus ex tempore officium exquiritur] Hujusmodi quæstiones variam dubitationem consequuntur ex περιστάσει temporum. Hinc Aristot. argute loquitur Nicom. I. 3. § 10. τὸ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστι. Quæ verba ita exprimit vetus paraphrastes: *Uniuscujusque actionis finis talis aut talis est pro tempore; et respectu temporis aut bonus fit, aut malus.* Rachel.

Cap. VII. § 33 *Ut geometræ solent non omnia docere*] De hoc geometrarum more Cicero quoque Tusc. V. 7. 'Mathematicorum iste mos est, non philosophorum. Nam geometræ cum aliquid docere volunt, si quid ad rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso, et probato: illud modo explicant, de quo ante nihil scriptum est.' Hinc Senec. Ep. 88. 'Mathematica, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat, aliena accipit principia, quorum beneficio ad altiora perveniat.' *Græv.*

Cap. VIII. § 35 *Commoveri necesse est. Sed si, cum animum attenderis*] Videtur τὸ *animum* suo loco motum, et pertinere ad verba præcedentia; sicque Ciceronem scripsisse, *Cum igitur aliqua species utilitatis objecta est, commoveri necesse est animum. Sed si, cum attenderis, turpitudinem videas adjunctam ei rei.* J. F. Gronov. Ego reposui *commoveare;* nam et in fine

Digitized by Google

cap. 2. ubi concludit, quod nunc proponit, 'eum id,' inquit, 'quod utile esse putes, adipiscare.' *Facc.*

Tunc non utilitas relinquenda est] Hoc significat Cicero: Si eum species utilitatis objecta est, re attente considerata, videas turpitudinem adjunctam ei rei quæ speciem utilitatis objecerit; non est ita statuendum, utilitatem propter illam turpitudinis adjunctionem, relinquere, id est, repudiare, atque aspernari oportere, sed intelligendum, ac sciendum est, ubicunque insit aliqua turpitudo, ibi utilitatem esse non posse. *Lambin.* Alii legunt *non utilitas requirenda;* id est non debet requiri utilitas, ubi non est nisi species ejus. *Facc.*

Itemque si, &c.] En sorites: Si honestum est, secundum naturam est; si secundum naturam est, expetendum est; si expetendum est, bonum est; si bonum est, utile est; ergo si honestum est, utile est. Et quia utile, ut dixit, est secundum naturam, conclusio reciprocatur. *Idem.*

Quidquid honestum, id utile] Attendenda est argumentatio, quæ multos decepit. Neque enim hinc sequitur dumtaxat, quod honestum est, idem esse utile; sed etiam, quod utile est, idem esse honestum; quod utrumque secundum naturam sit; unde tota vis argumenti oritur. *Idem.*

§ 36 *Exsistunt*] Verbum minime necessarium, et adscriptitium. *Idem.*

Quas sæpe perrumpunt] Vet. omnes *quam sæpe perrumpunt;* ut ad pœnam spectet, quam nunc gratia, nunc muneribus, nunc vi effugiant. Sed quia ad vetus illud respicere videtur, Aranearum teliis leges esse similes, et de Legibus lib. I. 'leges perrumpere dixit,' nihil immutavi. *Lang.*

§ 37 *Ergo ea deliberanda, &c.*] Videtur adventitia conclusio hæc. *Facc.*

CAP. IX. § 38 *Gyges inducitur a Platone*] De Rep. lib. II.

Ut ferunt fabulæ] Hæc tria verba a quopiam nugatore sunt addita. Sunt enim adulterina, quamvis in omnibus libris reperiantur. *Lang.*

In locum] Est annuli locus, ut pala extra palmam sit, atque emineat. Itaque Plato dicit, *στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην*, id est, *palam annuli extra convertere.* Fabrit. D. Ambrosius eamdem fabulam narrans, ait, Est autem annuli locus, ut pala extra manum sit. Manutius legit *in lucem,* sed contra antiquos libros, ut ipse ultro fatetur. *Facc.*

Nihilo plus] Alii *nihil plus;* sed perperam. Post autem *putet* addunt *peccare;* quæ vox procul dubio irrepsit in contextum ex aliquo interprete. *Idem.*

§ 39 *Quanquam potest id quidem*] In libris veteribus *quanquam non potest id quidem.* Sententia autem hæc est: Negant fieri posse, ut id Diis hominibusque semper ignotum futurum sit; atque hoc pacto exemplum hoc Platonicum eludunt, atque inane esse dicunt; sed pueriliter et rustice faciunt, quanquam fateor ita rem esse, ut dicunt; hoc est, fieri non posse, ut facinus aliquod Diis hominibusque semper ignotum futurum sit. *Lamb.* Sic tamen omnes vet. edit. sic omnes cod. scripti, neque immittenda negatio, ut placuit Lambino, et Aldo Nepoti. Dubitanter de providentia et natura divina loquitur, ut Academicus. *Guliel.*

CAP. X. § 40 *Id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet*] Damnat id factum tamen Augustinus de Civit. Dei II. 17. et III. 16. et Albericus Gentilis de Armis Roman. I. 4. Sed merito cum Cicerone Brutum defendit idem Albericus Gentilis de Armis Roman. II. 4. et Rupertus in notis ad Flor. I. 9. *Græv.*

§ 41 *Omisit hic*] Romulus omisit pietatem, dum desævit in fratrem; humanitatem, dum hominem tam levi de causa interfecit. *Facc.*

§ 42 *Pace vel Quirini, vel Romuli*]

Digitized by Google

Ex ritu supplicantium; ne in nomine errarent, plura solent enuntiare. Horat. 'Sive tu Lucina probas vocari, Seu Genitalis.' Et illud: 'Luna Deum quæ sola vides perjuria volgi, Seu Cretæa magis, seu tu Dictynna vocaris.' Post mortem 'Quirinus' dictus est Romulus. *Lang.* Vide supra, pag. 152. Turnebi annotationem ad Leg. I. 1. § 12.

Manu depellere] Nonius in verbo 'supplanto' habet *manu pellere;* et sane fortasse rectius. *Facc.*

§ 43 *De ipso amico*] Verba hæc mihi suspecta sunt. *Idem.*

Ponit enim personam amici] Quod non fecit Chilon, qui amicum, in quem judex sedebat, damnavit quidem ipse, sed aliis judicibus persuasit, ut eum absolverent. Vide Gellium I. 3. *Græv.*

§ 44 *Jurato sententia dicenda*] In singulis causis apud Romanos judices jurabant, se pronuntiaturos ex animi sententia, secundum legem. Vide Sigon. de Judiciis I. 10. *Idem.*

Si eum teneremus] Si quis attendat accurate, hæc verba hic aliena esse cognoscet. Quis non tenet morem hunc judices rogandi, quem ait a majoribus se accepisse? Nunquam illum abrogatum esse, aut exolevisse sponte constat, nec est credibile. Quis enim nisi impudentissimus, aut stultissimus, aut improbissimus aliter judicem rogaret? Excerpta Pithœi *si ea rogaremus.* Quod probo. Hoc est, si quid tale rogaremus a judice, ut nostræ causæ faveat, quod salva fide facere possit. *Idem.* Recte Grævius putat, verba hæc irrepsisse in contextum. Non enim credibile est, morem hunc Ciceronis ætate obsolevisse. *Facc.*

§ 45 *Commendandorum*] Ad sua commendanda. Locum corruptum Manutius putat, et legendum *commonendorum.* Neutrum placet. *Idem.*

Cap. XI. § 47 *Ut Pennus*] M. Junius Pennus trib. pleb. Lepido et Oreste coss. hoc est, anno post U. C. 627. legem de peregrinis tulit: de qua Festus in 'Respublicas:' 'C. Gracchus,' inquit,' in ea quam scripsit de lege Penni de peregrinis.' Quibus verbis Cicero explicatur in Bruto: 'C. Gracchum tuus gentilis,' inquit, 'M. Pennus, facete agitavit in tribunatu, paulum ætate antecedens;' ita Cicero. Certe C. Gracchus eo anno quæstor fuit, Cotta et Torquato coss. id est biennio ante Ciceronem cos. Jacente Junia, lex alia a C. Papio trib. pleb. lata est, Ne quis omnino peregrinus in urbe habitaret, exceptis iis qui eam quæ dicitur Italia, incolerent; ut refert Dion. Meminit Cicero et pro Archia, et alibi. L. vero Licinius Crassus et Q. Scævola coss. legem rogarunt, ut quisque in suæ civitatis jus redigeretur; quæ dicta est 'Mucia Licinia;' multi enim cum cives non essent, pro civibus se gerebant; quæ lex, indignantibus principibus populi Italici, causa fuit belli Italici. Junia igitur Penni et Papia hæc, de urbe fuerunt. Mucia Licinia, de civitate. Quanquam et alia Papia de civitate multo antiquior fuisse videtur, qua M. Perpennam damnatum refert Valerius; quam fortassis Cicero in Corneliana intellexit. De urbe etiam peregrinos Lycurgus lege ejecit, ut refert Thucydides: caute; ne externis se moribus oblineret populus, id quod et Pennum movisse opinor, illo seculo; vel certe ob pericula factionum, tot infra mœnia receptis, quibus susque deque esset, bene an male res irent. Nos in hac repub. non modo peregrinos non exterminamus, sed a religione nostra aversos, hoc est, hostes publicos, Judæos, perjurii damnatos, monetarios, etiam civitate impertimur (Grævius *impertiebamur*); adeo, si Diis placet, Spartanis Romanisque sumus humaniores. *Lang.*

Papius] A. quo lex Papia, de qua dicetur ubi de cæteris legibus.

Digitized by Google

Cannensi] Vide Liv. XXIII. 14. ubi tamen dicitur 'honesta utilibus cessisse,' quod servorum delectus esset habitus; sed quædam, quæ honesta ipsa per se non sunt, temporibus honesta fiunt. *Facc.*

§ 48 *Cyrsilum quendam*] Sic appellatur a Demosthene Περὶ Στεφάνου. Qui hoc plus dicit, uxorem ejus a mulieribus Atheniensium fuisse trucidatam. Alii Licidam vocant. *Lang.*

§ 49 *Qui piratas immunes*] Piratas Cilices, maritimum genus, in agris mediterraneis Pompeius collocavit, colonosque fecit, assignata urbe, quam Pompeiopolim vocarunt, cum antea Soli diceretur. *Facc.*

Socios vectigales habemus] Videntur hic intelligi Massilienses, de quibus supra, et Deiotarus rex Gallogræciæ, aliique, qui cum Pompeio senserant, et a Cæsare victore aut libertate privati, aut tributo onerati erant. *J. F. Gronov.*

CAP. XII. § 50 *Rhodum magnum frumenti numerum advexerit*] In contractibus, natura æquilitatem imperat, et ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti. Hæc æqualitas partim consistit in actibus, partim in eo de quo agitur; et in actibus, tum præcedaneis, tum principalibus. Ad præcedaneos actus pertinet, quod is qui cum aliquo contrahit, vitia sibi nota rei de qua agitur significare debet; quod non civilibus tantum legibus constitui solet, sed naturæ quoque congruit. Nam inter contrahentes propior quædam est societas, quam quæ communis est hominum. Atque hoc modo solvitur, quod dicebat Diogenes Babylonius, hoc tractans argumentum, non celari omnia quæ taceantur; nec quidquid tibi audire utile est, idem mihi dicere necesse esse, ut de rebus cœlestibus. Nam contractus natura utilitatis causa reperta propius quiddam exigit. Hæc cum verbis Ambrosii et Lactantii illustrasset, ita pergit: At non idem dicendum est de his, quæ rem non contingunt. Ut si quis sciat multas naves in cursu esse, quæ frumentum advehunt. Nam tale quid indicare, est quidem officiosum ac laudabile, sæpe adeo ut omitti nequeat, nisi ut charitatis regula violetur: non tamen injustum, id est, non pugnans cum jure ejus, quicum negotium est: ita ut locum hic habere possit illud, quod idem ille Diogenes non incommode dicebat, referente M. Tullio: 'Advexi, exposui: vendo meum non pluris quam cæteri; fortasse etiam minoris, cum major est copia. Cui fit injuria?' Non ergo generaliter sequendum illud ejusdem Ciceronis, Celare esse, cum tu, quod scias, id ignorare, emolumenti tui causa, velis eos quorum intersit scire; sed tum demum id locum habet, cum de iis agitur, quæ rem subjectam per se contingunt, ut si domus sit pestilens, si a magistratu dejici jussa, quæ exempla ibidem videas. At vitia ei, quicum agas, nota, aut servitutem ædium, quas M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat ab ipso prius emptas, dici nihil attinet. Scientia enim utrinque par pares facit contrahentes. Horatius: 'Ille feret pretium pœnæ securus, opinor:' (hoc est, ejus quod interest) 'Prudens emisti vitiosum.' Quod notatum et Platoni de Leg. lib. XI. Grotius de Jure Belli et Pacis II. 12. Vide et S. Pufendorf. de J. N. et G. V. 3. *Græv.*

§ 51 *Cum major est copia*] Non facile apparet, quorsum addita sint verba hæc. Mihi insititia videntur. Desunt certe apud D. Ambrosium, qui locum hunc imitatus est his verbis III. 6. 'Vendo frumentum, non alienum, sed meum; non pluris quam cæteri, imo etiam minori pretio.' *Facc.*

§ 52 *Tritici utilitas*] Ita vulgati. Sed ex conjectura Passeratius *vilitas*. Quæ vox quidem Ciceroniana est, et

Digitized by Google

eam sententia non male congruit.

Cap. xiii. § 54 *Vendat ædes*] Hujus quoque quæstionis decisionem jam ex Grotio percepimus, non esse reticenda vitia rei emptæ inhærentia, si latere merito emptorem possint. Non igitur hic locum habet illud Diogenis: 'Num te emere coëgit, qui ne hortatus quidem est? ille quod non placebat, proscripsit.' Hoc est, palam se publice proposito libello significavit. Potior itaque hic est sententia Antipatri, quam etiam jurisconsultorum auctoritas confirmat. *Rachel.* Vide Pufendorf. de Jure Naturæ et Gentium v. 3.

Apparere serpentes] Id fere accidit in ima ædium parte, si locus sit insalubris. Potest etiam fieri, ut simile aliquid appareat, quale 'in pestilenti domo,' de qua Plinius Epist. vii. 27. quam vide. *Facc.*

§ 55 *Sancitum est*] Legere malim *sanctum est.* Athenienses exsecrationum publicarum pœnam in eos sanxerunt, qui erranti viam non monstrarent. Isti enim μισάνθρωποι sunt, et naturam ipsam lædunt, ut significat Aristot. Ethic. viii. 1. *Idem.*

§ 57 *Certe non aperti, non simplicis*] Igitur Antipatri sententiam probat Cicero, qui mercatoris dissimulationem tam graviter accusat. Et tamen 'in pretio emptionis et venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire' Pomponius statuit lib. xvi. § ult. ff. de minoribus. Quem locum eleganter exponit Grotius de Jure Belli et Pacis ii. 12. et illius explicationem asserit Pufendorfius de Jure Nat. et Gent. v. 3. In capite vero præcedente docet, mercatorem injuste non fecisse, cum Rhodiis non indicasset naves plures in cursu esse. Justitiam enim hoc tantum requirere, ut ea indicentur, quæ rei subjectæ inhæreant; verbi causa, si domus pestilens, si a magistratu jam dejici jussa, quæ mox Tullius exempla subjicit. Sed hic nihil tale dissimulatum. Frumenti bonitatem expositam, et omnium oculis et probationi fuisse objectam: et tunc, quando venale proponebatur, revera tanti fuisse, quanti fuerit venditum, etsi paulo post minoris esset futurum. Nec jus proprie dictum Rhodiis fuisse, ut ex mercatore hoc scirent, quippe qui de ea re nunquam cum eo pacti essent. Addit quoque, se dubitare num contra legem beneficentiæ et humanitatis fecerit. Ut enim ad beneficium alteri dandum, humanitate obstringamur, requiri, ut ipse ille gratuito valde indigeat. Sed Rhodios opus habuisse frumento, non pecunia, qua abundarint, quippe quarum opes apud antiquos multis celebrentur. Sed neque tunc ad beneficium in alium conferendum nos obligari, quando per id danti plus decedat, quam accipienti accedat. Atqui plus lucri decessurum fuisse mercatori, si classem sequi indicasset, quam frumenti emptoribus fuisset accessurum. Nam cum inter plures id distraheretur, singulis parum decessisse soluto antiquo pretio. Præterea Ciceronem a doli mali crimine videri eundem liberare, cum paulo post dolum malum esse dicat, 'quando aliud est simulatum, aliud actum.' Quod huic casui non conveniat. *Rachel.* Cicero hanc quæstionem decidit secundum Stoicorum dogmata, sed illum rigorem a communi vitæ consuetudine alienum esse non uno loco ait, præsertim cum paulo ante ostenderit, se media hic officia persequi, non perfecta. *Græv.*

Cap. xiv. § 58 *Argentarius*] Apud argentarios enim pecunia perscribebatur, auctiones, et alii contractus fiebant, et tabulæ condebantur. *Facc.*

§ 59 *Emit instructos*] Hortuli instructi: Ital. *casino fornito.* Idem.

Nomina facit] Salmasius ὁ πάνυ in libro de Usuris, cap. 6. allato hoc loco ex oratione pro Roscio comœdo:

Digitized by Google

'Quod si ille suas proferet tabulas, proferet suas quoque Roscius. Erit in illius tabulis hoc nomen, at in hujus non erit. Cur potius illius, quam hujus creditur? Scripsisset ille, si non jussu hujus expensum tulisset? Non scripsisset hic, quod sibi expensum ferri jussisset? Nam quemadmodum turpe est scribere, quod non debeatur, sic improbum est non referre quod debeas. Æque enim tabulæ commendantur, hujus qui verum non retulit, et ejus qui falsum perscripsit.' Ex his, inquit vir maximus, perspici clare potest creditorem, cum nomen faceret, hoc est, pecuniam alicui crederet, nomen debitoris in tabulis suis scripsisse, et summam debiti, quam 'expensam ferre' dicebatur, quia expendebat. Expensum sibi ferre jubebat creditor debitorem, qui in tabulas suas referebat, quod acceperat ac debebat. Hinc 'tabulæ accepti et expensi' ab utraque parte conficiebantur. Ab illo more referendi nomina debitorum, quibus aliquid credidissent, in tabulis 'nomen facere,' et 'nomen locare' dicebatur creditor, qui pecuniam credebat. Contra debitor cum creditum solveret, 'nomen dissolvere, expedire, expungere,' quia expungebatur nomen ejus e tabulis creditoris, ubi solvisset. Hæc Salmasius, qui id pluribus exemplis antiquorum scriptorum firmat, uti et ex Ulpiano lib. II. D. de Proxeneticis, quique ibi quoque docet, quid sit apud Justinianum obligatio scripturæ, quæ nominibus fiebat. Verissima sunt quæ ibi tradit, nisi quod in his ei assentiri non possimus, quod existimet 'nomen facere' dici tantum de illis creditoribus, qui pecuniam mutuam dent sine usuris, quod non videtur vero esse consentaneum. Usurpatur de pecunia tam quæ sine usuris, quam quæ cum usuris mutua datur. Cum igitur debitoris sit facere nomina, J. F. Gronovius censet hic legendum esse *Pythius nomina facit*. Nam Canius secundum consuetudinem Latine loquentium, qui non præsente pecunia emebat hos hortos, sed summam, quæ convenerat, jubebat aut in Pythii tabulas expensi et accepti referri, aut in alius, qui pecuniam hanc ei credebat, 'nomen locabat;' Pythius autem aut amicus ei credens, 'nomen faciebat.' Conjecturam Gronovii adstruunt sequentia statim verba, *invitat Canius postridie familiares suos*. Non opus fuisset repetitione nominis *Canius*, si ad eundem hominem pertinuerent præcedentia. *Græv.*

Quod eos nullos videret] Pith. excerpta *eo quod nullos videret*. Equidem *eos nullos* ferit aures. Sed Cicero videtur scripsisse *quod eos nullus videret*, hoc est, non videret. Ad Att. XI. 24. 'Philotimus nullus venit.' Et alibi, præsertim apud comicos, crebra sunt exempla. *Idem.* Legendum puto *quod eos non*. Statim enim sequitur 'nullæ,' et proxime 'nulli.' Facile autem fuit veteres codices describentibus in hujusmodi voculis falli. Alii legunt *eo quod nullos*. Facc.

§ 60 *Stomachari Canius*] *Stomachari* pro irasci; ut infra 'stomachus' pro ira. *Idem.*

Aquilius, collega et familiaris meus] Fuit Ciceronis collega in prætura, vir jurisprudentia insignis, Q. Mucii discipulus, quem Cicero multis in locis prædicat, ut et Val. Max. VIII. 2. 15. Invenit actionem de dolo malo. Cic. de Nat. Deor. III. 30. *Græv.*

CAP. XV. § 61 *Ut tutela duodecim tabulis*] Non recte, si quid veri video, dicitur 'tutelam' esse vindicatam, hoc est, punitam, duodecim tabulis, quæ, si eam solam spectes, nihil mali in se continere invenietur. Potius legamus *ut tutelæ duodecim tabulis*, scilicet ut dolus malus tutelæ vindicatus erat XII istis tabulis. *Pearc.*

Digitized by Google

Lege Lætoria] Sueton. 'Lætoria,' inquit, 'quæ vetat minores XXV annis stipulari:' ubi 'stipulari' passive poni Priscianus notat lib. VIII. *Lang.*

Et sine lege, judiciis] Lambinus ideo distinxit, ut tolleretur error eorum qui judicium sine lege, arbitrium esse putant. Ciceronis sententia est, dolum malum ante Aquilium non modo legibus, sed et judiciis bonæ fidei vindicatum fuisse. *Fabr.* Male ultima distinguit cum Lambino Fabritius. *Sine lege judicia* sunt, quæ non descendunt ex XII tab. aut lege per populum lata, sed in quibus prætor supplet, quod deest juri civili. Justinian. Institut. lib. IV. tit. 6. de actionibus, § 30. 31. *J. F. Gron.*

Ex fide bona] Convenientissime hanc formulam interpretatur Paulus, quando dicit bonam fidem esse contrariam fraudi et dolo. Notandum hic, actionum bonæ fidei tres fuisse formulas: unam, quæ contractibus bonæ fidei accommodabatur, cum his verbis, 'Ex bona fide;' alteram, quæ in fiduciis usurpabatur, cum his, 'Ut inter bonos bene agier oportet, et sine fraudatione;' tertiam, rei uxoriæ propriam, cum his, 'Quantum æquius, melius.' De quibus etiam videri meretur Sigonius de Judic. I. 21. sub fin. *Rachel.*

In arbitrio rei uxoriæ] Vide Topica cap. 17.

In fiducia] Fiducia veteribus jurisconsultis fuit et pignus, et hypotheca, et potius hypotheca, longe diversa a fiducia et Isidori et Boëtii, quæ et ipsæ differunt, ut contra recentiores jurisconsultos multis ostendit vir maximus Claud. Salmasius et in libro de Usuris cap. 4. et de Modo Usurarum cap. 14. copiosissime. *Græv.*

Nec qui contra se liceatur] Quibus in verbis memini ab eruditis hominibus dubitatum esse, cur diceretur emptor neminem, qui contra se liceretur, appositurus. Certe enim solent interdum venditores in auctionibus licitatorem aliquem apponere, qui se emere velle simulet, et pluris liceatur ea quæ venum exposita sunt, quam quanti sunt: ut eo modo cæteri emptores inducantur. Atque hoc sæpe fieri vidimus. Emptor autem cur, quæso, quemquam, qui contra se liceatur, apponat? Id enim si faciat, obstabit sibi: neque hoc dubium est, quin qui emere aliquid vult, illud potius optare debeat, ut nemo, qui contra liceri velit, reperiatur. Quare si qui contra se liceatur apponat, non sibi consulet, sed venditori. Quid igitur est? Multa ab istis παραδιορθώταις allata sunt, quæ qui accurate refellere velit, ridiculus sit: ita sunt ridicula ipsa et levia. Peccatum hic est, ut et in aliis libris sæpe, et in Pandectis Florentinis sæpissime, ut semel tantum positæ sint litteræ, quas geminari oportebat. Legendum enim est *qui contra asse liceatur.* Ut enim venditor dolose apponit, qui pluris liceantur, ita emptor qui minoris, ut sibi facilius res addicatur. Assem autem pro minimo pretio veteres sæpe dicebant; eoque nomine in rebus extenuandis et abjiciendis utebantur. Socrates apud Varronem: 'Asse vinum, asse pulmentarium.' Cato: 'Quod non opus est, asse carum est.' In ludicro poëmate: 'Non assis faciunt, euntque recta.' Catullus: 'Omnes unius æstimemus assis.' Horatius: 'In triviis fixum qui se demittit ob assem.' Persius: 'Et centum Græcos curto centusse licetur.' 'Asse' igitur 'liceri,' est pretium rei extenuare et abjicere; quod qui faciat, si emptor apponat, improbe eum facturum Cicero putat. *Muret.* Var. Lect. XIV. 8. Hæc Muretus, quæ sunt certissima. Emptoris est liceri, si quis apponitur qui licetur contra emptorem, aut est licitator qui servit venditori, et pretium rei auget, aut ipse cupit illam sibi

Digitized by Google

addici. Dumnorix apud Cæsarem de Bello Gallico lib. I. per plures annos portoria, reliquaque omnia Æduorum vectigalia parvo pretio redempta habuisse dicitur, 'propterea, quod illo licente, contra liceri nemo audeat.' Ergo qui contra licentur, augent pretium, et efficiunt, ut carius vendatur aut conducatur. Sed emptor cum apponit in auctione, qui rem a venditore indicatam vilissimo pretio liceatur, tanquam res esset parvi æstimanda, is sane sæpe causa est, ut minore pretio quid vendatur, cum multi persuadeantur, non tanti rem esse, quia tam vile pro ea pretium offeratur. *Græv.* Sustineri tamen vulgata lectio potest. Nam qui apponit falsum emptorem, certe contra se apponit, quamvis reipsa non sit contra se. *Facc.*

Uterque, si ad eloquendum venerit, non plus quam semel eloquetur] Id est: Venditor quam minimum rei pretium statuat, quod ille partim ex ipsa re, partim ex labore, sumptu, aut periculo, quæ accesserunt, candide, sine fuco et fraude æstimabit. Emptor quoque, si illa indiguerit, in dictum pretium, cæteris paribus, consentiat, nec ambagibus, aut tergiversationibus, aut illusionibus venditorem circumscribere studeat. *Rachel.*

§ 62 *Ut si minoris, quam potuisset, vendidisset*] Sententiam horum verborum non capio, nec ut conveniant iis, quæ præcedunt, video. Quis minoris vendit suum, quam potest, si in ejus manu ac potestate est vendendi facultas? Cicero hic loquitur de sapiente, hoc est suorum commodorum studioso emptore, non qualis erat Scævola, qui quidem vir bonus fuerit, sed secundum opinionem non vulgi modo, sed et plerorumque etiam doctorum, minime sapiens, qui non tam parvo fundum illum emerit pretio, quo potuisset. Hoc sane sententia Ciceronis postulat. In antiquis membranis nihil est opis hoc loco. Censeo autem Ciceronem scripsisse *ut minoris quidem, si potuisset, emisset.* Negant, inquit, sapientis emptoris esse plus dare, quam indicarat venditor; sed contra sapientis emptoris, hoc est ad rem suam attenti, esse, etiam minoris emere fundum, si possit, quam erat indicatus. Hoc certe sensit Cicero. *Emisset* ex antiquis editionibus reposui. Reliqua, propter consensum scriptorum et editorum librorum, immutare non sustinui. *Græv.*

Qui sibi ipse prodesse non quiret] Sic Ennium locutum esse Petrus Victorius Var. Lect. XVI. 8. admonet. Versus integer est ad Fam. VII. 6. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, ne quicquam sapit.* Græcus extat Epist. XIII. 15. *Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.* *Fabrit.*

§ 63 *Sapientis esse nihil contra mores, leges, instituta facientem*] Recte Cicero hoc Hecatonis dictum reprehendit tanquam quod adversetur sanctitati Stoicæ doctrinæ, quæ præcipiat, sapientem sibi ipsi legem esse. Non facit quidem quæ sunt contra leges, sed plura facit sapiens et vir bonus, quam legibus præscribitur, nec tamen negligit rem familiarem. Per leges licet mihi emere illo pretio, quo a venditore res indicatur. Vir bonus vero videns, emptorem pretium rei non nosse, ei significabit rem istam majoris esse pretii, et carius vendendam, ut fecit Scævola, quod sapiens Hecatonis non fecisset. Et hoc est quod in Hecatonis sententia Cicero improbat. Alioqui non est ut improbetur. *Græv.*

Tantum se negat facturum, compendii sui causa] Quasi dicat eum dolum, quem leges non vindicant, licere interponere. Sed 'angusta innocentia est, ad legem bonum esse,' ut Seneca de Ira II. 27. ait. *J. F. Gron.*

CAP. XVI. § 65 *Nuncupata*] Quæ lingua essent expressa. Festus e XII Tabulis 'uti lingua nuncupassit,' et

Digitized by Google

ut veteres scribebant, 'utei lingua nuncupasit.' Volebant igitur XII Tabulæ, ea præstari, quæ quis ab emptore interrogatus, lingua expressisset. Quod siquid inficiatus malitia esset, dupli damnabatur, id est duplum pretii restituere cogebatur. *Facc.*

Reticentiæ pœna] 'Actio redhibitoria' hodie appellatur D. de ædilitio edicto. Sane vitia cum prædiorum, tum rerum aliarum in contractu reticenda non sunt. Sed extra contractum nulla humanitatis lege sum obstrictus, ad aperiendam alii aut rerum mearum conditionem, aut id, unde lucro aliquo fruar. Vide Hug. Grot. II. 8. § 7. et Sam. Pufendorfium de Jure Naturæ et Gentium v. 3. § 3. *Græv.*

§ 66 *In arce*] Intelligit arcem Capitolinam, in qua solebant augures auguria captare. *Idem.*

Demoliri eas, quarum] Ita Manutius et Gruterus; sed male, ni fallor; non enim ædes demoliri, inquit Fabritius, sed altitudinem ædium summittere Claudium augures jusserunt. Victorius igitur et Lambinus *ea, quarum.* Typographi quidem Parisienses sic dederant, cum eorum pericula nos primum vidimus: sed in typographia est qui amet dici πρῶτος, eademque iterum pericula recognoscens, nos pro suo jure, ut sibi videtur, emendat nonnunquam. Quod hic fecit, cum ad Gruterum recurreret, a quo discedere tum maxime volueramus. *Olivet.*

Proscripsit insulam] Domum, proposito libello, vendendam significavit. 'Insulæ' primum dicebantur urbanæ domus, quæ essent ab aliis separatæ, proindeque ab incendiis tutiores; postea nomen ad eas quoque translatum est, quæ cum vicinis conjungerentur. *Facc.*

Arbitrum illum adegit] Vetus locutio 'adigere arbitrum,' pro 'agere ad arbitrum,' et similis est significatio, quæ illius, 'agere in judicium,' vel 'ad judicium.' *Hotoman.* in Orat. pro Q. Roscio cap. 9.

§ 67 *M. Marius Gratidianus*] De quo in Bruto.

CAP. XVII. § 68 *Manu tenere*] Leges tollunt astutias apertas, certaque fraude admissas. Philosophi damnant eas quoque, quæ acute excogitatæ sunt, ad leges eludendas, vel, quæ ita leves sunt, ut eo lex non pertingat. Philosophia respicit hominem ut esse debet, lex ut est. *Facc.*

Ratio igitur] Malim legere *ratio autem.* Alii codices habent *ergo.* Amanuenses enim, compendiariis non recte perceptis, periodi sequentis particulam sumpsere. *Idem.*

§ 69 *Gentis*] Alii *generis.* Significat enim societatem angustiorem, quam sit hominis cum homine, sed latiorem, quam sit civis cum cive, v. g. inter Christianas gentes. *Idem.*

§ 70 *Uti ne propter te*] Est formula, qua utebantur et sibi cavebant in stipulando. *Rachel.*

In omnibus iis arbitriis] Hoc est, in actionibus illis arbitrariis, quæ ab arbitrio et potestate judicantis pendent, qui non ex natura rei, sed ex accidenti rem æstimat. *Græv.*

Fiduciis] Hoc est, pignoribus, seu hypothecis. Vide superius ad cap. 15. hujus libri. *Idem.*

Mandatis] Paradoxon videtur mandati esse obligationem. Nam si mandatum nisi gratuitum nullum est, originemque ex officio atque amicitia trahit, neque quisquam invitus ad mandatum suscipiendum compelli potest, quia nemo ad benefaciendum invitus cogi potest, nisi forte obligationem faciat spontanea susceptio. Vide tit. mandati lib. XVII. D. et Platonis de Legibus lib. XII. et Gellium I. 13. *Betuleius.*

Judicia contraria] In quibusdam contractibus utraque pars habet actionem directam; in aliis pars una directam, ut pupillus in tutorem, al-

Digitized by Google

tera contrariam, ut tutor in pupillum: atque in his quidem magni judicis est statuere, quid præstandum ex fide bona. *Facc.*

Quid quemque cuique præstare] More jurisconsultorum hic loquitur Cicero, non minor jurisconsultus quam orator, judicio Jac. Gothofredi ad lib. xxiii. ff. de R. I. Præstare vero sensu jurisconsultorum est, quid cuipiam alius obstrictus sit, facere, luere, sarcire, si qua inæqualitas aut læsio inique contigerit. Unde etiam hac voce bis utitur Ulpianus d. l. 23. ff. de R. I. qua de præstationibus ex variis contractibus debitis agitur. *Rachel.*

§ 71 *Præstat edicto ædilium*] Vide Gellium iv. 2.

§ 72 *Heredum alia causa est*] Hoc est, heredes in vendendis bonis defuncti, non coguntur sarcire aut præstare, si quid vitiosi sit in mancipiis aut aliis rebus, quas vendunt, quia credantur ignorare vitia. *Græv.*

Cap. xviii. § 73 *L. Minucii Basili*] Male *Basilii* legebatur. Est enim Basilus cognomen Minuciorum, quod cum ex hoc loco, tum et Appiani lib. iii. de Bello Civili apparet, ubi 'Minucium *Basilum*' virum prætorium unum de Cæsaris interfectoribus numerat, qui sesquianno post Cæsarem interemptum a servo suo interfectus sit. Meminit et Florus lib. iv. et Dion. Videndum an hic ipse L. Basilus sit, quem Syllæ præfectum Plutarch. tradit fuisse, cum urbem occuparet. Extant et Ciceronis epistolæ ad Basilum Fam. lib. vi. Qui cum Bruto in Cæsarem conjuravit. *Lang.*

Mihi quidem non videtur] Merito: nam jus naturæ præcipit ut rem alienam, quam quis in sua potestate habet, reddat domino. Nec enim sine scelere retineri potest. Vide H. Grotium de Jure Belli et Pacis ii. 10. § 1. et ejusdem libri cap. 21. § 1. *Græv.*

§ 74 *M. Satrium*] Satria familia Romana est: quam T. Pomponium Atticum aliquo modo attigisse ex Suetonio satis liquet, libro de Grammaticis: ut fortassis hic Cicero non nihil privatim motus sit, quod hic ipse Satrius de Attici majoribus fuerit. Huc etiam forte spectet, quod primo ad Attic. scribitur Cæcilium Attici avunculum a Caninio Satrio in nescio qua hereditate fraudatum. *Lang.*

Nomen suum ferre] Sic Suetonius in Augusto: 'Heredes instituit primos Tiberium ex parte dimidia et sextante, Liviam ex parte tertia; quos et ferre nomen suum jussit.' Et in testamento antiquo L. Cuspidii: 'Agros domumque relinquo consobrinis, et L. præcipue, quod is nomen ferat nostrum.' Fert igitur nomen, qui est διάδοχος τοῦ ὀνόματος, ut loquitur Dion initio lib. xlv. *Fabrit.*

Hunc dico patronum agri Piceni et Sabini] Quidam libri habent *hunc dico patronum;* alii *hunc, ait, dico patronum;* quos secutus sum. Sunt enim verba ex Minucii testamento. *Lang.* Hæc videntur esse verba in testamento Minucii Basili usurpata; quapropter legendum puto, *eumque fecisset heredem, hunc, aiens, dico patronum agri Piceni.* Quippe his verbis Basilus voluit Satrium suum heredem facere; at Crassus et Hortensius contendebant Basili rem ad se pertinere, solum nomen patroni agri Piceni et Sabini ad Satrium pervenire. *Pearc.*

Non veritate, sed simulatione] Fortasse hæc verba margini adscripta erant ad explicandas blanditias Officiorum. *Facc.*

§ 75 *Perviderit*] Alii *providerit*, alii *prævideret*. Sed retinendum *perviderit*, quod significat planam perfectamque cognitionem et persuasionem. *Idem.*

Cap. xix. *Ut si digitis concrepuerit*] Nihil hoc est aliud, quam nullo negotio, facillime. Pro quo paulo post dicit *digitorum percussione.* Sunt locutiones quæ nihil faciunt ad turpitudinem, aut ad honestatem. Sic

Digitized by Google

dicebant 'ad digiti crepitum præsto esse,' sive præsto sis ad rem bonam, sive ad malam, aut turpem. Sic et in sequentibus 'saltaret in foro,' nil aliud est, quam faceret aliquid, quod se, aut quemvis gravem hominem aut pudentem maxime dedeceret. Nihil hoc quoque pertinet ad id quod est turpe sive natura, sive opinione. Neque hic agitur de perfecto sapiente Stoico, sed de viro bono, cui opponit Crassum hominem avarissimum, quem etiam perdidit avaritia. Is nihil, inquit, pensi haberet, et faceret palam etiam indignissima viro bono et gravi, si modo possit augere suas facultates, et efficere quocumque modo supposititio ut heres scribatur hominis opulenti, sicuti ex testamento Minucii Basili contra jus et fas et officium viri boni partem bonorum acceperat. Hoc non tantum non faceret sapiens Stoicus, sed nec vir quilibet bonus. De talibus enim casibus loquitur hic Cicero. Non repudianda existimat legata hominum divitum, virtute parta; sive veras hereditates, ut loquitur capite præcedente; sed malitiosis blanditiis quæsitas. Hæc non notassem, nisi immerito barbam velli Tullio et hic et nonnunquam alibi viderem. *Græv.* In hereditatis aditione digitos Romani percutiebant, quod pluribus locis tradit Cujacius; idque videtur Cicero significare, cum ait lib. de Offic. 'Si digitis concrepuerit,' &c. *Gravina*, Specimen Prisci Juris.

§ 76 *Animi sui complicatam notionem evolvere*] Recte Manutius exponit, et clarius ὁ πάνυ Gronovius, id quod animo insitum est et innatum, etsi obscurius et involutum, meditando acuere et penitus recognoscere; id respicere, quod mens ipsa, si excutiatur, et conscientia dictitat. Tuscul. IV. 24. 'Notionem nostram de fortitudine habemus omnes tectam et involutam.' Ex his notionibus quas evolverunt viri sapientes, nata est philosophia moralis. Apud gentes barbaras, qui eas non explicuerunt et excusserunt, manent etiam nunc complicatæ. *Græv.*

Nisi lacessitus injuria] Non ulciscendo, sed se defendendo, et arcendo injuriam. Quod viro bono licere nunquam infitiabitur Lactantius, qui perperam hic Tullium reprehendit. *Idem.*

Quasi veneno] Quasi incantationibus et præstigiis. *Facc.*

§ 77 *Cum is responsionem fecisset*] Qui petere vult, id est, qui litem facit, ut Fortunatianus jurisconsultus loquitur, ante omnia sponsione provocat adversarium: is unde petitur, sic contendit, ex provocatione spondet, rursusque restipulatur a petitore, qui etiam vicissim respondere cogitur. Eugraphius in illud Terent. 'Jusjurandum dabitur te esse indignum injuria hac:' 'Quemadmodum sponsio ante judicium fieri solet, ita hic dixit, jusjurandum dabit, quod,' &c. Hujus sponsionis pignus legitimum est sacramentum, ut Isidorus ex quopiam meliore auctore scribit Etymol. v. Quamvis autem hujusmodi stipulationes sponsionesque mutuæ sint; proprie tamen qui provocat primum, 'sacramento rogare, petere,' vel 'quærere' dicitur; qui provocatur, 'sacramento contendere,' quod ex eventu judicii justum injustumve dicitur, et pronuntiatur. Pecunia hæc ab utraque parte deponebatur apud pontificem, dicebaturque sacramentum. Victor suam recipiebat, victi in sacrorum usum retinebat pontifex. P. Pithœus Advers. I. 18. ubi vide plura. Vide et H. Grotii florum sparsionem ad Jus Justinianeum p. 128. *Græv.*

Nec cogitare quidem] Itaque sapienter Alcæum reprehendit Sappho, apud Aristot. Rhet. I. 9. cum is dixisset, Θέλω τί τ' εἰπεῖν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς· *Dicere velim aliquid, sed me prohibet pudor.* Respondet Sap-

Digitized by Google

pho, *Αἰ δ' ἶχέ σ' ἐσλῶν ἵμερος ἢ καλῶν, Καὶ μηδὲν εἰκῆ γλῶσσ' ἐκύκα κακόν· Αἰδώς κεν οὐχί σ' εἶχεν ὄμματ', Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῷ δικαίῳ.* Hoc est, interprete Mureto, *Si quidquam honesti mens ferat ac boni, Nec lingua quidquam turpe paret tua; Nullo impedireris pudore, Sed facile eloquerere honesta.* Idem.

Mices] Micare digitis, ludi genus populare satis notum. Ital. *la Mora.* Facc.

§ 78 *Hereditates omnium posse converrere*] Est tralatio a piscatoribus, qui genere quodam retis, quod everriculum appellant, magnam vim piscium corripiunt. Potest etiam dici tralationem esse ab iis servis aut ancillis, quæ scopis et verriculis quisquilias et sordes domus unum in locum converrunt, ut postea in unum acervum congestas parvo negotio auferant. Eadem tralatione usus est Horat. II. Sat. 4. 'Nec satis est cara pisces averrere mensa.' *Lamb.*

Cap. xx. § 80 *Adhibuissent*] 'Adhibere' Ciceroni hic est adhibere in consilium, consulere. *Græv.*

Jactabatur enim temporibus illis nummus] Hic inserta vulgo legitur sententia, *Jactabatur enim temporibus illis nummus, ita ut nemo sciret, quid haberet,* quam in omnibus exemplaribus cum antiquis, tum novis, eo modo reperi. Jovem tamen lapidem dejeraverim non esse ab homine Romano prolatam. A coquo potius aliquo Sorboniano. Itaque totam ad jus civitatis suæ, lege Mucia Licinia relego. Mille talia passim obvia sunt in bonis scriptoribus. *Lang.* Hæc Langius non putat esse Ciceronis: cui assentior. Ea tamen retinui, neque ausus sum tollere, quia in omnibus libris antiquis reperiuntur: tantum jussi dissimilibus litteris imprimi. *Lamb.*

Cum pœna atque judicio] Pro *judicio* legendum puto *indicio;* id est, indicta pœna adversus peccantes, et mercede proposita indicantibus. Indicium enim sæpe sumitur pro mercede, quæ indici datur. *Facc.*

Descenderent] Utitur hoc verbo, quia proceres ex collibus, ubi habitabant, descendebant in forum. Victorius Var. Lect. v. 8. contendit legendum esse *escenderent.* Idem.

Cap. xxi. § 83 *Parens nominetur*] Cæsare defuncto, posita in foro columna est addito titulo, 'Parenti Patriæ,' ut scribit Suetonius in ejus Vita c. 85. Sed et vivens 'Pater Patriæ' vocitatus est, ut ibid. c. 76. *Idem.*

§ 85 *Cujus autem, &c.*] In edit. prima, *cujus autem vita ipsa potest utilitati esse?* Sed hæc explicatio quædam est. *Idem.*

Cap. xxii. § 87 *Utrum igitur*] Alii *visum igitur;* in fine autem periodi *quam venenis.* Idem.

Vel senatui nostro, qui nunquam utilitatem a dignitate sejunxit] Atqui statim dicet Cicero, senatum in approbanda L. Philippi sententia dignitatem ab utilitate sejunxisse. Sed in aliis etiam locis hoc nomine reprehendit senatum, ut superius in c. 11. hujus libri: 'Utilitatis specie in rep. sæpissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri;' nec enim aut Corinthus deleri, aut ab eversore Corinthi triumphari sine senatus decreto potuit. Nihil tamen Cicero his verbis, *nunquam utilitatem a dignitate sejunxit,* significat aliud, quam senatus hoc fuisse institutum, hanc rationem et disciplinam, a dignitate nunquam sejungere utilitatem; eamque rationem semper secutum esse, nisi cum interdum speciosis ac fucatis quibusdam disputationibus et argumentis se passus sit ab hac sententia dimoveri contra suum propositum. Nulla est repugnantia Ciceronis in his verbis; sed est loquendi genus omnibus linguis et scriptoribus commune, quo utuntur de eo quod plerumque et omni propemodum tempore sit, quasi nunquam non fieret. Ciceronem sane

Digitized by Google

in hoc loco tantum flagitium in se admisisse, cujus nuperius insimulatus fuit, nemo credet, nisi qui, ut videatur sapere, cælum vituperat. *Græv.*

Ex senatusconsulto liberavisset] Cum civitates has ex senatusconsulto immunes ac liberas esse jussisset Sylla, cur dubitemus recte reprehendi Q. Philippum, qui contra datam a senatu, penes quem dandi negandive talia potestas erat, fidem, vectigales illas civitates esse censuerit, nec pecuniam, qua redemerant libertatem, reddiderit: quæ quia senatu decernente erat accepta, ita aut in ærarium relata, aut in rempublicam impensa. *Idem.*

§ 88 *Nimis mihi præfracte*] Vere damnat hic Cicero Catonis præfractum nimis vectigalia urgendi et a publicanis exigendi studium. Cum iis enim agendum tanquam cum colonis, quibus, si calamitas quædam fundum infestavit, et proventum perdidit, remittimus aliquid de pacta mercede, aut vectigali, quod annuum nobis pro usu soli pendunt; sic et publicanis, si animose nimis vectigalia publica conduxerunt, et inopinata mala intercesserunt, per quæ non possunt solvere, quantum ad reip. solvendum se obstrinxerunt, æquitas postulat ut non nihil pecuniæ debitæ remittatur. Quod cum Cato nollet facere, ordinem equestrem a senatu disjunxit, et fenestram aperuit Cæsari et Pompeio rempublicam opprimendi, uti queritur verissime Cicero non hic modo, sed in Epistolis ad Att. I. 17. et 18. et II. 1. *Fabr.*

Cum causam Transpadanorum] Qui petebant jus civitatis, de quibus Sueton. Jul. cap. 8. 'Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas de petenda civitate agitantes adiit.' Harum causam egisse videtur etiam Curio. Eorum etiam meminit Suetonius in capite sequente, ubi ait Lambranos et Transpadanos voluisse novas res moliri, nimirum ob civitatem, quam petebant, negatam. *Græv.*

Potius diceret non esse æquam, quia non esset utilis reip.] Præcedentia et sequentia verba postulant, ut vel invitis libris scribatur, *potius diceret non esse utilem reipublicæ, quia non esset æqua, quam, cum utilem esse diceret, non esse æquam fateretur.* Sic Victorius, et Gruterus; cum in vulgatis (Manutii, et Lambini) pessime et ineptissime legeretur, *æquam esse diceret, non esse utilem fateretur.* Clamabat Curio 'Vincat utilitas,' quamvis adversaretur æquum, jus, et fas. Cicero vero docet Curioni potius dicendum fuisse, 'Vincat æquum,' licet aliud suadere videatur utilitas; sed quia ei repugnat æquitas, ideo utilitas est repudianda. *Idem.*

CAP. XXIII. § 90 *Accusabit*] Reprehendet, arguet, monebit. Est enim 'accuso' interdum synonymum verbi 'moneo.' Ita in Epist. ad Fam. I. 1. 'Hortari, et orare, etiam liberius accusare et monere.' *Facc.*

§ 91 *Vinum fugiens*] Quod durare et ætatem ferre non potest, et cujus vis exolescit brevi tempore. Alii *venenum*, sed male. *Græv.*

Controversa jura] Sunt controversa jura Stoicorum, ut Turnebus scribit, causæ et consultationes, de quibus Stoici inter se dissentiunt: quæ translatio sumpta est a jurisconsultis, apud quos jura controversa et dubia vocantur, de quibus inter jurisconsultos est dissensio, ut cum aliud videtur Mucio, aliud Bruto, aliud Manilio. *Fabr.*

§ 92 *Si quis aurum, &c.*] Exemplum hoc, et superiora de servo fugitivo, de tabula naufragii, de domo pestilenti, memorat Lactant. V. 16. ex Carneade, qui aiebat, virum bonum et justum, si suam utilitatem deserat, incidere in stultitiam. 'Hinc Carneades,' inquit, 'intelligi volebat, et eum, qui sit justus ac bonus, stultum esse; et eum, qui sapiens, ma-

Digitized by Google

lum.' *Facc.*

Cap. xxv. § 93 *Illa promiseris*] Rectius alii *quibus promiseris;* vox enim *illa* ferri nequit. *Idem.*

§ 96 *Sed quoniam, &c.*] Omnia hæc usque ad finem capitis insititia videntur. Nisi forte, primo membro servato, hinc incipiendum est caput proximum, atque ita legendum, *Sed quoniam a quatuor fontibus honestatis primo libro Officia duximus, reliquæ sunt partes duæ, quarum altera in animi, &c.* Idem.

Ac de prudentia, &c.] In codice a Petro Delphino descripto caput proximum incipit ab hac periodo. Recte, si duæ superiores tollantur. *Idem.*

In conformatione et moderatione continentiæ et temperantiæ] Quid est continentiæ et temperantiæ conformatio? quid moderatio? Ego legendum puto, *in decore, moderatione, continentia, temperantia.* Ita initio cap. 19. *Idem.*

Cap. xxvi. § 97 *Voluisse*] Vacat vox hæc, inducta ab illis, qui putarunt, infinitum *subterfugere* pendere ab *insimulant.* Sed hinc inconsequentia oritur nimis dura, minimeque necessaria. Qua enim lege constabit membrum primum? *Utile videbatur Ulyssi.* Idem.

§ 99 *Quæ erat talis*] Vulgo hæc tria verba adduntur inepte. *Idem.*

Cap. xxvii. § 100 *Num locupletiores quæris auctores*] Scilicet, quam magnitudo animi et fortitudo. Hæc igitur conjuncta legi oportet. Quod idcirco lectorem admonitum esse volui, ne dubitandi ansam præbeat divisio Gruteriana.

Sententiam ne diceret, &c.] Noluit in senatu sententiam dicere, quod adhuc captivus esset, ac proinde capite deminutus, et hostium servus. Id est, noluit rogari ex formula, et sententiam dicere senatoriam cum jure suffragii. Ital. *aver voce deliberativa.* Facc.

Vigilando] Recisis utrimque palpebris, ut oculis inconniventibus solem intueri cogeretur. Vide Gellium, iv. 4.

Cap. xxviii. § 102 *Fregisti fidem*] De hoc Accii loco disputat luculente Grotius de Jure Belli et Pacis ii. 13. § 16. et iii. 19. § 13.

§ 103 *Quicquid valde utile, &c.*] Hac ratione qui bella gerunt ultro suscepta pro imperio, si qui forte sunt, et provincias prædantur, se tamen a prædonibus distingui putant, quod præda magnitudine ipsa fiat honesta. *Facc.*

Cap. xxix. § 104 *Apta pinnis*] Plerisque simulacris Deorum, ut Victoriæ, ut Famæ, affingebant alas: ut Deos ubique præsto esse indicarent. *Apta* autem *pinnis* est πτερόεσσα. Apuleius Apologia: 'Si verba, ita ut poëtæ aiunt, pinnis apta vulgo volarent.' Expressit autem illud Homericum ἔπεα πτερόεντα. *Muret.* Fides in nummis conspicitur mulier sedens, avem manu tenens, sive is sit turtur, sive cornix, sive alia. Sed nunquam conspicitur alata. Horatius canit Fidem fuisse velatam albo panno, ideoque et 'cana' dicitur Virgilio. *Græv.*

Jusjurandum Jovis] Jovi tribuitur κατ' ἐξοχὴν, quia Jupiter credebatur vindex esse jurisjurandi. Sil. Ital. i. 9. 'Juratumque Jovi fœdus.' *Gron.* Hinc et Ζεὺς ὅρκιος, et Ζεὺς πίστιος Græcis. Jupiter jurisjurandi vindex, et Jupiter Fidius. *Græv.*

§ 105 *Principem populi*] Erat enim consularis, ideoque ex populi principibus: tunc vero, cum captus est, etiam consul. *Facc.*

§ 106 *Nervosius*] Stoici; *remissius* Peripatetici. *A. Manut.*

§ 107 *Ne si juratus quidem*] Ita Cicero ex regulis humanæ societatis. Attamen si, Christiane, prædoni juraveris, adverte, prædonem falli posse; Deum, quem testem adhibuisti, falli non posse. *Facc.*

Digitized by Google

Perduellium numero] Vulgati omnes *ex perduellium numero;* sed Grævius, auctoritate Mss. et secundum excerpta Pithœi, omittit *ex*, ut ad τὸ *definitus* accommodetur oratio.

§ 108 *More nostro*] Id est, adhibitis verbis ex formula, more Romanorum, qui dicebant, 'conceptis verbis jurare,' vel 'conjurare,' id est, simul jurare, propter præjurationes eorum qui verba præibant. *Facc.*

Cum justo enim et legitimo hoste] Vide Grotium de Jure Belli et Pacis III. 3. § 1.

CAP. XXX. § 109 *Injussu enim populi senatusque fecerant*] Hinc habebatur magis a senatu pro sponsione, quam pro pactione, aut fœdere. Ideoque sponsores non locupletes dediderunt hostibus. Quod autem sit discrimen inter sponsionem, pactionem, et fœdus, docet Grotius de Jure Belli et Pacis II. 15. *Græv.*

§ 110 *At non debuit ratum esse, quod erat actum per vim*] Sic sane sentiebant et philosophi et JCti. Negat hoc Grotius, et contendit vi aut metu extorta promissa ad præstandum promissum obligare de Jure Belli et Pacis II. 12. § 7. sed refellitur a Pufendorfio de Jure Naturæ et Gentium III. 6. § 12. quem vide, et IV. 2. § 8. *Idem.*

CAP. XXXI. § 111 *Indicant sacratæ*] Leges in Monte Sacro latæ inter patricios, et plebeios tumultuantes.

§ 112 *Torque detracto*] Alii *torque detracta*. Nam et Gellius fœmineo genere effert IX. 13. ubi factum hoc narrat. *Facc.*

CAP. XXXII. § 113 *Decem illi*] Vide Liv. XXVII. 58. et sequentia, inprimis cap. 61. et Gellium VII. 18. qui paulo aliter rem narrat. *Facc.*

§ 114 *Cum id parva pecunia fieri posset*] Poterant autem redimi tribus minis, vel H. S. 1200. ut scribit Polyb. lib. VI. in Fragmentis. *Fabr.* Cicero Polybium secutus servit causæ quam tractat: cæterum Livius scribit XXII. 61. pecuniæ quoque summam movisse senatores, ne captivos redimerent. *Facc.*

§ 115 *Acilius autem, qui Græce scripsit historiam ... omnibus ignominiis notatos*] Hæc sententia mihi, fateor, videtur locum non suum occupasse, et reponi debuisse ante verba, *Sed illud maximum, octo hominum millia tenebat Annibal ... quæ videntur utilia, vincuntur.* Ratio in promptu est: hæc sententia plane est pars ejus historiæ, quam in initio capitis Cicero memorarat de iis decem captivis, quos juratos post pugnam Cannensem ad senatum misit Annibal. Quæ vero in proxime præcedente sententia de octo millibus hominum captis et a senatu non redemptis noster narrat, ex alia prorsus petuntur historia, et in medium prioris historiæ inconcinne introducta videntur. *Pearc.*

Quale fuisset] In hac rei totius conclusione post factum illud, quod maximum dixit, non erat, cur ad Regulum regrederetur. Itaque verba hæc parenthesi clausa, irrepsisse videntur ex margine, in quo grammaticus aliquis, ut solent, scriptitaverat. *Facc.*

CAP. XXXIII. § 116 *Adjutor auctorque*] Non semper auctor a Latinis dicitur qui invenit, sed etiam qui auctoritate favet et confirmat. Ita se Cicero dicit Pompeiani facti 'prædicatorem et auctorem' in Orat. pro Balbo c. 2. *Idem.*

Cum his viris equisque] Vir, industriæ; equus, virium et celeritatis symbolum. Ad Q. Fratr. lib. III. 'Cursu corrigam tarditatem tuam cum equis, tum viris.' Philipp. VIII. 'Armis, equis, viris D. Bruto subveniemus.' Utitur et ἐκλειπτικῶς epistola quadam ad Varronem: 'Nunc ubi confecta omnia, dubitandum non est, quin equis viris.' *Lang.*

§ 117 *Nam si non modo, &c.*] Tota periodus hæc jure mihi suspecta est, et ex iis, quæ sunt de Finib. lib. II.

Digitized by Google

conflata. Si eam tollas omnia recte cohærent. *Facc.*

Ubi primum prudentiæ] Per hæc verba finem prudentiæ significat. Nisi forte loco *prudentiæ* Cicero scripsit *illi*, id est honestati et virtuti; interpres autem supra vocem *illi* posuit *prudentiæ*, ut fieri videmus in multis Mss. unde librarii error. *Idem.*

Cap. xxxiv. § 119 *Ut utilitatem nullam, &c.*] Vide, quid et quantum intersit inter duas has ennutiationes: Nulla est utilitas, quæ contraria sit honestati: Omnis voluptas contraria est honestati. Nomine 'voluptatis' Epicurus intelligebat titillationem sensibus adhibitam, et quidem delicatam et obscœnam, ut est de Nat. Deor. I. 40. *Idem.*

§ 120 *Condimenti*] Honestam hominis vitam efficit voluptas, non meliorem, nec utiliorem, sed paullo fortasse jucundiorem; 'quatenus est imitatrix boni,' ut dicitur de Leg. I. 17. Itaque virtus, ut ait Seneca de B. V. 9. 'non quia delectat, placet, sed quia placet, delectat.' *Idem.*

FINIS NOTARUM VARIORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google